¶ In cōuersione sci Pauli: de glīoso noīe Jesu ab ipso Paulo magnificato. vide i. 5^a. p. p̄n. ma rialis. s. xj°. per totū. Thema. Uas electionis est mi hi iste vt portet nomē meū corā gētib⁹ τ regib⁹ τ filijs israel. Actuū. 9°. τ in ep̄la occurrēti. Uel p̄di ca de remuneratione glīe celestis. vide in. 2^a. par. p̄n. rosarij. s. 18°. per totum. Thema. Ecce nos reli qm⁹ oīa τ secuti sum⁹ te: qd ergo erit nob? Mat thei. 19°. τ in euāgelio occurrenti: vel p̄dica de ɔtē ptu mūdi: aut de imitatōe xpi. Uide vt assignaui in festo apostolorū cū themate ibi posito.

¶ In cathedra scti Petri: q̄ xp̄s est verus filius dei: τ fuit messias: vide vt assignaui in. 5^a. feria post pasca. Thema. Quē dicūt hoīes eē filiū hoīs? Uel. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui. Matthei. 16°. τ i euā gelio occurrēti. Uel p̄dica de honore sacerdotū: vi de vt assignaui sup̄ i festo cōfessorū pōtificū. the ma. Tu es Petr⁹ τ sup hāc petrā edificabo ecclīā meā. Uel. Tibi dabo claues regni celoꝝ: ibidē: vel p̄dica de cōfessione τ absolutione a pctīs. Uide in p^a. par. p̄ncipali rosarij. sermone. 32°. per totum. τ sermone. 34°. parte. prima. Q. τ. Q. duplex

¶ Incipit Rosarium sermionum predicabilium per quadragesimã ⁊ totũ anni circulum: editum per vite venerabilis religiosum fratrez Bernardinũ de Busti ordinis sancti Francisci de obseruantia predicatorẽ doctissimũ.

SApientissimi Imperatoris Iustiniani est sententia generosi ciues in Autẽ. Quomodo oportet epis. in prin. versi. bñ aũt. coll. p^a. dicẽtis. Omnia bene ⁊ congrue geruntur: si principiũ rei fuerit decens ⁊ amabile deo. Per diuini eniz nominis inuocationẽ humani actus ꝑfecte prosꝑant in finẽ. vt etiã notat in. l. p^a. ff. de ori. iu. Plato quoqꝫ in thimei primo inquit. In minimis etiam qbusqꝫ rebus semꝑ in principio diuinũ implorandũ est auxiliũ. Quo circa infideles etiã ac pagani in suaꝝ principijs actionum deos suos inuocare solebant. Unde Ualerius maximus in prohemio sui libri inquit.

Nam prisci oratores a ioue optimo maximo bene orsi sunt: ⁊ excellentissimi vates a numine aliquo principia traxerũt. Titus quoqꝫ liuius in ꝓhemio sui operis dicit: inuocandũ esse diuinum auxiliũ: vt inceptũ opus successus habere ꝓsperos possit. Quapꝑ Ouidi⁹ in princi. libri Metha. deoꝝ suoꝝ auxiliũ efflagitat dicens.

In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora: dij ceptis: nam vos mutastis ⁊ illas
Aspirate meis. Et in sexto de fastis in pricipio de dei adiutorio se glorians inquit.

Est deus in nobis agitante calescimus illo.
Impetus hic sacre semina mentis habet.
Fas mihi precipue vultus vidisse deorum.
Uel quia sum vates: vel quia sacra cano.

Et in primo de reme. amo. phebũ inocat dicẽs.

Te precor o vates adsit tua laurea nobis
Carminis ⁊ medice phebe repertor opis.

Uirgilius quoqꝫ in principio Eneydos ait.

Musa mihi causas memora. ⁊c. Et decimo eiusdem operis volens pugnam Turni ⁊ Enee atrocem describere inuocabat dicens.

Pandite nunc elicona dee cantusqꝫ mouete.

Statius etiam in principio quarti thebaidos asperrimum bellum descripturus inquit.

Tuqꝫ o nemoris regina sonori caliope ⁊c. Dantes etiam in. 2°. cantu inferni circa principiuz ſm morem gentilium inuocat dicens. O muse o alto ingegno hor mauutate. Idem quoqꝫ in principio primi cantus purgatorij ait. Ma qui la morta poesi resurga. O sancte muse poi che vostro sono. E qui caliope alquanto surga. Et in primo cantu paradisi inquit.

O bono apolo a lultimo laboro ⁊c. Claudianus etiã circa principiũ primi libri ĩ rufinũ ait Uos pãdite vati. Pierides q̊ tãta lues eruperit orbi. Et in prefatiõe libri de bello gildonico inuocat dicens.

Pandite defensum reduces elicona sorores.
Pandite permissis iam licet ire choris.

Seduli⁹ quoqꝫ in principio sui tractat⁹ inqt.

Omnipotẽs eterne deus spes vnica mũdi ⁊c.

Cesar etiam volens incipere bellum Pompeianum inuocabat deos suos vt Lucanus refert in primo sui operis dicens.

O magne qui menia prospicis vrbis.
Tarpeia de rupe tonans frigijqꝫ penates.
Et residens celsa latialis iupiter alba.
Uestalesqꝫ foci: summi quoqꝫ numinis instar.
Roma faue ceptis.

Que oĩa Seuerinus boetius ꝯsiderans in tertio de ꝯsolatione capl̃. 17°. inquit. Inuocandũ igit̃ ce͂sco rex omniũ ꝑrez: quo pretermisso nullũ rite fundat̃ exordium. Et origenes suꝑ leuiticuz omelia. 6^a. ait. Ad exponendã sacrã scripturã nõ est humanis verbis vtendũ: sed ꝑcibus ⁊ oratiõibus ad deũ recurrendũ: vt pater verbi nobis det v̊bũ in apertione oris: vt possimus ꝯsiderare mirabilia de lege sua hec ille. Humanũ. n. ingeniũ naturaliter ẽ imbecille. l. 2^a. §. si qd aũt. C. d̊ ve. iu. enuc. ⁊ humana lingua balbutiens esse dignoscitur epistola inter claras. §. liquet. C. de sum. tri. ⁊ fi. ca. De⁹ aũt est ille qui fecit vt venerabiles viri abstractis liguis suis ⁊ radicit⁹ euulsis ab Ariano rege tñ mirabilit̃ loq̃rent̃: ⁊ fidem ꝑdicarẽt l. q̃s grãs: circa prin. C. de offi. ꝑfec. pre. af. Quare [illegible] tã grandem ꝓuinciam aggressurus predicandi. s. in hac celeberrima vrbe: huic tã magno oneri scapulas meas imbecilles subijciaz nõ de meo imbecilli ingenio exiguisqꝫ viribus ꝯfisus: sed illius duntaxat veri dei gratia adiutus sine quo nihil boni ꝑagere humana fragilitas põt de ꝯse. di. 4^a. c. vltĩ ⁊ ͨ. cor. 3°. Et per Tho. in 2°. di. 28^a. ar. primo. Et sanctuz Bonauẽturã ea. di. ar. primo. q. 2^a. Ipse ⁊. n. deus noster est ille qui labia Esaie ꝓphete calculo mundauit ignito. 8^a. q. p^a. c°. ĩ scripturis circa finez. Qui etiã solus res penitus desperatas ad

optatuz finē pducere pōt. vt in. l. pª. ad finē prime col. C. de ve. iu. enuc. Qui est caput ⁊ auctor oium sciētiarū: a quo oīs ratio superne ⁊ terrene scientie emanauit: vt in caplo legim⁹ el primo. §. Sed e ꝯtra versi deniqȝ. 37ª. di. Qui est oiuz gratiaꝝ elargitor caplo. Reuertimini. 16ª q. pª. A quo omē datū optimū ⁊ oē donū perfectū descēdit. Jacobi. pº. trāsūptiue in ca. q̄ȝ pio pª. q. 2ª. ⁊ glo. est i. l. 2ª. ff. de legi. Ipsū igit̄ benignissimū redēptorē nr̄m inuocās exoro: vt adsit mihi principiū: mediū: ⁊ finis: vt in aūt. de ꝑnile. do. in pri. col 8ª. Ipse etenīz solus: toti⁹ est boni operis fundamentū: sine quo oē quod edificat̄ corruit: ca cū paulus. pª. q. pª. Cui si op⁹ placet bonū est. l. deo nobis. C. de epī. ⁊ cle. Imitabor igit̄ imperatorē xp̄ianissimū qui in aut̄. de q̄store in ꝑn. col. 6ᵉ. dicit. Semp cū dei adiutorio oēm facim⁹ prouidentiā. ꝛc ⁊ in. l. 2ª. C. de offi. ꝓ. ꝑto. affri. in prin. iqt. In noīe dn̄i ad oīa ꝯsilia omnesqȝ act⁹ gerēdos semp ꝓgredimur Per ipsū enī iura imperij suscepim⁹: per ipsū pacē cū persis in eternū cōfirmauim⁹: per ipsuz acerbissimos hostes ⁊ fortissimos tirannos deiecim⁹: p ipz per multas difficultates supauim⁹ p per ipsū ⁊ affricā defēdē ⁊ sub nr̄o iperio redigē nobis cōcessū est: per ipsū quoqȝ vt nr̄o moderamine recte gubernet̄ ⁊ firme custodiat̄ ꝯfidim⁹ hec ille. Qui etiam in aūt. de armis in prin. col. 6ᵉ. dicit. Magnū deū ⁊ saluatorē nr̄m iesū xp̄m ⁊ ei⁹ auxiliū semp inuocātes: studem⁹ oēs nostros subiectos quorū regimē cōcessit nobis de⁹ illesos: ⁊ sine calūnia custodire. ꝛc. Et. C. de vete. iu. enuc. l. i. in ꝑn. ēt inqt. Deo auctore nr̄o gubernāte imperiū qḋ nobis a celesti maiestate traditū est: ⁊ bella feliciter peragim⁹ ⁊ pacē decoram⁹ ⁊ statū rei publice sustētam⁹. Et ita nr̄os aīos ad dei oīpotētis erigim⁹ adiutoriuz vt neqȝ armis ꝯfidam⁹: neqȝ militib⁹: neqȝ bellorū ducib⁹: vel ingenio nr̄o: sed oēm spē ad solā referam⁹ sūme prouidētiā trinitatis: vnde ⁊ mūdi toti⁹ elemēta processerūt: ⁊ eorū dispositio in orbē terrarū producta est: hec ille. In oīb⁹ igit̄ peragendis prius diuine gratie fauorē postulare debem⁹ de conse. di. pª ca. Omnis xp̄ian⁹. in fine. Quo circa vas electionis paulus ad coll. 3º. capi. inqt. Omnia quecūqȝ agitis in verbo aut in opere in nomine dn̄i nr̄i iesu xp̄i facite: trāsūptiue in. c. nō obstāte. ad finē. 26ª. q. 7ª. Ipz itaqȝ clementissimū iesū: p̄remqȝ ei⁹ misericordie fontē: atqȝ sp̄m scm̄ omnis gratie donatorē: cū Seuerino boetio i. 3º. de ꝯso. metro. 9º. humiliter his verbis inuocabo.

Da pater augustam mēti conscendere sedem.
Da fontem lustrare boni: da luce reperta.
In te conspicuos animi defigere visus.
Dissice terrene nebulas: ⁊ pondera mollis.
Atqȝ tuo splendore mica tu namqȝ serenum.
Tu requies tranquilla piis: te cernere finis.
Principiū: rector: dux: semita: terminus: idē.

Quia vero gloriosa dei genitrix virgo maria: vt scā mater ecclesia decātat: mater est gratiarū ⁊ misericordie. Unde ipsa ecclesia. 24º. inquit In me omnis gr̄a vite ⁊ veritatis. In me oīs spes vite ⁊ virtutis. Trāsite ergo ad me oēs qui cōcupiscitis me ⁊ a generationib⁹ meis adiplemini. Jccirco eius quoqȝ auxiliū supplicit̄ efflagito dicens. Adsis ꝑncipio v̄go maria meo Et iterum. Aue maria gemma preciosa.

Rubino relucente ⁊ diamante chiaro.
Per che tu sei tuta pietosa.
Prega per nui el to filiol charo.
Porgeme laqua o vergene beata
Dil bel parlar: e dame il conducto
Si che essendo di gratia irrigata
Questa alma terra facia bon fructo
O luce clara ripiena di splendore
Stella diana vergene maria
Del tuo lume illustrami el core
Acio che vtil nel predicar fia. Amen.

¶ Dn̄ica in septuagesima de septē causis īducentib⁹ ad predicādū ⁊ de septē conditionibus verbi dei. Sermo primus.

Multi sūt vocati pauci v̄o electi. Matthei. xx. ca. Est preceptum generosi ciues: clementissimi dn̄i nostri iesu xp̄i matthei ⁊ luce. 10. vbi impauit aplīs dicens: in quācunqȝ domum intraueritis p̄mū dicite. Pax huic domui. Quod quidē mādatū per modū consilij replicauit fratrib⁹ suis euāgelij obseruator seraphicus pater nr̄ Franciscus in regula sua. capi. 3º. Qua ex re vt tam salutaris nō sim transgressor precepti siue consilij in principio nostre predicationis: ante omnia mile cordialibus salutationib⁹ vos saluto. Itaqȝ venerabiles in xp̄o p̄res ac matres: vosqȝ dilectissimi frēs ac sorores: gratia dulcissimi dn̄i nostri iesu xp̄i sit vobiscū semp: que vos ab oīb⁹ hui⁹ mūdi periculis protegat: liberet: atqȝ defendat. Sitis ergo oēs pro mille vicib⁹ bn̄dicti a deo p̄re ⁊ filio ⁊ spiritusancto: ⁊ a gloriosa celorū regina virgine maria: atqȝ a tota celesti curia: ⁊ a me inter dei seruos minimo: qui ex a

bundantia cordialissimi amoris: iterū vos salutare his dulcibus verbis astringor.

Dio te salui populo generoso
Et benedeti fiati tutti quanti
Jesu clemente pio e gratioso
In paradiso ve facia tutti sancti
Anchora voi direte con il core
Sta molto tempo da noi expectato
Il ben venuto sei predicatore
Hor incomencia che ne sarai grato

Nunqз desinit nobilissimi ciues misericors deus nr̄ peccatores ad penitentiā inuitare. Jō ipse inquit Apoca. 3º. Ego sto ad ostiuз ꝛ pulso. Clamat autē qđ scriptuз est canticorū. ij. ca. dicēs. Surge ꝛ propera amica mea spōsa mea ꝛ veni. Et. vj. eiusdē libri ca. iquit. Aperi mihi soror mea. Verꝫ quia multi in peccanis: obstina[ti] nolūt dn̄з deū suū in domū cordis sui itromittere ideo ipse eos vocat: vt ad eius conuiuiū in eternuз epulaturi accedāt. Unde lu. xiiij. a dn̄o nostro iesu xp̄o parabolice dictū est. Quod quidā pr̄ familias fecit cenā magnā ꝛ vocauit multos: ꝛ misit seruos suos hora cene dicere inuitatis. Ecce prādiū meū paraui: tauri mei ꝛ altilia occisa sunt: ꝛ parata sunt oīa. Illi aūt ad cōuiuiū pergere recusarūt. Quidā eni ex eis dixit Villā emi: ꝛ necesse habeo exire ꝛ videre illam Et alter dixit. Juga bouз emi quinqꝫ: ꝛ eo probare illa. Et alius dixit. Uxorē duxi: ꝛ ideo nō possum venire. Per illū autē qui villā emit intelligitur supbus fm augustinū. In emptione enim ville: notaṫ acquisitio dominij. Qui enim villā emit hoīb⁹ appetit dn̄ari ꝛ preesse: qđ ex radice superbie procedit. Per illū aūt qui quiqꝫ iuga boū emit intelligiṫ auarus vt ait. Ugo cardinalis sup lucam: quia oēs sensus corporis occupat circa temporalia. Quinqꝫ eni sensus per quinqꝫ iuga boū bene intelliguntur: quia hoīes ad terrena trahunt vt circa ea versenṫ sicut boues terram versantes. Iteꝫ sicut in iugo sūt boues cōbinati: ita vnusquisqꝫ sensuū habet duo membra officio suo deputata. Due eni sunt aures: duo oculi: due nares: due manus. In gustu etiā sunt duo instrumenta. s. lingua ꝛ palatum siue duo labia. Per eū autē qui vxorē duxit intelligiṫ sicut ait Ugo vbi sup. ille qđ dedit⁹ ē voluptati carnali. Qui nō potest ire ad cenā spiritualium deliciarū. Istud eni cōuiuiuз est superne refectio patrie: in qua totaliter saciabitur nr̄ appetitus iuxta illud. ps. xvj. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Quod quidem cōuiuium amātibus se preparauit oīpotens deus ab eterno. Matthei. xxv. Uenite. ꝛc. Sequiṫ: possidete paratū vobis regnū a constitutione mūdi. Ad has autē celestes nuptias: ꝛ ad hanc cenā agni prouidi: licet omnes homines vocenṫ prime ad Thi. ij. vbi dicitur. Deus vult oēs homines saluos fieri. ꝛ. Matthei. xj. vbi xp̄s exclamat. Uenite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiam vos tamē multi sunt qui ire recusant. Aliqui enim exeūt ab eternorū cōtēplatōne: ꝛ a propria consideratione: vt videant villā ambitionis humane. Alij vero a quinqꝫ iugis bouum. i. a quinqꝫ sensibus corporis trahuntur ad infernū per auaritiā. Alij aūt luxuriā sectantes nō possunt siue nolūt ad istud conuiuiū accedere. Et sic de alijs peccatorib⁹. Unī ipse dn̄s noster cōqueriṫ prouer. pmo capi. dicēs. Uocaui ꝛ renuistis: extendi manus meas: ꝛ nō fuit qui aspiceret. Ideo ego quoqꝫ in interitu vr̄o ridebo: ꝛ subsanabo vos cum vobis quod timebatis aduenerit. Ex quib⁹ concludiṫ veritas thematis nostri. s. Multi sunt vocati pauci vero electi. Super quib⁹ verbis sermonē nr̄m fūdaturi: quia sētētia est seuerini boetij in li. diuisionū q̄ oīs bona diuisio debet esse bimēbris: vel reducibilis ad bimēbrē ideo duas tm̄ ꝯsideratōes seu diuisiones huius pme pdicationis faciem⁹

Prima dicetur causationis.
Secunda vero. Conditionis.

¶ Pars prima huius sermonis de septē causis inducentibus ad predicandum.

Quo ad primam partem que dicitur causatōis: quia dicit vas electōis Paulus ad. Ephe. v. Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Ideo volēs quātū humana pmittit fragilitas me dn̄o deo nr̄o conformare: qui oēs ad penitentiā ꝛ salutē vocat. Ego quoqꝫ hac soluз de causa huc accessi: vt vr̄am quaз summopere appeto salutem ꝛ gloriam procurem vosqꝫ oēs in p̄nti ad penitentiā: ꝛ in futuro ad eternā beatitudinē: quotidianis vociferationib⁹ atqꝫ salutaribus eloquijs prouocem. Cause autē quibus tā preclarū opus aggredior sunt septē: pma diciṫ obligatōis 2ª. preceptionis. 3ª. comunicationis. 4ª. electōis. 5ª. dilectōis. 6ª. meritatiōis 7ª ꝛ vltima diciṫ fructificationis. Fūdamētū pme cause q̄ dr̄ obligationis: ponit. Ari. pmo. Poli. di. Debem⁹ semp vti reb⁹ ad id ꝑpter qđ date sunt a sapiētissimo datore. Patet hec regula Nā si aliquis dn̄s dat vni seruoꝝ suorū decem ducatos vt expendat pro cōi vtilitate familie.

nō licet sibi eos in ꝓpriā vtilitatē expēdere aliter retinēs peccat: faciēs ɔtra dñi sui voluntatē Igitur ego: cui dñs ex sua benignitate aliq̄lem dedit grāz predicādi: peccarē: si eā vobis nō communicarē: faciens ɔtra ꝓceptum dñi. Matthei x°. vbi inquit. Gratis accepistis: gratis date. Propterea dicit Augustin⁹ in libro de doctrina xpiana. Qui a deo accepit grām cōez: ⁊ communiter ceteris eaz nō ꝓstat: nūq̄ eaz possidet ſm voluntatez dātis. Teneor ergo vobis cōicare gratias mihi a dño pro vr̄a vtilitate concessas sicut scriptum est. 25ª. questione prima capitulo. Que ad ꝑpetuam. ⁊ extra de preben. c°. Ratio nulla. Jō dicit diu⁹ Ambrosi⁹ in sermone scōꝝ geruasii ⁊ prothasij. In diuinis voluminib⁹ reus scribit̄: qui non studuerit dare gratis: qḋ ipse a deo gratis accepit. Quicquid enī ecclesie dñi ⁊ aīabus profuturꝫ erat subtraxisse arguit̄: qui noluerit tradere oībus: qḋ ipse celandū nō accepit. Cum quo concordat seraphicus docto: sctūs Bonauentura in libello de triplici statu religiosoꝝ di. Reus furti apḋ deuz censet̄: qui proximo gratis nō īpendit: qḋ a deo gratis ipse accepit. Magna ergo est culpa nō cōicare temporalia his: qui īdigēt quādo quis potest. 12ª. q. 2ª. cap. Gloria epi. Et. 86ª. di. ca. Nō satis. Multo aūt maius est peccatuz non cōicare aīabus necessaria ad illarū vitā ⁊ salutem. Et ideo talis nō cōicās: nō tātuz fur appellādus est: sicut scriptū est. 47ª. di. ca. Sicut hi Sꝫ ēt homicida merito debet nūcupari. Extra de homici. caplo. Sicut dignū. §. Illi ēt. Ubi dicit̄. Qui potuit hoīem liberare a morte: ⁊ nō liberauit: eū occidit. Que verba ītelligunt̄ taz de morte spūali: q̄ corporali. Ad idē est textus in capi. Prouidendū. 83ª. di. Et in caplo. Pasce. di. 86ª. Jō dñs nr̄ vt ondēderet obligatiōem quā habēt ꝓdicatores ad cōicandū pplis vbū dei ⁊ lucrandū eorū aīas: posuit exēpluz. Matthei. 25°. de illo seruo nequā qui cuz accepisset vnū talentū a dño suo: vt cū ipso aliquid lucraretur abscōdit illud in terrā: ⁊ nō fecit sicut preceperat sibi dñs. Et propterea a dño suo valde reprehensus est: ⁊ ab eo ablatū fuit sibi talentuz: Deinde ꝓcepit dñs seruis suis dicēs. Nūc inutilem seruū eijcite: ⁊ mittite in tenebras exteriores. Quia igitur scriptuz est. Lu. 12°. Seruus sciens volūtatē dñi sui ⁊ nō faciens: plagis vapulabit multis. Ideo cognoscēs me obligatuz ad procurandū vr̄am salutē: faciaz qḋ scriptuz est per similitudinē. Lu. 21°. Ubi legit̄ qḋ multis phariseis diuitib⁹ ponētib⁹ in gaȝophilatio templi: idest in archa multas pecunias: accessit postremo ⁊ quedā mulier paupercula que obtulit duo era minuta: que plus ceteris misisse a dño cōmendat̄: eo q̄ cū maiori charitate totuz cōtulit qḋ habebat. Sic ego pauperculus desireui aīas vestras deo nr̄o ꝓsentare: ⁊ in domo dei i. in celesti patria mediantib⁹ sermonib⁹ huius quadragesime collocare. Et ex hac distributōe panis celestis. s. vbi diuini bn̄dictionē dei mihi acq̄rē. Scriptū est nāq̄ ꝓuer. xi°. Qui abscōderit frumētū maledicet̄ in pplis. Bn̄dictio aūt erit sup caput vēdētiū. Nolo. n. q̄ diabolus mihi obijcē possit ī morte dicēs illḋ iob. 22°. Aquā lasso nō dedisti: ⁊ esurienti subtraxisti panē. ¶.

SEcūda causa me ad ꝓdicādū inducēs dī ꝓceptionis. Patres eteni ⁊ rectores ordinis nr̄i propter singularez quā vobis afficiūtur dilectionē: supplicationibus vr̄is inclinati me ad hāc celeberrimā destinarūt ciuitatē: vt desiderijs vr̄is satisfaciēs sicut nos corporalib⁹ cibis reficitis: ita ego dulcissimis atq̄ delicatissimis verbi dei epulis vos faciē. Quia igit̄ meli⁹ est obedire q̄ sacrificare. 8ª. q. pª. caplo sciendū. Et historice h̄r. ꝓmi. regū. 25°. c°. Magna q̄ virt⁹ est obediēta. Ut ingt glo. in l. Desertorez §. in bello: in verbo. bene gesserit. ff. de re. milita. Unde īmensa a deo ɔsequit̄ premia qui superiorū suoꝝ obtēperat voluntati. 93ª. dis. capl. Qui suis. Ideo imitat⁹ dñm nr̄m iesuz xp̄z qui pro nobis factus est obediens vsq̄ ad mortem. Ad phili. 2°. veni ad vos alacri animo in sācte obedientie cōfidens virtute: q̄ de nr̄a ꝓdicatione eritis cōsolati. Ad hāc eteni īclytā vrbez ꝓdicaturus adueni: nō tātuz ex superiorū meorū obedientia: sed etiā ex dei ꝓceptione. Ipse enim clementissim⁹ dñs nr̄ qui vult oēs hoīes ad agnitionē veritat̄ venire. pᶜ. ad. Thi. 2°. misit me [illegible] vos. ⁊ illḋ Exo. 3°. capit. dicēs. Uade ad filios israel ⁊ dices ad eos. Deus patrū nr̄oꝝ misit me ad vos vt educā vos de afflictione egypti in terram fluentē lacte ⁊ melle. ¶

TErtia causa me ad ꝓdicādū īuitās dī communicationis. Fūdamētū cui⁹ ponit diu⁹ Dyonisi⁹. 4°. ca. de diuinis nōib⁹ dicēs. Bonuz naturaliter est sui ipsius diffusiuuz: patet: quia sol ideo bon⁹ dicit̄: quia cōmunicat lucem suaz Quapropter auarus nō est bon⁹: quia oīa sua bona sibi retinet: ⁊ nulli cōmunicat. In cui⁹ persona dicit̄. Eccle. xi°. Inueni mihi requiē: ⁊ nūc manducabo de bonis meis solus: hec ibi. Et seq

tur de ipso auaro. Nescit quod temp⁹ pℏtereat illi ⁊ mors appropinquat: ⁊ relinquet omnia alijs ⁊ morietur. Nō fuit autē talis Alexander magnus qui nihil habere volebat qđ suis militibus diuidere non poterat. Unđ etiā quando sitis extuabat ardore: nolebat bibere si potū socijs suis nō valebat comunicare. Quāto magis ergo xpiani debent participes facere bonorū suorum proximos suos indigētes: ⁊ maxime quādo sine suo detrimēto possunt hoc agere. Quod enī tibi nō nocet ⁊ alteri prodest: est de facili cōcedendū: vt notatur in. l. in sūma. §. Itē varrus ff. de aqua. plu. ar. Ait enī Philo. 8°. ethic. c°. 7°. Nō in comunicatione oīs amicitia est. Si igiť quis habeat aliquod bonū pro aliquo tēpore nō sibi sed proximo necessariū: ⁊ nō cōmunicat: peccat mortaliter cū agat cōtra ius naturale: iuxta notata per Alexandrū de alles in. 3°. parte summe in tractatu de legibus. Ideo dicit philosoph⁹ in libro de regimine principū. Op⁹ est ad virtutez: vt hō qui est animal sociale: socios faciat amicos in bonis suis: qui eisdez bonis indigent. Et idez in substātia dicit Tulius i 2°. de officijs. Quia igiť precipit apl's petrus pme canonice sue. 4°. c°. dicēs. Sicut accepistis grām in alterutruz illā administrantes: sicut boni dispensatores multiformis grē dei. Iccirco ego vobis in hac sacra quadragesima comunicare intēdo thesauros iextimabiles diuine sapientie quos mihi donauit altissimus. G

Quarta ratio propter quā vobis predicare dispono dicitť electionis. Fundamentum cuius ponit Philo. 3°. Topi. di. Maius bonū semper magis est eligibile minori bono: ⁊ plura bona paucioribus bonis naturaliter sunt peligēda. Quo psupposito certū est qđ bonū comune ⁊ multorū: est maius bono priuato ⁊ singulari: dicente Philo. pmo Ethic. Bonū quāto cōmunius: tanto melius ⁊ diuinius: ergo dimissa propria vtilitate ⁊ particularibus studijs: intēdo cōmuni vtilitati vestre deseruire. Ait enī Plato in thimeo. Tanto quis deo est similior: quāto in bonis suis est communior ⁊ vniuersalior ⁊ Philo. 5°. Ethic. dicit. Optimus ille est qui nō solū vtitur virtute ad semetipm: sed etiā ad alios. Et in. x°. eiusdē libri inquit. Bonū oē cū altero bono est eligibilius ꝙ solitariū. Et in. 2°. Politi. ait. Amicis pluribus auxiliari: ⁊ optimū ⁊ delectabilissimuz est. Et in 3°. eiusdē libri idez approbat dicens. Quicūqz politice intendunt vtilitatem comunem: recte iusti sunt. Quicūqz aūt itēdūt simpliciter ppriā vtilitatē viciosi sunt: hec ille. Et idē inquit Tulius in sententia li. 3°. de officiis ⁊ Seneca ad Lucillum epła. 34ᵃ. Propterea scriptuz est. 8ᵃ. q. 2ᵃ. c°. Dilectissimi. Quod nullus debet inspicere propriā vtilitatē: sz comunez. Et idē habeť. 8ᵃ. di. capi. Differt. Et. 7ᵃ. q. pma c°. Scias. Et extra de elec. c°. vbi periculū. §. Ceteruz. li. 6°. ⁊ in c°. Bone memorie. el. pmo extra de postu. pla. Iō dicit Inno. 3°. extra de regu. c°. Licet quibusdā Sicut maius bonū minori bono preponiť: ita comunis vtilitas speciali vtilitati pferenda est Et ideo recte preponiť doctrina silentio: hec ille Ex quib⁹ omnib⁹ decreui post posita propria cōsolatione: ⁊ particulari vtilitate cū omni sollicitudine ⁊ diligentia: multisqz sudorib⁹ animaꝝ vestrarū salutē in hac sancta quadragesima pcurare: ⁊ facere offm̄ Marthe licet mihi eēt iocūdior opatio Magdalene: idest vita ꝯtēplatiua ꝙ actiua. H

Quinta ratio me ad predicandū promouēs dicitť dilectionis. Fundamentuz cui⁹ ponit Philo. 9°. ethi. di. Amicabilia que sunt ad seipm: fiunt naturaliter amicabilia ad alteruz Et in. 8°. li. eiusdē opis ⁊. 2°. poli. idē ait. Amicorū naturaliter omnia debent esse comunia ⁊ i 9°. ethi. dicit. Amicus se debet habere ad amicuz sicut ad seipsū: quoniā amic⁹ est alter ipse. Tulius quoqz in li. de amicitia sic dicit. Est autem amicitia nihil aliud nisi omniuz diuinarū humanarūqz rerū cū beniuolētia ⁊ charitate consensio: hec ille. Ex quib⁹ patet: an sint in charitate illi qui nolūt que habēt saluti animaꝝ proficua scripta aliis comunicare: nec ab aliis cōicari affectant. Propterea ego qui maximo vobis amore cōiūctus sū: charitate me ducēte ad vos perueni: vt ondaz vobis imensaz erga vos meā dilectionē atqz desideriuz: ac vos vna mecū ad celestia regna perducā. Possum enī nō imerito dicere illud Pauli ad phili. pmo. Testis est mihi deus quō vos oēs cupiā in visceribus iesu christi I

Sexta causa quare hoc onus predicationis assumpsi dicitur meritationis. Nullū eniz inter oīa bona opera offerri pōt sacrificiuz deo magiť gratū: atqz nobis meritoriū in hac vita: ꝙ salus animarū vt inquit Gre. super ezechielē. Quod etiā confirmat glosa super illud ioannis. 2°. Zelus domus tue comedit me. di. Nullū

opus et sacrificium deo preciosius offerri vnqꝫ potest: salute animarum pro quibus et ipse dei filius mori dignatus est. Cum igitur salus animarum potissime acquiratur per doctrinam euangelicam et predicationem: vt patet in. c°. inter cetera. de offic. iudi. ord. Ideo ut hoc sacrificium deo offerre possim: et tanti meriti particeps fiam: et ad celum cum magna gloria peruenire queam. Intendo vobis euangelizare atqꝫ ostendere in hac futura quadragesima omnia illa que vobis necessaria sunt ad salutem. Scriptum enim est dan. 12°. Qui docti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamenti: et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates: hec ibi. Et ideo quanto maiorem habebo concursum auditorum: tanto de pluribus erudiris maiorem gloriam me reportaturum gaudebo. Ait enim dominus matth. 5°. Qui fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Predicatores namqꝫ qui ex charitate euangelizant: vltra maximum premium essentiale: habebunt etiam aureolam particularem que erit corona gloriosa sue doctrine. De qua tangit apostolus p°. ad thesa. 2°. di. Que est mihi misericordia: spes aut gaudium: aut corona glorie? Nonne vos ante dominum? Propter auditorum tamen tepiditatem vel negligentiam non perdet predicator mercedem suam. Unde hiero. ad palmachium et occeanum scribit di. Qui et hloppem inuitat ad balnea: et si nigredinem ei non auferat nec in illius candore gaudeat. Certe vel in suo lucro letatur: dum ab eo pecuniam accipit. Et ita sine dubio inobedientem qui diuinis sermonibus admonet: quamuis refragantis peccata non tollat mercedem de ministerio vere charitatis acquirit. Aug li°. p°. contra crischonum grammaticum ait. Si cui diligentia medicine impensa non prodest: sufficit ad rationem deo reddendam quod non cessauit impendi. Sicut enim malignus suasor peccati etiam si non persuaserit: merito penam deceptoris incurret. Ita fidelis iustitie predicator etiam si ab hominibus respuatur: absit vt apud deum sui officii mercede fraudetur. Res enim incerta fit ad certum. Incertum enim nobis est: vtrum assensurus sit cui veritas predicatur. Sed certum est fideliter eam predicantes dignam retributionem manere: siue suscipiatur: siue spernatur. Siue etiam propterea quelibet temporaliter aduersa patiantur: hec ille.

¶

Septima et vltima causa quare vobis libenter predico dicitur fructificationis. Recordor enim cuiusdam sententie quam ponit Martialis poeta li°. p°. epigrammatum di. In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci. Pingue solum lassat: sed iuuat ipse labor. Sic etenim faciunt predicatores: qui populis deuotione aridis nolunt diuini verbi semina tradere: quia ipse dominus inquit matth. xi. 7°. Nolite sanctum dare canibus. Econtrario autem libenter verbum dei in illis populis disseminant in quibus propter eorum deuotionem fructum reportare maximum sperant. Et hoc est quod dicit auctor libri qui dicitur Pamphilus c°. 43°. Quis nisi mentis inops sua semina mandat arene? Cum mercede labor gratior esse solet. Ea propter Ouidius in epistolis epistola. 5ª. ait. Quid facis oenone? quid semina mandas arene? Non profecturis littora bobus aras. Iccirco quando aliquis predicator multis laboribus atqꝫ sudoribus alicui populo predicauit. Sequens nullum fructum in eo fecisse cognoscit: deficiunt ei vires: animusqꝫ torpescit amplius ad illum populum causa predicationis redeundi. Iuxta illud Iuuenalis lib°. 3°. satira. pª. Penituit multos vane sterilisqꝫ cathedre. Similiter quando ab illo populo non diligitur: non libenter ei predicat. Dicit enim Gre. in pastorali. c. 20. Difficile est ut quantumlibet recta denuncians predicatio eius qui non diligitur libenter audiatur. Et Seneca declamationum seu ciuilium causarum lib°. x°. et finali in prohemio inquit. Magna debet esse eloquentia que inuitis placeat. Quando autem aliquis predicator aliquo in loco predicauit in quo gratus atqꝫ fertilis fuit: profecto ad populum illum libenter reuertitur. Iccirco ego qui in hac nobili vrbe vobis cum maxima vestri dilectione erga me: ingentiqꝫ fructu alias predicaui. Nunc quoqꝫ libentissime adueni. Spero etenim deo dante: quod si in alia quadragesima fructum trigesimum vel sexagesimum de vobis attuli. modo absqꝫ dubio centuplum reportabo. Ad hanc autem spem me inducit concursus vester ad predicationem. Per quem cognoscere possum quod me libenter auditis. Ait enim chriso. super matheum. Signum studiosi agricole: est messis fecunda. Signum boni negociatoris: est theca referta. Signum vero gratiosi predicatoris: est ecclesia plena hominibus. Qui quidem concursus adiuuat predicatorem. Nam inquit Tulius in 2°. de oratore. Quemadmodum tibicine sine tibijs canere: sic et orator sine multitudine audi-

⁊ eloquēs esse nō potest. Et ideo dicitur Eccle. 32°. Ubi auditus non est: non effundas sermonē. Nec valet obiectio si quis dicat ꝙ christus predicauit soli samaritane ut patet Joannis. 4°. Quia respondetur: ꝙ ipse dominus iesus deus ⁊ homo erat: doctor: non tm̄ hominum sed etiam angelorum. Unde licꝫ ibi adesset solum vna mulier: tamen ibi erant innumerabiles angeli euꝫ comitantes: sicut dominum ⁊ deum suum: iuxta illud dan. 7°. Milia milium ministrabant ei: ⁊ decies centena milia assistebant ei. Item christus predicabat ipsi samaritane de rebus particulariter ad eam pertinentibus dicens ei. Quinqꝫ viros habuisti: ⁊ hunc quem habes non est vir tuus. Et multa alia ad ipsam solam pertinentia illi dixit: lꝫ non sint in euangelio scripta. Quod probatꝰ per hoc ꝙ ibidem dicitur ꝙ ipsa samaritana ingressa vrbeꝫ dixit hominibus illius ciuitatis. Uenite ⁊ videte hominem qui dixit mihi omnia quecūqꝫ feci. Predicatores autem cōmuniter predicant de rebus que generaliter ad omnes pertinent. Et ideo qđ omnes tangit: vellent ab omnibus audiri. Ad qđ facit. cᵐ. qđ omnes. de regu. iur. lib°. 6°. Predicatores ergo qui sunt duces verbi: letantur de concursu populi ad predicationem: per hoc agnoscentes se esse gratos. Et ecōtrario tristantur de paucitate audientie: timentes ne populo illi cui predicant non sint grati. Unde eis deficiunt vires: ⁊ videtur eis in ventum verba proferre. Ut enim inquit Salomon prouerb. 14°. In multitudine populi dignitas regis: ⁊ in paucitate plebis ignominia principis. Quia igitur libenter ad predicationes nostras conuenitis: ex hoc agnosco ꝙ me affectuose ⁊ cordialiter amatis: ⁊ gratiose doctrinaꝫ nostram suscipitis: ⁊ consequenter ꝙ de ea multum proficietis. Ad hoc etiam sperandum inducor per illđ qđ ponit philosophus. 2°. de anima dicens. Molles carne: aptos mente dicimus. Et ratio est: quia ut inquit auctor sex principiorum. Anima coniuncta corpori: imitatur passiones corporis. Igitur si quanto quis est nobilioris complexionis ⁊ sanguinis: magis habet nobile ingenium ad omnem doctrinam suscipiendam. Sicut quanto cera est magis tenera: melius recipit impressionem sigilli. Uos qui estis generosi progenie ⁊ nobilissimi sanguinis profecto faciliter ⁊ fructuose suscipietis doctrinam predicationis nostre. In hac enim patria geniti tam viri ꝙ̄ mulieres sunt dulcissimi sanguinis. Ad hoc etiam sperandum me inducit loci congruitas. Nam ut dicitꝰ. 4°. de celo ⁊ mūdo. Locus est cōseruatiuus: nutritiuus: ⁊ generatiuus locati. Id est aptus conseruationi: nutritioni ⁊ generationi eius. Unus enim locus est magis aptus generationi vnius arboris vl̄ fructus ꝙ̄ alius. Sicut in loco calido bene fructificant ac conseruantur cedri: ac oliue. Salices vō in humido. Iste ergo locus cum sit capacissimus ⁊ aptissimus ad predicandum: ⁊ ciuitas populosa ac magna me traxit ad veniendum. Et vos similiter trahere debet ad audiendum huius loci cōmoditas. Insuper ⁊ temporis congruitas. Tempus nanqꝫ quadragesimale habet in se quandam naturalem bonitatem: quia in eo non regnat calor neqꝫ frigus: sed aeris temperies. Unde in hoc sacro tēpore omnia animalia videntur incitari ad laudem creatoris. Et ideo ecclesia canit ei dicens. Dies venit dies tua: in qua reflorent omnia: letemur in hac ut tue: per hanc reducti gratie. Et posito ꝙ esset frigus aut calor: non deberetis propter hoc dimittere predicationem. Sicut propter frigus vel calorem non dimittitis corporalem refectionem. Hoc quoqꝫ tempus habet bonitatem spiritualem. Nam representat quadragesimam saluatoris de qua habetur matth. quarto. Et ideo ait apostolus: secūde ad corinthi. sexto. Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis. Et iterum. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui te. Et psalmo. 58°. inquit Dauid: tempus beneplaciti deus: ⁊ psalmo cētesimop°. Tempus miserendi eius: quia venit tempus. Hoc est tempus miserationis domini. Judith octauo. Hoc est illud saluberrimum tempus de quo inquit sponsa Cantico. secundo: ꝙ sponsus celestis eam inuitat dicēs. Surge propera amica mea ⁊ veni. Jam enim hyems transijt: hymber abijt ⁊ recessit scilꝫ carnis priuij. Tempus putationis aduenit scilicet quadragesime: in quo amputari debent peccata per confessioneꝫ. Uenias ergo popule mi: ad predicationem nostram in hac sancta quadragesima si vis bene confiteri: ⁊ de peccatis tuis penitētiam agere: animāqꝫ tuam saluare cupiscis. Uolo. n. talem doctrinā tradere circa cōfessiones: ꝙ si qs per centuꝫ annos stetisset sine

confessione: omnia sua peccata ad memoriam reducet: et de ipsis bene et integre confitebitur. Hanc etiam fidem et spem habeo q de predicationibus nostris magnam consolationem utilitatemq reportabis. Dicit enim dominus noster matth. et luc. 17°. predicatoribus. Quod si habentes bonam fidem dixerint monti q recedat a loco suo: et proiciat se in mare: statim obediet eis. Qua ex re ego firmiter credo q per mandatum ac virtutem sancte predicationis mons peccatorum vestrorum proiiciet se in mare amarissime contricionis et confessionis: sic q in presenti penitentiam agentes: ad vitam postremo pervenietis eternam.

¶ Pars Secunda huius sermonis de septem condicionibus: quas in se continere debet bona predicatio II

Quo ad secundam partem nostri sermonis que dicit condicionis: dico q predicatio predicatoris salutem animarum querentis: septem debet habere optimas atq excellentissimas condiciones: quas sermo noster habebit. Prima dicitur sublimitatis. 2ª. Claritatis. 3ª Veritatis. 4ª Mediettatis. 5ª Diversitatis. 6ª Vigorositatis. 7ª et ultima appellabitur condicio charitatis.

Prima igitur condicio optima et excellens quam habebit nostra doctrina dicitur sublimitatis. Licet enim intellectus humanus sit quedam simplex et immixta potentia privata per se simpliciter omni forma veritatis: potest tamen apprehendere diversas veritates: tam nobiles quam ignobiles: tam altas quam infimas et viles. Dicit enim Aristo. in. 3°. de aia. Intellectus est simplex naturaliter et immixtus et denudatus a formis materialibus: ut omnium formas possit intelligere: et ibidem dicit. Intellectus ante intelligere est tanquam tabula rasa in qua nihil est depictum: et potest informari speciebus omnium sensibilium: hec ille. Verum quia intellectus noster est nobilissimus: magis appetit scire res excellentes et nobiles: quam infimas et viles. Unde Philo. xi°. de aialibus ait. Magis concupiscimus scire modicum de rebus honorabilibus: licet non probabiliter id sciamus: quam scire multum et per certitudinem de rebus minus nobilibus et vilibus. Idem quoq 18°. eiusdem libri inquit. In rebus sublimibus si intellectus habeat mediocrem explanationem summe delectatur: etiam plusquam in omnibus infimis. Et in. 2°. de celo et mundo idem dicit Magis diligimus scire illa de quibus maximam dubitationem per parvas et debiles rationes habemus: quam notiora quedam per rationes efficacio

res. Et in eodem libro etiam inquit. Cum de corporibus celestibus questiones possint solui: parva et topica solutione contingit auditori: ut vehemens sit gaudium et delectatio eius. Et in. xi°. de animalibus idem confirmat dicens. Quamvis parum sit quod de superioribus substantiis accipimus: tamen illud modicum est magis amatum: magisq desideratum et magis delectabile: omni cognitione: quam de omnibus simul substantiis inferioribus habemus Et hanc eandem sententiam per alia verba ponit idem Philo. x°. Ethico. et. xi°. Metha. Propterea dicit btus Thomas super. 3°. de anima. Ille intellectus qui plura intelligit non est nobilior: sed qui nobiliora intelligit perfectior est. Aristo. quoq in libro de secretis secretorum ad Alexandrum ait. De rebus altissimis etiam parva et debili consideratione aliquid posse conspicere iocundissimum et delectabilissimum est. Hec ille. Ex quibus omnibus concluditur: quod intellectus noster nobilissimus magis elevatur et inclinatur: et ad virtutes prosequendas: et ad vicia detestanda per veritates altas: profundas: excellentes: sublimes: atq speculativas quam per veritates infimas: viles: ignobiles: atq communes. Sicut etiam oculus noster corporalis magis delectatur inspiciendo imagines pulchras: quam deformes. Et quanto res que videtur est speciosior: tanto ipsi oculo nostro est gratior. Et ideo ut vestros iocundare possim intellectus: et ad bene operandum invitare: intendo vobis tractare de rebus subtilibus: excellentibus atq dignissimis: maxime cum videam in vobis quam plures homines doctissimos atq in diversis scientiis valde eruditos: quorum perspicacibus ingeniis subtilia multa propinabo: ita q mihi dicere poteritis illud Joannis 6°. Verba vite eterne habes. III

Secunda condicio doctrine nostre dicitur claritatis. Ita enim subtilia pertractare intendo: quod tamen tam clara explanatione omnia enodabo: ut quilibet etiam idiota et rudis me intelligere possit. Ait enim Tulius in rethorica prima: que ars vetus dicitur. Narratio est rerum gestarum clara expositio. Et in libro de oratore inquit. Narratio obscura totam obcecat orationem: erit autem perspicua oratio si verbis usitatis et claris fiat. et Philo. 6°. Topic. dicit. Oportet diffinientem et demonstrantem planissima interpretacione uti: et non obscura Et in. 6°. ethico. etiam inquit. Scientia est habitus conclusionis demonstrate et. Salomon prover. 14°. c°. ait Doctrina prudentum facilis: ubi Aug. dicit. Nihil prodest clavis aurea si aperire quod volumus non potest. Idem quoq Augusti.

Cōscius ipse sibi de se putat omnia dici. Omissis etiam fabulis ridiculis que magis ad histrionis: q̄ predicatoris spectant officium: iuxta illā Oratij sententiā in quadā ep̄la ad cesarez Tractant fabrilia fabri: de rebus deuotis atqz ad salutē cōferentibus habebo sermonē: adimplens seraphici p̄ris mei Francisci exhortationem in regule sue cap̄lo.9°. vbi de predicatoribus loquens ait. Sint examinata ꝛ casta eorū eloquia: ad vtilitatē ꝛ edificationez populi. Et illud quod hortatur btūs Bernardus in quadā ep̄la que incipit. Si plene vis assequi quod intendis: vbi inquit. Verba tua sint vera: ponderosa: ꝛ de deo vt eni dī in.c°.sane.45ª.di. Ille doctor appellatur percussor: qui inutili sermone conscientiam percutit infirmorum. O

QVarta condicio quam habebit nostra doctrina dicit̄ medietatis. Volo enim sequi illud vulgare prouerbiū quo dicit̄. Quod in oībus media via sequenda est. Sicut nota.in.l. antiqui.ff.Si pars.here.pe.Et in.l.Si qs argētū.§.2°.C.de dona.ꝛ in.§.Sed cuz libertas.Institu.Ex qui.ca.manumittere nō licet.Unde dicit̄. Medium tenuere beati.Qd̄ prouerbiū allegat glo.in aūt.de cōsu.§.p°.in verbo medium Et ideo nolo esse nimis longus: neqz nimis breuis in sermonib⁹ n̄ris: qꝛ inq̄t Philo.6°. Politi. Oīs excessus: vel defectus: vel nocet: vel non proficit. Et in.2°.sue poetrie idez inquit. Omis sermo si breuior sit q̄ oporteat: obscurat intellectum: si longior: difficilis erit retentionis ꝛ obliuionem inducet. In.2°.quoqz Ethic.ait. In oībus medietas est laudāda: extrema aūt vituperabilia sunt. Tulius etiā in p̄mo de officijs dicit In plerisqz rebus mediocritas optima est. Ex q̄bus cōcludit btūs Gregorius sup ezechielez di. Pauca loquēda sunt: ꝛ fortasis hec vtili⁹ p̄derunt quia sepe alimēta que minus sufficiunt: auidius sumunt̄. Si autem ei qui multa ferre nō valet verbum exhortationis longius trahimus: auditorem nostrum ad fastidium ducimus: hec ille. Cum igitur dicat Aristotiles. 2°. Ethico. qd̄ in medio consistit virtus. Ideo rep̄hensibile est si predicator vel nimis breuis sit: vel nimia verbositate sermonem protrahat in longū: ꝛ de hoc potest etiā exēplū dari naturale qd̄ colligit̄ ab Aristo.2°.Ethicoꝝ vbi inq̄t.Quod abundantia cibi ꝛ potus: seu defectus: corrumpit fortitudinem sui organi. Ergo a simili: si doctrina seu predicatio habeat defectum breuitatis: seu abundantiam nimie prolixitatis vtiqz intellectiuam potentiaz alterabit. Qua ex re dicit ipse Aristotiles in.4°. Politicorū. Qd̄ medium semper est optimum. Ideo dicitur prouerbiorum 25°.capit. Mel inuenisti comede quantum sufficit tibi: ne forte saciatus euomas illud. Ex quo datur intelligi q̄ quod quantūcunqz predicatio sit pulchra si nimis fuerit prolixa: redditur nociua ꝛ viciosa. Quia dicit marcialis cocus: libro vndiqz suscepto capitulo tertio. Virtus absqz modo nomen habet vicij ꝛ Seneca in libro tragediarum in hercule ethco. capitu.6°. inquit. Quisquis medium defugit iter. Stabili nunq̄ tramite currit. Qua ex re dicit Maximianus poeta. Maior enim medijs gratia rebus inest. ꝛ Ouidi⁹.xj°. Metha. dicit. Medio tutissimus ibis. Et gualfredus in poetria.c°.31°.inquit. In omnib⁹ vna est virtus seruare modum. Verum enim est illud qd̄ vulgariter dicitur. Omne quod est nimiuz vertitur in vicium. Et ideo inquit Oratius in sermonibus sermone primo. Est modus in rebus sunt certi deniqz fines. Quos vltra citraqz neq̄t ꝯsistere rectū. Et ideo inquit Imperator ī aūt⁹. vt determinatus sit numerus clericorum circa principium. Pene nihil immensum bonuz est Et Terentius in andria ait. Id arbitror in vita ap̄p̄me esse vtile vt nequid nimis. Si igitur debeo errare in aliquo extremorum quia vt dicit Aristotiles.2°.Ethicorum. Difficile est medium seruare: potius volo errare in nimia breuitate q̄ ī nimia prolixitate. Gaudent eniz breuitate moderni. vt nota in.l.pª.ff. Quod met⁹ ca. Et in.l. Ampliorem. §.in refutatorijs.C.de appel. Et in.l.fi.C.de precib⁹ imperatori offerendis. Unde ait auctor libri qui dicitur facetus. c°.2°. Pauca loqui studeat qui vult vrbanus haberi. Et Isido.soliloquiorum libro.2°.c°.31° inquit. Sint verba tua pauca: tolle verbositatez sermonis superflui: multiloquiū enim non effugiet culpam: sapiens vero paucis vtitur verbis Oratius quoqz in poetria inquit. Quicquid p̄cipies esto breuis: vt cito dicta. Percipiāt animi dociles: teneantqz fideles. Omne superuacuum pleno de pectore mānat. Justinianus quoqz Imperator in.l.2ª.§.Sed ꝛ aliquid C.de ve. iu.enuc.inquit. Multo vtilius est pauca idonee effundere: q̄ multis inutilibus homines p̄grauare. Quidā etiaz poeta qui dicitur Ricardus in libro de nuptijs c°.p°.inq̄t. Sermo breuis lōgo gratior eē solet: ꝛ Jacob⁹ beneuētan⁹ sui libri.c°.57°.ait. Inuidiā gn̄at ꝛ lōg⁹ tedi

smo. Et iō ne ex nimia plixitate fastidiū vobis iducā quātū potero breuitati itēdā. Utile enī ē hoī semp a prādio vel cena discedē cū aliqli appetitu. Et nō vsqz ad os se igurgitare. Et ideo semp vos post pdicationē que est cibus spūalis aie: dimittā cū siti & desiderio etiā audiēdi vt magis sermo nī proficiat: licet aūt pro explēdis tractatib⁹ de quib⁹ agetr: longos in scriptis faciam sermones: vt ex copiositate allegationum possit vnusqsqz predicator accipe qd ei magis placet aut puenit intelligētie sue. Tamen vobis in predicatione solū dicā eoꝝ flores vel vnum sermonē. Et quādoqz vnū vni⁹ smonis ptē in plures diuidā predicationes. Nolo enim esse sicut ille orator cui cū propter dicēdi prolixitatem nolet papa dare audiētiā. Semel tandē pmittēs se breuiter expedire habita licētia loqndi dixit pape. Nolite timere scīssime pr̄ qd velī esse prolix⁹ Uolo enī probare nonaginta rationib⁹ qd decet esse breuis. P

Quinta cōdicio quā hēbit nr̄a doctrina dr̄ diuersitas. Nō enī sēp de eodē pdicabo sz de diuersis & variis reb⁹. Ait enī bernardus in apologia sua. Similitudo rerū aliquādo molestat: varietas vero fastidiuz tollit & Cassiodor⁹ li. 7°. eplaꝝ inqt. Nemo dubitat hoīes suauiter ex varietate recreari. Quia in cōtinuatōe magnū cōstat esse fastidiū. Dulcedo mellis si assidue assumat oībus phorrescit. Tuli⁹ quoqz in pmo li. veteris rethorice dicit. Uariare orationē magnopere oportebit. Ait enī philosophus. 12° metha. Diuersitas specierū est ad decorē & perfectionē totius vniuersi. Et iō rephēdēdi sūt qdā qui dicūt qd in predicatione nō sunt allegāde leges ciuiles aut dicta paganorū. Sed tales cōiter sunt ignorātes. Quia sciētia nō hēt inimicū nisi ignorantē. Et ideo in alijs rephēdūt qd ipi allegare nesciūt. Cōtra ipsos aūt est sētētia augustini in li. 2°. de doctrina xp̄iana vbi ait Si qua vera dixerūt philosophi & pagani: ab eis sunt tanqȝ ab iniustis possessorib⁹ in vsum nr̄m vendicāda. Unde hiero. vsus est auctoritate Galieni & hypocratis in caplo. ne tales de cōse. di 5ª. & in capi. qui de mensa. 37ª. di. ait idem hiero. qd daniel & alij sci socij ei⁹ nō didicissēt doctrinā babiloniorū si sciuissēt esse peccatū. Et subdit. Discūt aūt nō vt sequant: sz vt iudicēt atqz cōuicant. Quomodo si qspiam aduersus mathematicos velit scribere: imperitus mathese os risui patet: & aduersus philosophos disputat si ignorat dogmata philosophorū. Et ibidē. Di scim⁹ vt probem⁹ ea que a scīs prophetis añ secula multa predicta sunt: tā grecorū qȝ latinoꝝ & aliorū gētiliū litteris cōtineri hec ille. Bonuz ergo est ad defensionē fidei catholice & comēdationē virtutū ac reprobationē viciorū adducere dicta gētiliū sicut facit sepe Aug. in libris de ciui. dei. Et ita erepto mucrōe de manu inimici cū ipo eū ferire sicē fecē Dauid q occidit goliath & philisteū suo propo gladio vt hr̄ pmi. re. 17° Et suis proprijs dictis & allegationib⁹ cōfutare aduersarios ecclie catholice: sicut solent facere prudentes aduocati qui assumūt ad sui defēsionē ea que in oppositū a pte cōtraria fuerunt adducta. Preterea quis est qui abijciat serica pro eo qd a vermib⁹ sunt facta? Et qs proijcit aurū & argētum pro eo qd ex fece terre sit generatum? Et similiter nec nos debemus reijcere vera dicta paganorū: licet eorū detestemur consortiū. Qua ex re in. §. sed e cōtra & in capitulo turbat. cū tribus capitu. sequētib⁹. 37ª. di. probat magister Gratian⁹ multiꝝ scōrū auctoritatibus licitū esse & vtile: habere noticiā sciētiaꝝ paganorū quādo acquirit bono respectu. De sciētia aūt legali habet in cap. 2°. xª. di. vbi dr̄. Imperatorū leges quib⁹ sepe ecclia vtit cōtra hereticos: sepe cōtra tyramnos atqz contra puos quosqz defendit: nō dicim⁹ esse renuēdas: hec ibi Licitū aūt eē allegare versus poetarū patet in. l. pª. ff. de cōtrahē. em. & facit capl'z. forus de ver. si. Unū dicit in dicto caplo turbat. qd magr gētiū paulus aliquos versus poetarū suis scriptis & dictis inseruit: vt patet prime ad cor. 15° vbi posuit illud terentij & menādri poete. Corrūpūt bonos mores. &c. Et ad titū. pmo illd epigmenidis poete. Cretēses semp mēdaces: male bestie vētris pigri. Et ptra atheniēses disputās araci poete testimonio vtit actu. 17°. Hie. quoqz allegauit versus Uirgilij de conse. di. 5ª. cap. nunqȝ & Aug. versus Lucani. 26ª. q. 5ª. c°. nec mirū circa prin. & in sermone de innocētib⁹ allegat illd carmē iuuenalis. Crescit amor numi. &c. Et iuriscōsult⁹ versus virgilij. ff. de rerū di. l. in tātū. §. cenothaphiū. Et imperator versu: homeri Instit. de empt. & vēdi. §. pciuz. Esset tñ viciosū & valde reprehēsibile si qs predicator dimisso euāgelio & alijs sacris scripturis solū attēderet allegationibus paganorū. Et ita intelligit illud qd habet in caplo sacerdotes. & capitulo nōne. & caplo vino. & caplo oēs. & caplo legim⁹. 37ª. di. qd videt pradicere supradictis Quapropter pside͂rās ego qȝ verbū est illud qd

audiens verbu; dei: postea non digerit illud per
bonam operationem. Ecõtrario autem est de li/
benter audientibus: ideo dicit beatus Tho. ⁊ cete
ri Theologi in.4°.di.9ª. Nõ signu; est ꝙ quis sit
in gratia dei: quãdo delectat̃ audire verbum dei.
Unde dicit Aug. in libro de predestinatiõe san/
ctoru;. Sicut nullũ est maius signu; predestina
tionis eterne: q̃ verba dei libenter audire: ita nul
lum est peius signu; q̃ illa contẽnere: ideo dice/
bat dñs nr̃. 8°. Joãnis. c°. Qui ex deo est: verba
dei audit: ppterea vos non auditis: quia ex deo
non estis. ¶

QUarta vtilitas dicit̃ excusationis. Scotus
enim ac Ricar. de media villa ponũt hũc
casum in.4°.di.9ª. Ponamus ꝙ sint duo quo
ru; vn⁹ vadit ad p̃dicationes: ut adiscat cogno
scere peccata: ⁊ ea ad memoriã reducat: ut de ip
sis integre: ⁊ bene valeat ꝯfiteri. Alius vͦ ad ser
mones ire contẽnit: postea ambo vadunt ad cõ/
fessionem equaliter meditãtes peccata sua: pri
mus aũt qui iuit ad predicationẽ non recordat̃
centum peccatoꝝ mortalium: solũ ex hoc ꝙ non
habet memoriam bonam: vel q: non scit illa esse
peccata: ⁊ ideo de eis non cõfitetur. Dicunt pre/
dicti doctores ꝙ talis ignorãtia eum excusat: q:
per defectũ suũ non dimisit illa confiteri: nec fuit
negligens in adiscẽdo cognoscere peccata: q: ac/
cessit ad predicationes ⁊ attente audiuit. Alius
vͦ qui contẽpsit ire ad predicationes: facta eadẽ
⁊ equali examinatione peccatoꝝ cum primo: nõ
recordatur vni⁹ peccati mortalis: qd̃ si iuisset ad
predicationem cognouisset esse peccatũ mortale
vel de eo recordatus postea fuisset: dicunt docto/
res predicti ꝙ iste dimittẽs confiteri hoc solũ pec
catum mortale: vel q: non cognoscit illud: vel q:
non recordatur de eo: facit confessionem inuali/
dam: q: hec est ignorantia ex sua malignitate p/
cedens. Uide ergo popule mi: quomodo sancta
predicatio excusat defectus tue cõfessionis: ergo
veni ⁊ frequẽta. Quinta ⁊ vltima vtilitas verbi
dei: dicit̃ liberationis. Primo enim liberat ab in
firmitatibus: na; predicãte me i ciuitate. Noua
rie in.1481. in quadragesima: quedã nobilis ma
trona nomine dña valeria de cacijs habens q̃s
dam magnos dolores: veniebat tamen quotidie
ad predicationem nostram: ⁊ ipsamet retulit mi
hi: ꝙ quando discedebat de domo: ut veniret ad
sermonem: semper dolor ipse recedebat: ⁊ quam
diu durabat predicatio nunq̃ eam molestabat
Ad hanc autem vtilitatem sanationis potest ap
plicari illud Matthei. 8°. Ubi centurio ait. Dic
verbo ⁊ sanabitur puer me⁹. Item liberat a mor
te spirituali ⁊ periculis. Recitat enim Jacobus
de vitriaco: ꝙ filius cuiusda; magni domini: ma
lo amore amabat quandam honestam iuuene;
que cum semel iret ad predicationem ille inse/
dens equo: vsq; ad quendam locum secutus est
eam. Ibiq; volens ei facere violẽtiã a diabolo p̃
cipitatus de equo expirauit. Similiter liberat ab
interitu corporali. Unde psalmographus canit.
Misit dñs verbum suum ⁊ sanauit eos: ⁊ erip
uit eos de interitionib⁹ eorũ. Item liberat a pena
purgatorij. Quilibet enim audiẽs predicationes
fratru; nostroꝝ: habet pro qualibet vice quadra
ginta dies de indulgẽtia: ut in priuilegijs ordinis
nostri continet̃. Ego vͦ vltra indulgẽtias gene/
raliter p̃dicatoribus nr̃is: ⁊ alioꝝ mendicantiũ
ordinum ꝯcessas: possum auctoritate aplica cõ/
cedere centum dies de vera indulgentia. Quam
oĩbus auditoribus cõcedere intẽdo in omni no

stro sermone. Predicatio etiam liberat a pena inferni: quia peccatores ad penitentiam et lachrymas convertit ps°.147°. Emittet verbum suum et liquefaciet ea: flabit spiritus eius et fluent aque. Et sic animam febrili calore peccati inflammatam refrigerat: iuxta illud Ecclesiastici.18°. Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic et verbum melius quam datum. Veniat ergo ad predicationem quisquis amat animam suam. Sanat quoque omnia vulnera peccatorum: iuxta illud. Sapientie.sextodecimo. Neque herba: neque maligna sanauit eos sed tuus domine sermo: qui sanat omnia. Item preseruat a peccatis. Unde psalmista inquit deo. In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi. Omnes ergo debent in corde deuoto recondere verba predicationis. Sunt enim gemme dei. Et ideo psalmista dicebat deo. Dilexi mandata tua: super aurum et topazion. Profecto si quis gemmam haberet: quam christus in ore portasset: cum magna reuerentia eam seruaret. Cum maxima ergo veneratione verba sancti euangelij sunt audienda: et conseruanda: que in corde christi fuerunt: et ab eius ore processerunt. Cuncti ergo fideles debent solicite concurrere ad predicationes: iuxta illud Luce quinto. Cum turbe irruerent ad iesum: ut audirent verbum dei. In quibus verbis ostenditur: quod debet verbum dei audiri cum auiditate: dum dicitur quod irruebant: id est cum quodam impetu ibant. Sic pauperes in distributione elemosynarum tempore famis irruere consueuerunt: et sicut famelici canes cum anxietate querunt panem: iuxta illud psalmiste. Et famem patientur ut canes: et circuibunt ciuitatem. Sicut enim fames et appetitus edendi: est signum sanitatis et corporis bene dispositi: ita appetitus audiendi verbum dei est signum salutis. Dicitur autem verbum dei esse omnis esca: iuxta illud. Omnem escam: abhominata est etc. Nam saciat: et replet: et aufert omnem famem diuitiarum: honorum: et deliciarum ostendens in deo solo esse veram sacietatem. Nam auarus inuenit veras diuitias: et superbus honores in eo: qui dixit Proverbiorum octauo. Mecum sunt diuitie et gloria. Deliciosus vero in ipso inuenit delectationem de quo inquit psalmista. Delectationes in dextera eius: usque in finem. Letaliter quoque per peccatum vulneratus inuenit in eo perfectam incolumitatem: unde Joannis quinto dicitur. Omnes qui in monumentis sunt: id est in fetore peccatorum: audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Verbum enim dei est anime viuificatiuum: et spiritualis vite conseruatiuum. Unde idem saluator ait Joannis sexto. Verba que ego loquor spiritus et vita sunt. Nam non in solo pane etc. Matthei.4°. et Deuterono.octauo. Quapropter vnusquisque predicator pot dicere illud Esa.55°. Audite audientes me: et comedite bonum: et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram et venite ad me. Audite et viuet anima vestra. Veh autem temporibus antichristi quando predicari non poterit: quia verificabitur illud quod inquit Hiero. super Amos prophetam. Quando doctrina non erit in ecclesijs: intelligemus perire pudiciciam: castitatem mori: et omnes obire virtutes: quia non comederunt verbum domini: hec ille. Et idem etiam accidit hodiernis temporibus in illis terris in quibus non predicatur vel ad predicationem non itur vel attenditur. Et ideo omnes debetis sanctam predicationem frequentare: et attentissimo corde eam audire: ne sitis de illis de quibus dixit dominus Luce octauo. Venit diabolus et tollit verbum de corde eorum ne credentes salui fiant. Sicut enim aues sequuntur satorem vt proiectum in terram comedant semen. Sic et demones maiori studio sequuntur predicatorem: verbi dei seminatorem: vt de cordibus audientium auferant semen quod est verbum dei. Et ideo dicitur Luce octauo quod volucres celi comederunt illud: per volucres autem demones significantur vt exponit ipse Saluator. Non est autem mirum si diabolus conatur vos retrahere a predicatione quia cognoscit quod ipsa est illud semen bonum quod vt habetur Matthei 13°. Cadens in terram bonam scilicet anime vestre facit fructum bonum: scilicet bonarum cogitationum atque operationum: et diuersorum meritorum: scilicet aliud trigesimum: aliud sexagesimum et aliud centesimum secundum diuersas dispositiones audientium. Nouit quoque veram esse sententiam Seuerini pape in .c°. sicut stellas.38°. di. qui ait. Sicut stellas celi non extinguit nox: ita mentes fidelium inherentes sacre scripture firmamento: non obscurat mundana iniquitas. Unde predicatori verbi dei potest dici illud can.4°. Sicut vitta coccinea labia tua: et eloquium tuum dulce. Sicut enim vitta retinet capillos defluentes ne cooperiant faciem: sic predicatio sacre scripture cogitationes et affectiones superfluas mentis reprimit ne faciem contemplationis obnubilent. Scit etiam diabolus veram esse sententiam prophete dicentis ps°.xj° Eloquia domini eloquia casta argentum igne examinatum: probatum terre: purgatum septuplum. In quibus verbis primo

cōmendat verbum dei a dignitate di. Eloquia dñi: quasi dicat. Non Platonis: nō theophrasti: nō Xenochratis vel tulij: sꝫ dñi q̄ ē veritas īcreata: bis autem dicit eloquia: propter duplex verbum scilicet inspiratum ⁊ predicatum. 2°. a castitate. Et ideo dicit casta: tum quia docēt spiritualem castitatem. Jacobi. 3°. Que autem de sursū est sapientia primuꝫ quidem pudica etiam ⁊c. Tum quia verbuꝫ facit dei carnem pudicaꝫ. Unde Hiero. ad rusti. mona. Ama scientiā scripturarum ⁊ carnis vicia non amabis. 3°. a suauitate dum dicit argentū: qḋ est super omnia metalla dulcisonum. Et similiter verbuꝫ dei superat oēs melodias. ps°. 118°. Et dulciora super mel ⁊ fauū. Ubi glosa ait. Eloquia apta in nouo testamēto: ⁊ opata in veteri testamēto dulcius sapiunt palato fidei: q̄ꝫ faucibus carnis mel. 4°. a charitate: dum dicit. Igne examinata scilicet diuini amoris. ps°. 118°. Ignitum eloquium tuum vehemēter. 5°. a spiritualitate dum dicit probatuꝫ terre: idest a terra: ⁊ ponit genitiuū pro ablatiuo more grecoꝝ. Quia predicatores debent esse elongati a terrenis. Unde Grego. ait. Ignominiosuꝫ valde est sub eius status specie gloriā mundi vel diuicias querere: in quo debet alios ad cōtemptuꝫ tēporalium prouocare. 6°. puritate dum dicit. Purgatum septuplū: id est per septiformeꝫ gratiam spūs sancti: de qua habet Esa. xj°. Et ꝓpter predicta omnia dolet diabolus cuꝫ videt vos ad audiēdum verbum dei deuote ꝯuenire: sciens q̄ per virtutem eius mundabimini a peccatis vestris: dicente apostolo ad hebre. p°. Uerbo virtutis sue purgationem peccatoruꝫ faciens ⁊c. Unde ⁊ saluator dicebat apostolis Joānis. 15°. Jam vos mundi estis: propter sermonem quem locutus sum vobis. Sicut enim quāto frequentius quis in aquam descendit: tanto magis a maculis liberatur ⁊ mundatur: sic quanto magis venietis ad predicationes: magis mundabitis animam vestram a peccatis. Sicut etiam quanto frequētius vas impletur bono oleo: tanto magis capit de vnctuositate: ita quanto crebrius recipietis suauissimum oleū verbi dei: tanto magis in vos permanebit vnctio spirit⁹ sancti: quā ille vobis concedat qui est benedictus in secula seculorū. Amen.

¶ Feria. 4ᵃ. cinerum de ieiunij institutione: obligatione ⁊ violacione. Sermo. iiij.

Sanctificate ieiuniuꝫ Johelis. 2°. ⁊ in epistola occurrētis ferie. Ut inquit deuotus Ugo de sancto Uictore in compēdio Philosophie. li°. p°. c°. 2°. Cōcupiscentia est immoderatus appetitus sensualitatis: excedens moduꝫ rationis. De qua loquens Ari. 3°. Ethi. c°. xj°. dicit. Quēadmodum pueruꝫ oportet ſm preceptum pedagogi viuere: sic ⁊ ꝯcupiscibile resōare rōni: ⁊ i. 2°. Poli. c°. 4°. idē iqt. Magis oportet ꝯcupiscētias reglare q̄ꝫ sbstantias. Plato quoq̄ in phedrone ait. Recte philosophantes abstinent ab his que secunduꝫ corpus sunt concupiscētijs omnib⁹. Sapiens et Ecclesiasticus. c°. 18°. sui libri īquit. Post cōcupiscentias tuas non eas. Si enim prestes anime tue cōcupiscentias eius: faciet te in gaudium inimicis tuis. Inter omnes autem cōcupiscentias videtur illa que est secundū gulaꝫ tenere quodammodo principatū duꝫ alie ab illa: causantur: ad quod ostendendū deus noster creato homini primum fecit preceptum de abstinentia contra gulam: dum ei imperauit ne de ligno scientie bōi ⁊ mali comedere Gen. 2°. In quo abstinentiā commendauit dum noluit eum comedere de omnibus vt sic faciendo mereretur: ⁊ sanctus fieret refrenando concupiscentiā gustus: per quā quideꝫ refrenationem homo domino consecratur. Unde Numeri. 6°. c°. dicitur. Uir siue mulier cū votum fecerit ut sanctificetur: ⁊ se voluerit domino consecrare a vino ⁊ ab omni eo qḋ potest iebriare abstineat. Ea propter in hac sacra quadragesima vos ad hanc sanctificationem hortatur dominus per prophetam in verbis propositis dicēs Sanctificate ieiunium: de quo quidem sacro ieiunio: tres deuotas considerationes faciemus. Prima dicetur Institutiōis. Secūda Obligationis. Tertia ⁊ vltima appellabitur Uiolatōis.

¶ Pars prima huius sermonis de institutione ieiunij.

Quo ad primaꝫ cōsiderationē que dicit institutionis: mouētur tria dubia: primum an bonum atq̄ꝫ necessariuꝫ fuerit instituere ieiuniuꝫ. Et respondetur ſm Alex. de ales in. 4ᵃ. pte sūme in tractatu de ieiunio: ⁊ Rica. i. 4°. di. 7ᵃ. 15ᵃ. ar. 3°. q. 3ᵃ. Et Tho. ibidem articulo. p°. q. 4ᵃ. ⁊. 2ᵃ. 2ᵉ. q. 147ᵃ. articulo. 3°. Quod necessarium ⁊ valde congruum fuit instituere sanctum ieiunium: maxime post lapsum primoꝝ parentum. Et hoc probari potest tribus principalib⁹ fundamentis: primo ratione satisfactionis: sic per transgressionem primorum parentū: totum humanum genus reuꝫ factum est: ad Roma. 5°. vbi dicitur. In quo omnes peccauerunt: sed per que quis peccauit per ea ⁊ puniri dbet. Sap. xj°. ⁊ c°. fi. de imu. ec. ⁊. c. pastoralis de iure pa. ⁊ notatur in. l. ex facto. §. Julia

mus.ff.de vulga.et pupil.et.Heres.ff.de his qui vt indi. Cũ ergo peccauerit humanũ genus in primis parẽtibus peccato gule et comestionis: debuit fieri preceptũ in penã et satisfactionẽ: de nõ comedendo siue de ieiunãdo. Et ideo potentie gustatiue que inordinato amore cibi vtentis totum humanũ genus vulnerauit: modo si se refrenet per abstinentiã et ieiuniũ: et per cõsequens nos icolumes reddat a peccatis: et virtuosos faciat per tẽperantiam et austeritatẽ possũt conuenire illa verba que Ouidius in.2°.de remedio amoris ponit dicẽs. Ad mea decepti iuuenes precepta venite. Quos suus ex omni parte fefellit amor. Discite sanari per quẽ didicistis amare. Una manus vobis vulnus opemqz ferat. Secũda ratio dicitur curationis: per peccatũ eni originalis culpe: remansit in nobis fomes et iclinatio ad malũ et vicia. Geñ.8°.c°.vbi dicitur: quod ois cogitatio hois prona est ad malũ omni tpe.12ª.q.pª.c°. Ois etas. Cõueniebat ergo: vt p ecclias hũano generi prouideretur de aliquo remedio quo possz ab huiusmodi corruptione cauere. Cum igitur: vt inquit Hieronymus: ieiuniũ sanet pestes corporis: nullũ magis conueniens remediũ potuit inuenire ad reprimendũ hoc incẽtiuũ: quam abstinentia et ieiuniũ: vt sicut hec inclinatio ortum habuit ex comestiõe: per nõ comestionem et esuriem reprimatur: quia medicine habẽt fieri per contraria.2°.Ethi. Tertia ratio dicitur reuocationis: quia enim homo per peccatũ exul factus fuerat a paradiso: conueniebat vt aliquo modo prouideretur: quatenus ad illum redire posset. Sed per gulã eiectus fuerat. Geñ.3°.c°.ergo p refrẽationẽ gule debuit reuocari. Si eni aliqd ẽ cã alicuius oppositi ẽ cã oppositi: p°. Posterior. Et hãc rõnez tãgit Ambrosius in sermone de ieiunio: transũptiue in c°. Sexto die.35ª.di.dicẽs. Gula a paradiso regnantem expulsit: abstinentia ad paradisuz reuocauit errantem. Ideo nos hortatur Augustinus li°.p°.contra Julianũ dicens. Egrotauimus per peccatum: sanemur per penitentiam: penitẽtia vero sine ieiunio vacua est. Quia non ieiunauimus: decidimus a paradiso: ieiunemus vt redeamus ad deum: hec ille. ¶

SEcundo queritur vtrum congruum fuerit instituere ieiunium quadraginta dierũ Respondeo fm Tho.2ª.2e.q.147ª.ar.5°.quod sic. Quod taliter probatur. Sicut enim subditi tenentur dominis suis dare tributa. Matth.22°. vbi dicitur. Reddite que sunt cesaris cesari: ita etiam deo: idest sacerdotibus loco dei: decimas offerre debent in signum recognitationis vniuersalis dominij: vt dicit Innocentius tertius i.c°. Tua nobis.extra.de deci. Et sicut debemus decimam aliaruz rerum: ita et tẽporis fm Gregoriũ in.c°. Quadragesima: de cõse.di.5ª. Cum ergo decima pars totius anni sint.36.dies vel paulo minus. Igitur congruum fuit vt illis diebus ieiunaremus. Uerum quia corpus nostrum constat ex quattuor elemẽtis: et per inordinationẽ quattuor affectionum ex illis procedentium: peccauimus circa decalogum in omnibus quattuor partibus anni: ideo superadduntur quattuor dies: et sic sunt qdraginta. Quadragita enim diebus et quadraginta noctibus pluit deus aquas diluuij: in penã mundane corruptionis. Geñ 7°. Et ideo si nolumus incurrere diluuiũ eterne punitionis debemus his quadraginta diebus ieiunare. Quia sicut Moyses ieiunãdo quadragita diebus et quadraginta noctibus meruit legem dei recipere Exo.24°. Et seraphicus pater noster Frãciscus post ieiunium quadraginta dierum recepit regulam quã ei xps de verbo ad verbũ inspirauit. Ita nos si his quadraginta diebus ieiunabimus: recipiemus profecto gratiam diuinã Sicut eni quadraginta dies dati sunt niniuitis ad penitentiã: Jone.3°. ita et nobis. Et sicut filij israel qdraginta mansionibus peruenerũt ex egypto ad terraz promissiõis: ita et nos his qdraginta diebus transibimus de tenebris peccati significatis per egyptum: ad superne patrie lucem. Sicut etiaz qdraginta diebus Helias peruenit ad montem dei Oreb in fortitudine cibi: quẽ ei angelus dedit tertij Regũ.19°. Ita et nos comedẽdo cibũ quadragesimale quẽ nobis offert scã mater ecclesia: perueniemus ad montẽ eterne glorie. Quia sicut xps quadraginta diebus a sua resurrectiõe ascẽdit celos: Actuũ.p°.c°. Ita nemo põt ascẽdere nisi his qdraginta diebus ieiunauerit si: non est legitime excusatus. Quẽadmodum ẽt xps postquã ieiunauit quadraginta diebus et qdraginta noctibus accesserũt angeli et ministrabãt ei: Math.4°.c°. Ita nobis ieiunantibus aderunt celestis patrie milites: nos cõtra minimos nostros protegentes. Et ideo secundũ hunc numerũ quadragenariuz qdragesimale ieiunium est institutuz: de quo sic cantat ecclesia. Lex et prophete primitus hoc pretulerũt: postmodũ xps sacrauit omnium rex atqz factor temporum. Multipliciter enim xps conseruauit istum numerum quadragenarium: scilicet in sua conceptione: quia quadraginta septimanis fuit in vtero virginis. Item sua predicatione: quia quadraginta mensibus in mundo predicauit. Item sua ieiunatione: quia vt supra dictuz est quadraginta diebus

ieiunauit in deserto: quod egit ut sicut hoc ieiunium quadragesimale approbatum fuerat per legem mosaicam et propheticam in ieiunio moysi legislatoris: et helie eximij prophete. Ita approbatum apparet per legem euangelicam. Et ideo isti duo soli scilicet Moyses et Helias apparuerunt in eius transfiguratione Matth. 17°. Ipse autem dominus noluit ieiunare plus quam illi ne deus a diabolo putaretur: nec minus quam ipsi ne purus homo et illis inferior crederetur. Consecrauit etiam hunc numerum sua passione: quia quadraginta horis iacuit in sepulchro. Item sua resurrectione: quia quadraginta diebus post resurrectionem fuit cum discipulis in mundo. C

Tertio queritur quare hoc ieiunium institutum est tempore veris. Respondeo secundum Alex. de ales in .4ª. parte summe in tractatu de ieiunio et b. Tho. in .4°. di. 15ª. ar. 3°. q. pª quod hoc factum fuit propter tria. Primo propter concupiscentie repressionem: quia in vere maxime insurgunt et inualescunt motus carnales et concupiscentie: et maxime in generatiua tam in homine quam in alijs animalibus: et hoc propter qualitatem eius temporis. Ver enim est calidum et humidum secundum Auicennam .2°. primi doctrina .2ª. c°. de naturis temporum. Calidum autem et humidum maxime conuenit generatiue: vt inquit Aristo. in libro de generatione et corruptione: et ideo sicut in vere pullulant et germinant arbores: ita etiam insurgunt motus carnales ad quos reprimendos instituendum fuit ieiunium. Secunda causa dicitur susceptionis: scilicet diuine gratie. Sacramenta enim diuine gratie scilicet Absolutionis sacramentalis et communionis corporis christi hoc tempore nobis spiritualiter proponuntur: maxime in pascate: et ideo vt anima nostra bene inueniatur idonea: secundum possibilitatem suam: ad tam sublimia sacramenta suscipienda: recte ordinatum fuit ieiunium quod secundum Hieronymum: est sanctificatio mentis: sine qua nemo videbit deum. Et ideo dicitur Ecclesiastici .2°. Qui timent deum preparabunt corda sua: et in conspectu illius sanctificabunt animas suas: scilicet per ieiunium. X

Tertio ordinatum fuit ratione conformationis. Sicut enim christus per suam passionem ad gloriam resurrectionis peruenit: sic nos per ieiunia et alias penitentias peruenimus ad gloriam eterne beatitudinis: vt inquit Isi. 6°. ethimo. Quod autem christus passus fuerit in vere patet per Aug. 16°. de ciuitate dei. c°. 55°. vbi inquit quod mortuus est christus. 8°. kl. Aprilis. Ratio autem quare christus passus est in vere: fuit quia etiam primi parentes hoc tempore peccauerunt vt inquit Alexander de ales: in .2ª. parte summe: et Isidorus. 8°. li°. Ethimo. Illo etenim tempore creati fuerunt simul cum ceteris creaturis et elementis. Et potest probari vt inquit Rabi Josue per scripturam Genesis primo capitulo vbi dixit deus. Germinet terra herbam virentem: ac facientem semen iuxta genus suum. Que omnia fiunt in vere. Rabi Eliaser tamen dicit quod creatus fuit mundus de mense Septembris: quo tempore fructus sunt maturi. Et dicit Nicolaus de lira super primo Gen. c°. quod hec est communior opinio apud hebreos. Tamen tenendo primam posset dici quod per virtutem diuinam terra produxit hac prima vice fructus in instanti: et non per generationem naturalem: et ideo potuit hec productio ita fieri in vere sicut in autumno: et congruum fuit quod primus homo crearetur in vere: quo tempore omnia pullulant et germinant que apta sunt germinare. Preterea vt ait Damascenus li°. 2°. omni tempore sunt fructus in paradiso terrestri. Quia igitur christus tempore veris passus est vt ostenderet se pati propter peccatum primorum parentum: congruum fuit vt et nos ei conformaremur in abstinentia et ieiunio: vt sic cum ipso crucifixi: eius resurrectionis et glorie participes efficiamur. Et hoc est quod dicit paulus ad Gala. 5°. Qui enim sunt christi carnem suam crucifixerunt cum vicijs et concupiscentijs. XX

Quarto queritur quare cum solennitas quadragesimalis inchoetur in sequenti dominica: hos quattuor dies precedentes ecclesia addidit. Et respondetur quod hoc fecit vt quadragenarius numerus ieiunij impleatur. A prima enim dominica vsque ad pasca quadraginta duo dies sunt: de quibus dum sex dies dominicales subtrahuntur: solummodo triginta sex dies ieiunabiles remanent. Et ideo adduntur isti quattuor dies precedentes vt sacer numerus quadraginta dierum compleatur quem christus suo ieiunio consecrauit. Sunt tamen quedam alie rationes mistice quare potius in .4ª. feria quam in alia feria hoc ieiunium inchoetur. Et prima est quia in .4ª. feria mors christi fuit tractata et cum deliberatione firmata in .4ª. feria principes sacerdotum cum senioribus populi congregati sunt in atrium caiphe principis sacerdotum: ad quos iudas accessit: et christum tradere promisit et illi pecuniam dare policiti sunt Joanis .xi°. et Matth. 26. Quia igitur penitentiam quadragesimalem facimus vt christo patienti compatiamur. Ideo merito in hac quarta feria in qua eius mors fuit tractata hoc ieiunium inchoatur. 2ª. ratio est quia in quarta feria sol et luna: ac cetera celi et luminaria creata fuerunt. In principio enim creauit deus quandam nubeculam lucidam quando dixit Genesis. p°. Fiat lux: et illa nubecula tres dies solis creationem precedentes illuminauit quadam tenui claritate quemadmodum diluculo fieri solet. Quarta autem feria sequenti vt dictum est: deus solem et cetera luminaria fecit. Et ideo dies illa dies plene claritatis

fuit. Totum autem tempus nostrum est tenebrosum. Tempus autem quadragesimale est lucidum Iuxta illud ad Ephesios. 5°. Eratis aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Conveniens igitur fuit vt tempus tam lucidum in die lucida inchoaretur. Tertia ratio est quia. 4ª. feria dies mercurij vulgariter nuncupatur. Est autem mercurius planeta celestis: qui secundum astrologos regnat in virgine dominatur aque semper est cum sole: et preest facundie. Disponit enim homines ad facundiam et eloquentiam acquirendam. Unde dicitur Act. 14°. quod gentiles appellabant paulum mercurium: quia erat dux verbi. Recte igitur ieiunium in die mercurij inchoatur: ad innuendum quod homines in hoc tempore debent habere mundiciam corporum: abundantiam lachrymarum: perseverantiam bonorum operum: vt. s. semper sint cum sole idest christo. Predicatores autem debent habere facundiam sermonum et ideo vt istud ieiunium facilius suscipiatur hodie sancta mater ecclesia fideles ad memoriam sue mortis inducit dum in capitibus cineres ponit dicens illud Genesis tertio. Memento homo quod cinis es et in cinerem reuerteris. Ad quod etiam deus hortatur Hiere. 6°. di. Filia populi mei induere cilicio: et consperge cinere: luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Populus enim dei est populus christianus. Filia vero populi dei est anima cuiuslibet christiani. Quam quidem animam ipse deus ad tria hortatur in verbis predictis: primo ad dure penitentie assumptionem dicens. Induere cilicio. Cilicium enim est indumentum durum et asperum de pillis camelorum contextum. Secundo ad mortis meditationem dicens. Conspergere cinere. Sicut faciebat Job dicens sui libri capitulo decimosexto. Operui cinere carnem meam et Ecclesiastici decimo dicitur. Quid superbis terra et cinis? Et Jere. vigesimo secundo ait propheta. Terra: terra: terra: audi verbum domini. Idest tu homo qui venis de terra et portas terram et vadis ad terram audi verbum domini quod tibi hodie dicitur per ecclesiam scilicet Memento et cetera. 3°. hortatur ad peccatorum dolorem dicens. Fac tibi luctum amarum: luctus enim vt dicit Aug. est tristitia de amissione charorum. Homo autem per peccatum amisit deum: animam suam et omnia merita: et ideo debet converti ad penitentiam et amara lamenta. Et hoc sufficiat pro prima parte nostri sermonis.

¶ Pars secunda huius sermonis de obligatione ieiunij. y

Secunda pars dicitur obligationis: pro f cuius expeditione vt sciatur quale debeat esse ieiunium: ad quod quisque nostrum tenetur. Sciendum est quod sex sunt genera hominum diversimode ieiunantium: que in hoc versu continentur. Abstinet eger: egens: cupidus gula: symia: virtus. Primo enim eger abstinet: vel quia non potest aliter recipere sanitatem: vel quia appetitum non habens comedere non potest et hec abstinentia non est meritoria: nec demeritoria in se: quia in his que a natura sunt et aliter esse non possunt: nec laudamur: nec vituperamur. Secundo Ethicorum. Secundo abstinet egens: quia non habet quid comedat: et hoc ieiunium est indifferens: nam nihil meretur nec demeretur secundum se: quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. Rem legatam. ff. de adi. lega. Tertio abstinet cupidus ne expendat et tale ieiunium est malum. Unde Leo papa in quodam sermone in qt. Non sunt casta ieiunia: que non de ratione veniunt continentie sed de arte fallacie. Sunt enim aliqui auari qui nec ipsi comedere volunt: nec suos comedere permittunt: et videntes eos comedere dolent ac si eis coradam devorarent. Vellent autem quod more Moysi totam hanc quadragessimam facerent: non comedentes nec bibentes. Quarto abstinet gulosus: vt postea avidius comedat: et hoc etiam est malum: de quo ait Augustinus super psalmo quadragesimo tertio. Non laudatur in illo ieiunium qui ad luxuriosam cenam seruat ventrem suum. Invitantur namque aliquando homines ad cenam magnam vel prandium: ad quod volentes avidi et famelici venire: vt melius postea comedant ante ieiunant: quod non est ieiunium continentie sed potius gulositatis. Ideo Hieronymus de consecratione distinctione quinta capitulo. Sint tibi. ait. Sint tibi quotidiana ieiunia: et refectio saturitatem fugiens. Nihil prodest biduo vel triduo transmisso: vacuum portare ventrem si pariter obstruatur. Quinto abstinet symia idest. Ipocrita vt ab hominibus laudetur: et sanctus appareat. Et ideo dicit dominus Matthei sexto. Cum ieiunatis nolite fieri sicut Ipocrite tristes. Exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Super quibus uerbis dicit Chrisostomus: quod si is qui ieiunat propter vanam gloriam peccat: quanto magis ille qui non ieiunat et se ieiunare simulat vt sanctus hominibus videatur Ipocrita est: quasi dicat a fortiori. Sexto abstinet virtus idest virtuosus: vt deo placeat: et de pecato satisfaciat: et

sic mereat: et hoc ieiuniũ est bonũ. Verũ multi in hoc decipiunt: qui licet ꝓpter bonũ finẽ ieiunẽt tñ non merent. Imo sepe peccãt: qa nimis indiscreta tãq3 arta assumũt ieiunia: ut in eis deficiant: vel ĩfirment ꝯtra quos stat illa snĩa qua scribit: ꝙ discretio est mr̃ oĩum virtutũ. p^a. q. 5^a. c^o. pñitum: et de offi. custo. c^o. p^o. Virtus. n. indiscreta pro vicio reputat: ut in cõi ꝓuerbio dicit. Jõ dicit Hiero. ad nepotianũ de vita clericoꝝ. Tantũ tibi impone ieiunioꝝ: ꝙtuz ferre potes. Sint pura: casta: simplicia: moderata: et nõ supstitiosa ieiunia. Et ad demetriadẽ virginẽ: idem inquit. Neq3 vo ĩmoderata tibi impam⁹ ieiunia: et enormẽ ciboꝝ abstinẽtiam: qb⁹ statim corpa delicata frãgunt: et ante egrotare incipiunt: ꝙ scẽ ꝯuersationis possint iacere fundamẽta: philosophoꝝ quoq3 snĩa est moderatas eẽ virtutes: hec ille. Et eadẽ snĩa habet in. c^o. nõ mediocriter: de ꝯse. di. 5^a. Et ideo dicit Pau. ad Roma. 12°. Rationabile obsequium vestrum. Z

Sciẽdum est etiã ꝙ multi qui ieiunãt paruz merent: imo nihil quo ad vitam eternã: qz non abstinẽt a peccatis: ideo Aug. sup Joãnez: et ponit de ꝯse. di. 5^a. c^o. ieiuniũ dicit. Jeiuniũ magnum: et gñale est abstinere ab iniqtatib⁹ et ab illicitis voluptatib⁹ seculi. Et de hoc loquit pi⁹ papa de ꝯse. di. 5^a. c^o. nihil dicẽs. Nihil prodest homini ieiunare et orare et alia bona religionis agere: nisi mens ab iniqtate: et ab obtrectationibus lingua cohereceat: glosa vo sup dictũ capitulũ dicit: ꝓdest. s. ad vitam eternã. Quam qdem snĩaz cõfirmat Ambrosius in quadã omelia: trãsumptiue in. c^o. Quid prodest. 86^a. di. vbi iqt. Quid prodest ieiunare viscerib⁹: et luxuriari venatib⁹? abstinere a cibis: et errare peccatis? An putatis illum ieiunare frẽs: qui primo diluculo nõ ad ecclesiam vigilat: nõ btõꝝ martyruz sancta loca ꝑquirit: sed surgẽs ꝯuocat seruulos: disponit retia canes cõducit: saltus siluasq3 ꝑlustrat? quasi dicat nõ. Gregorius quoq3 in omelia quadragesime inqt. Jn cassum caro atterit: si a prauis voluptatibus aĩus non refrenat: hec ille. Nihil enim ꝓdesset medicina: si gladius dimitteret in plaga Que oĩa intelligunt quo ad vitã eternam ꝓmerẽdam non quo ad ꝓmiũ accidẽtale: et satisfactionem ꝓcepti ecclesie. Ait enim beat⁹ Tho. in. 4°. di. 15^a. arti. 4°. q. p^a. ꝙ ieiunãs in peccato mortali: licz transgrediat preceptuz dei: qui vult ꝙ bonum fiat absq3 mortali peccato: non tñ transgreditur statutum ecclesie vel legis positiue: eo ꝙ dictum statutũ non attendit intẽtionem obseruantis: sed actum: vnde Albertus in tractatu de qtuor virtutibus cardinalibus inquit ꝙ talis ieiunans in peccato mortali: lz non faciat ut vult deus: facit tamen qd̃ instituit ecclesia: vel qd̃ iniunxit confessor. Item ibidem dicit ꝙ ieiunium quoquo modo factuz dispositionẽ bonam ad castitatem relinqt: magisq3 ꝯfinem deo facit: et ad gratiã dei disponit. Jeiunãdum est ergo oĩno: sed qui vult deo placere: et bonum eternũ promereri ieiunet in statu gratie: et sine peccato mortali. Ait enim dñs Esa. 58°. Hoc est maius ieiuniuz qd̃ elegi: dissolue colligatiões impietatis: solue fasciculos deprimentes. Hierony. quoq3 in quadam epistola inquit. Tũc preclara est apud deum abstinentia corporis: cum animus ieiunat a vicijs Et ideo inquit Bernardus in quodam sermone. Jeiunet oculus a curiosis aspectibus: auris a fabulis et rumoribus: ieiunet lingua a detractione et murmuratione: ieiunet manus a malis operibus: ieiunet aĩa a vicijs. A

Sed heu quia paucissimi sunt qui ieiunent in statu gratie: pauci sunt etiaz qui ieiunẽt vel in gratia vel extra gratiã totam quadragesimam. Et ideo scitote dilectissimi: ꝙ quilibet nõ rationabiliter excusatus non ieiunans totã quadragesimam: peccat mortaliter etiam si non dimitteret nisi vnum diem. De excusatis aũt cras deo dante predicabimus: ꝙ autem quilibet non excusatus: pretermittẽs vel vnum diem quadragesime: grauissime peccet: sic probatur: qd̃ ecclesia precipit sub pena peccati mortalis: tenemur implere: ut nõ. in. c^o. non decet: et in. c^o. preceptis apostolicis. 12^a. di. et in. c^o. in memoriam. c^o. enim uero: et in. caplo. nulli fas: et in. c^o. sic omnes. 19^a. di. vbi dicitur. Sic omnes apostolice sedis sanctiones accipiende sunt: tanꝙ ipsius diuina voce petri formate: facit capitulum quisquis. 14^a. q. prima: vbi dicitur. Quisqs preceptis non obtemperat: reus est: et debitor pene: et paulo inferius: quod precipitur imperatur: et quod imperatur necesse est fieri. Et hoc colligitur ex verbo christi Matthei. 18°. dicentis. Qui ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnic⁹ et publicanus. Sed ecclesia dei precipit: ut ieiunes totam quadragesimam: ut patet extra de obser. ie. per totuz et in. c^o. non liceat: et in. c^o. non oportet: de conse. di. 5^a. Ergo mortaliter peccat non ieiunans totam quadragesimaz exceptis diebus dñicis. Sed o maxima abhominatio: o demẽtia admirabilis o stulticia nephãdissima: precipit dñs temporalis: ne comedas infra biduum: et cõfestim obedis illi: precipit dña nostra sancta mater ecclesia ut pro salute anime tue ieiunes: et nõ vis illi obe

dire. O quot ad infernum demerguntur: quia non ie iunant: quot credunt quod illis sufficiat tres dies per hebdomadam ieiunare: qui ex hoc solo damnabuntur: quia totam quadragesimam non ieiunant. Aliqui etiam sunt qui ieiunant nullum diem sic et alterum non. Sed audite obsecro: et a memoria vestra non recedat: quod inquit Ambrosius in sermone de quadragesima. di. Qui constitutum numerum vna die mandu cando preterit: non ut vnius diei violator accusatur: sed ut totius quadragesime transgressor arguitur hec ille. Sed est sciendum quod illi qui ieiunare nolunt: in futuro fame et siti deficient. Unde eis Esaie. 65°. inquit dominus. Serui mei comedent et vos esurietis: serui mei bibent et vos sitietis. Pro vino autem habebunt fel draconum et venenum serpentum Deute. 32°. Fel draconum vinum eorum: et venenum aspidum insanabile: vua eorum vua fellis et botrus amarissimus: pro pane autem habebunt calculum ignitum Prouer. 20. Implebitur os eius calculo. Talis do panis non poterit masticari quia durus lapis est: nec in ore poterit tolerari: quia ignitus est Nec ab ore poterit eijci: quia oris impletiuus est.

Pro pictantia autem et ferculo habebunt sempiternum interitum: iuxta illud psalmi. 48 Mors depascet eos. Et hec sufficiant pro. 2a. parte nostri sermonis.

¶ Pars tertia huius sermonis de violatione ieiunij. s. qualiter frangatur. B

Quo ad tertiam partem nostri sermonis que dicitur violationis est sciendum secundum Alexandrum de ales in. 4a. parte summe in tractatu de ieiunio et beatus Tho. in. 4°. di. 15a. ar°. 4°. q. pa. et Ricar. nostrum. ea. di. ar°. 3°. q. 6a. quod ieiunium violatur et frangitur tripliciter. p°. plurali comestione. 2°. notabili preuentione. 3°. carnali refectione. p°. igitur quis frangit ieiunium comedendo plus quam semel in die: vnde aduertendum secundum Ricar. vbi supra: quod qui diebus ieiuniorum duntaxat comedit tantum quantum actu comederet duabus vicibus: quamuis litteram statuti obseruet: non tamen obedit eius intentioni nec meritum acquirit. quia C. de legi. l. Non dubium: dicitur. Non dubium est in legem committere eum qui verba legis amplexus: contra legis nititur voluntatem: et ideo dicit Augustinus in sermone de quadragesima. Sunt quidam obseruatores quadragesime deliciosi potiusquam religiosi: qui artificiosis et peregrinis condimentorum diuersitatibus gulam irritant: tantumque capiunt manducando: quantum digerere possunt non ieiunando: hec ille. Ex quibus tamen non concludo quod ille peccet vel frangat ieiunium qui aliquid plus comedit in prandio tempore ieiunij: quam faceret tempore quo ieiunat postea cenaturus: hoc etenim licet pro sustentatione nature: sed intelligitur de his qui voraciter comedunt: et fallaciter tantum in vna vice: quantum comederent duabus vicibus: hoc est enim facere fraudem legi. l. contra legem. ff. de legi. C

Sed hic queritur vtrum liceat in sero facere collationem: et Respondeo secundum predictos doctores: quod bibere vinum et comedere aliqua electuaria ne vinum noceat: non frangit ieiunium nisi sumantur in fraudem Electuaria enim non assumuntur per modum cibi sed medicine: et ideo licet aliquo modo nutriant: non tamen hic est principalis vsus eorum: et propter ieiunium ecclesie non soluunt: nisi quis vteretur eis quasi alijs cibis in magna quantitate ad famem extinguendam. Si quis igitur in sero confectiones vel electuaria parce sumpserit per modum medicine tempore ieiunij: vel ne vinum noceat sitim [illegible] tiendo non frangit ieiunium. Et hoc secundum Tho. 2a. 2e. q. 147a. arti. 4°. et in. 4a. di. 15a. et Ricar. ea. di. ar°. 4°. q. pa. Et ex inde aliqui sumunt argumentum quod cetera preter confectiones: et electuaria frangunt ieiunium. Alij autem dicunt oppositum: et bene: scilicet quod etiam fructus possunt capi ne vinum noceat. Sed nunquid possit accipi modicum panis in collatione. Respondeo quod non: si quis habeat alia que possit accipere per modum medicine: sed si nihil aliud haberet: et necessitatem haberet bibendi propter magnam sitim: et verisimiliter crederet quod vinum ei noceret: nisi aliquid comederet: credo quod talis non habens aliud quam panem: vel etiam habens aliquos fructus: sed verisimiliter timens ne ei noceant propter aliquam infirmitatem: vel indispositionem corporis: hoc casu accipiens modicum panis potius ad medicinam quam ad nutrimentum non frangit ieiunium: quia licet panis principaliter habeat vsum ad nutriendum: tamen in hoc casu attenditur intentio suscipientis iuxta illud vulgare prouerbium. Quicquid agant homines intentio iudicat omnes. Necessitas enim non habet legem. l. pa. ff. de consulibus: et necessitas est inculpabilis: ut inquit Philosophus: in 5°. Methaphisice et secundum omnia iura necessitas excusat. l. Aliquando. ff. de officio. procon. l. sed et si per pretorem. §. fi. ff. ex quibus cau. maio. l. non solum. §. fi. ff. de excusa. tuto. Ideo dicitur in. c°. consilium: extra de obser. ieiu. Legi non subiacet necessitas. Et de regu. iu. c°. Quod non est: scriptum est. Quod non est licitum ex lege: fit licitum ex necessitate. Sed iterum queritur nunquid bibere vinum ante sumptum cibum soluat ieiunium? Et respondet Albert. in tractatu de virtutibus Cardi. dist. 63a. quod sic: quia potus vini sumptus ante cibum est cibus: et potus nature. Et ideo

nutrit: non autem frangit post prandium: quia iuuat digestionē: et potus est sequela cibi: et post cibum defert ipsum ad membra: hec ille. Innocentius autem dicit in summa: quod non credit sol ui ieiunium: propter potum vini: vel aque: vel an te cibum: vel post. Et hoc maxime propter consuetudinem: et hāc opinionem credo veram quādo est bona intētio: et non fraudulenta simul cum necessitate suscipientis. Sed quid dicemus de his qui sine necessitate faciunt collationē de pane: vel etiam hn̄tes necessitatē bibendi et potētes habere electuaria vel similia: tn̄ ex sensualitate comedūt panem? Quid dicēdum de comedētibus electuaria in magna copia? profecto isti omnes frāgūt ieiuniū. Et ideo concludo quod pauci sunt: qui bn̄ ieiunēt: et iccirco deus non acceptat eorum ieiunia: quia idem est non facere: et viciose facere. l. quotiēs. ff. qui satis. cog. Nō probatur etiam in. l. j. ff. si quis in ius vocā. nō ie. l. Quis. §. si peruenerit. ff. ad velle. l. j. §. penul. ff. qd̄ cuiuscumque vni.

Secūdo frāgitur ieiuniū notabili hore preuētione puta: si quis comederet hora prime: vel tertie sine legitima causa: sed ex gulositate vel sensualitate: s̄m Tho. in quarto. di. 15ª. et ibi Ricar. articulo tertio. q. octaua: hora igitur comedendi in vigilijs et quattuor temporibus: ac alijs ieiunijs preter quadragesimam est hora nona ut inquit abbas Moyses s̄m quod refert ioānes cassianus in collationib⁹ scōrum patrū: et idē dicit Hgo. in expositione regule sci Augu. et ratio huius est quia tempore none: christus in cruce dixit sitio. Joannis. 19°. Et inclinato capite emisit spiritum. O igitur christiane: compatiaris dn̄o tuo: et illam expecta horā ad comedēdum. Tēpore aūt quadragesime hora comedēdi est: qn̄ in ecclijs dicuntur vespere vt in. c°. solēt. de cōse. di. pª. vbi dicitur. Solent plures qui se ieiunare putāt in. xlmª. mox vt signū audierint ad horā nonā māducare: qui nullaten⁹ ieiunare credēdi sunt si añ manducauerit quam vespertinū celebretur officiū: que verba ibidem exponit Archidiacon⁹ dicēs: nullaten⁹ ieiunare credēdi sunt. s. digne et cū merito: quia peccāt. Anticipando horā sine causa. de cōse. di. 5ª. c°. quinque modis: nō tamē frāgūt ieiuniū s̄m Hgonē in hoc c°. et Innoc. in sū. in titulo de obs. ieiun. In pmo ꝟ. Itē credim⁹: licet Hosti. dicat ptra. eodē titu. §. 2°. ꝟ. sed nec. hec ille. Pro cōcordia aūt est dicendū s̄m Alexādrū de ales in. 4ª. parte summe in tractatu de ieiunio: quod hora comedēdi non est in precepto: tamē qui horā ipsam seruare negligeret ex cōtemptu statuti: siue consuetudinis ecclesie mortaliter peccaret: nō quia preceptū trāsgreditur sed quia ordinatū ab ecclesia cōtemnit nulla enim ita leuis negligētia quin fiat mortalis si procedat ex contemptu. Luce. x°. Qui vos spernit me spernit dicit dn̄s rectorib⁹ ecclie. Si aūt pur voluerim⁹ tenere opinonē Hosti. s. quod hora comedēdi sit de pcepto. dicēdū quod illa hora habet magnā latitudinē: et ideo nō debet stricte cōsiderari sed sufficit grossa extimatio. s. quod sit circa horā illam nec multū nocet vt inquit auctor pisanele et supplemētū si ex aliqua rationabili causa aliquātulū hora illa preueniatur. Idē habetur in summa cōfessorū li°. p°. titulo. 12°. q. 32ª. Cause aūt rationabiles anticipādi horam comedēdi possent assignari. Si quis colerā haberet rodētē ita qd̄ sine corporis detrimēto notabili: nō posset expectare horā ipsam Vel quia habēs itinerare nō haberet modū cōgruentē comedendi in via ratione pauptatis vel alia ex causa. Et sic de similibus causis est dicēdū Si aūt quis nō ex infirmitate vel necessitate seu alia rationabili causa sed ex sensualitate ac voracitate preueniat notabiliter horā comedēdi videtur mortaliter peccare: et eius ieiunium nō est deo acceptū s̄m Tho. et Ricm vbi supra qui dicūt quod licitū est tardare horā comedēdi: cū hoc sit potius penalitas quam e cōtra: nō aūt licet anticipare sine legitima causa si nolum⁹ esse violatores ieiunij O gulosi spurcissimi. O voratores ignominiosi O epulones rapacissimi: vere vos estis cathelinarij. Socij eteni nefādissimi catilline vt inquit Salusti⁹ in cathelinario. Nō expectabāt famē aut sitim ad comedendū et bibendum: sed preueniebant eā in comedēdo et bibēdo. Sic vos qui tpe ieiunij statī cū lex lecto surrexeritis cogitatis de epulis: antequam ad ecclesiā pgatis vel ad pdicationem de repletione vētris soliciti estis: pfecto in vobis verificatur illud apli ad Ephe. 3°. c°. Sūt quidam quos sepe dicebā vobis: nūc aūt et flens dico inimicos crucis xpi. Quorū deus venter est: quorū finis interit⁹: et gloria in cōfusione eorū qui terrena sapiūt. Si igitur gratū vultis esse deo ieiunium vt: post predicationē officijs ecclesiasticis itereſſe debetis: et post vesperas auditas comedere: vel si eos audire nō valetis necessitatib⁹ familiaribus impediti: saltem horā vesperarū vel circa: nisi aliud faciēdi legitima sit causa expectare.

Tertio et vltimo frangitur ieiunium carnali comestione. Sed pro maiori declaratione sciēdū: quod tēpore quadragesime nō solū caro interdicitur ieiunantib⁹ sed etiā oua et lacticinia: in quantū sunt orta ex aialib⁹ carnē habētib⁹. Vn̄ Gre. 4ª. di. c°. denique inquit. Parū est vt his dieb⁹ a carnib⁹ aialium abstineam⁹: nisi ab his quoque que semē

tinā trahūt originē carnis ieiuniem⁹:a lacte videlicet caseo ꝛ ouis:hec ibi. In alijs aūt ieiunijs in comededis ouis:vel lacticinijs: vel nō diuerse sūt cōsuetudines ꝓuinciarū:ſm quas faciētes non peccabitis iuxta id dictū sci Ambrosij quod dixit mēti sci Aug. Si fueris rome romano viuito more. Si fueris alibi viuito sicut ibi.c°.illa aūt.12ª.di.Una eni queqꝫ prouincia habundat in sensu suo vt inqt Hiero.in c°.Utinā.76ª.di.vbi etiaꝫ inquit.Esus aūt carniū generaliter in oī ieiunio est prohibitus:q: magis est delectabilis:ꝛ ad humorē luxurie magis cooperaꝰ hec ille. Quo autē ad alia predicta videlicet lacticinia inqt Hiero. ibidē ꝙ diuerse sunt cōsuetudines prouinciarum que seruari debent. Facit extra de sepul.c°.certificari ꝛ c°.consiliū de obser.ieiu. ꝛ.l.pª.circa.fi.ff. de ven.inspi. Cōcor.his oībus Ricar.in.4°.di.15ª.ꝛ Tho.2ª.2ᵉ.q.147ª.ar°.8°.in respōsiōe ad 3ᵐ.arti.Hosti.ꝛ Inno.in sūma in ti° de obseruatione ieiuniorū ꝛ durādus in sūma sua li°.p°.parte p°.di.7ª.q.pª.Cōcludiꝛ ergo ex ꝑdictis ꝙ qlibet comedēs,carnē:oua vł lacticinia orta ex aīalib⁹ carnē habētib⁹frāgit ieiuniū quadragesimale sicut etiam notatur in c°.non oportet de conse. distin.4ª.

H

Sed dubitari potest cur ieiunijtēpore nō ꝓcipiꝛ abstinētia a vino cū tot mala de illo dicanꝛ. Nā sapiēs Prouer.2°.c°.ait. Luxuriosa res est vinū:ꝛ ideꝫ habeꝛ in c°.Luxuriosa 35ª.dō dicit apl's ad Ephe 5°.c°. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Uñ Ouidi⁹ in.2°. de remedio amoris inqt.Uina parāt aīuꝫ veneri si plīma sumas Atqꝫ stupēt mlto corda sepl'ta mero. Ea propter precipit Hiero.in epl'a ad eustochiū di. hoc moneo:hoc obtestor vt sponsa xp̄i vinū fugiat pro veneno. Respō deo ſm Alexādruꝫ de ales ꝛ Ricar.vbi supra qd̄ eccl'ia magis interdicit ieiunantib⁹ esū carniū:ꝙ potū vini triplici ratiōe Prima est:q: difficili⁹ est abstinere a potu vini ꝙ ab esu carniū. Ea ꝓpter si eccl'ia interdixisset vini potū:plures fuissent expositi periculo trāsgressionis:ꝙ per esū carniū: qa defect⁹ carniū potest aliq̄liter restaurari alijs cibis. Qd̄ nō ita est in defectu vini. Et ideo vbi mai⁹ est piculū:ibi cautius fuit agendū c°.vbi periculū de elec.in.6°.2ª. ratio est:q: ieiuniū frequēter tristitiā excitat. Uinū vero letificat cor hoīs:vt psalmograph⁹canit ꝛ ideo cōuenientissime ieiunātib⁹vini vsus permissus est.3ª.ratio est q: abstinētia carniū magis est cōtra cōcupiscētiā gule:per quā, peccatū introductū est ꝙ abstinētia a vino.4ª.ratio pōt addi ꝙ vinū ꝑmissū est ꝓpter necessitatē digestionis: multi eni habēt debilē stomacū quib⁹ necessari⁹ est vsus vini ꝓpter digestionē ꝑficiēdā. Sed audite:o ebriosi:o bibitores: o temulēti qd̄ Grego. dicat in c°.deniqꝫ.4ª.di.Uinū inquit ita bibē ꝑmittim⁹:vt oīo ebrietatē fugiam⁹. Et nō ait Alexander de ales vbi supra:ꝙ ꝛ si eccl'ia nō prohibuit vinū tpe ieiunij ꝑdictis rationib⁹:tñ laudabilior est abstinentia vini ꝙ carniū:tū q: est magis purgatiua ꝛ satisfactoria. Eo ꝙ magis penalis est:tum q: est magis ꝓseruatiua:q: per huiusmodi abstinētiā magis mingaꝛ carnalis ꝯcupiscētia quā reprimere itēdit eccl'ia per ieiuniū: vt ēt inqt Tho.2ª.2ᵉ.q.147ª.ar° 9°.tū quia est magis eleuatiua:q: vinū magis impedit eleuationē mētis ad superna ꝛ magis turbat rōnē. Uñ in lege veteri sacerdotes bibere vinū ꝓhibebanꝛ:quādo debebāt itrare sctūariū dei vt habeꝛ leuitici.x°. Et icirco vxori manue filiū.s.sansonē cōcepture qui saluatur⁹ erat ppl'm: angelus apparēs vt habeꝛ Judicū.13°.c°.ꝓcepit ne vinū ipsa biberet ꝛ similiter vt in eodē c°. habeꝛ:postea idē āgelus apparēs manue ꝑcepit ne ꝑmitteret filiū ei⁹ qui nasciturꝰ erat bibere vnꝙ vinū in vita sua. Debebat eni esse Nazare⁹ dñi qd̄ ſm sctūꝫ Hieronymū idē est ꝙ cōsecrat⁹ siue mūdus ꝛ sanct⁹. O igiꝛ generosi ciues. O dilectissimi frēs ꝛ sorores si mūdare vultis aīas vr̄as:si vos sctificare atqꝫ deo ꝯsecrare desideratis:abstinete vos ab oībus ꝓhibitis cibis ꝛ ab oī ebrietate ꝛ facite qd̄ inqt Sctūs propheta Johel.2°.c°. sue ꝓphetie transuꝫ ptiue in epl'a occurrētis ferie dicens. Cōuertimini ad dñm deū vr̄ꝫ in toto corde vr̄o in ieiunio ꝛ fletu ꝛ planctu: ꝛ scīdite corda vr̄a ꝛ nō vestimēta vr̄a. Qd̄ vobis facē illecōcedat qui in seculū seculi viuit ꝛ regnat. Amē.

¶ Feria quinta de reprobatione gule:ꝛ de ieiunij exceptione ac de eiusdem fructificatione. Sermo quintus.

G

Ejicienꝛ in tenebras exteriores:ibi erit fletus ꝛ stridor dentium Matthei. 8°.capitulo. Discurrens per omnes: tam paganorum:ꝙ sacre scripture libros:inuenio omnes sūmopere gule vicium detestari:maxime autem sacra scriptura hoc nobis nephandissimum vicium prohibet:etiaꝫ sub pena mortis. Unde primis parentibus Genesis.2° c°.dictuꝫ est. Quacunqꝫ die comederetis ex eo moriemini. Et de filijs israel gulosis: dicitur Numeri.xj°.c°. Adhuc erant carnes in dentibus eorum:ꝛ ecce furor dñi concitatus in populū ꝑcussit eum plaga magna. Deute.quoqꝫ.21°.c°. Fili⁹ qdam a pr̄e accusatus ꝙ comessatiōib⁹ vacaret

a pplo lapidatus interiit hoc eteni pessimũ pecca
tũ facit hominẽ deo rebellẽ. Unde Deuteron.32°.c°.
scriptum est. Incrassat⁹ est dilect⁹: τ recalcitrauit
τ Prouer.27°. dicit Salomõ. Aia saturata cal
cabit fauũ idest spũm scm̃. Ideo gulosi appel
lantur canes. Esa.56°.c°.vbi dicit. Canes impu
dentissimi nescierũt saturitatẽ. Ea propter inqt
Ambro.in sermone de ieiunio. Male dñe serui
tur gule: que semper expetit: τ nunq̃ expletur
Quid eni insatiabili⁹ ventre? hodie suscipit: cras
exigit cu3 ipletus fuerit: disputat de ptinẽtia. Cũ
digesserit: vale virtutibus dicit: hec ille. Ipsi aũt
gulosi dicunt illud quod scriptu3 est Esa.22°.c°.
Comedamus τ bibamus: cras eni3 moriemur.
Ideo dicit vobis dñs Luce.21°.c°. Attendite ne
forte grauẽtur corda vestra crapula. Similiter
ad nos hortat sancta mater eccia. de conse.di.5ª
c°. Ne tales: τ extra de vita τ hone.cle.c°. A cra
pula τ.35ª.di.per totã. Leuitici quoq3 24°.c°.di
citur. Oĩs anima que nõ fuerit afflicta die hoc:
peribit de pplo suo. Et ideo dicit apls p° ad Cho
rin.6°. Esca vẽtri: τ venter escis. Deus aũt hunc
τ hanc destruet: τ ad Gala.6°.c°.inquit. Mani
festa sunt opera carnis.s.fornicatio: immundicia:
ebrietas: comessationes τc. Sequitur: qui talia
agũt regnũ dei nõ possidebũt. Ea propter de tali
bus possunt dici verba proposita. Eijcientur. τc.
Super quib⁹ verbis tria sacra misteria cõsidera
bim⁹. Primũ appellabit Reprobatiõis. Secũ
dũ Exceptionis seu excusationis. Tertiu3 Fructi
ficationis.

¶ Pars prima huius Sermonis de reproba
tione gulositatis

Gulositate viciũ sũmoperẽ esse detestan
du3 quinq3 pricipalib⁹ probatur fun
damẽtis. Et primo ratione occasionis
Secũdũ eni Alex. de Ales in.2ª. par
mortuus est: quo datur intelligi quod auarus semper appetit diuitias que tamen sunt causa mortis sue. Quinto quis dicitur auarus. Si diues existens valde: totum tamen studium suum habet ad diuitias acquirendas: maxime non habens heredem De his auaris dicit Paulus ad ephesi. 5°. Omnis auarus non habebit hereditatem christi et dei. In hoc autem cognoscitur stulticia auari: qa edificat: vbi per momentum est permansurus: et non in celo: vbi in eternum si bene fecerit est regnaturus Et tantam curam habet de putribilibus et vilissimis rebus transitoriis. De preciositate autem anime sue non curat. Ideo exclamat dominus noster Matth. 16°. c°. di. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur: anime vero sue detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? quasi di. O auari stultissimi nolite tam solliciti esse in acquirendis diuitiis temporalibus quas in breuissimo tempore estis amissuri: sed de salute anime vestre: et de eternis opibus cogitate: illasque acquirere procurate. Ait enim Asculanus poeta. in. c°. de auaricia O stulti: il tāto affaticar che giova? Tutti tornati a quella mōre antiqua. Il vostro nome a pena si ritroua. Ea propter vos hortatur Grego. in omelia super Lucam que ponitur in dominica sexagesime. di. Si vere diuites esse cupitis veras diuitias amate. O auarone: credis quod vere diuitie sint ille quas tu in archa reconditas tenes? Profecto pecunie tue non possunt recte appellari diuitie. Ait enim Seneca ad lucillum. Neminem pecunia diuitem facit. Quid sunt ergo? certe potius spine et aculei: quam diuitie appellande sunt. De quibus ait Gregori. vbi supra di. Spine sunt: quia cogitationum suarum punctionibus mentes lacerant: fallaces sunt: quia nobiscum diu manere non possunt: fallaces sunt quia mentis nostre inopiam non expellunt. Sole enim diuitie vere sunt: que nos diuites virtutibus faciunt: hec ille. Ex quibus apparet stulticia auarorum: qui de spinis diuitiarum edificant sibi domum infernalem in qua comburentur: iuxta illud Esa. 33°. Spine congregate igni comburentur. O igitur auari vultis absque peccato magnas et veras diuitias adipisci? Virtutes acquirere festinate. Ait enim Ysocrates in exhortationibus suis capitulo p°. Virtute nulla possessio preciosior est: nec securior: potior enim est omnibus opibus virtus.

De luxuria.

Tertium peccatum capitale est luxuria: que secundum omnes Theolo. maxime Alexan. de ales in. 2ª. parte summe in tractatu de luxuria: est libidinose delectationis appetitus habet autem septem species: secundum Alexan. de ales: vbi supra arti. 9°. et Tho. 2ª. 2e. q. 154ª. arti. p°. Que sunt fornicatio simplex: stuprum: raptus: adulterium: incestus: et sodomia. Fornicatio simplex: est quando peccantes ambo sunt sine copula matrimoniali: et nullus eorum est deputatus ad diuinum cultum: nec peccant in loco sacro: vel modo contra naturam: et nemo eorum est virgo: nec intra se habent aliquam cognationem: vel affinitatem: et nullus eorum est coactus ad peccandum sed ambo sponte peccato luxurie assentiunt. Stuprum est quando peccatur cum virgine: hoc libidinis nephandissimo vicio. Et multo est grauius quando ambo peccantes sunt virgines. Raptus est cum per violentiam ad peccandum aliquis vel aliqua artatur. Adulterium est cum vnus peccantium: hoc crimine est vxoratus: et multo maius est peccatum: si ambo sunt matrimonio ligati. Incestus cum peccantes luxuriose sunt cognati inter se: vel affines. Sacrilegium est cum aliquis peccantium diuino est cultui deputatus: et tanto grauius crimen est: si ambo diuinis sunt obsequiis mancipati. Item sacrilegium est: si hoc maledictum peccatum in loco sacro comitantur. Horrendissimum autem sodomie crimen est quando contra nature ordinem luxuriosa rabies perpetratur. De quibus libidinis speciebus: nolo ad presens ad particularia ac abhominabilia scelera descendere modos eorum declarando: ne illa ignorantes addiscant. Ait enim Seraphicus noster Franciscus de predicatoribus in regule sue. c°. 9°. Sint examinata et casta eorum eloquia: quia igitur scriptum est. Ecclesiastici decimotertio. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Ideo nolo de his turpibus ac vituperosis facinoribus aliud specificare. Sed qui habet aures audiendi audiat. Ut dicitur Apocalypsis. 2°. capitulo. O quot horrenda scelera faciunt luxuriosi. O quam nephande res in abditis et tenebrosis locis fiunt quam pauci coniuges reperiuntur: qui sanctum matrimonium: sicut debent custodiant: tam quo ad locum et modum: quam etiam quo ad tempus et ordinem ac alias circunstantias. Al bono intenditore meça parola basta. O maledicta luxuria adeo mundum infecisti: quod vera est illa sententia Iohelis eius. p°. caplo. di. Computruerunt iumenta in stercore suo. Ideo dicit Albertus in tractatu de virtutibus politicis. Homo luxuriosus equiperabitur hyrco: qui propter lasciuiam semper est fetidus et putrescit. Quantum autem hec abhominatio luxurie deo displiceat: patet illo exem

plo: quod legitur in summa de septem donis: vbi dicitur. Quod in tyro in quadam terra erant homines multum luxuriosi: propter quod iniquissimum peccatum immisit deus terremotum maximum in illa terra: et tota submersa est: sed enim terra aperuit et deuorauit illos sceleratissimos. Hanc autem facto inde quidam transeuntes videntes ibi esse aquam in qua erat terra illa: aspexerunt in aqua et viderunt illos maledictos homines et mulieres simul esse coniunctos in illo nephando actu in quo erant quando submersi sunt. Et hoc ostendit deus: ut omnibus intimaret quantum hoc spurcissimum luxurie vicium ei displicet. Ideo contra luxuriosos exclamat Asculanus poeta in. c°. de luxuria. di. Tenete la luxuria vostra dea. E fatti nel facto: le piage noue. Piu che non fece la secta iudea: hor risguardate con qualche pietate che sopra voi le lachryme pioue: vedendo come el ben diuin lassate: destruge le richeçe e le persone: la gola: la luxuria: e le guerre: le femine: e il giocco inicio se pone. Consuma el corpo e lalma se manduca: per lei me pare che l cel se serri. E indesdigno lalto dio conduca. E linimico de lhumana gente: piu cha di altri vicii si gode facendose peccato carnalmente. Et e rason che questo non po fare per sua natura: ne se po dar lodo. Ma tutti laltri: ben po operare. O serui tristi: o compara schiaui: per che lacto carnale tanto vaffana. Che contra dio ve fa cotanto praui? Horribil vicio che natura prende. O anime diffidate sodomite: o quanto questo acto adio offende. Cerchacate amor: oue amor non regna. O anime cieche da lo ben partite. Di vostra vita laere se sdegna: hor vi ricordi como le nude osse. Remanerano nela obscura tana. E como morte a tutti da percosse: abandonate adunche el vile acto. Che se farti di rason la soma: niente acquista poi cha satisfacto.

De peccato gule. I

Quintum vicium capitale est gula: quam quidam facetus predicator dicebat fuisse vxorem carnis priuij. De quo carnis priuio declarabat primo originationem. Secundo ipsius nominationem. Tertio eius depictionem. Quarto ipsius malignationem. Quinto eius filiationem. Sexto seruitorum ipsius conditionem. Septimo vero ipsius expulsionem. Octauo autem eius finitionem. Quo ad primum ait quod ut dicitur. Gen. 3°. videns diabolus mulierem deambulantem in paradiso voluptatis dixit illi. Cur precepit vobis dominus: ut non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier. De fructu lignorum que sunt in paradiso vescimur. De fructu autem ligni: quod est in medio paradisi precepit nobis ne comederemus: et ne tangeremus: ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem. Nequaquam moriemini. Scit enim deus quod in quacunque die comederetis: ex illo aperientur oculi vestri: et eritis sicut dij scientes bonum et malum. Vidit ergo mulier quod bonum esset lignum ad vescendum: et pulchrum oculis aspectuque delectabile. Tulitque de fructu et comedit: deditque viro suo: qui comedit: et aperti sunt oculi eorum. Et statim facta tali comestione natum est carnis priuium: quod dicere potuit illud Job tertio. Pereat dies in qua natus sum: et nox in qua dictum est: conceptus est homo in mundum. Super quo Gregorius. 4°. mora. capitulo. 27°. inquit. Quod scriptura sacra tribus modis hominem appellat. Primo per naturam: ut cum dixit deus Genesis p°. Faciamus hominem ad imaginem: et similitudinem nostram. Secundo per culpam iuxta illud psalmiste. Vos autem sicut homines moriemini: scilicet per peccatum: et Paulus prime ad Corinth. 3°. ait. Cum sit inter vos zelus et contentio nonne carnales estis? et secundum hominem ambulatis? Tertio dicitur homo per infirmitatem: iuxta illud Hieremi. 17°. Maledictus homo qui confidit in homine: id est in infirmitate. Unde sequitur. Et ponit carnem brachium suum. Et sic patet quomodo natum est carnis priuium. Nam ex predicta comestione caro Adam et Eue priuata est sua puritate ac innocentia: et pace ac concordia: quam cum anima habebat. Et sic etiam patet secundum: scilicet eius nominatio. Aliqui enim accipiunt nomen ab excellentia alicuius virtutis: et aliqui ab abundantia tristitie: vel malicie. Carnis priuium autem nomen accepit triplici ratione: secundum eius pessimas qualitates. Unde potest appellari res turpitudine notabilis de qua nominatione habetur. ff. de postu. l. i. §. secundo loco. Primo enim appellatum est carnis priuium: quia priuauit ut dictum est carnem primorum parentum: et totius posteritatis suo dono iustitie originalis qua mediante membra corporis non sentiebant aliquod incendium concupiscentie: vel libidinis: ut ait. Nicolaus de lira super epistolam Pauli ad galathas. Statim autem facto peccato. Verificatum est illud: quod ait Augu. super Gene. ad litteram di. Senserunt iam nudati anime carnisque motum quendam turpissimum atque precipitem

Unde confusi ad fici folia cucurrerunt et mem/bra sollicita pudore libidinis texerunt: hec ille. 2° appellatum est carnaualium: licet enim malum sit maximum quod propter hanc comestionem amisimus dominium membrorum que amplius non sunt subiecta rationi tamen maius detrimentum est quod caro consurgit aduersus spiritum et ei aduersatur. Ut ait Paulus ad Galat. 5°. Et ideo dicitur carnaualium: quia caro et sensualitas valet contra spiritum et rationem. De quo lamentatur Paulus ad Roma. 7°. di. Uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee: et captiuum me ducentem in lege peccati. 3°. appellatum est carnasalium: eo quod caro nostra salsa fomite originalis peccati nunquam marcessit ad libidinem. Nam in infirmitate et senectute et in quacunque sanctitate semper parata est ad concupiscentiam: quod patuit in beato spe. De quo Gregorius inquit in li°. dialogorum: quod existens proximus morti fugabat quandam feminam sibi seruientem di. Recede quia adhuc spiritus viget in me. De senectute etiam habemus exemplum de Noe et de multis senibus adhuc luxurie operam dantibus. De sanctitate autem habetur exemplum beati Francisci qui cum laudaretur a pluribus dicebat: nolite me laudare non securum: nam filios et filias adhuc habere possem. Ecce ego ▪ tu qui vis vacare carnislpriuio vnde processit eius denominatio. Juri enim operam daturum prius nosce oportet vnde nomen iuris descendat. l. pa. ff. de iusti. et iure. hic autem accipimus ius non vt accipit iurisconsultus: sed ad propositum nostrum. Nam ius aliquando accipitur pro brodio in quo coquuntur carnes porcine vt ait catholicon: et vt idem inquit: dicitur ius prophanum: quia iudeis non erat fas comedere carnes porcinas vel ius earum bibere. 3°. dicebat ille predicator quod carnis priuium depingitur in forma hominis pinguis. Nam secundum philosophos pinguedo prouenit ex sanguine indigesto et male decocto propter getes. Unde quanto pinguedo magis augetur: tanto magis minuitur de sanguine et consequenter breuiatur vita hominis cum ▪ in sanguine. Et ideo inquit Philosophus. 13° de animalibus quod non est vtile augmentare pinguedinem quia breuiatur vita: et sunt talia corpora morbis aptissima: quia calor naturalis suffocatur et a pinguedine clauditur: et incurrunt grauissimas: et longas infirmitates. Et ex hoc prouenit podagra et ciragra. Hiero. quoque contra Jouinianum ait Galienus quorum vita et ars sagina est dicit exhortatione medicine: nec viuere posse dixit nec sanos esse corporibus. Depingitur quoque cum oculis rubeis more ebriorum quorum oculi videntur a carne salsa suffulti. Unde quidam ebrietati deditus dicebat. Melius est habere oculos laceratos siue lyppos quam siti deficere. Semper enim patiuntur sitim isti ebriosi: et omni hora parati sunt bibere. Dicunt enim quod oportet facere vltimum de potentia in bibendo pro conseruatione sanitatis. Et in hoc suo modo intelligunt et allegant quod inquit cato. l. Hoc bibe quo possis si tu vis viuere sanus. Depingitur etiam ipsum carnis priuium magnis infirmitatibus. Unde Seneca ad lucillum ait. Quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit quam in quosdam voluptates sue? Voluptates enim non tantum excecant voluptuosos: sed etiam impotentes reddunt et contractos ac leprosos: variisque eos infirmitatibus affligunt. Depingitur etiam in forma hominis insani et amentis. Quia vt ait Augustinus. Ebrietas aufert memoriam: dissipat sensum: confundit intellectum: concitat libidinem: inuoluit linguam: omnia membra debilitat: vitam diminuit et omnem salutem exterminat. Ebrietas etiam est status mentis euersio. c°. vinolentum. 35a. di. et sepelit rationem 15a. q pa. c°. Sane. Quo ad quartum. s. de carnis priuii malignatione dicebat idem facetus predicator quod propter carnis priuium. Adam cum posteris suis eiectus est de paradiso. Nam dicitur Genesis. 3°. quod post predictam comestionem et carnis priuii originationem: dixit deus ad Adam vbi es? Quasi diceret. Quid fecisti? Et quare istud carnis priuium causasti? Cui respondit Adam. Uocem tuam audiui et timui eo quod nudus essem et abscondi me. Dixit autem deus Et quis indicauit tibi quod nudus esses? nisi quia ex ligno de quo preceperam tibi ne comederes comedisti? Facta autem reprehensione eiecit Adam et Euam de paradiso cum carnis priuio. Et induit eos tunicas pelliceas: et ait derisorie. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis sciens bonum et malum et sic honorabiliter vestitos expulit de illo loco amenissimo de quo dicam in. 2a. parte principali huius operis sermone 6°. parte. pa et diffusius. 9a. parte principali nostri Marialis sermone p°. parte pa. Uide ibi. Et ista est ratio dicebat ille predicator quod homines dicti carnis priuii induuntur pellibus velut bestie ac vestibus inhonestis: et tingunt se more stultorum: et faciunt laruas et alia multa puerilia tanquam si dissent alieni a sensu et amentes effecti. O maledictum carnis priuium quod humanum genus ad tantam calamitatem deduxisti: et dominum Adam de horto voluptatis expelli fecisti: de quo inquit beatus Tho. pa. 2e. q. 102a. et Ricar. in. 2°. di. 27a. qui se fundat sup

dictū Damasce. li°. 2°. ⁊ Isi. 4°. Ethimo. ⁊ strabi. ac Bede. ⁊ Alex. de ales i 2°. di. 19°. q. 16°. Qđ ē i pria parte orientali vbi sol oritur de mēse marcij ⁊ septembris: quando est equinoctium: ⁊ hec pars terre est nobilissima: cuȝ ſm Philosophū. 2°. de celo ⁊ mundo. oriens sit dextera celi. Dextera autem est nobilior sinistra in comparatione ad hominem. Unde Isido. vbi supra inquit. Paradisus locus est in orientis partibus constitutus cuius vocabulum a greco in latinum vertitur, hort⁹. Porro hebraice eden dicitur qđ in nostra lingua delicie interpretatur: quod vtrūq̄ iunctum facit hortū deliciaruȝ. Dicit aūt Ricardus vbi supra q̄ iste locus est temperatus ex vicinitate ignis: ⁊ directa operatione solis ⁊ duplici transitu eius bis in anno super genith capituȝ inhabitantium in eo qui sunt Enoch ⁊ Helias. Hanc enim triplicem caloris causam temperat p°. Aeris subtilitas. Fortius nāq̄ agit sol in re grossa q̄ʒ in re tenui: vt pȝ experiētia: q: calidior est petra in terra tempore estatis q̄ʒ aer: ⁊ ideo in nostro aere qui nō est purus habemus maiorem calorē pp maiorem ipuritatem q̄ʒ in montibus. Paradisus autē voluptatis ſm aliquorum doctorum opinionem est extra supremā regionē aeris: ⁊ ideo est ibi aeris subtilitas ⁊ puritas. Secūda ratio est quia calor causatus ex reflexione radiorum solarium a superficie terre non ascendit illuc. Tertia ratio est summa frigiditas que est in medio interstitio aeris cuius extremitati superiori equaliter formate propinqua est superficies illius loci sicut spere ignis: ⁊ trāscendit mediam regionem aeris vbi generantur impressiones frigide ⁊ humide: ⁊ attingit vsq̄ ad partem aeris purissimam. Secunda vero causa temperiei est: quia vt supra diximus est sub equinoctia [illegible] idest in illo loco vbi sol oritur de mense martij: ⁊ septembris quando sunt dies noctibus equales. Et quāuis Philosophus dicat in li°. Metheau. regionē illam esse inhabitabilē pp estum: respondetur q̄ in paradiso terrestri est illa temperies pp p̄dicta: ⁊ etiam pp illuȝ fontem: de quo di. Gen. 2°. Fons ascēdebat de terra irrigans vniuersam supficiem terre. Dicit aūt Damascen⁹ vbi supra q̄ deus ꝯstituit hominē quasi quēdaȝ regē ⁊ principem omnis terre: ⁊ omniuȝ que sunt in ea: ⁊ ideo creauit ⁊ fabricauit ei paradisum terrestrem quasi quandam regiam domum ⁊ arcē sublimem ⁊ super omnem terraȝ eminentem in qua conuersans beataȝ duceret vitaȝ. O igitur felix habitatio. O iocunda mansio. O amenissima regio. O nobilissima patria: pro qua incolenda creatus fuit homo. Et hec est prima domini ade nobilitas que dicitur localitatis quaȝ propter carnis priuium cum posteris suis amisit. Secunda eius nobilitas dicitur corporalis. Nam cum eēt principiū oīuȝ alioꝝ fuit pulchrior ⁊ venustior: ⁊ ipse ⁊ vxor sua oīb⁹ alijs hoībus q̄ erant adeo immediate formati quorū tamen formositatem superauit xp̄s ⁊ beata virgo mater ei⁹ vt diffuse tractabo in. 2°. pte nr̄i Marialis ſmōe. 4°. Itē hēbāt corp⁹ imortale: qa vt dr̄ ad Roma. 5°. Mors per peccatū itroiuit ī orbē terrarū. Ubi notādū ſm Thomā. p°. 2°. q. 97°. quod aliqd dr̄ imortale vel icorruptibile multipliciter p°. ex pte materie: eo q̄ nō hēat materiā q̄ ē pncipiū gn̄atiōis ⁊ corruptionis: vt āgelus ⁊ aīa. 2°. quia non habet impotētia ad aliam formam: [illegible] corpora celestia: ⁊ istis duobus modis dicitur celuȝ incorruptibile ſm naturam alio mō dr̄ aliquid incorruptibile: quia illi materie adheret aliquid quod non sinit illam corrumpere: ⁊ hoc modo dicitur incorruptibile corpus gloriosum quia tam potentem fecit deus aīe naturam: vt gloria ipsius aīe redundet in corpus. Alio quoq̄ modo dicitur aliquid incorruptibile [illegible] parte cause efficientis: ⁊ hoc modo in statu nature institute fuit corpus humanum incorruptibile ⁊ immortale. Unde Augustinus in .li°. questionum noui ⁊ veteris testamenti ait. Deus hominem fecit quādiu non peccaret immortalitate vigeret: vt ipse sibi auctor esset vel ad vitam vel ad mortem. Ex quo patet q̄ primi parentes erant incorruptibiles: ⁊ nos pariformiter essemus si ipse non peccasset ⁊ peccatuȝ suuȝ ad nos non transmisisset. Nam in illo felici statu stetissemus donec completus fuisset numerus electorum: ⁊ postea sine alicuius laboris vel doloris siue mortis experimento trāslati fuissemus ad patriam celestem vt ait Augustinus. 14°. de ciuitate dei. c°. x°. Quod autem ipse Adam cum posteris fuisset incorruptibilis patet: quia corruptio humani corporis prouenit aut ex corruptione interiori aut ex accidenti exteriori. Quorum neutrum fuisset in ipso Adam nec in nobis quia in ipso paradiso humores nunq̄ʒ fuissent corrupti ⁊ perfecta restauratio semper fuisset facta p esuȝ ligni vite: ⁊ sic nunquam deuenisset ad senectutem: sed semper in eodem iuuentutis flore permansisset. Nec exterius erat aliquid quod ei noceret. Nam animalia ei fuissent semper subiecta. Aer vero ⁊ elementa ibi sunt purissima ⁊ perfectissima ⁊ omnium nociuorum ⁊ proficuorum habebat totalem cognitionem. Cogno-

scebat enim perfecte influentias celorum herbas ℞ lapides ℞ cetera. Et ideo Augustinus vbi supra ait. Quam igitur felices erant primi homines. Nullis perturbationibus animorum agitabantur. Nullis corporum ledebantur incomodis ℞ cetera. A quo felici statu deiecit eos istud maledictum carnis priuium. Tertia Ade ℞ Eue nobilitas dicitur spiritualis scilicet anime: quam nobis ad memoriam reducere perutile erit. Nam si quis fuerit filius alicuius magni imperatoris: dum rememoratur gloriam patris: si ipse sit in penuria ℞ egestate dolet se amisisse paternas diuitias: ℞ si ad illas sit possibilis accessus conatur pro viribus illas recuperare. Dicitur enim Ecclesia .3°. Gloria hominis ex honore patris sui: ℞ dedecus filij parens sine honore. Ista autem nobilitas excellentior est alijs duabus scilicet locali ℞ corporali. Unde notandum est quod magister in 2o. distin.23a. recitat opiniones de cognitione primi parentis de qua cognitione etiam tractat Alexander de ales in secunda parte summe in tractatu de scientia primorum parentum. Positis autem opinionibus ipse magister postea ponit suam dicens. Quod est triplex cognitio de deo: prima est patrie ℞ glorie que consistit in clara dei visione. De qua inquit Paulus pe. ad Corinthi.13°. Tunc cognoscam sicut ℞ cognitus sum: ℞ pe. Johannis.3°. dicitur. Uidebimus eum sicuti est. Et hanc cognitionem non habuit Adam cum non esset in gloria. Secunda autem cognitio est viatorum que est cognitio nostra: quam de deo possumus habere per creaturas: ℞ ista est enigmatica. de qua Paulus vbi supra ait. Uidemus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Unde dicit Augustinus.14°. de ciuitate dei. Quod enigma est visio obscura: vt exempli causa aliter videtur denarius detentus in manu: ℞ aliter proiectus in aqua vel representatus in speculo. Nos autem habemus cognitionem obscuram multis de causis. Primo per peccatum primi parentis quo vulnerati sumus vulnere ignorantie. Sumus etiam pro peccatis nostris obtenebrati: ℞ pro temporalibus implicati: ℞ ex grauedine corporis totaliter depressi: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sap.9°. Cognitio autem primi parentis erat media inter cognitionem beatorum ℞ nostram. Nam sicut eius habitatio erat quasi media inter celum ℞ terram: tenebat tamen se plus ex parte terre quam celi: sic ℞ ipsius cognitio. Unde videbat deum per speculum clarum ℞ non obscurum cum haberet carentiam predictorum. Et ideo Ugo in libro de sacramentis ait. Cognouit homo creatorem suum non ea cognitione qua modo a credentibus absens fide queritur: sed ea qua tunc per presentiam contemplationis scientia manifesta cernebatur: hec ille. Sed pro clariori euidentia cognitionis Ade: est sciendum quod quadruplex est modus cognoscendi deum. Omne enim quod cognoscitur oportet quod sit presens intellectui. Et hoc fieri potest quadrupliciter. Aut enim est presens per fidem: ℞ hec est cognitio nostra: que cognitio in Prophetis ℞ Euangelistis fuit clara ℞ manifesta cum ipsi viderent spiritu sancto dictante omnia predicta. Nos vero ipsam cognitionem habemus per fidem ℞ auditum: quia fides est ex auditu. Auditus autem fit per verbum christi: ad Romanos decimo. Nam quod deus sit trinus in personis: ℞ vnus in essentia: ℞ quod deberet incarnari ℞ mori ℞ cetera. Erat presens intellectui prophetarum ℞ apostolorum. Nobis autem ista sunt presentia per credulitatem ℞ hic modus cognitionis in Adam non fuit cum nullus alius eum instrueret nisi deus. Secundo aliquid est presens intellectui per contemplationem que tanto est nobilior quanto altior ℞ excellentior: ℞ hanc cognitionem habuerunt multi sancti: vt Augustinus: Ambrosius: Hieronymus: Gregorius: ℞ alij quam plures. Et hanc cognitionem excellentiori modo habuit Adam cum haberet corpus magis ex pecudum ℞ mentem magis aptam ad deum contemplandum: ℞ idem fuisset de nobis si ipse non peccasset. Tertio est aliquid presens intellectui in signo sicut est apparitio: ℞ hec est gratia specialis, vt fuit apparitio Abrahe ℞ aliorum in veteri ℞ nouo testamento: ℞ hanc habuit Adam. Cum deus creans illum monstrauerit se ei post creationem in subiecta creatura. Et similiter apparuit ei post lapsum. Unde si Adam non peccasset deus ei frequenter apparuisset: ℞ cum eo locutus fuisset ℞ similiter nobis. O felix cognitio. O clara scientia. O iocunda confabulatio. Si enim in curia principis temporalis magnum reputatur posse familiariter aloqui principem quando quis vult: ℞ esse suum secretarium. Que consolatio fuisset Ade ℞ nostra in dei apparitione ℞ alocutione? Que omnia propter carnis priuium perdidimus. Est autem Quarto aliquid presens intellectui clare ℞ lucide sicut est in beatis ipse deus: ℞ hanc Adam non habuit: sed habuisset in gloria. Unde Ale. de ales in .2a. parte summe di.22a. q.17a. dicit quod anima Ade fuit perfectissima quantum ad cognitionem non solum dei: sed etiam omnium aliarum

rerum. Et dicit. Hugo in li°. de sacra. q talem co/gnitionem habuit simul et semel ab ipso sue conditionis exordio: vna ac simplici illustrationis diuine illuminatione. Et dicit Thomas. p^a. 2^e. q. 94^a. ar°. 3°. Quod sicut nobis ad gubernationē vite nostre necessarium est cognoscere que sunt fidei vt possimus peruenire ad supernaturalem finem ita ipse Adā habuit cognitionem de istis naturalibus quantum erant necessaria ad gubernationem vite humane secundum statum illum. Ex quo elicitur q habuit cognitionem rerum diuinarum perfectiori modo quam aliqui theologi habuerunt: habuit quoque omnes scientias mundi. Et similiter nos omnem predictam cognitionem habuissemus: si non fuissemus per peccatum et consequenter per carnis priuium priuati. Essemus nanque sapientiores Prisciano Ptholomeo Salomone Tulio: ceterisque omnibus philosophis et sapientibus qui vnquam fuerunt. Deus enim hominem preposuerat: ceteris animalibus vt ad nutum eius omnia obedirent. Et ideo vt ait Alexād. decens erat vt naturas illorum cognosceret. Nā nō decet sapientem committere curam suarum rerū stulto gubernatori: sed prudēti: quia acceptus est regi minister intelligēs Prouer. 14°. Et ideo nō decuit deū facere hominem nō intelligentē sed cognoscentem cetera sue cure commissa. Vt sciret quid vnicuique expediret: quod et fecit. Cuius rei signū est q nomina imposuit rebus quod facere nō potuisset nisi rerū omnium proprietates sciuisset: vt dicitur. 4°. Metha. Ratio quā significat nomē est ipsa diffinitio. Et ideo nomina rerum non a se nec ab angelo imponi voluit deus: sed ab homine vt ex hoc ostenderetur q singulorum naturam et vsum ac officiū ex insita sibi ratione cognouit quibus propter eū creata erāt ab ipso regi instrui debebant. Vnde omnium eorū scientiam habuit. Et cū ille status esset perfectus debuit primus homo esse expeditus in omnibus cōsiderationibus intellectus per omnis scientie complementum. Et sic patet quante nobilitatis ac sciētie fuerit anima patris carnis priuij. s. dnī Ade: quam propter ipsum cū posteritate sua amisit. Quo ad quintū de filiatione carnis priuij dicebat predictus predicator facetus: q carnis priuium sic originatum ac bapticatum in aqua macharonum noluit esse continens: sed vxorem habere voluit cuius votum approbans diabolus dedit ei vxorem dominam gulinam. Dixit enim ipse serpens antiquis alijs malignis spiritibus. Non est bonum hominem esse solum. Faciamus ei destructorium simile sibi. Data autem illi hac vxore dixit eis illud Genesis p°. Crescite et multiplicamini et replete terram. Ex qua vxore carnis priuium genuit duodecim filios et totidem filias. De quibus dici potest illud Deute. 32°. generatio praua atque peruersa et infideles filij. Et ps°. 77°. generatio praua et exasperans et Mathei. 12°. generatio mala et adultera et Job. 5°. lōge fient filij eius a salute: et Sap. 4°. ex iniquis omnes qui nascuntur filij testes sunt nequitie aduersus parentes. Et Ezechielis. 2°. Filij dura facie et indomabili corde. Diabolus enim potuit dicere carnis priuio illud Osee p°. vade et sume tibi vxorem fornicariam: et fac tibi filios fornicationū. Primus autem filius carnis priuij vocatur dominus preueniens siue miser presto: qui ante quam eggrediatur de lecto vel antequam sit integre vestitus facit sibi portari ad comedendum et bibendum et nunquam expectat horam congruam epulandi. Contra quod vicium dicitur Ecclesia. x°. Veh terre: cuius principes mane comedūt: quo vicio laborauit Jonathas filius Saul: qui ante tempus comedit contra prohibitionem patris vt habetur primi Re. 14°. De quo Gregorius. 30. mo. ait. Mortis quippe sententiam patris ore Jonathas audire meruit: qui in gustu mellis constitutū comedendi tempus antecessit: hic autem dominus preueniens preest tabernarijs et cauponibus ac meretricibus et huiusmodi qui citius aperiunt tabernas suas quam clerici ecclesias. Secūdus filius vocatur dñs delicatus siue dominus gentilis: qui comunibus cibis nunquam est contentus sed semper vult cibos exquisitos: et hic possedit filios israel in deserto vnde Numeri. xj°. habetur q concupierunt carnes et psalmista ait. Cōcupierunt concupiscentiam in deserto. Super quo Gregorius inquit. Ex egypto populus ductus in heremo occubuit: qui despecto manna cibos carnium petiuit quos lautiores putauit. Et hic dñs est magni animi: et stat vt plurimū cū Imperatoribus regibus pōtificibus episcopis et prīcipibus sacerdotibus et vniuersaliter cū nobilibus et magnis dñis. Et hoc vicio laborauit ille diues epulo de quo dicitur. Lu. 16°. q epulabatur quotidie splendide. Tertius filius vocatur dominus curiosus siue studiosus qui de nocte cogitat quid comedere debeat in die: et nimium studet in preparandis comestibilibus. Et hoc fuit vicium filiorum Heli vt habetur primi Regum. 2°. Super quo Gregorius inquit. Prima filiorum heli culpa suborta est: quod nō antiquo more coctas vellent de sacrificio carnes accipere: sed crudas quererent quas accuratius exhiberent. Et hic dominus stat comuniter cum mulieribus coinquinarijs et hospitia tenentibus. Unde Isido. ait Tota die

epulas ruminant: qui ad explendam gulam delicias vere preparant. Quartus filius vocatur dns Tropus: siue miser spaça tuto. Quo vicio laborauit populus sodomorum. De quo Ezechielis. 16°. dicit. Hec fuit iniquitas sodome abundantia panis et vini: et ocium. Super quo Grego. ait. Apte ostenditur quod iccirco salutem perdidit: quia cum superbie vicio mensuram moderate refectionis excessit. Et Hiero. inquit. Pluuia illa est optima que sensim descendit. Subitus autem nimius et preceps imber arua subuertit. Et hic domin⁹ comuniter stat cum omnib⁹: tam laicis quam clericis: qui nimium comedunt sicut dns Zanfronus: qui tempore nostro viuens tm comedebat in vna refectione quantum viginti quinque hoibus satisfecisset. Quintus filius vocatur dominus insaciabilis siue miser ingordo: qui habens gullam pilosam: totus ad deuorandum cibum inardescit: et cito omnia sine debita mastication deglutire querit: malam partem socijs relinquens. Habet enim vnum bolum in ore alium vero in manu: et tertium respicit oculo: et nihil reliquit in incisorio: vel parapside. Et ideo nullus libenter comedit cum tali: qui deuorat partem suam et socij: nec sufficit sibi quicquam apparatum sed videtur ei quicquid apponitur esse paruum: et hoc prouenit: quia sequitur appetitum bestialem: et non regitur aliqua ratione. Et hic domin⁹ dnatur precipue tempore ieiuniorum et famis: et stat cum illis qui intrantes domum vociferantur contra vxores: et familias: ut cito cibos expediant et preparent et comedunt tanquam rabidi canes. Impletum semper os [illegible] nentes: et antequam primum bolum deglutinerint ponentes secundum: et hoc vicio laborauit Esau fili⁹ Isaac Gen. 25°. De quo Grego. inquit. Primogenitorum gloriam Esau amisit: qui magno estu desiderij vilem cibum: id est lenticulam concupiuit: quam dum vendendis primogenitis precidit: quo in illam appetitu anelaret indicauit. Ex quibus concluditur quod sepe aliquis plus peccat comedendo etiam vilissima cum nimia auiditate: quam alius preciosiora cum minori affectione. Hos autem quinque filios gule ponit ipse Grego. 30. mora. Sextus filius vocatur dns accidiosus: siue miser poltrono De quo vicio inquit Hierony. in lib⁹. contra Jouinianum. Comedendum est et bibendum: et dormiendum: et postea incentiua carnis sentienda: hic enim filius: cum bene saciatus fuerit non potest quicquam bene operari: sed vult aut iacere et sedere: aut dormire: et ociose viuere. Unde Gregori. ait. Gule deditos leuitas prorsus operis et ociositas sequitur. Quo vicio laborauit holofernes. De quo dicitur Judith. 13°. Porro holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus. Septimus filius dicitur domin⁹ Grosolanus. Ait enim Salomon de vino et ebrietate. Prouerbio. 20. Quicunque his delectatur non erit sapiens: et Esa. 28°. dicitur de ebriosis. Absorti sunt a vino: errauerunt in ebrietate: et ignorauerunt iudicium: et Osee 4°. Uinum et ebrietas aufert cor. Octauus filius vocatur tetibonus: siue miser menaçoie. De quo exponi potest illud Exo 32°. Sedit populus manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Iste enim non delectatur nisi in ludis et solacijs. Unde propter carnis priuium verificatur illud Zacharie. 8°. Platee ciuitatis implebuntur pueris et puellis ludentibus. Et illud Esa. 13°. Requiescent ibi bestie: et pilosi saltabunt ibi. Bon⁹ autem vir et bona mulier ab his iocis et ludis mox ijs abstinet. Unde dicere potest illud Hiere. 15°. Non sedi in consilio ludentium. Nonus filius dicitur dominus Cecus. Nam ut ait Ouidius in epistolis. Epistola. 4°. Quid deceat non videt vllus amans. Et ideo amor depingitur Cecus. Quapropter dict⁹ predicator exponebat de carnis priuio illud Luce. 18°. Cecus sedebat iuxta viam mendicans: quod ponitur in dnica quinquagesime: quo die potest de carnis priuio predicari: et accipi illud pro themate. Non enim de hoc predicandum est in quadragesima: sed solum illo tempore quo homines vacant dissolutionibus: et nolunt ire ad predicationes: quia forte ut audiant predicari de carnis priuio ibunt: et sic audient reprehendi suas dissolutiones: et cognoscent quod in veritate sunt ceci: qui in via huius mundi stant mendicantes et priuati lumine diuitie gratie: vnde Gre. sup predicta vba ait i omelia. Cecus iste est gen⁹ humanum: quod in parente primo a padisi gaudijs expulsum dnationis sue tenebras patitur. Decimus fili⁹ di dns Iniuriosus. Ait enim dicit Salomon Prouer. 2°. Contumeliosa res est ebrietas. c°. Luxuriosa. 35ª. di. et Eccl. 26°. dicitur. Mulier ebriosa: ira magna et contumelia: et turpitudo illi⁹ non tegetur. Undecim⁹ fili⁹ di dns nullatenensis: siue miser poueraço. Scriptum est enim Eccl. 19°. Operarius ebriosus non locupletabitur etc. Duodecimus fili⁹ vocatur dns reuelans. Est enim sicut Quint⁹ curius roman⁹: qui nihil poterat tenere secretum: ut refert Salustius in Cathilinario. De quo vicio dicitur Prouer. 31°. Nullum secretum vbi regnat ebrietas. O damnata filiatio. O iniqua progenies. O proles maledicta carnis priuii: quomodo hodiernis temporibus replesti terram. Ne autem mulieres possent gloriari quod nulle femine nate sint ex carnis priuio. Ideo di-

cebat dictus predicator: q̄ et multas filias ex ea/
dem vxore generauit. Prima aūt vocatur dn̄a
Bibiana hn̄s oculos suffossos τ laceratos atq
īfectos pp vinū: iuxta illō Prouē. 23°. Cui ē effo
ssio oculoꝝ nisi ei q morat in vio: τ studet cali/
cibus potandis? Scđa vocat dn̄a Linguigeria
siue madona bosarda: vel dn̄a loquacitas. Ait
eni Gre. p°. moꝛa. Pene semp epulas loquaci/
tas sequitur. Cūq venter reficit: lingua diffrenat
Sicut nāq tibia tunc bene sonat quando vento
plena est: sic etiam carnis priuio vacantes pleni
cibo τ potu vt pice faciunt: τ vnus pro decem lo
quit: nec potest sufferre vt socius loquatur sed ip
se solus vult semper loqui: τ post vana τ ociosa
vba venit ad inhonesta τ turpia. De qb° Basili
us ad nepotes scribit. Praue ↄfabulatiōes vie
q̄dā sūt ad facinora. Itē tales post nimiā come/
ssionem incipiunt trufari ac deridere alios: tam
seculares q̄ religiosi: diuersisq nominibus eos
appellant: alios appellantes. Ipocrita alium frēz
stupā: τ aliū frēm bottinum: τ similiter faciunt
de mulierib° bapticantes eas suo modo. 3ª. filia
dicit dn̄a immūditia: de vacantib° eni carnis p/
uio dici potest illud. 2ᵉ. Pe. 2°. Post carnē in ↄ/
cupiscētia immūditie ambulant. Et illō Ezechie
lis. 14°. Posuerūt immūditias suas in corpori/
b° suis. 4ª. di dn̄a destructrix. Vn̄ Grego. 30. mo.
ait. Dū venter nō restringit per carnis ↄcupiscen/
tiā oīs simul virtutes obruunt τc 5ª. df dn̄a fa/
miliaritas siue madona domestichezza. Filie eniz
iste tpe carnis priuij cum trāsuestitis cōuersan/
tes: τ cū viris familiaritatē ↄtrahētes τ ↄtra in
multa facinora postea dilabūtur τ verificat illō
saluatoris nr̄i dictū Math. 10°. Inimici hoīs
domestici ei°. 6ª. dr̄ dn̄a infirma. Post multas
eni epulatiōes sentiūt dolorē capitis τ stomacii in/
currūt q varias infirmitates: vt dicit Eccle. 37°.
7ª. di. dn̄a Inhonesta: siue frōtosa. De q̄ di. Apo.
6°. Ecce mulier occurrit ei ornatu meritricio pa
rata ad capiendas aīas. Quādo enim fuūt vani
tates τ ornamēta meretricia nisi tpe carnis priuij
Iste āt vane mulieres conātur destruere q̄ ecclia
scā dei studet opari. Ipsa eni scā mater ecclia in
oīb° actib° suis ducta a spū scō: vidēs pplz xpia
nū carnis priuij ire post dissolutiones volensq
eū retrahere incipit in septuagesima vestire alta/
ria nigris vestibus: vt excitet eum ad fletū ex me
moria passiōis xpi sicut faciebat illa mulier que
filio suo ostēdebat camisiam pris sui mortui san
guinolentam: sed iste perfide mulieres e contra/
rio ondunt viris vātates τ carnea suas discoop
tas: τ similiter viri mulierib° τ maxime post co/
messationes τ ebrietates. Propriū est enī ebrie/
tatis femora denudare: τ ad luxuriā incitare. 35ª
di. §. p°. τ c°. Sexto die. Et ebrietas etiam est fo/
mes τ nutrix oīuz viciorū. Eadē di. in prin. τ c°
fi. Unde Job quē sodoma nō vicit: vina vicerūt
35ª. di. in prin. 8ª. filia df dn̄a luxuriosa. Ait enī
Hieronym° ad Eustochiū. Gule horrēdum sce/
lus genitrix luxurie est. Et Joānes cassian° ingt
Uētrē distentū cibo: τ vini potionib° irrigatū vo/
luptas erigit genitalium. Nona dicitur domina
balarina: vel dn̄a dissoluta: siue ganinella. De q/
b° balarinis di Job. 21°. Tenēt tympanū τ cytha
rā: τ gaudēt ad sonitum organi: ducūt in bonis
dies suos τ in pūcto ad iferna descēdūt Ait etiā
Aug. qlibet salt° q fit in chorea: est salt° in profū/
dū iferni. Btūs igit ille: q pōt dicē cum scō Tho
bia sui libri. c°. 3°. Nunquā cū ludētibus miscui
me: neq cū his q in leuitate ambulant pticipem
me pbui. De tali āt choreis vacātes: τ vestib° idecē/
tibus se vestiēte di. Deut. 22°. Maledict° vir q
vsus fuerit veste feminea. Sicut faciūt mlti tpe
carnis priuij: τ e ↄtra lassiue mulieres vestibus
viroꝝ se iduentes: τ aliqui induuntur vestibus
religiosoꝝ vel clericoꝝ: aut heremitarū: τ ad ira/
cundiā deum puocant in illis vestib° in quibus
sci deo placuerūt: τ q̄si in vituperiū diuine maie/
statis assumūt in obsequiū demonis qō fuit i ob
sequiū xpi. Decima filia di dn̄a bestia. De talib°
eni supradictas dissolutiōes faciētib° dicit pphe
ta. ps°. 48°. Cōpati sunt iumētis insipiētib°: τ si
miles facti sunt illis. Aliqui nāq eoꝝ sibi assu/
munt similitudinem demonum in facieb° mon/
struosis τ bestialib°: vt ondāt se eē bestiales τ ad
seruitiuz demonis ituros Unde Aug. 9°. de ciui.
dei: ingt. Plotinus phlosoph° dicit aīas hoīum
demones eē si mali sūt: seu laruas. Laruas. n. di
cit eē noxios demōes ex hoīb° factos. Vn̄ pōt di/
ci de talib°. Reddite q̄ sūt cesaris cesari τ q̄ sunt
diaboli diabolo. Undecima filia df dn̄a fastidio/
sa siue tediosa. Talib° eni oīa opa spūalia τ vir/
tuosa in fastidiū veniūt. Vn̄ Eccli. p°. dicit. Exe/
cratio petōris cultura dei. Duodecima filia dicit
dn̄a mortalitas. Ex crapulatiōe enī quā faciunt
isti dissoluti i carnis priuio comedētes media no/
cte τ post cenā ponētes idigestū sup indigestū se/
pe moriunt: maxime se implētes illo pigmēto ex
vino dulci τ specieb° atq ouis ↄfecto: qō ipi ap
pellāt vulgariter çabaiono. Vn̄ de qlibet eorū ve/
rificat illud Esa. 59°. Qui comederit ex ouis
eius. s. carnis priuij morietur. Isti sunt filij τ filie
pncipales carnis priuij ex dn̄a gullina. Licet etiā
alios filios τ filias genuerint quos breuitatis cā

pertranseo possumus enim imaginari quod accepta predicta uxore dixerit illud ps. 72. ut iumentum factus sum apud te: et ipsa domina gulli/na responderit. Et ego semp tecum. s. faciens inhonestatib9 ac pecti/ et malis filijs te multiplicare Quo ad Servu de ei9 servitoru condicione dicebat ille facet9 pdicator quod multi fuerut et sunt ei9 fidelissimi servitores quor pm9 fuit cherit9 heretic9: q dixit cum sequacibus suis quod mile anni dabuntur post resurrectione corporum ad voluptatem carnis explendam: propter illud euangelij. Mathei. 19°. Centuplum accipietis etc. De quo erro/ ▪ mentionem facit Hieronymus in quadam omelia. Scds servitor eius fuit Nichola9 hereticus a quo alij sequaces dicti sunt nicholaite. De quibus fit mentio Apocalypsis. 2°. di. Non esse peccatum viris luxuriari cum feminis: nec e contra cuius heretice etiam hodie inveniuntur discipuli multi dicentes gulam et luxuriam non esse peccatum: eo quod sint fm naturam. Tertius servitor fuit. Fotinus hereticus qui dixit Joseph carnaliter cognouisse beataz virginez: et ex ea genuisse christum. Quartus fuit eluidius qui dixit beatam virginem hu̅isse alios filios naturales ex Joseph ultra christum. Quintus fuit Jouinianus qui dixit nullam esse differentiam quo ad meritum inter vgines et maritatas. Ut Hiero. refert Sext9 fuit. Setasomn9 q dixit nocte no ee surge du ad deu laudadu sz qescedu: cu ad hoc nox sit facta. Septim9 fuit maumeth q qtos habue/rit et habeat sequaces omnibus est notu. O egypte. O alexandria. O constantinopolis. O Anthiochia. O hierusale: quis te destruxit et a cultura fidei christiane abdicauit nisi servus carnis p/uij machometus qui pmisit tibi omnes delicias corporales: et dedit legem consonam carni et sanguini? O ecclesia romana quis ▪ destruet et destruere non cessat nisi carnis priuium? cum non tam a secularibus sed etiam ab ecclesiasticis qz pluribus nihil aliud qri videat nisi comedere bibere et luxuriari etc. Quo ad septimum. s. de ipsi9 expulsione dicebat quidam facetus sermocinator: quod carnis priuiu indigne ferens quod omni anno a quadragesima expellatur de hoc conquestus est in curia romana et in ea inuenit multos aduocatos et procuratores de bono libenter comedetes et ipsam quadragesimam atqz alia oia ieiu/nia destruere cupientes. Inter quos aderat dns epulo de lechamis: dns crapulator de manzarijs et dns panzonus de grassis. Querella aut carnis priuij cora su̅mo pontifice talis esse potuit. Cum nemini debeat benigna audientia denegari. l. potioris. C. de offi. vic. et. l. observandu. ff. de offi. p/dica et in secunda facti mei petitione ut congrui a vobis responsum accipiam. l. ut congruum. C. de pac. Peto igitur iustitia: na cum omnes iudices teneantur ea quibuscunqz petentib9 ipartiri. l. 4a. §. hoc edictum. ff. de dam. infec. multo magis vos qui estis vicarius christi in terris. c°. inter corporalia de transla. episcopi. Uerum quia iudicium a citacione debet ichoari. §. omnium institu. de pena teme. li. peto in ius vocari qdragesimam aduersariam meam. Dicebat autem p/dictus sermocinator facetus quod quadragesima ad curiam aduocata non inueniebat procuratores qa debilis et paupcula erat et multis odiosa Uerumtamen qda religiosi et aliqui timorati doctores ei tandem patrocinium prestiterunt. s. dominus attenuatus de macris dominus compostolanus de fauentia et dominus modestus de siccis. Partibus igitur psetib9 quarum assertione merita causaru padunt. l. fi. C. si per vim. vel alio mo. et c°. p°. de cau. pos. et p. et c°. qliter. et qn el. 2°. de accu. et c°. iudicante. 30a. q. 5a. Cepu̅t allegare aduocati carnis priuij dicetes. Cu carnis priuium oib9 gratiosu in xpianitate magnu habeat dnium et in pacifica possessione dominet: venit omni anno hec cuctis exosa qdragesima: et ipm de toto regno suo cu tato vitupio expellit ut et loca in qb9 extiterat aq et aceto lauari et partim igne purgari faciat: ac si validissima pestis per dece annos ibi extitisset. Qua obre qa magnu est comodu possidere. l. is q destinauit. ff. de rei ven. et. §. comoduz institu. de interdic. Petimus ipsum carnis priuium nostrum restitui ad possessionem que sibi iiuste ablata est: iuxta capitulum in lris de resti. spo. Et no solu ad possessionez sed et sibi resarciri dana oia que passus est. l. si quis a se fundum C. ad. l. iulia. de vi public. Et hoc fieri debet incotinenti: qa ex quo de fco fuit expoliat9 et de fco debz restitui: ut dicit glosa in. l. minor. ff. de euic. Insuper petimus ipsam quadragesimam condemnari pena contra tales insolentes a legibus ordinata de qua in. l. si quis in tantam. C. Unde ui. et in. l. penultima. C. ad le. iulia. de vi publi. atqz eam totaliter exterminari. Responderunt autem aduocati quadragesime. Ecce beatissime pater qz calumniose agu̅t isti aduocati cuz ipso carnis priuio. Cum tamen iura no debeant calumniari. l. p°. ff. de regu. cato. Dicunt enim quod iniuste fuit expulsum a quadragesima que hoc fecit et omni anno facit lege permittente ut patet in titulo de observa. ieiuni. et ideo non meretur aliquam penam lege Gracus. C. ad le. iulia. de

adul. Nam iussus et decretum iudicis facit lici-
tum qd alias esset illicitum. l. furti. §. qui iussu.
ff. de his qui no. infa. et l. Iuste possidet. ff. de ac-
qui. pos. dicitur. Iuste possidet qui auctore pre-
tore possidet. Quapropter carnis priuium non
debet restituitur: nec et aliqd damnum resarciri: cu
sublato principali tollatur accessorium. l. cu3 pri
cipal. ff. de regu. iu. Item quia si qd damnum est
passus: ob suam culpa3 euenit. Et ideo sibi et no
alius debet imputari. l. culpa. ff. de regu. iu. et capi
tulo Damnum eodem titu. libro sexto. Quia igi
tur conuenit bono et grandi presidi purgare pro-
uinciam suam malis habitatoribus. l. congruit
et l. iij. ff. de offi. presi. Ideo. S. U. ipsum maledi-
ctum carnis priuium cum tota sua progenie de-
bent expellere et bannire: cum sit causa innume-
rabilium peccatorum. Tunc summus pontifex tu-
lit sententiam in fauorem quadragesime et con
demnauit carnis priuium vt a tertia feria post
quadragesimam vsq3 ad resurrectionis domi-
nice festum: non posset in aliqua christianitatis
parte habitare in perpetuum: sed exul et profug9
esset: et ab omnibus fidelibus expelleretur. Ad-
uocati autem carnis priuij instantissime roga-
uerunt summu pontificem: vt saltem illa tertia fe
feria et per quattuor dies seque(n)tes posset carnis
priuiu in diocesi mediolane(n)si commorari: qd tan-
de obtinuerunt. Predicta aut parabolas no hic
recitaui vt annuatim populis predicentur nec vt p
illas ad dissolutiones prouocentur et risu3: vel ad
contemptu verbi dei. Sed vt si aliter a carnis pri
uij relaxationibus no possunt retrahi et ad predi
catione illo tpe adduci: per desideriu audiendi ser-
mone de carnis priuio conducant. Et tunc modeste
ac seruata debita grauitate poterit predicator ali-
quid de predictis vel seque(n)tibus de carnis priuio
in eius detestatione sicut ei melius videbitur s3
deum dicere. Ita tamen vt solummodo videatur
recitator parabolaru ad spirituale intelligentia
et dissolutionem carnis priuij repressione et im-
peditione inuentaru. Dictum eni Aug. q quando
fictio refertur ad aliqua significatione spirituale
no est mendaciu s3 figura: et hoc ponit in li°. que
stionu euangelij. Quo ad octauu3 scilicet de car
nis priuij finitione dicebat ide3 predicator q de
carnis priuio cu3 sequacibus suis et filijs ac filia
bus et vxore verificatum fuit illud ps. Infirma-
ti sunt: et no fuit qui adiuuaret: et euenit ei qd scri
ptum est primi Parali. 21°. Mortuus est infir
mitate pessima: atq3 sepultus in ciuitate cameri
ni idest in cloaca vt a vermibus deuoretur: et
a demonibus in infernum est delatus. Miracu
la vero ipsius ista sunt. Nam sancti dei dant odo
rem: ipse autem maximum fetorem. Sancti dei
illuminant cecos: ipse vero videntes excecat.
Sancti dei extendunt contractos: et ipse contra-
hit sanos. Sancti mundant leprosos: et ipse in-
ducit lepram. Sancti dei resuscitant mortuos:
et ipse viuentes occidit. De sanctis vna tantum
fit vigilia ac vnus dies ad honorem ipsorum ce
lebratur atq3 officium vnius diei vel ad plus. p
octauam vnam dicitur. Festu3 autem carnis pri
uij per duos vel per tres menses continuatur: et
per quindecim dies vel vnu mensem post in ei9
dissolutionibus perseueratur. O cecitas maria.
O summa dementia. O admiranda stulticia
plus: enim seruitur diabolo quam christo plus
ventris impletioni vacatur: q spiritus conso-
solationi.

II.

Hoc autem vicium gule facit hoi magnam
iacturam: et deo magnam. Primo facit ho
mini magnam iacturam ex eo q inducit in ipso
magnam deformitatem: nam facit ventrem ni-
mis tumentem. Dicitur aute3 venter a vento: ex
eo q sit pleruq3 plenus vento. Gulosus vero qua
to maiorem ventrem habet: tanto maiorem vesi
cam vento plenam: et etiam maiorem saccu3 ster
coribus plenum et repletum possidet. Sicut etia
vesica vento repleta acu puncta cito detumescit
sicut venter gulosi punctus acu frebili cito per
mortem euanescit. Stultus quoq3 esset merca-
tor qui aurum cum multo labore acquisitum in
cistam imponeret: in qua in lutum conuertendu
esse putaret: quia ergo venter gulosi est sicut sac-
cus stercorum: stultus esse dignoscitur ipse gulo
sus ex eo q ea que cum multo labore acquirit in
ventrem ponit in quo ventre in lutum fetidum
conuertenda esse cognoscit. Alia gule iactura est
quia nuq satiatur: iuxta illd Prouer. 13°. Ve(n)
ter impiorum insaturabilis: et ps. ait. Fame pa
tientur vt canes: canis enim postq proiecta si
bi deuorauit mox ad alia deuoranda suspensus
anellat. Et similiter gulosus postq multa fercu
la deuorauit: adhuc alia meliora concupiscit.
Imo est isaturabilior cane et alijs feris: quia om
nia spoliat elementa. Nam a terra aufert gressi-
bilia: ab aqua natabilia: ab aere volatilia. Unde
Hierony. ait. Tauri paucorum iugeru3 pascuis
aluntur: homo vero terra et mari. 2°. gulosus deo
facit iniuria: q3 honore quem illi facere debet fa-
cit ventri. Unde Ugo de sancto victore iquit. Ve(n)
ter deo coparatur. Solent eni deo tepla costrui:
altaria erigi: ministri ad seruiendu ordinari: pe-
cudes imolari: thura concremari. Deo siquidem

vnam complexionem: potest actualiter labi ad aliam ex regimine vite: quia si fleugmaticus gubernetur cibis calidis: et temperate humidis fiet actualiter calidus et humidus licet a principijs natiuitatis fuisset frigidus: et sic iste est naturaliter fleugmaticus et actualiter sanguineus. Sanguinea enim complexio est naturaliter calida et humida et dicitur aerea: colerica est calida et sicca: et dicitur ignea fleugmatica est frigida et humida: et dicitur aquea Melenchonica autem est frigida et sicca: et dicitur terrea: vt potest colligi ex dictis Auicene p^a. Nam tales sunt qualitates predictorum quattuor elementorum vt ait philosophus in p°. Methau. primi doctrina. 3^a. 4^a. Predicta autem confirmant experientia. Videmus enim aliquando sanguineos castos et colericos mansuetos: et sic de alijs qui vincunt suas naturales passiones: et inclinationes atque complexiones. Unde de Aristotile legitur quod cum cuidam philosopho portata fuisset eius imago depicta: ille nesciens cuius esset dixit. Iste homo est luxuriosus et pauci ingenij: quod cum relatum fuisset ipsi Aristotili: respondit. Verum dixit ille philosophus: quia secundum naturalem complexionem debebam esse talis: sed continuum studium me fecit ingeniosum Abstinentia vero castum: et simile exemplum legitur de Socrate: cuius discipuli portauerunt imaginem eius ad zephirum philosophum: qui ex phisonomia iudicauit eum vicijs deditum qui tamen ex virtutis amore vicia superabat: et bonis moribus inter omnes mundi philosophos relucebat. Sexta quoque sententia astrologi non videtur vera. s. quod astrorum constellatio mores efficiat. Nam ptholomeus inquit in centiloquio. Sapiens dominabitur astris. Et anima sapientis adiuuat opus stellarum. Et secundum [illegible] ctum Bonauen. in 2°. di. xl^a. hereticum est tenere quod astra mores hominum causent necessario: quia laus et culpa boni vel mali operis esset stelle et non operantis. In ipso quoque puncto constellationis diuersi nascuntur in moribus et condicionibus: quod arguit opinionem istam esse falsam. Solem igitur et lunam et omnia astra celi creauit deus in ministerio cunctis gentibus: que sub celo sunt vt habetur. Deute. 4°. Et sic non creauit ad nocumentum sed ad adiutorium Unde Gregorius super Mattheum inquit: quod vitam hominum solus qui creauit conditor administrat. Non enim homo propter stellas: sed stelle propter hominem facte sunt. Licet ergo effectus naturales subsint constellationi: non tamen actus voluntarij qui subsunt libero arbitrio. Unde legitur quod cum quidam astronomus cuidam ex illius natiuitatis constellatione magnam dignitatem polliceretur: Ille quesiuit an si deus nolet dignitatem illam assecuturus esset: cui respondit quod non. Rursus etiam. An si deus vellet eam sibi dare: astra et constellatio sue natiuitatis impedire possent ne eam assequeretur: qui respondit quod non. Tunc ille. Cum vtrumque sit in dei arbitrio: totum ei committo. O quam multos decipiunt isti astronomi falsis deceptionibus teste enim Tulio: omnes caldei et mathematici ceterique aruspices predixerunt pompeio crasso et Cesari quod preclaro fine in patria de hac vita migrarent. Qui tamen omnes ferro cesi sunt et crudeli morte mactati. Duoque primi ipsorum longissime a patria occisi: inhumati ferarum morsibus expositi fuerunt. Non etiam videtur vera Septima opinio philosophi moralis: quod voluptas sit causa omnium malorum. Multi enim sine voluptate peccant vt blasfemantes ex desperatione: et illi qui periurant vel christum negant ne occidantur. Octaua quoque opinio capellani non videtur tenenda: dum diabolicam tentationem hanc diuersitatem causare asserunt: quia licet omnes molestet: non tamen omnes corruere facit. Ut enim ait Hieronymus. Debilis est hostis qui non vincit nisi volentem. Item multi ex libidine et non ex tentatione peccant: de quibus inquit Augustinus in c°. consideret de peni. di. 5^a. quod non expectant tentationem sed preueniunt voluntatem. Oratoris quoque Nona sententia non continet veritatem: nam licet a paganis fortuna sit credita esse dea regens mundum. Unde Iuuenalis canit: sed nos. Te facimus fortuna deam celoque locamus: tamen hoc est falsissimum: quia fortuna nihil est nisi causa per accidens. 2°. Phisicorum. Non etiam est tenenda Decima sententia poete de opinionum diuersitate quod. s. causet diuersitatem operationum bonarum et malarum et varietatem morum. Nam vos omnes boni estis: et tamen in opinione discordatis. Licet ergo varie sint hominum voluntates. l. quia poterat. ff. ad Trebe. non tamen omnes sic variantes in opinionibus sunt discordantes in operationibus. Opinio etiam Undecima historiographi non est tenenda: quia licet consuetudo sit altera natura. l. p^a. ff. ad mace. cum suis concordantijs tamen multi sine consuetudine peccant: et alij consuetudinem malam vincunt et in bonam commutant sicut fecit magdalena. Et multi alij peccatores ad penitentiam conuersi. Sententia quoque Duodecima mercatoris quod filius assimilatur patri licet confirmetur in iure vt in. §. verum. 6^a. q. p^a. Et in. c°. si gens. 56^a. di. Unde in euangelio dicitur

Matthei. 7°. Bona arbor bonos fructus facit &c. tamen nos cognouimus ex sacra scriptura quod Ezechias rex iuda qui fuit bonus: habuit patrē pessimum: et filium etiam pessimum. David quoque genuit Salomonem qui fuit doctissimus et Absalonem qui fuit indoctus. Scipio quoque affricanus habuit filium miserrimū: pater ergo donat filio corpulentam substantiam. Sed nō animam neque mores: hec ille. Cuius verba audierunt cuncti equo animo et delectabiliter rogaueruntque ipsum theologum vt suam diceret sententiam. Et hoc quo ad secundum. Quo ad tertium qd dicitur cōis determinatio: dixit ipse Theologus fm reginam scientiarum scilicet sacram theologiam fides formata charitate que est virtus theologica: et bassis ac fundamentum ceterarum virtutum est causa omniū bonarum operationū: et defectus ipsius causa omnium malarum actionum. Qd autem hoc sit verum probatur per illā tritam et vulgarem regulam Aristotil. 3°. de anima di. Qd anima nostra nō potest aliquid amare nec appetere: nisi illud precognoscat scilicet vel per viam comunem et naturalem que habet ortum a sensibus: vt idē Philosophus inquit in li°. de sensu et sensato di. Nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu: vel per viam supernaturalem. Si ergo nō possumus amare nisi quod cognoscimus: ergo nec aliquid boni propter rem incognitam operabimur. Et ideo si volumus bene agere: et virtutibus insudare: necesse est bonum: et premium quod propter hoc consequemur cognoscere. Quia vt inquit Arist. 2°. Phisi. Cognitio finis mouet agentem ad operandum. Sed ipsum bonum supernum et felicitatem nō possumus naturaliter cognoscere: quia est quid imperceptibile a sensibus corporalibus in hac vita: ergo necesse est vt supernaturaliter cognoscamus. Et hoc est per fidem que est quedam virtus que facit nos cognoscere inuisibilia. Vt inquit Aug. super Joannem sermone. 24°. Quanta ergo erit fides: tāta erit cognitio superne felicitatis: et quāta erit cognitio: tanta erit affectio: et quanta erit affectio: tanta erit virtutis operatio: ergo de primo ad vltimum quod argumentum est bonum vt inquit Aristotil. p°. priorum. Quanta erit fides: tanta erit operatio bona. Rursus per eandē rationem: penam eternam et malum inferni infinitum naturaliter cognoscere non possumus: ergo oportet supernaturaliter per fidem illud cognoscere. Si ergo volumus peccata deuitare que ducunt ad mortem: necesse est penam eternam que peccatis debetur procognoscere. Quia vt inquit Oratius in epistola ad Quintum. Oderūt peccare mali formidine pene. Qd autem non cognoscit quis non mouebit eum ad amandū: vel timendum: vt ait comentator primo Ycono. Tāta ergo erit peccati deuitatio: quāta erit pene eterne cognitio. Cum igitur ista cognitio non habeatur nisi per fidem: ergo a primo ad vltimum. Quanta erit fides: tanta erit peccatorum abhominatio atque viciorum effugatio. Et per consequens patet quod omnia bona et mala opera nostra procedunt a profectu et defectu fidei. Et hoc est quod inquit Augustinus dicens. Fides mensurat actiones. Ideo dicitur Esaie. 6°. Si non credideris non permanebis: quia in peccatum rues. Et Abacuch. 2°. Justus in fide sua viuit et bene operatur. Propterea Marci. 9°. ait saluator. Omnia possibilia sunt credenti etiam maxima et ardua. Ideo dicit Paulus ad Ephesios. 6°. Exhortans nos ad rumpendum primum nodum cathene diabolice: scilicet. Infidelitatis. In omnibus sumite scutum fidei: et vt possitis omnia tella ignea inimici extinguere. Scriptum est enim prime Joannis. 5°. Hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Hec eadem conclusio probatur per hoc exemplum. Ponamus quod quidam transeat per viam: et occurrat ei vnus amicus eius dicens. Ne transeas vlterius quoniam inimici tui prope parati sunt cum gladijs interficere te: ille autem si credet: auffugiet: sin autem: transiens interficietur. Sic etiam euenit hominibus per viam peccatorum transeuntibus venerunt Prophete: Martyres: et Apostoli. Demum ipse christus nobis amicissimis: et clamauerunt omnibus peccatoribus dicentes. Ne transeatis: o superbi per viam superbie. O luxuriosi per viam luxurie. O auari per viam auaricie: quia inimicus vester diabolus interficiet vos: idest ducet vos ad infernum in illas tenebras exteriores. Quare ergo istam viam non deuitant? Non ob aliud nisi quia non credunt. Rursus si ponatur quod vnus cupidus et auarus querens ditari nuncios habeat dicentes sibi: perge ad illam ciuitatem et multas pecunias lucraberis. Nunquid si credet non ibit illuc cursu velocissimo et non tardabit? Sic hominibus naturaliter summum bonum desiderantibus quibus dictum est solum esse felicitatem in alia vita: et ibi summum bonum adesse: non ob aliā causam euenit vt illud sūmū bonum totū cōtemnant: nisi quia annūciātibus nō credūt scriptū ē enī. Eccle. 32°. Qui credit do attēdit mādatis: hec ille. Cuius sapiētiā oēs admirati approbaue

rit ei⁹ sententiã. Et pro° ipse Imperator dicens q̄ fides rē publicam magisq̄ sudores corporales gubernat. 23ª.q.8ª.c°.tributũ.§.Quis. Et id ē omni laude dignissima. Salomon quoq3 ait. Certe mihi placet determinatio hec theologica: eo maxime q̄ Saluator sanans infirmos tam spiritualiter q̄ corporaliter vbiq3 dabat laudem fidei dicens. Fides tua te saluam fecit Matthei. 9°. ꝛ Marci. 5°. ac Luce. 7°. 8°. ꝛ. 18°. Item cum discipuli eius non potuissent liberare demoniacum infidelitati ascripsit. Matthei. 17°. Canonista quoq3 dixit Mihi in mentem venit illud quod ait Augusti.i.c°.videe.23ª.q.6ª. vbi ostendit q̄ ex aliorum dictis mutauit suam opinionem: allegans illam Salomonis sententiam: Da sapienti occasionem ꝛ sapientior erit. Prouerbi.6°. Et ideo mutando opinionem meam adhereo opinioni p̄dicte: quia sine fide que est fundamentum omnis meriti non potest fieri spirituale edificium.c°. cum Paulus.pª.q.pª. Legista autem addidit. Quia vnius sententia sepe multorum sententias superat.C. de vete.iu.enuc. l.j. Ideo ego quoq3 fateor me a Theologo ĩ hac determinatione superatum. Fides enim est illa que per dilectionem operatur: ad Gala.5°. ꝛ 28ª. q.pª. capitulo vxor: ꝛ de sacra vncti.c°. vnico.§. Quia vero. Philosophus vero naturalis dixit. Ego similiter approbo opinionem ipsius Theologi: nam fides est illa que vincit omnia. capitulo Sisicitantibus.15ª.q.8ª. Medicus autem inq̄t. Certe fides est causa omnium que geruntur: nã neq3 ego studuissem nec medicinas infirmis vnquã ministrassem nisi optatum finem assequi credidissem. Astrologus quoq3 ait. Quis seminaret vnquã: nisi pluuias speraret ꝛ fructum recolligere crederet? Philosophus vero moralis dixit. Nunq̄ philosophi nostri delicias abiecissẽt terrenas: nisi meliores se assecuturos credidissent Capellanus autem subdidit. Tolle fidem. Quis confitebitur? quis aliena restituet? quis communicabit? quis penitentiam aget? Orator etiam subiunxit. Sine fide non potest res publica consistere. Quis enim mortem pro ea patietur: nisi credat q̄ illi qui pro re publica pereunt in perpetuum viuunt per gloriam? vt habetur institu. de excu. tu.§. Filij autem. Historicus autem inquit Nunq̄ Alexãder magnus: aut Julius cesar tot victoriosa bella gessissent: nisi triumphum de hostibus suis reportare credidissent: ꝛ idem dici potest de aliis imperatoribus q̄ pluribus. Poeta autem ait. Propter credulitatem lucri ꝛ nõ propter aliud discurrunt mercatores per totum orbem terrarum. Sicut canit poeta noster Oratius dicens. Impiger extremos currit mercator ad indos. Per mare pauperiem fugiens: per saxa: per ingens. Mercator vero dixit: preripuisti mihi verbum ex ore. Ego enim hoc experientia cognoui. Sicut enim fides omnes procellas militantis ecclesie supat capitulo. non turbamur in fine.24ª.q.prima. Ita credulitas lucri consequendi facit nos mercatores omnia pericula laboresq3 equanimiter supportare. Approbatam igitur videns Theologus esse sententiam suam ab omnibus: cepit opinionem ipsam confirmare dicens. Que fuit causa diuersitatis inter Abel ꝛ kaim nisi fides? Quare Noe fabricauit archam aliis eum deridentibus nisi propter fidem? Cur Abraham solus cum Loth nepote suo exiuit de terra sua? Cur voluit filium ĩmolare ipso etiam conscientie nisi propter fidem? Cur duxit Moyses populum per desertum? Et sic de singulis sanctorum gestis possemus exemplificare: maxime inquirendo. Cur christum secuti sũt discipuli: ꝛ tot martyres tormenta sunt passi: sed reuolue folium. Cur peccatores tot nephandissima scelera perpetrant absq3 timore? Cur ad penitentiam redire contemnunt? Certe non propter aliud: nisi quia non credunt aliam esse vitam preter istam. Unde Lac. secundo diui. insti. ait. Nam dum se existimant nonnulli deo non esse cure: aut post mortem nihil esse futuros: totos se libidinibus adiiciunt: ꝛ dum licere sibi putant hauriendis voluptatibus scienter incumbunt per quas imprudentes laqueos mortis incurrunt. Ignorant enim que sit hominis ratio: quã si tenere vellent: in primis deum suum agnoscerent: virtutem iustitiamq3 sequerentur: terrenis figmentis animas suas non substernerẽt ac mortiferas libidinum voluptates non appeterent: hec ille. Infidelitas ergo est primaria sathane cathena qua q̄ plurimos homines tenet in peccatis innodatos.

R

Contra istam aũt cathenã diabolicã ad ipsam totaliter dissoluendã malleo rationis laborabim⁹. Presupponat ergo omnes res creatas habuisse principium: vt dicit Aristoti. 2°. Methaurorũ ꝛ in p°. de celo mũdo. Sed nõ ab alio nisi ab ipso deo. Unde dicit Philoso. in p°. celi ꝛ mundi. Ab vno primo ente: comunicatum est singulis rebus esse ꝛ viuere. Et in p°. de re. pun. idẽ inquit. Bonitas dei causa fuit factionis mundi ꝛ originis omnium rerum. Et p°. Methaphisi. etiam ait. Deus videtur omnibus esse causa ꝛ principium quoddam Et.12°. Methaphisi. A

primo principio dependet celum et tota natura. Sicut eni scriptū est Gen. p°. In principio creauit deus celum et terrā etc. et Eccli. 18°. dicitur Qui viuit in eternū creauit omnia simul. et Sap. 3°. ait Salomon. Deus sapientia fundauit terram et stabiliuit celos prudētia et Philosophus in li°. de secretis secretorum ad Alexandrum dicit. Sicut oīs veritas est a prima veritate: ita omnis bonitas a pma bonitate. Et Plato in thim. inquit. Oē bonum: a pmo bono: et sine illo nullum est bonum. Dyonisius quoqz in li°. de diui. nomi. ait. Omnis essentia a p°. essentia omnis intelligentia a p°. intelligētia: omnis vita a p°. vita et omnis bonitas est a p°. bonitate. Et comentator super. 6°. Metha. inquit res diuine et immobiles sunt cause omnium aliarum rerum mobiliū Et per hanc rationem venimus in cognitionem dei. Sicut probat Aristo. in. 8°. phi. p°. via cause efficientis: quia est deuenire ad vnam causaz que sit causa omnium et non habeat causam super se: quia aliter esset processus in infinitum in causis essentialiter ordinatis qui nō datur vt per Aristo. 2°. Metha. Secundo via motus et gubernationis. Sicut enim necessarium est deuenire ad vnum qui omnia fecerit: et a nullo ipe factus sit: ita necesse est deuenire ad vnū primum motorē et gubernatorem: qui omnia gubernet: et a quo omnia moueantur et ipse a nullo alio regatur nec moueatur. Aliter in mouentibus et motis esset processus in infinitum quod est impossibile fm Aristot. in 8°. Phi. et 2°. Metha. Et ideo concludendum est: qz sicut deus est prima causa omnium: ita etiam est primus motor omnia mouens et gubernās: et ipse: a nullo motus. Et hoc est quod inquit Boetius. 3°. de conso. O qui perpetua mundum ratione gubernas. Terrarum mundiqz sator: qui tempus ab euo. Ire iubes stabilisqz manens: dans cuncta moueri: his prepositis dico qz iste de⁹ noster cum sit sūma sapientia et intelligētia: ōmnia fecit propter aliquē finez. Quia omne agens fm rationem agit propter finem: vt ait Philosophus. 2°. Phisicorū et 2°. de anima. Unde iquit comentator sup. 2°. Phisi. Qui dicunt deum non agere propter finem: tollunt solicitudinem dei circa entia iferiora. Si ergo queramus quare deus fecit elementa et fructus terre: et omnia alia animalia: claruz est qz non ob aliud qꝫ vt ostenderet suam potentiam: et ad hominis vtilitatem: vnde Aristotiles 2°. Phisi. et 2°. de anima inquit. Finis quodammodo omniuz est homo. Ex quibus sequitur qz homo est nobilior omnibus rebus naturalibus propter ipsum factis: quia nobilior est finis omnibus que sunt ad finez. 2°. Phi. et 3°. Topi. His itaqz declaratis. Queritur quare deus fecit hōiez? Et si velimus dicere qz ad hoc solum vt in hac vita comedat: bibat: viuatqz: et finaliter moriatur: et pereat et amplius non sit. Sequeretur qz bestie ac elementa et creature insensibiles que amplius permanent qꝫ homo: essent homine digniores. Itez sequeretur qz corpora celestia que sunt incorruptibilia excederent hominem: quod est maximum incoueniens et falsissimum: homo enim est dignissimus inter omnes creaturas ad sui vtilitatem creatas. quod notatur in. l. Iustissime. ff. de edili. edi. Et ibi glo. allegat. Ouidium et Virgilium ad hoc propositum. Anim⁹ quoqz hominis est preciosior omnibus celis: iuxta illud Ouidij in. 3°. Methamor. Celoqz animus prestantior omni. Quod non esset verum si mortuo homine moreretur anima et finiretur Ideo concludere oportet nos victuros esse alibi s. in vita futura in qua erim⁹ immortales et in perpetuum victuri atqz si bene vixerimus in hoc mundo transitorio: postea in eternuz erim⁹ glorificati. Aliter si totaliter finis noster esset in hac misera vita necesse esset concludere qd maior cura fuisset deo de creaturis irrationabilibus qꝫ de homine: quod esset vituperare sapientiam diuinaz. Finis ergo noster o deuoti christiani nō est hic: neqz habemus hic permanentem ciuitatem sed futuram inquirimus: vt inquit Paulus ad hebre. Ultimo. Et ideo deus fecit hominē rectum: et non cetera animalia: vt celestē patriaz aspicere posset. Et hoc est quod inquit Ouidius in p° Methamor. Pronaqz cum spectēt aīalia cetera terram. Os homini sublime dedit celūqz videre. Iussit et erectos ad sydera tollere vultus. O igitur nobilissima creatura humana eleua oculos mētis et corporis: et ituere etheras mānsiones propter quas possidendas creata es: et nō permittas cathenam diabolicaz infidelitatis te ligatam tenere: sed bene operare: et peccata deuita cum beato Tobia eius. 2°. c°. di. Uitam illaz expectemus quaz dominus deus daturus est his qui fidem suam nunqꝫ mutant ab eo.

¶ De difficultate.

Secūda diabolica cathena dicitur. Difficultatis. Suggerit enim diabolus mēti peccatoris qz nullaten⁹ recedat a peccatis: aut in bono proficiat allegans qz hoc est difficile: et quodāmō impossibile. Et ideo dicit intra se insensatus peccator hac horribili cathena ligatus: et diabolica suggestione deceptus

Quid mihi prodest ꝯfiteri? Nõ potero i bonis inceptis perseuerare: ꝛ a peccato in futuro abstinere? Iterum incidã in preterita peccata: ꝛ sic mihi non ꝓderit penitentia. O horribilissima cathena quantos detines in manib⁹ diaboli? Qua ex re cito eijcite illam a vobis. Ait eni Seneca i li°. 2°. de ira dei. Nihil est ita difficile ꝛ arduũ quod non humana mens vincat. Et ideo o peccatores licet dicat Imperator in autentico de monachis §. Sancim⁹. Non est facilis vite mutatio: sed cũ magno fit animi labore: tamen si volueritis aliqualem vobis facere violentiam: inuenietis facilem viam penitentie: licet in principio videatur aliquantulum dura. Hoc autem erit ratiõe vsus. De quo Ouidius in. 4°. de fastis inquit. Et non sentitur sedulitate dolor. Et Uegetius de [illegible] militari libro. p°. ti°. 20. inquit. Quotidianus vsus non laborat: ꝛ si onerosa gestauerit. Et idẽ libro. 3°. c°. 1°. ait. Omnes artes omniaq; opera quotidiano vsu ꝛ vigili exercitatione proficiũt. Alexander quoq; in ethicis ait. Assuetis nõ fit passio. scilicet tanta: ſm glosam. Sed oportet vos esse animosos ait enim Ouidius libro. 2°. de ponto. Omnia deficiunt: tamen animus omnia vincit. Ille etiam vires corpus habere facit. Et in 2° De remedio amoris inqt. Parua necat mor su spaciosũ vipa thaurũ. A cane nõ magno sepe tenetur aper: scilicet ratione audacie. Et ideo aggredimini audacter diabolum aduersarium vestrum: ꝛ eum supabitis. Ait enim inquit Hieronym⁹ i quadã epistola. Debilis est hostis qui nõ vincit nisi volentem. O negligẽtes ꝛ timidi venite ad penitentiã qꝛ paulatim assuefaciendo mutabitis difficultatẽ. Ait enim Ouidius. p°. de arte amandi. Tẽpore difficiles veniunt ad aratra iuuenci. Tempore lenta pati frena docentur eq. Ferreus assiduo consumitur annulus vsu. Interit assidua vomer adonc⁹ humo. Representat ẽt diabolus peccatori horribilitatẽ que est in restitutione fame: in petẽda venia ab offensis: in remissione iniuriarũ: in restitutione vsurarum: ꝛ aliorum male ablatorũ. Hec est cathena ferrea: hec est cathena plumbea: hec est mola grauis ad collum peccatoris: demergens eum in profundũ inferni. Horrent enim ista facere peccatores: confitentur ꝛ comunicant ꝛ nunquã dimittunt concubinas: non reconciliantur cum inimicis: non restituunt aliena. O diabolici peccatores: audite quid dicat glosa in. c. porro. de sen. exco. Sine satisfatione inquit: non valet penitentia. 24°. q. 2°. capitulo legatur: extra de vsuris capitulo. Cum tu. ꝛ de pe. di. p°. c°. neminem ꝛ de pe. di. 5°. c°. falsas. O vsurarij iniquissimi. O bonorũ prime raptores sceleratissimi. Audite Augustinũ i epla ad macedoniũ dicẽtem. Non remittit peccatũ nisi restituat male ablatũ. c°. factũ. de reg. iu. di. 6°. ꝛ 14°. q. 6°. c°. Si res. Audite ẽt qd Augustin⁹ dicat in li°. de vero cultu. Non solũ inquit ꝓ materia male ablatorũ quãtitate: verũ ẽt pro minima denarij particula: nõ poterit quis faciẽ videre diuinã. Quod itelligendũ ẽ si detineat ꝯtra voluntatem dñi. Ideo oẽs vos esse dãnatos ostẽdit. Baruch. 3°. c°. sui libri di. Ubi sunt qui argẽtũ thesaurizabãt ꝛ aurũ in quo ꝯfidũt hoĩes? Et respõdet: ad iferna descẽderũt. Frãgite ergo hanc cathenã difficultatis ꝛ horribilitatis qua vos tenet diabolus ligatos: cogitãtes qꝛ dr i cõi prouerbio. Absq; labore graui nõ possũt magna parari. Et qꝛ quãto difficilius: tanto magis meritorũ est op⁹ vestrum. Ait enim Aristo. 2°. Ethi. c°. 2°. Circa difficilius semp ꝛ ars fit ꝛ virt⁹. O timidi ꝛ pauẽtes qui timetis aggredi viã penitẽtie. Audite quid de vobis Lucan⁹ dicat i. 6°. Degeneres trepidãt animi: peioraq; versant. Et Uirgili⁹ in. 4°. eneydos dicit. Degeneres aĩos timor arguit. Et e cõtra de magnanimis ait Seneca in tragedijs. Fortuna fortes metuit: ignauos ꝑmit. Uirgili⁹ quoq; i. x. eneydos ait. Audaces fortuna iuuat: timidosq; repellit. O stultissimi peccatores: qui ex sensualitate ꝛ timore laboris dimittitis opa bona: ꝛ recusatis facere penitẽtiã. Frãgite ꝛ ad nihilum redigite [illegible] hoc diabolicũ vinculũ: cogitãtes qꝛ de duob⁹ malis: semp min⁹ est eligendũ. 3°. Topi. l. ij. §. po nul. ff. de pi. ꝛ co. rei ven. cum similib⁹. Ideo dicit auctor fabularũ Esopi: fabula 23°. Ferre minora volo: ne grauiora feram. Cogitate ergo grauitatẽ pene iferni: ꝛ null⁹ vobis vel modic⁹ videbit labor pẽitẽtie in ei⁹ cõpatiõe. Sumite itaq; alacriter hãc exiguã penã vt euadatis eternã atq; infinitam penalitatem. Ait eni. Isi. i li. de summo bono. Facilius leuiora tollerabis si grauiorũ fueris recordatus. Et hoc eodẽ maleo poterit frangi cathena diabolica aduersitatis: qua multos tribulationibus illatis ad tartara secum conatur trahere.

De exemplaritate.

Tertia diaboli cathẽa illaqueãs peccatores dr exemplaritatis. Demon eni dicit. In corde peccantiũ: peccata nõ sũt ita grauia vt ꝑdicat: diabol⁹ non est ita turpis vt pingit. Et vt talibus ꝑsuasionib⁹ adhereãt: ponit ante oculos eorũ mala exempla doctorũ: superiorumq; ac sacerdotuz ꝛ religiosorum: ꝛ isto modo ligat animas in peccatis

di. Si taz grauis esset pena inferni vt dicitur: et tam nephandū eēt pctm̄ sicut predicari solemisti qui scitūt scripturam et debent esse sancti non talia facerēt. O cathena terribilis tu es illa que vt ita loquar tum passibile deū illachrymare facis. Dicūt enim ignorātes plebei. Si licet doctorib⁹ q aliis pdicāt. Si ꝯfessorib⁹ qui alios absoluunt peccare. Quare nō ēt nob? Profecto si vba cēnt q pdicāt nō i viciis pmanerēt: et istis cogitatiōib⁹ diabolicis detēti de pctō in peccatū ruūt: et nūq̄ vaz pñiaz faciūt. Ad hoc aūt facit qꝫ legit̄ de cācris: q per putridū anteꝗ̄ epar ꝯgregant̄. Et silit̄er p malā et inhonestā vitā supioꝝ plato: et religiosoruz xpianorū mlti malefactores colligunt̄ et ꝯfortāt̄ in malo: ita qꝫ semp retrocedūt a vitate. Naz fabulose recitat̄ de cācro: qꝫ cū ab eo q̄rerēt̄: cur sē retrocederet et nunq̄ recte icederet: rñdit: quia sic docuerunt me pr̄es mei. Et ideo ab ipso cācro subditi et simplices didicerūt eē inobediētes: et in oīb⁹ irregulares ac dissoluti: qa eorū superiores tā spales q̄ tēporales: hñtes regimē ppli nō aliud docuerūt. Recitat̄ etiā de quodā ioculatore qꝫ semel a rege Phili. petijt qd cogitaret. Cui rex rñdit. Ego cogito q̄re nunc non sunt ita boni milites sicut Rolandus et Oliuerius. Tunc dixit ioculator. Ratio est quia nullus inuenitur hodie rex talis q̄lis fuit Carolus. Unde per locū a simili dicere possumus qꝫ tūc nō inueniunt̄ boni et honesti subditi: qñ nō iueniūt̄ boni ac honesti rectores et plati. De q̄ multū debēt terreri: qa dr̄ i c°. pcipue. xj°. q. 3°. Scire debēt plati qꝫ si puersa vnq̄ ppetrāt tot mortib⁹ digni sūt: quot ad subditos exēpla pditionis trāsmittūt. Et hec ē rō: q̄re sacra scriptura ita nos ad bonū exemplum et vehemēter repreh̄edit scandaliçātes ꝓximū. De pmo hr̄ Matth. 5°. vbi dn̄s ait. Sic luceat lux vr̄a corā hoib⁹: vt videāt vr̄a bona opa et glificēt prēz vr̄z q in celis est: et Lu. 12°. Sint lūbi vr̄i pcicti: et lucerne ardentes in manib⁹ vr̄is. Sup q̄ vba inqt Grego. in omelia. Lucernas quippe ardētes in māib⁹ tenem⁹: cū p bona opa ꝓximis nr̄is lucis exēpla mōstram⁹. Et ad Ro. 12°. dicit Paulus Prouidētes bona: nō solū corā deo sꝫ ēt corā oīb⁹ hoib⁹. Et ad phi. 2°. Sitis sine reph̄ēsione i medio natōis praue atqꝫ puerse. Et eiusdē ep̄le 4° c°. inqt. Modestia vr̄a nota sit oīb⁹ hoib⁹. Et ad Timō 2°. In oīb⁹ pbe te exēplū bonoꝝ operū i doctrina et itegritate. Claudi⁹ q̄qꝫ iurisꝯsult⁹ in l. aut facta in fi ff. de penis ait. Mult̄ ꝓfōis crassantib⁹ op⁹ est exēplo. Quātū v̄o reprehēdat scriptura diuina dātes maluz exm̄. pꝫ Deut. 27°. vbi dr̄. Maledict⁹ q errare fac̄ cecū i itinē. De talib⁹ cōq̄rebat̄ David i ps°. di. Iuxta iter scādaluz posuerūt mihi. i. p malū exm̄. Jō dr̄ Leuiti. 19°. Corā ceco nō ponas offēdiculū et Isa. 26°. dicit dn̄s Auferte offēdicula de medio ppli mei. i. mala exempla. Preterea vt oñderet saluato nr̄ ī q̄ntū sit pctm̄ scādaliçāt ꝓximū ait. Matth. 5°. Si oculus tuus scādalizat te: erue eū et ꝓijce abs te. et Mat. 18°. ac marci. 4°. c°. iqt. Qui scādalizauerit vnū de pusillis istis q in me credūt: expedit ei vt suspēdat̄ mola asinaria i collo ei⁹: et demergat̄ i ꝓfūdū mari. Ueh mūdo a scādalis: necesse est eni vt veniāt scādala. Uerūtñ ve h hoi illi p quez scādalū venit. Jō Hieronym⁹ i q̄dā ep̄la iqt Dimittēdū ē pp scādalū: omne quod pretermitti potest sine peccato: huiusmōi āt mali exēpli detestatio tā aspa fctā est: qa humani generis inimicus mltos ad peccādū iducit exēplo alioꝝ. Unū scriptū est Eccl̄ 32°. Homo pctō vitabit correptionem et sm̄ volūtatē suā inueniet cōparatioē. Sed hec sathanica cathena dissoluetur. Si Aug. sñia ad animum reducatur. 2°. q. p°. c°. Multi. nsi. vbi dicit de illis qui putant leuiores debere eē penas iferno: qa multi ad eas vadunt. Non ppea minus ardebunt quia cum multis ardebunt: imo magis: quia quāto plura in igne sunt ligna: tāto magis inualescit ignis. Non est ergo vera illa sētētia vulgaris dicens. Solamē ē miseris socios hr̄e penarū. In iferno eni q̄to maior erit numerus tāto maius exuret incēdiū. O maledicte peccato: qui peccatū tuū excusas alioꝝ exemplo. Audi. Hie. ad Ruffinū dicēte. Peccantiū multitudo nō parit errori patrocinitū. Et ppea dī Ecclī 7°. Ne pecces in multitudine ciuitatis. Nō igit̄ vos tenere debet diabolus illaqueatos in pctīs exemplo predicatoruz aut religiosorum malorum Audite queso pulchrum exemplum. Legitur qꝫ erat quidam malus parochianus: sacerdos qui propter malū exmplū quod dabat pplo eū fec̄ viciosū: ita qꝫ populus ei⁹ pcā imitabat̄ se excusās sp exemplo sui pastoris. Nō itelligens ille parochian⁹ cū pcessionē faceret cū pplō cū cruce cepit pgere p stratā luto et imūditijs plenā et pedes suos ac vestem inficiebat: nolebatqꝫ ire per viam bonam et mundam: populus vero relicta immūda per quam ibat suus sacerdos: pergebat per bonam viam. Quem cum sacerdos inuitaret vt sequeretur se: et postularet quare non faceret eandem viam quam ipse: respondit populus: quia si vos vultis vos ificere eundo per imūditias relicta bona via: nos nolumus hanc dementiam facere. Tunc exclamauit ille sacerdos di. O stulti: me nō vultis seq cūtē p modicū lutū irenū qd

solum inficit res transitorias & corruptibiles: & cito potest abstergi: & sequimini me in immundicijs peccatorum que infectant animã: & putrescere eam faciunt & abbominabilem coram deo: & tota celesti curia. Nolite ergo licet ego pergã per viam viciorum imitari facinora mea: sed per bonam viam virtutũ pergite. Et ideo generosi ciues ꝓponite vobis exẽpla scõꝝ & bonoꝝ: & dimittite mala exempla puersorum. Non est nisi aliqua cõgregatio tam sancta in qua non reperiantur aliquãdo aliqui mali. c°. quãtũlibet. 47ᵈ. di. In sanctorum enĩ angeloꝝ cetu iuentus est Lucifer malus cũ multis socijs. In duodecim apostolis Judas traditor & fur. In p̃mis ecclesie diaconibus: Nicholaus. Ideo dicit Ouidius in li°. de remedio amoris: & põt adduci ad ꝓpositũ licet ad aliud dixerit. Terra salutares herbas eadẽq; nocẽtes Nutrit: & vrtice proxima sepe rosa ẽ Et mala sunt vicina bonis &c. Ideo cũ res mali exẽpli vitãde sit quãtũ fieri põt: vt nõ i. l. Diuꝰ Adrianus. in fi. ff. de custo. & exi. reo. & i. l. Si qs .§. Qui abortionis. ff. de penis. Nolite scandalizari de tota religione si aliqñ aliquẽ religiosum videtis aliquid mali facere: sed eius vita dimissa ac aliorum malorũ: capite bona exempla aliorũ dei seruorũ ac sctõrũ. Et hoc sufficiat quo ad tertiam cathenam.

¶ De iocunditate. X

Quarta cathena vocatur Jocunditatis Diabolus enim vt teneat peccatores in peccatis proponit ei dulcedinẽ huius mundi. De qua inquit Gualterius in Alexãdriade: libro. 7°. Dũ sequitur profugi bona momentanea mundi. Alicit illecebris animam caro: nec sinit esse Principij memorẽ: vel cuius imaginis instar facta sit aut quorsũ resoluta carne reuerti Debeat inde boni subijt ignorãtia veri: hec est illa cathena venenata que tenet innumerabiles in peccatis. De qua Boetius. li°. 3° de conso. inqt. Falax ligat ĩprobis cathenas terrends habitans libido mẽtes. Ad frangendum ergo hanc cathenã diabolicaꝫ debemus reducere ad memoriã illud quod scribit. Hierony. i eplã ad Paulinũ di. Facile contemnit oĩa: qui se semper cogitat moriturũ: hinc. Seneca ad lucillum inquit. Nihil tam eque tibi proderit ad temperantiam oĩum rerũ: q̃ frequẽs istius eui cogitatio icerti itineris: & Hieronymus ad Eliodorum inquit. Platonis est scia oĩum sapientũ vitã meditationẽ esse mortis. Et Augustinꝰ in quodam s̃mõe ait. Nihil sic reuocat a peccato: q̃ frequẽs mortis meditatio. O igitur libidinosi recordamini q̓ hoc corpus vestrum qd̃ implere studetis delectationibus cito cõsumabitur a vermibꝰ. Reducite ad memoriã qd̃ dicit Hieronymꝰ in q̄dã epistola. Momentaneũ est qd̃ delectat: eternum qd̃ cruciat. Quid aũt est stultiꝰ: q̃ pro modicis delectationibus: eternis se deputare supplicijs. Ut inquit Augustinus in quadã epistola. Alia quoq; via põt hec cathena diabolica infringi: si videlicet reducantur ad memoriam bona infinita paradisi: que parata sunt transitorias ꝯtemnẽtibus voluptates. De quibus inquit Ber. super Ecclesiasticũ. Illud solum est verũ & sũmuꝫ bonum: qd̃ non de creatura: sed de creatore concipitur. Cui cõparata oĩs aliunde iocunditas meror est: oĩs suauitas dolor: est omne dulce amarũ est. Omne decorum fedũ est: omne postremo qd̃ delectare põt molestũ est. Si vero bene inspiciamꝰ bona tẽporalia inueniemꝰ in eis plus amaritudinis q̃ dulcedinis. De tẽporalibus enim gaudijs maxime carnalibus ait Ouidiꝰ. 2°. de arte amãdi. Quod iuuat exiguum: plus est qd̃ ledit amãtes. Quod si pur in his miserijs aliqua reperitur iocũditas: profecto est breuissima. Unde Jacobi 4°. c°. dicit̃. Que est vita nr̃a? Uapor est ad modicũ parẽs: & deinceps exterminabit̃. Et Job 20. c°. dicit̃. Gaudiũ impiorum ad instar puncti Cum igit̃ de duobꝰ bonis semper melius sit eligẽdũ vt inquit Aristotiles p°. Ethic. & Topi. li° 3° Et habet̃ in c°. Non mediocriter. de conse. di. 5ᵃ Ideo stultissimuſ valde est: qui pro his modicis terrenis delectationibus: eternas amittit delectationes. Ideo dico vobis illud quod inquit Ari. de secretis secretorũ ad Alexandrũ dicẽs. O alexander noli illud appetere quod est corruptibile & transitoriũ: & quod oportet te cito relinquere: sꝫ quere diuitias immortales: regnũ eternuꝫ vitãq; immutabilem.

¶ De presumptuositate. Y

Quinta diaboli cathena qua homines illaqueatos tenet in peccatis: vocat̃ presumptuositatis. Dicit. n. q̓ deus est misericors & semp paratꝰ parcere: & iõ possũt peccare postea & faciẽt penitentiã. Cõtra hanc pestiferaꝫ cathenaꝫ dĩ Eccli. 5°. Ne dicas miseratio dñi magna est: quia de spe rues in ꝓsumptionẽ temerariã & superbiã: & absq; timore firmabis in peccatis facies mãsionẽ. O presumptuosi qui sine operibꝰ bonis & pleni peccatis speratis eternã consequi beatitudinẽ: scitote q̓ licet deus sit misericors non minus tamẽ est iustus. Dicitur enim Deute. 10. Deus magnꝰ & potens ac terribilis: qui personã nõ accipit nec munera. Ideo dicit. Hieronymus

ronymus in q̄dā ep̄la. Potius iustitia est timēda q̄ misericordia sine p̄mio est speranda. Scriptū est enim Prouerbio. 6°. Zelus et furor dn̄i vni non parcet in die vindicte: nec acquiescet cuiusq̄ precibus: nec recipiet pro redēptione dona plurima. O temerarie ac presumptuose audi terribilia verba que Hiero⁹. in suo trāsitu ac testamēto dixit. Si illum expectas diem: tam terribilem: tam crudelem: in quo non solum de luxurijs: vestibus: ebrietatibus: et comessationibus: ac de toto tempore amisso quo vixisti: sed etiam de quali bet te oportebit cogitatiōe vana domino reddere rationem: cur non emendaris? Cur moraris de die in diem miser cōuerti ad dominū? Cur iam te malorum non penitet? Ecce iam mors propat ut te conterat die noctuq̄ currēs. Ecce diabolus iam se preparat ut te rapiat. Ecce diuitie tue tibi deficient. Ecce vermes corpus: qd̄ tanta enutris diligētia expectant: ut illud rodant: quousq̄ coniunctum iterum anime cum illa pariter penas habeat infinitas. Sed forte quis dicet: benignus et misericors est domin⁹: qui omnē peccatorem ad te redeuntem recipit et indulget. Uerum quidem hoc esse fateor: benignior enim est dominus q̄ credatur: et cuiq̄ parcit ad se vt condecet redeunti: nonne benignissimus est dominus qui tantas tolerat iniurias a peccatoribus: dans eis spacium: ut emēdentur: sed homo noueris: q̄ sicut benignus est intolerādo: ita et iustus in puniēdo. Sed forte quis iterum dicet: q̄ vir qui toto tēpore quo vixit malefecit: in mortis articulo accepta penitētia a deo veniam obtinebit. Heu q̄ vana suspicio. Uix de cētummilibus hominū quorum mala semper fuit vita: meretur vnus in morte diuinam habere indulgētiam. Certe vere cōcludam: qui dum sanus est: et iuuenis deum offendere non formidat: in morte nō merebitur indulgentiam obtinere diuinam: hec ille. Non ergo vos detineat diabolus ligatos in peccatis: sub spe indulgētie: cum vobis non penitētibus cruciatus sint parati dānationis eterne. Patuit hoc p exēplum: quod ponit Grego. in. 4°. Dialogo. di. Quod quidā ciuis romanus habebat filium monachum nomine Maximū: qui cum esset infirmus ad mortem visitatus est ab ipso filio monacho: ad cuius exhortationem cum noluisset facere penitētiam: veniens ad punctum mortis vidit demones ad se venientes in forma ethiopum nigerrimorum: et exclamauit dicēs. Adiuua me fili ab istis ethiopibus: et cum illi demones prope eēnt: iterum exclamauit fortius di. Expectate per vnū diem: quia volo facere penitētiam: illi autem demones non dātes sibi vllum tēpus penitēdi animam eius ad infernum detulerūt. Ibidem etiam refert Grego. Quod in quodam monasterio: quidam monachus: qui apparebat totus religiosus exterius ad mortē veniens: fecit cōuocari fratres quibus dixit totus tremens: quādo me vobiscum ieiunare credebatis: occulte comedebam. Et ecce nunc ad deuorandū: draconi sum traditus: qui cauda sua genua mea: pedesq̄ colligauit: caput vero suum intra os meum mittēs spiritum meum abstrahit: quibus dictis statim moriēs a dracone quem viderat: nō potuit liberari. Refert quoq̄ Cirillus scribēs Augu°. de transitu Hieronymi. Quod quidā nepos suus nomīe Ruffus iuuenis. 18°. annorum: valde pulcher et decorus: ab omnibus amatus mortu⁹ est. Cūq̄ ipse Cirillus rogasset sanctum Hiero^{m}. ut sibi reuelaret quid accideret aīe nepotis sui. Quadam die cum oraret hora nona apparuit sibi dictus nepos horribilis ad videndū: ligatus cathenis igneis flāmasq̄ fetidissimas emittēs: ita ut tātū fetorem sufferre nō posset. Dixitq̄ q̄ ideo damnatus erat: quia in ludis maxime delectabatur: et ob nullā aliam causam. Quo recedēte tantus fetor remāsit in eo loco: q̄ per magnum tēpus: ibi nullus ausus est intrare. Legitur quoq̄ in cronicis ordinis minorum. Quod in ciuitate parisiēsi quidam guardianus precepit cuidam fratri moriēti tria. Primū ut statim post mortē iret ad celum. Secūdum sibi appareret post transitum. Tertium ut diceret ei quot aīe transissēt de hoc mundo in pūcto sue mortis. Ille autem mortuus post tres dies apparuit guardiano: totus gloriosus dicens. Scias q̄ obedientia tua: non valuit mihi nisi in vita. Et ideo non potui statim ire ad paradisum post mortē: nec ad te venire: quia steti in purgatorio vsq̄ nūc: modo autem vado ad celum. Sciasq̄ i puncto mortis mee: quinq̄ milia animarum migrasse a seculo: et solum vnam iuisse ad paradisum recto tramite: tres vero ad purgatoriū: de quibus ego fui vna: alie oēs ad infernum descenderūt. Quibus exemplis apparet: q̄ sit terribilis diuina iustitia.

¶ De longanimitate. Z

Extra cathena dicitur longanimitatis. Dicit enim diabolus peccatori. Deus est patiens et longanimis: ac prestabilis super malicia Iohelis. 2°. Et ideo vel non punit peccata: vel certe expectat vsq̄ ad vltimum terminum vite peccatoris. Tu vero es iuuenis: tu habes corpus validum ac forte: habebisq̄ longam vitam. Et ideo noli perdere flo-

rem iuuentutis me. Sed dum sanus es: et iuuenis iocundare. Tempore vero infirmitatis vel senectutis confiteberis. O horribilissima cathena quantos ligas. Dicitur enim Eccles. 8°. Quia non profert cito sententia contra malos absque illo timore filii hominum perpetrant mala. Aiunt enim peccatores. Tanto tempore in peccato mortali stetimus: et tamen deus semper nos expectauit ad penitentiam. Et ideo etiam expectabit usque ad mortem. Nec propter aliquod peccatum nobis aliquid mali eueniet: sicut nec in preteritum euenit. Et hoc habetur exemplum terribille. Legitur enim quod quidam peccator audiens dici quod deus punit seueriter peccata: in hac vita et in alia subridebat dicens. Ego feci tot: et tam magna peccata: et nunquam vllam punitionem habui. Qui statim audiuit vocem de celo dicentem. O stulte et maledicte peccator. Scias quod propter tale peccatum perdidisti oculum: propter tale vicium amisisti filium: propter talem abhominationem incurristi illam infirmitatem. Et vltra ista mala temporalia: pena te expectat eterna et statim cecidit mortuus: et ad infernum a demonibus fuit delatus. Ex quo exemplo patet: quod falsa est diaboli suggestio: quod deus non punit in hac vita peccata hominum: et licet aliquando tardet punire: hoc peccatoribus vertitur in maximum dannum. Ait namque Valerius: Lento etenim gradu ad sui vindictam diuina procedit ira: grauitatemque supplicii tarditate compensat: et Hierony. super Hieremiam. Quanto maior est numerus temporum quibus obliuiscimur deum: tanto maior est pena peccati: quod nec longitudine seculorum [illegible] tuerit edomari. Sicut ergo quanto longius ab arcu corda protrahitur: tanto vehementiorem vulnerationem iactata facit sagitta. Ita quo longius protrahit deus iram suam: tanto seuerius in peccatis perseuerantem punit. A

Illud quoque quod de longitudine vite policetur diabolus probatur esse falsissimum. Ut enim inquit Aristo. p°. Perier. De futuris contingentibus non est determinata veritas: immo tota sacra scriptura proclamat vitam nostram esse breuem. Unde beatus Job inquit. 13°. sui libri. c°. Homo natus de muliere breui viuens tempore: repletus multis miseriis: qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut vmbra: et nunquam in eodem statu permanet. Seneca quoque ad lucillum epistola. 24ª. ait. Quotidie morimur: quotidie demitur aliqua pars vite: et tunc quoque cum crescimus vita decrescit. Infantiam amisimus: deinde pueriCiam: vsque ad vltimum quicquid temporis transit periit: et nunc ipsum quem agimus diem cum morte diuidimus. Ideo dicitur communiter: quod senes habent mortem ante se continue: et iuuenes post terga: vnde Hierony. in quadam epistola inquit. Iuuenis cito moritur: senex vero diu viuere non potest. Augusti. quoque in quodam sermone ait. Nihil aliud est tempus presentis vite: quam quidam cursus ad mortem: et Ber. in libro. de conscientia c°. 24°. di. Dum nescimus repente mors venit. Nescimus enim quid hodie nobis contingat: et ignoramus: si hac nocte animam nostram condicio mortis deposcat: quotidie ad finem vite tendimus et ad mortem properamus. Ideo dicit dominus Mar. 13°. Uigilate: quia nescitis quando dominus veniat: sero: an media nocte: an galli cantu: an mane: ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Augu. quoque in libro. de vera innocentia c°. 10. inquit. Remedia conuersionis ad deum nullis sunt cunctationibus differenda: ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim penitenti indulgentiam promisit: dissimulanti diem certum non spopondit: hec ille. B

Timendum est ergo nobis magnopere tardantibus facere penitentiam: quia tria ignoramus. Primum est de hora mortis: quia licet dicat Tulius in libro. de Senect. Quod nemo est adeo senex: qui se non putet adhuc annum viuere. Hec opinio pro certo est falsissima. Ait enim Salomon Eccl. 9°. c°. Nescit homo finem suum. Sed sicut pisces capiuntur hamo: et volucres laqueo: sic capientur iniqui tempore malo. O quot sunt qui multa disponunt in tribus vel quattuor annis se facturos: qui ante annum morientur. Unde in prouerbio dicitur.

El vilan va su la riuera remirando el so formento.
Sel pensiero non li va falito: el nauera de moggi cento.

Et in alio prouerbio dicitur.

El mato pensa: et dio ordina.

O quot edificant domos: qui in eis non habitabunt quot plantant vineas: qui earum vinum non bibent quot lucrantur pecunias: quas alii expendent: quot cogitant per multa tempora gaudere: qui forte cras moriuntur. Exemplum habemus de illo diuite de quo saluator Luce. 12°. inquit. Quod dicebat anime sue. Anima mea multa bona reposita habes in annos plurimos. Nunc ergo requiesce: comede: bibe: et epulare. Cui dixit dominus. O stulte hac nocte repetent animam tuam a te: que autem parasti cuius erunt? Ideo infert saluator Matth. 24°. di. Estote ergo parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet: et Matth. 25°. iterum ait. Uigilate: quia nescitis diem neque horam. Sicut enim nihil est certius morte. Ita nihil

est incertus hora mortis.l.i.ff.de cdi.s.ꝛ demon. Secūdo ignoramus quo in loco mors sit nos in vasura. Magnum aūt est inter angustias mortis refrigerium cum quis in domo parētum: vel domesticorū in lectulo recubans nature debitū soluit. Sed hoc nullus homo certum habere potest. Videmus enim per experiētiam alios suspensos in patibulo: alios combustos: vel affixos palo: alios submersos in aqua: alios morte subitanea: exterminatos vitam finisse: diuersisq; repentinis casibus diem clausisse extremum: qbus aliud ꝙ sperabant euenit. Unde dicitur in.l. senatus §. mortis causa.ff.de dona.causa mor. Quod varia sunt mortis genera. Unde ibi Paulus iurisconsultus ait. Si quidem terra mariq;: tam in pace ꝙ in bello: tam domi ꝙ militie: multis generibus mortis piculum metui potest. Quid ergo faciemus: nisi timere exemplo aliorū. Iuxta illud puerbium. Casus dementis: correctio fit sapientis. Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Ideo inquit Seneca ad lucillum. Incertum est quo in loco te mors expectet: tu quoq; i omni loco si sapiens eris eam expectabis. Tertio ignoramus modum mortis. Nemo enim scit qualiter mori debeat: ꝛ tamen nihil est: ita necessariū nobis: sicut bene mori: hic enim actus solum semel fit: vel bene in eternum: vel male imppetuum. Ut autem quis bene moriatur: necesse est eum bene viuere. O diabolice peccator qui obstinatus permanes in peccatis: quomodo putas te esse moriturum? Audi augum. in quodam sermone dicētē. Impossibile est male viuere: ꝛ bene mori. Impossibile: idest valde difficile. Sic enim aliquando accipitur: ꝑm Aristo.5°. Methaphisi. Et ideo modo age penitētiam: ꝛ non expecta illum diem extremum: quia ingt Lucanus in p°. Tolle moras: semper nocuit differre paratis. Hinc Oratius in epistolis: epistola.xi. ait. Tu quancūq; deus tibi fortunauerit horam grata sume manu: nec dulcia differ in annū. Martialis etiam cochus libro vndiq; suscepto.c°.5°. dicit. Uiuendi recte fatuus procrastinat horam. Et moralis cato libri sui.c°.3°. dicit. Rem tibi quaz noscis aptaz dimittere noli. Ne rursus queras: que iam neglexeris ante. Prosper etiam in lib°. epigramatum. Epigramate.70. ait Quid iuuat in longum causas producere morbi? Cur dubium expectat: cras hodierna salus? Ideo cantat sancta mater ecclesia. Emēdemus in melius que ignoranter peccauimus: ne forte pocupati die mortis: queramus spacium penitentie: ꝛ inuenire non possimus. Apostolus quoq; ad Galathas 6°.c°. hortatur dicens. Dum tempus habemus operemur bonum. Unde dicitur vulgariter.

Chi a tempo: non expecti tempo.

Inducunt quoq; quidam mortem dicentem.

E sono per nome chiamate morte: ferisco achi toccha la sorte.

Non e homo cosi forte: che da mi possa scampare.

Qvilibet ergo peccator: debet statī post lapsū resurgere a peccato: ꝛ nō expectare diē mortis. Nam ut ingt dn̄s Luce.14°. Si alicui⁹ bos vel asinus ceciderit in foueam: ptinus eū extrahere satagit etiam in die festo. Multo itaq; magis debet quisq; per penitentiā extrahere aīam suam de luto: ꝛ fouea peccatoꝝ. Nam ex dilatione penitentie incurrit multa ma la. Primum dicit pditionis: pdit enim tēpus: qd̄ in vanum cōsumit donec est in odio dei cōstitutus: qd̄ qdem tēpus impreciabile: ꝑm Bernardum: nunꝙ poterit recuperare: qa qd̄ semel anihilatum est nunꝙ redit per naturaz: ut ait Philosophus.2°. de generatione. Cuius qdem temporis si dānati habere possent horam ad faciēdam penitētiā: mirabiles austeritates facerent: ꝛ optime eam dispensarēt. Secūdum dicitur infusionis.s. gratie. In illa eniz aīa sic in peccato manente gratia dei nunꝙ infunditur. Nam idem subiectū simul ꝛ semel non est susceptiuum contrarioꝝ in eodem instāti.2°. topi. ꝛ.2°. pier. In anima ergo plena peccatis non potest stare gratia dei. Nam in maliuolaz aīam non introibit sapiētia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sapiētie.p°. Peccatū enim directe opponit charitati: ꝛ gratie dei ꝑm Theo.in.p°. di 17. Tertium dicitur priuationis Nam priuat talis aīa isto bono ꝙ opera ei⁹ etiam bona non ei proficiunt ad vitam eternaz: qa sunt sine charitate facta: sine qua nihil valet aliquid opus etiam si tolerarent martyrium.p°. ad Corin.13°.ꝛ.c°. vide.p°.q.p°. Unde existēs in peccato mortali potest dicere cum petro illud Luce 5°. Per totam noctem laborātes nihil cepimus Ille enim piscatur in nocte: qui opa sua facit in peccati obscuritate. Ille vo piscatur in die qui bene operatur in lumine diuine gratie. De existentibus vo sine charitate dicitur Sap.3°. Uana est spes eorum: ꝛ labores sine fructu. Cum charitate autem omnia sunt meritoria dicente apostolo ad Roma.8°. Diligentibus deum omnia cooperant in bonū. Quartum dr̄ multiplicationis.s. peccati. Dicit enim Gre. Peccatū qd̄ per pniam non diluit mox suo pondere ad aliud trahit. Ut enim dicitur Esa.38°. Abyssus abyssum inuocat

Talis etiā cū tali ꝓposito aggrauat peccatū suū. Ait enī Ale. de ales. Peius est nole carere pecca to: q̄ cōsentire peccato. Quītū dicit punitiōis.s. maioris: q2 tāto grauiora sunt peccata tanto diu tius īfelicē aīam detinēt alligatā.c°.cū tāto. de cō suetu. ꝛ ſm mensurā delicti erit ꝛ plagarū mod⁹. Deut.25°. ꝛ.l.respiciēdū.ff.de penis. Sextū dr̄ cō turbatiōis siue cōtristatōis. Semp enī talis ē tri stis: q2 vt ait Aug. in li°. de vera inocentia. Nulle sunt grauiores cruces in vita ista: q̄ mala cōsci entia: ꝛ nunq̄ hēt leticiā vel pacē aīe: q2 vt dicit. Esa.57°. Cor impij est quasi mare feruēs qd̄ qesce re nō pōt: ꝛ dicet pōt qlibet peccator illd̄ eiusdē libri.c°.38°. In pace amaritudo mea amarissi ma. Nā nō est pax impijs. Esa.48°. Septimū dr̄ offensionis talis enī offēdit deū patrē ꝛ filium ac spiritū scm̄: beatā virginē ꝛ oēs angelos ꝛ scōs: ꝛ eos ꝯtristat. Quod ꝓbat per locum a ꝯtrarijs. Si enī faciēs penitētiā facit eos gaudere: vt hētur Luce 15°. Ergo ꝑ oppositū erit de nō faciēte peni tentiā de peccatis suis. Si enī vnū est cā alicuius oppositum est cā oppositi.9°. Metha. ꝛ p°. poste. Octauū dicit īparticipatiōis. Tali enī differētes penitentiā nō participat neq3 de bonis ꝑteritis.s. de passione xp̄i: neq3 de presentib⁹: scilicet de meri tis eccl̄ie ꝛ religiosoꝝ neq3 de futuris puta bīorū 23ª.q.7ª.c°. Quēadmodū. Faciēs aūt pniā pōt dicere deo cū psalmista. Particeps ego sū oīu3 ti mentiū te: ꝛ custodientiū mādata tua. Nonū di citur exclusionis scilicet ab indulgēnijs. Talis enī si milies iret ad indulgētias a pena ꝛ a culpa: nū q̄ eas reciperet cū non sit ꝯtrictus ꝛ ꝯfessus: ſm declarata ꝑ Inno. ꝛ hosti. in c°. Nō aūt. de peni. ꝛ remissi. ꝛ Theo. in 4°. di.20ª. Decimū dicit cassa tionis. Nam si multū tristātur armigeri qn̄ cassā tur a suis capitaneis: ꝛ tunc vendūt equos por tātq3 vestimēta ꝛ armaturas ac clipeos ad pigno randū. Multo magis debet ꝯtristari peccator: q cassatus est a militia celestis impatoris per pecca tū. Nā omne ꝑuilegiū reat⁹ excludit. C. vbi sena. vel claris. ꝯue.l.j. ꝛ priuilegiū meretur amittere q ꝯcessa sibi abutitur pōtate. l. iudeos in fi. C. de iu deis. xi°. q.3ª. c°. priuilegiū. ꝛ 25ª. q. vl. §. his ita. Et ideo talis amisit priuilegiū militū xp̄i. Unde debet subito reuerti ad penitētiā vt iterū assuma tur ad eius militiē: ꝛ sit de illis qbus ait Ap̄lus 2ª. ad Thi.2°. Labora vt bonus miles Jesu xp̄i. Ne subita morte ꝑuent⁹ ad tribunal ipsius Im patoris inermis abducatur. Sicut accidit cuidā cubiculario ducis Mediolani.1462. die.28. Iu lij. Qui sub barbitonsore gaudēs: subito cecidit mortuus Meli. Ali⁹ quoq3 eiusdē ducis curia lis dū ad curiā eqtare vellet de stapha cadēs re tro expirauit Meli. Eodē3 ēt anno ī canauesio post pasca nobilis quedā pregnās: corrizādo sta tim mortua est. Itē in ciuitate Brixie quedā spō sa corrizās: expirauit in medio coree. Padue no bilis quedā iuuenis: cū tubis ꝛ tympanis ad ma ritum iuit die dn̄ico: ꝛ īfra septimana3 oī die ad vota corrizauit. Dominica vero sequēti doloꝛib⁹ angustiata expirauit. Laude sacerdos nouellus missā cantaturus die dn̄ico in platea solemniter ornata: cum sabbato dormitum isset mane mor tuus in lecto repertus est. In Arona lacus ma ioris quidam ad tabulas ludens: subito expira uit. Et alter ibidem cum vxore in mensa sedēs similiter expirauit. In terra vigleuani mulier do minico die se vestiens ad missā itura: cecidit mor tua. Locarni lacus maioris: sponsa sero quodam leta dormitum iuit: ꝛ nocte illa mortua est.1468°. In ciuitate papie mortuo quodam nobili vnus orator actu rethoricam legens: cum iret vt super funus orationem faceret: in media via expirauit Pergami in eodem anno quidam denarios nu merans in die omniu3 sanctorum: expirauit. Eo dem anno parisij quidam nobilis in festo pasce vsq3 ad horam tertiam noctis: cu3 suis spacians cum dormitum iret doloribus corripitur: ꝛ lo quellam ammisit ac mortuus est.1471. Papa paulus cum sanus cenasset in camera sua dor mitum vadens: mortuus inuentus est. Rome quidam vir ditissimus cum concubina dormi ens: super corpus eius expirauit. Et idem acci dit Mediolani cuidam peccanti cum quadam moniali: ꝛ alteri religioso cum cōcubina sua pec canti.1457. Cum quidam nobilis ditissimus ad ignem pirum cum baculo volueret: nullo presen te inclinato capite expirauit: ꝛ in ignem cecidit. Ibidem etiam cum quidam ꝑdicator detestare tur laruas: vnus iuuenis 26. annoꝝ irrisit ver ba eius: ꝛ nocte sequenti mortuus est. Preter mitto de multis principibus qui temporibus no stris sani ꝛ in multa prosperitate existentes ex im prouiso in instanti sunt interfecti. Et de q̄plu ribus alijs qui iuuenes cum essent ꝛ robusti re pentina morte sunt extincti. O

Scias autem o peccator q̄ vt ait Ricar. no ster in suo quodlibeto: tu non potes facere deo aliquid gratius: q̄ dimittere peccatum ꝛ de cetero ab eo abstinere. Gratius siquidem ē ei q̄ dimittas peccatum: q̄ q̄ dones ei omnem mun di thesaurum quia spiritualia sunt digniora cor poralibus ꝛ temporalibus. l. Sancimus. C. de sa cro. san. eccle. Item est chari⁹ deo q̄ sanes ani

mã mã infirmãs per pniam: q̃ si sanares oia corpora mũdi amore ipsi⁹: q: sanitas aie est incõparabiliter dignior sanitate corpis. c°. cũ ifirmitas de peni. ⁊ remis. Itẽ ei ẽ hoc gratius: q̃ si oẽs iheucros: ac sarracenos ⁊ iudeos: hereticosq: ⁊ infideles oẽs ↄuerteres ad fidẽ: ⁊ oẽs pctõres ad penitẽtiã. Ait enim ipse dñs Matth. 16°. Quid prodest homini si vniuersum mũduz lucref: aie vo sue detrimẽtũ patiaf? Aut quã dabit homo ↄmutationẽ pro aia sua? Et ideo ait Aug. Plus placet deo ꝙ cum gra ⁊ charitate salues aiam tuaz q̃ si totũ mũdũ cum tui dãnatione saluares. Et ideo ipsi est gratius: ꝙ per pniam a morte peccati suscites teipm: q̃ si centũmilia mortuoꝝ ad vitã miraculose suscitares. Ut ingt Grego. Nã innumerabiliũ mors corpoꝝ: morti vnius aie non põt cõparari. c°. si habes. 24ᵃ. q. 3ᵃ. Itẽ est hoc illi chari⁹: q̃ si faceres maiorẽ abstinẽtiã: ⁊ plura bona q̃ fecerint vnq̃ oẽs sancti nõ dimittẽdo peccatũ. Nam de peni. di. 3ᵃ. in. c°. Nihil prodest di. Nihil ꝑdest homini ieiunare: ⁊ orare: ⁊ alia religionis bona facere: nisi mens ab iniqtate retrahaf. Item deo est hoc gratius: q̃ si pro illo poneres vitã tuã qua nihil est tibi chari⁹: iuxta illđ Job. 2°. Pellẽ pro pelle: ⁊ cũcta que possidet dabit homo pro aia sua. i. pro vita tuẽda. Licet enĩ patereris mile martyria pro xpo: non eẽnt illi accepta si non dimitteres peccatũ. c°. firmissime. de here. Itez est ei hoc magis gratũ: q̃ si diceres: vel dici faceres mile missas ad honorẽ eius. Ait enĩ ipse dñs Matthei. 5°. Si offers munus tuũ ad altare: ⁊ ibi recordatus fueris: q: frater tuus habet aliqd aduersum te: relinque ibi munus tuũ ante altare: ⁊ vade prius recõciliari fratri tuo: ⁊ tũc veniẽs: offeres munus tuũ. Si ergo non acceptat deus sacrificiũ illius: qui non prius recõciliaf proximo: multo minus acceptabit sacrificium eius: qui nõ prius recõciliaf sibi. Et ideo nõ est grata ei pegrinatio totius mũdi amore eius sine dimissione peccati. Facit ad p̃dicta qđ ingt Ambrosius i li°. de padiso di. In cũctis sacrificijs nullũ maius deo offerri põt: q̃ ut innocẽs seruet innocẽtiam suã: ⁊ iniquus relinquat iniqtatẽ suã. Legif etiam de sancto Alberto ꝙ cũ semel diceret missam rogauit dñm Jesuz: ut ei reuelaret q̃ essent opa hoium: sibi magis grata. Cui ipse dñs apparens inter alia dixit: ꝙ elemosyna etiaz modica quam qs facit in vita amore suo est ei gratior: q̃ si post mortẽ suam dari faceret pro elemosyna mõtem aureũ a terra: vsq: ad celũ ptingentẽ. Item dixit ꝙ sibi est gratius: ꝙ peccator peccatũ suum ↄfiteaf: ⁊ dimittat: q̃ si denudatus: ⁊ columne alligatus a quattuor carnificib⁹ acriter flagellaref: vsq: ad diem iudicij: ⁊ illa flagella pateretur amore suo. Nihil enim a nobis magis habere desiderat deus: q̃ mũdiciam cordis. Unde in ciuitate Padue ↄiuratus qdã demon vt diceret: quid magis placeret deo: respõdit. Dimidiũ spere: speram cũ principe rome. Postulat a vobis totius cõditor orbis. Dimidium aũt spere est sicut. C. spera est sicut. O. pᵃ. littera ꝑncipis Rome. s. Romuli est. R. Et sic voluit dicẽ ꝙ deus petit a nobis cor. dicens illud Prouerbi. 23°. Prebe mihi cor tuũ. Tũc autẽ illud damus deo quãdo mũdamus a peccato: ⁊ sãctificamus nos per penitẽtiaz qđ qdem summe appetit ipse dñs dicente Paulo apostolo pᵉ. ad Thesa. 4°. Hec ẽ volũtas dei sanctificatio vestra. Que omnia idez Paulus ↄsiderans. 2ᵉ. ad Corin. 6°. c°. dicit. Ecce nũc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Abijciamus ergo opa tenebraꝝ. Et ideo o obstinati peccatores: nõ expectate el ponto extremo: che molti na inganati el ben faremo.

¶ De desperatione.

Septima ⁊ vltima cathena diaboli est despabilitatis. Nã hec est ↄsuetudo demonis: ut anteq̃ demones peccẽt eis suggeret deum esse misericordem: sed postq̃ peccauerũt suggerit ipm esse crudelez: ut sic desperãdo de miſcordia dei: nunq̃ peniteãt. Sicut fecit kaim homicida. Geñ. 4°. c°. di. Maior est iniqtas mea: q̃ ut veniam merear. Jeccirco Salomon Prouer. 18°. c°. ingt. Impius cuz in ꝓfunduz pctoꝝ venerit: veniam ↄtẽnit. Item in ꝑsona desperati dicif Hiere. 15°. Factus est dolor meus ꝑpetu⁹: ⁊ plaga mea despabilis renuit curari. Sicut fecit Judas Matthei. 27°. Qui abiectis argẽteis in tẽplo ex desperatione: laqueo se suspẽdit. Ex hac maledicta desperatione hoies fiunt deteriores: iuxta illud ad Ephe. 4°. Desperãtes semetipsos tradiderunt. Ideo ingt auctor fabularũ Esopi. fabula. 29ᵃ. Sic timeat quicũq: timet: ne mole timoris Spe careat: grauis est spe fugiente timor. Speret qui metuit: morituros viuere vidi. Spe duce victuros: spe moriẽte mori. Quãtum aũt sit peccatũ desperationis: patet per Isidoꝝ in synnonima dicẽtẽ. Qui veniã de peccato desperat: plus se de despatione: q̃ de cõmisso crimine cõdẽnat Hiero⁹. q̃z in epl'a ad fabianũ ait. Nihil tam repugnat deo: sicut cor impenitẽs: hoc solum crimen est qđ veniam ↄsequi non põt Et sup Esaiam ingt. Nihil sic offendit deum: sicut erecta ceruix post peccata: ⁊ ex despatione cõtemptus. Sed hec maledicta atq: diabolica ca-

thena faciliter rumpitur: si diuina scriptura perlegatur in qua infinita dei misericordia predicatur. Unde Eccl. 2°. dicitur. Pius et misericors est dominus. Et. 10. eiusdem libri. c°. Magna est misericordia dei: et propitiatio ei⁹: et. 18°. c°. Quis adijciet narrare misericordiam dei? Et ezech. 18°. c°. dicit dominus. Quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum quas operatus est: non recordabor. O immensa dei clementia. O infinita misericordia. O benignitas inaudita. Non dicit domin⁹. Si me offenderit peccator semel: bis: vel ter: dimittam ei: sed quotienscunque ingemuerit O bone iesu: si te offenderit peccator milies dimittes ei? Si centum milies: dabis ei veniam? Si in infinitum si fieri potest: an iterum illum acceptabis in tuam gratiam? Audi o peccator obstinate dominum tuum respondentem. Quacunque hora ingemuerit peccator et c. Quare ergo desperas? Quare ad eum non conuerteris? Audi Augustinum. in li°. de spiritu et anima. c°. 3°. dicentem. Tardius videtur deo peccatori veniam dare: quam ipsi peccatori accipere. Ideo Ber. in sermone. 22°. super cant. inquit. Omnino propter mansuetudinem quam in te predicamus: currimus ad te domine iesu: audientes quod non spernis pauperem peccatorem Non horruisti confitentem latronem: non lachrymantem peccatricem: non deprehensam in adulterio: non supplicantem publicanum: non negantem discipulum: non persecutorem discipulorum. Quid ergo dubitatis o scelerati peccatores? Recurrite itaque ad pedes benignissimi domini nostri iesu christi: qui vos vocat per prophetam Iohelem. 2°. c°. dicens. Conuertimini in toto corde vestro: ad dominum deum vestrum: quoniam benign⁹ et misericors est: ac multe misericordie. Ipse vero clementissimus saluator noster: si dimissis peccatis ad eum reuersi fueritis: suam vobis in presenti gratiam: in futuro autem vitam donabit sempiternam. Amen.

¶ Dominica in quadragesima de periculo tardationis penitentie: vsque ad mortem. Sermo. viij.

Hortamur vos: ne in vacuum gratiam dei recipiatis. 2°. Corint. 6°. Et in epistola occurrentis dominice: secundum Aristotelis sententiam in p°. Physi. et in. 2°. de anima. Ex his que nobis manifesta sunt venimus in cognitionem eorum: que nobis non sunt ita manifesta: vnde Grego⁹. in quadam omelia inquit. Ex his que animus nouit: surgit ad incognita que non nouit. Et ideo sacri doctores volentes nos reducere ad viam penitentie: et ad virtutes spirituales: id conantur facere per traditionem cuiusdam pulchri exempli materialis dicentes. Quod nauigantes per mare: occurrente illis periculo naufragij propter inundationes maris: aliquam tabulam apprehendunt: cui⁹ adminiculo a fluctibus et turbinibus maris liberari pquirunt: quod si aliquo maris impetu: illam tabulam dimittere cogantur: mox aliam si possunt apprehendunt: cui firmiter inherentes: nec ipsam aliquo modo dimittentes per multas amaras potationes: tandem ad portum securi perueniunt. Moraliter mare est mundus presens plenus turbinibus: et fluctuationibus: de quo dauid in ps°. 103°. inquit. Hoc mare magnum et spaciosum manibus: in quo reptilia quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis. i. diuersa genera inimicorum: que secundum nostrarum virium quantitatem: compensato nobiscum agone luctantur: ut inquit Ambros⁹. in sermone vnius confessoris pontificis: nauis est sancta mater ecclesia: que conglutinata est vinculo charitatis. Unde de ipsa dicitur Prouer. vlt°. Facta est quasi nauis institoris. Super hanc nauim oportet nos nauigare ad patriam celestem: sed hec nauis per peccatum primorum parentum passa est naufragium: ex quo omnes filij eius. s. sancte ecclesie: iactati sunt super vndas maris: agitandi turbinibus: et temptationibus mundi: carnis: et diaboli. Unde clamabat dauid in persona omnium nostrum. ps°. 68°. Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aque: vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi: et non est substantia. Si igitur ade filij volunt ab hoc naufragio liberari: necesse est eos primam apprehendere tabulam: scilicet sanctum baptismum per quem reparatur in nobis innocentia: et gratia perdita: secundum sanctum Bonauenturam in. 4°. di. 4ª. Et beatum Augustinum. in lib°. de baptismo paruulorum. et in. c°. per baptismum. de cons. di. 4ª. vbi inquit Augustinus. Per baptismum quicquid ab homine dictum: factum: aut cogitatum est: totum aboletur: et quasi non factum habetur. Uerum quia multis rapidis inundationib⁹ huius maris: idest predictis temptationibus: relinquunt plures gratiam baptismalem: et primam tabulam: et consequenter non possunt amplius per illam se defendere: quia baptismus non est iterabilis: secundum sententiam Theo. in. 4°. di. 4ª. vbi Ricar. ar. 4°. q. pª. Ideo facto secundo naufragio per peccatum actuale mortale: si volumus saluari: et ad portum salutis peruenire: necesse est secundam apprehendere tabulam: de qua Hieronym⁹ ad demetriadem virginem inquit. Ueram non ignoremus penitentiam: ne facile peccemus: hec secunda post naufragium miseris tabula sit. Sicut enim baptismus principaliter est institutus: contra peccatum

originale: ita penitentia cõtra actuale: ut inquit Ricar. in. 4°. di. 2ª. artic. p°. q. 4ª. Ideo de pe. di. pª. in. §. multiplex. als. c°. multiplex. Leo papa dicit. Multiplex dei misericordia: ita lapsib' humanis subuenit. ut non solū per baptismi sacramẽtum: sed etiam per penitẽtie medicinam spes vite reparetur eterne. Ideo hortatur nos apostolus in verbis propositis di. Hortamur vos: ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Sicut enim ille in vacuum recipit aquam: qui ponit eam in vase perforato: ita in vacuum: quis recipit diuinam gratiam: que significatur per aquam Esa. 55°. vbi dicit. Omnes sitientes venite ad aquas: nisi veram faciat suorū peccatorū penitentiam. Verum multi sunt: qui diabolico instinctu expectant: vsq3 ad mortem facere penitẽtiam: ꝛ nõ faciunt: quãdo possunt videlicet in iuuẽtute: ꝛ sanitate: hoc enim vere tẽpus est penitentie. Unde faciunt contra illud poeticum. Tempore cũcta suo quisq3 peritus agit: ꝛ est dictum cuiusdam poete qui dicitur Bellinus in libro: qui appellatur speculum vite. Ideo paulus in epistola occurrentis dñice: vos hortatur: ut nũc agatis penitẽtiam di. ꝙ hoc est tempus deo acceptabile. Et ideo seruate illud poeticum. Tempore qui rebus vtitur ille sapit. Et illud Luce. 10. Curam illius habe: scilicet anime tue: nunc ꝛ continue. Septem etenim maxima pericula incurrunt: qui tẽpus mortis expectant ad agẽdum penitentiam. De quibus hoc in sermone tractabimus. Primum appellatur habituationis. Secũdum priuationis. Tertium occupationis. Quartum dimissionis. Quintum impugnationis. Sextum intrincationis. Septimum ꝛ vltimum derelictionis.

¶ De habituatione i peccatis ac mala consuetudine. G

Primum periculũ dicitur habituationis: scilicet in peccatis. Qui enim per decem: viginti: vel triginta annos consueti sũ peccare: ꝛ fortius qui in peccatis: vsq3 ad mortẽ pseuerauerũt difficiliter pñt a peccatis resurgẽ: triplici rõne. Prima dĩ aggrauationis: licet enĩ ꝯsuetudo peccandi: qñq3 excuset in delicto quo ad penã tpalem. c°. deniq3. §. de ipsa 4ª. di. ꝛ c°. obijciunt. 32ª. q. 4ª. ꝛ c°. sane. extra ď tẽp. or. Tñ quo ad penam eternã: nullo modo excusat: ut inqt gl. in. d. c°. deniq3. ꝛ allegat. cᵐ. salomone. 63ª. di. Cõsuetudo enĩ peccãdi: nõ alleuiat sed aggrauat peccatũ. l. capitalium. §. solẽt. ff. de penis l. deserto: ẽ. §. si plures. ꝛ l. non oẽs. in pñ ff. de re. mili. ꝛ l. nemo. C. de epis. au. ꝛ c°. nõ debet. extra ď ꝯsã. ꝛ affi. ꝛ 24ª. q. pª. c°. scisma. ꝛ extra de symo. c°. nõ satis. Et de eo qui duxit in mrĩ. quam polluit per adul. c°. cũ hẽet. ꝛ 32ª. q. 7ª. c°. flagitia. Jmo ꝯsuetudo qñq3 veniale peccatum facit mortale. s. qñ facit ipsum peccatũ veniale placere. ut morta le. 25ª. di. §. criminis. versiculo alias. ꝛ qñq3 allegat. §. alias. de hac etiã aggrauatione peccati: per ꝯsuetudinẽ habet in. c°. cũ tãto. extra de ꝯsuetudine. vbi dicit Grego. non⁹. Tãto. n. grauiora sunt peccata: q̃nto diuti⁹ infelicē aĩam detinẽt alligatã. Ideo dicit mõtanarius. in luna celeri. Auget nõ minuit mala ꝯsuetudo reatũ. Sic ergo q̃ grauior est ĩfirmitas: eo difficilior est ad sanãdũ: ita q̃nto magis qs pseuerauit in peccato: per ꝯñs ei⁹ ĩfirmitas spũalis est grauior: ꝛ tãto maiori curat difficultate. H

Secũda rõ dĩ iurisdicionis: hẽmus. n. hoc in iure ꝙ ꝯsuetudo dat iurisdicionẽ. C. de emã. liber. l. j. ꝛ fi. ꝛ. C. que sit lõga cõsuetudo. l. fi. 9ª. q. 3ª. c°. ꝯquestus. extra de foro cõpe. c°. cũ ꝯtingat extra de of. or. c°. irrefragabili. ꝛ ex de arbi. c°. dilecti. de cle. ꝯiu. c°. cũ olim. de ꝯsue. c°. cũ ꝯsuetudinis. vbi glo. ꝛ extra de sen. ꝛ re. iudi. c°. cũ causa. Unde si qs ad forũ alicuius iudicis per. 25. annos iuerit: lz nõ sit suus iudex: tñ p istã ꝯsuetudinẽ eũdi efficit suus iudex: ꝛ põt eũ cogẽ ut ad eũ veniat. Et tãto magis si expsse ꝯsensit in eũ tãq̃ in suũ iudicẽ sciens eum nõ eẽ suum. l. j. ꝛ. ij. in pñ. ff. de iudi. Sic itaq3 ꝛ ille qui ꝯsuet⁹ est ad forū diaboli accedere p ꝯsuetudinē peccãdi: illi dedit iurisdicionē sup se. Jõ dicit dñs Jo. 8°. c°. Qui facit peccatũ: seruus est peccati: ꝛ exponit glo. i. diaboli. Ad pdicta ẽt facit ꝙ ꝯsuetudo hẽt vim pacti: ꝯsuetudo nãq3 ꝛ pactũ eqpollẽt: ut nõ. in. l. de qb⁹. ff. de legi. ꝛ de elec. c°. sacroscã. ꝛ in. l. ꝯsuetudinis. C. que sit lõ. ꝯsue. vbi Cy. ꝛ Bar. Unde de cõsuetudine ad pactũ valet argumẽtũ: fm Archi. in. c°. ꝯsuetudinis. xjª. di. ꝛ glosā magnã in. c°. 2° de ꝯsue. li°. 6°. I

Tertia rõ dĩ assuefactiõis. Cõsuetudo. n. est altera nã. ff. ad mace. l. j. vbi glᵒ. ꝛ. ff. de liber. ꝛ post. l. si qs postumos. in pñ. ꝛ de postu. l. j. §. bestias. ꝛ ďacq. re. do. l. nãlẽ. §. ĩ his. ꝛ ĩstituta. de re. diui. §. ceruos. vbi nõ. Et hoc etiã dicit Ari. in li° de reminiscẽtia. ꝛ in p°. retho. c°. 10. ꝛ li°. 4°. pblematũ: pblemate. 28°. ac. 7°. Ethi. vbi ait. Difficile est resistere ꝯsuetudini: qꝛ assimilat nature. Sicut ergo est difficile: imo maxime arduum non sequi naturã: quia naturalia sunt immutabilia. §. Sed naturalia: instituta. de iure na. gen. ꝛ Cy. ita est etiam difficillimum homini: qui assuetus est in peccatis relinquere illa. Ait enim Aristo. 2°. Ethico. Ex frequentatis actibus generatur

habit⁹ de difficili mobilis a subiecto: et iterū in p̄dicamēto q̄litatis dicit:habit⁹ est de difficili mobilis a subiecto: vn̄ tul⁹ in philippicis iqt. Oē peccatū nascēs facile opprimit:inueteratū autē fit robustius: et in tuscu.qo.li°.p°.idē ait. Qui in compedib⁹ corpis semp fuerūt:etiā cū soluti sūt tardi⁹ ingrediunt. Jacob⁹ quoq; būuētanus sui libri c°.46°.ait. Nō est res habilis morē depellē corde. Est radix cui⁹ īueterata diu. Hec cōnexa sibi mos et natura videntur. De facile dirimi nec reor ista valēt. Et idē.c°48°.inqt. Res ē dura nimis vsū depellere lōgū. Radix euelli nō valet alta bene. Jsidorus quoq; soliquiorū li° .p°.c°.9°. dicit. Assidua cōsuetudo in naturā vertit: et ad peccatū cōstrīgit. Aristotiles etiā in .7° Ethico. ait. Operationes bestie: praue sūt per naturā:opationes ēo prauoꝝ hoīuꝫ:sūt per cōsuetudinē. Et 9°.eiusdē libri inqt. Nō facile est hoī ab antiqua cōsuetudine trāsmutari. Faciūt eni pctōres sicut illi de qbus ait comētator sup.3°.phisi.di. Nō q dā hoīes ita sunt assueti comedere venenū: q illis venenū est pro cibo. Sic peccatorib⁹ per ɔsuetudinē peccatū est cibus: et mel venenatū. Vn̄ dicit scūs Bonauētura in.2°.sen̄.di.34ª. ar° .p°.q.3ª. q sunt aliqui quib⁹ ꝓpter corruptionē pallati iterioris mala sapiūt: vt bona. De isto malo loquitur Augu.cōtra Julianū c°.8° .di. Cōsuetudinis malo difficile resistit. Vn̄ vehemēti⁹ vidua q̄ virgo: et meritrix q̄ casta tentat: et tāto amplius in ea supanda voluptas laborat: q̄to ei maiores vires cōsuetudo dedit. et in li°. Enchiridiō Ambrosi⁹ inqt. Peccata q̄uis magna et horrida cū in cōsuetudinē puenerit: aut parua aut nulla eē credūt: vsq; adeo vt nō solū nō occultāda vez ēt p̄dicādat et diffamāda videant: qm̄ sicut scriptū est: laudat peccator in desiderijs aīe sue:talis iniqtas in scripturis clamor vocat: de quo dr̄ clamor sodomorū et gomorreoꝝ multiplicat⁹ est: et pctm̄ eorū aggrauatū est nimis: quia nō solū apud eos nō putabant flagicia esse: verumetiā publice velut lege frequentabāt: hec ille. Jn 2° .quoq; de summo bono c°.25°. Jsidorus ait. Peccatū admittere: est in puteū cadere: cōsuetudinē ēo facere: est os putei coangustare: ne is qui ceciderit valeat exire. De hac āt difficultate nō potest se qs excusare: cū se in illā sciēter posuerit. Nā illi nō succurrit: qui se in necessitate posuit.l. Si fideiussor. §. Si necessaria. ff. Qui satis.co.l. Si mulier in p̄mo.ff q met⁹ causa .l.2ª.§. Si qs tamen.ff. Si qs cauti.l. Sicut ab initio: et ibi glo .C. de. acti. et obli.l. Si qs.§.subuenit.ff .ad Sila. R

Contra hāc diabolicam cōsuetudinē possūt dari multa exēpla naturalia. Nā si qs p.xlª. annos gesserit negotia alicui⁹ magni diuitis et multa tractauerit: nō poterit in media hora oīuz veram reddere rationē. Et propter hoc dicebat qdā deuot⁹ p̄nceps: q sibi videbat q saltē semel in anno deberet qlibet bon⁹ seru⁹ reddere rationē administrationis sue dn̄o suo. Aliud etiā exēplū dare possumus. Nam si aliquis tenuerit pannū lineum album in aliquo oleo fetidissimo et marcido per multos annos: et postea vellit illum ad pristinam albedinē lauando reducere: nunquid hoc faciet in paruo tpe vel sine maxima difficultate? Certe non. O diabolici peccatores: qui aīaz vestrā creationis grāz albā et pulchrā: per decē viginti vel tregīta annos aut vsq; ad mortē tenetis infetidissimis pctīs inuolutam: nunquid in quarta parte hore confitēdo: eā mortis tempore dealbabitis? pfecto magna est stultitia vr̄a si hoc creditis. Jlle etiā qui nodū habet extra locuz suū dum adhuc membrum est calidū facit sibi aptari: faciliter conualescit. Sed si tenuerit extra locū dictū nodum per multos annos: nō poterit postea ad locum suū illum reducere: sine ingentissimo dolore ac cruciatu: quia faciet ibi gumaz durissimam: que non faciliter poterit dissolui. Similiter ille qui habet aliquam vulneratione: si curet eam statim: poterit conualescere de facili: si vero pmittat vuln⁹ immedicatū per multos dies stare: vel postq̄ cepit sanari rursus vulneret ibidē: et sic faciet iteratis vicib⁹: semp renouando vulnerationem: nō est dubiū: q ibi nascet fistula que difficilima erit ad curandum. Et hoc est quod inquit Juuenalis.li°.3°.satyra.3ª. Cōsuetudo mali tenet insanabile vulnus. Ait idem⁹ etiam q fluuius nō facile lectū deserit per quē accedere consueuit. Tales cōsuetudinarij peccatores vt dicūt doc.per Lazarū q̄triduanū mortuū significant qui vt scribit Joannis .xj°. fetebat ex corruptione et ideo in predicto c°.dicit: q Jesus volēs eū resuscitare: īfremuit spiritu et turbauit seipsuz et clamauit voce magna ad ostendendū difficultatem resuscitationis quattriduani. O fetidissime peccator: qui tanto tpe in sepulchro horribilissimo peccatorū permansisti: qui es quattriduanus p°.per malam cogitationem: secūdo per morosaz et libidinosam delectationem: et cōsensū: tertio per turpissimā opationē: et quarto per antiquā peccandi cōsuetndinē. Scias te toti celesti curie abhominabilem totū putridū ac fetore repletum non posse ab hac morte peccatorū resurgere sine maxima difficultate. Et ideo peccatores nolite in peccatis morari: qz vt communiter dicit: malū ve/

lus non faciliter recipit curationē. Unde quidā dicūt. Castiga el cane: castiga el lupo: ma nō castigar lhomo quādo he canuto. Uera enim ē illa Salomōis snīa. 22°. Prouer. c° di. Adolescēs iuxta viā suā et cū senuerit: nō recedet ab ea. Et iō ꝯsuetꝰ peccare dicit dñs p Hieremiā pphetā. 13°. libri sui. c°. Si mutare pōt ethiops pellē suam: ꝛ pardus varietates suas: ita ꝛ vos poteritis benefacere cū didiceritis malū. Unde de peccatore: cōsuetudinario dicit Iob. 41°. Cor eius indurabitur quasi lapis. Et zacha. 7°. Cor suū posuerunt vt adamantē. Ideo Seneca inqt. Peccata iuuenū pdicantur in quale: q2 fiunt delectabilia de facili: sed peccata senū pdicantur in quid: q2 eis q̄si substantialiter adherent. O igitur peccatores īdurati in peccatis: quare nō emolitis corda vra ad penitentiā. Audite quid dicat Sap. Eccli. 3°. Cor durū male hēbit' i nouissimo. Et Leui. 26°. Conterā duritiā sup̄bie vestre dicit dñs. Ideo tali pseueranti in peccatis dicit Paulꝰ ad Ro. 2°. Secundum duritiā tuā ꝛ cor īpenitens: thesaurizas tibi irā in die ire. Hec tanta mala facit perseuerantia ꝛ cōsuetudo peccandi: ꝛ tantū furorē dei contra peccatorem accendit: tanq̄ durum cor illius facit vt difficillimū ꝛ quasi īpossibile vt ita loquar: sit hoīem in peccatis vsq3 ad mortem perseuerantem: in illo tempore bene penitere: ꝛ sanare perfecte aīam suam per penitētie medicinā. Ideo exclamat Ouidius in primo de remedio amoris dicens.

Dum licet ꝛ modici tangunt pcordia motus
Si piget: in primo limine siste pedem.
Opprime dū noua sunt: subiti mala semia morbi
Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nam mora dat vires: teneras mora pcoqt vuas
Et validas segetes qd̄ fuit herba fuit.
Que prebet latas arbor spaciantibus vmbras:
Quo posita est primū tempore virga fuit.
Et poterat manibus summa tellure reuelli
Nunc stat in īmensum viribus aucta suis.
Quale sit id qd̄ amas: celeri circūspice mente
Et tua lesuro subtrahe colla iugo.
Principijs obsta: sero medicina paratur
Cum mala per longas cōualuere moras.
Sed propera nec te: vēturas differ in horas.
Qui non est hodie: cras minus aptus erit.
Flumina magna vides: pruis de fontibꝰ orta.
Plurima collectis multiplicantur aquis.
Vidi ego quo primo fuerat sanabile vulnus:
Dilatum lente damna tulisse more.
Sed quia delectat veneris decerpere fructus
Dicimꝰ assidue: cras quoq3 fiet idem. Il

O Obstinati peccatores qui iam per multos annos a diabolo possessi estis: an ignoratis q̄ fm magistrum Girardum de senis ordinis heremitarū in summa sua. Et scdm Bernardinū i suis cōtractibꝰ: ac Scotū ꝛ alios theologos in. 4°. di. 15°. Ille qui p̄scripsit aliquā rē3 potest' eā3 bona ꝯsciētia retinere tanq̄ suam: quia per lōgi tpi. possessionē facta est sua: p̄scriptio eni siue vsucapio ē acquisitio dominij per ꝯtinuationē possessionis tpis a lege diffiniti. ff. de vsuca. l. 3ª. vsucapitur autem res mobilis per triennium. Immobilis autē per decē annos inter presentes: viginti autē inter absētes. instutu. de vsuca. circa prin. ꝛ §. prescriptionē. 17ª. q. 3ª. Absens autē dicitur q nō est in prouincia: presēs vero e cōtra vt hētur in. l. fi. C. de longi. tem. pre. glo. tamen ibi dicit q̄ hodie absens dicit: qui abest a ciuitate quia nūc quelibet ciuitas habet suum rectorem: vt olī singule prouincie: sed de hoc vide ibi per doc. prescriptio aūt proprie est de rebus immobilibus: vsucapio aūt de mobilibꝰ. institu. de vsuca. in. prinº. ꝛ ibi glosa in rubrica. habet tamē locū etiā in rebus incorporalibus extra. de cā. pos. ꝛ propri. c°. cū ecclia. circa fi. ꝛ extra de p̄scri. c°. ad aures. ꝛ. C. de p̄scrip. 30ª. vl. xlª. āno. l. Sicut in rē. Et ita res p̄scripta fit prescribētis vt eā iuste ꝛ in foro conscientie retinere possit fm Ioannem de Imola ꝛ panor. ꝛ An. de bu. in c°. vigilāti de p̄scrip. Imo. in c°. Cura pastoralis de iure. pa. Et in c°. quia plerisq3. de immu. ec. Io. an. in regula possessor de reg. iu. li°. 6°. Bal. in aūt. adhec. C. de vsu. Et in. l. cū quis. C. de. iu. ꝛ fac. igno. Bar. in. l. sequit. §. Si viā ꝛ ibi doc. ff. de vsuca. Bal. etiam in. l. 2ª. C. de serui. ꝛ aqua. Ioannē de prato in. l. Quibus diebus. §. dñs. ff. de cōdi. ꝛ demō. ꝛ dicit Bal. in. l pª C. de seruis fugi. Quod p̄scriptio sapit naturam pacti initi cōtra eū: cōtra quē est decursa. glo. vero in. l. pª. ff. familie her. dicit q̄ plus operat : q̄ pactū. Inquit. etiam Bal. in. l. pª in. 2ª. col. C. de emā. liber. q3 p̄scriptio equiparat p̄uilegio: si tamen post completā p̄scriptionē cognosceret rem fuisse alienā: ꝛ cōsciētia eū stimularet ad restituēdū: ꝛ nō posset eā deponere: teneretur eā restituere: vt dicit in summa confes. li°. 2°. ti°. 5°. q. 131ª. q2 oē q̄ fit cōtra cōscientiā: edificat ad gehēnam c°. lfas. §. porro. de resti. spo. c°. per tuas. el. 2°. de symo. c°. Inquisitioni de sē. ex. 28ª. q. pª. §. ex his de peni. di. 3ª. c°. querat. §. Itē illud. de seru. in or. fa. c°. vnico. ꝛ c°. fi. de prescrip. Nolite ergo pmittere diabolū possidere aīas vestras vsq3 ad mortē: q2 licet de iure canonico possessor male fidei vllo tpe nō prescribat: extra de prescrip. c°. fi. ꝛ in

regula possessor de regu. iur. li°. 6°. Diabolusq3 sit male fidei possessor: tamē deus volēs punire animas que sponte pmittūt se a diabolo dei inimico possideri: faciet seruari determinationē iure ciuilis in pscriptiōe longissimi tēporis: scilicet q nō attendat in prescriptiōe mala fides possidētis s3 negligētia pscribere pmittētis. C. de pscri. trigita vel quadragita annoz. l. cū notissimi. Et. l. Si qs emptionis: z. 16ª. q. 3ª. §. pōt. versiculo q si mala fide: z alias allegat vt. §. z extra de pscrip. c°. vigilāti. Et hoc non facit deus ad pmiandū possessionē diaboli sed ad puniendā maximā negligētiam z iniquā voluntatē peccatoris: toto tpe vite sue sub ptāte diabolica pmanētis. Tū si qs vsq3 ad mortē in peccatis steterit: posset hēre tantā cōtritionē z tanta anxietate deū deprecari q ipse interrūpi faceret hanc pscriptionē. Nō enim deus vult q pscriptio aīe facta a diabolo cū mala fide cōpleatur per trigita vel quadraginta annos vt fit de alijs rebus: vt in iuribus supra allegatis sed solū per mortem pctōris in diaboli possessione morietis. Sed pauci sūt q vsq3 ad illud tēpus expectantes z tam diu possessi a diabolo postea aīas suas eripiāt a diabolo de illa lōga possessiōe roborato. Quare o obstinati peccatores dū sani estis: cū diabolo litigate: z eū corā deo p confessionē cōuenite: vt relinquat aīarum vraz possessionē. Interrūpitur eni pscriptio p oblationē libelli factam principi ɔtra pscribentē. Facit. l. ij. i arm. C. Qñ libel. prin. oblatus. Itē p querellam iudici factam: z cōuentionē rei: ac litis ɔtestationē. l. Sicut in rē. Et. l. fi. C. de pscrip. triginta vel qdraginta annoz: z notabilis tex. in. §. q si per naturalē. iuncto. §. sequenti: quod incipit. Is aūt 16ª. q. 3ª Et de hoc optime tractat glo. in. c°. illud. de prescrip. Interrumpite ergo hanc possessionez: z coram pedibus crucifixi negligentiam vestraz deplorate z per sanctam cōfessionez de diaboli manibus exire festinate.

¶ De priuatione circunstantiarū vere penitentie.

Secundum periculū qd imminet expectantibus penitere vsq3 ad mortem dicitur priuationis. s. circunstantiarum: z hoc ponit Sco. i. 4°. senten. di. 20ª. q. 2ª. Ad hoc enim q penitentia sit deo grata z peccatorum remissionis impetratiua necesse est eam habere circunstantiam principij z finis: p° requiritur circunstantiam principij vt fiat voluntarie z non coacte iuxta illud prophete ps°. 53°. voluntarie, sacrificabo tibi. Quod habetur 20ª. q. 3ª. c°. Presens clericus. Et idem in substantia dicit paulus. 2ª. Cor. 9°. Facit. 23ª. q. 5ª. §. Ex his. circunstantia autem finis est vt fiat non ex timore principaliter: sed ex dei amore. Iuxta illud Augusti. in c°. Nullus de pe. di. 7ª. Ubi inquit. Quem penitet oportet non solum deum timere iudicem: sed etiam iustum diligere: vt non tantum penam timeat: sed etiam anxietur pro gloria. Ex quibus verbis innuit Augusti. Qd licet homo timeat penam: timori tamen preponere debet charitatem diuinam. Sed difficile est in tali extremitate habere hanc intentionez hac principali circunstantia regulatam. Si. n. vnus seruus regis ab eo fugisset ad hostes ipsius. Et ibi lōgo tempore stans multa mala ei ɔtinue intulisset. Et sp in illius odio pseuerasset. Si postea ab eo captus z suspēdio ad iudicatus interrogaret ab illo: an, eū sup oīa diligeret. s. supra vxorez suā. Filios: z frēs. Prēm z matrem: z magis q oīa tpalia: licet vbis respōderet q sic: tū ridiculū eēt credere q corde ipsuz z pfecto amore diligeret. Imo crederet q talia vba ad euitandam penam diceret. Et similiter posset dici in pposito de expectantibus ɔfiteri in fine vite: quia tales pseuerātes in peccatis vsq3 ad mortē: si tunc plangūt peccata sua vt plurimū faciunt: hoc ex timore mortis z inferni: z non amore paradisi: vel ex dolore offensionis diuine vt inquit ciprianus in epistola ad Antoniū de laudibus cornelij di. Rogare illos non delicti penitentia: sed mortis vrgētis admonitio cōpellit. De hoc habet horribile exemplū. Legit. n. q quidā clericus multū viciosus tēpore mortis ɔfessus est cū multis lachrymis: z recepit sacramēta ecclie cum maxima reuerētia ostendens magnum dolorem peccatorum suorum: qui post mortem apparuit cuidā suo amico totus ignitus: z exclamauit uoce magna di. Hei mihi quia damnatus sum: z interroganti illi quomodo hoc fieri posset cum tot lachrymas effuderit in confessione: z in recipiendo sacramēta: ille miser respōdit. Heh mihi qa illas lachrymas non ex dei amore nec ex contritione peccatorum meorum: sed solum ex timore mortis z inferni effudi. Et ideo deus non acceptauit penitentiam meam sine veris circunstantijs factam: z his dictis ille infelix disparens ad tartareas penas redijt. Et merito: nam vt ait glosa in c°. scripta de collu. de te. Deus non est remunerator nominum: sed aduerbiorum: non enim remunerat opus bonum: nisi sit bene z recta intentione factū: z ad bonū finem. Sicut aūt oculus membruz dirigit in operādo: sic intētio facit opa bona tēdere ad finē debitum: idest deum. Et ideo sicut

balistarius tenet vnum oculum apertum .s. dex/
trū vt sagittam recte ad terminum dirigat inten
tum: ⁊ alium .s. sinistrum claudit. Sic debet ho/
mo in opere suo aperire dextrum oculum ad deū
vt omnia ad glīam eius faciat ꝭꝫ ꝯsilium apo/
stoli.pc. ad Corin.x°. Et claudere sinistrum ne ī
opere suo respiciat ad bona temporalia ⁊ ad mū
dum. Debet claudere oculum sinistrum timo/
ris seruilis: ⁊ aperire dextrum diuine charitatis
⁊ timoris filialis. Tales autem peccatores ī mor
te restituentes vsuras: ⁊ peccata volentes dimit/
tere sunt similes nauigantibus in mari qui vidē
tes submergi nauem: proijciunt merces in mare
ꝙ non faciunt voluntarie simpliciter sed solum
ꝭm quid .s. causa euadendi periculum: quo eua/
so intendunt habere ipsas merces: si possibile sit.
Timenduꝫ est ergo ne nimis tarde peccator aīaꝫ
suam manumittat vt sit in casu illius qui seruū
manumittit causa mortis sub ista cōdicione: ꝙ
si conualuerit liber esse desinat. Qui quidem me/
dicus manutenendi licet valeat apud leges ciui
les: vt patet .ff. de manumissionibus. l. Mortis
causa. tñ siquis sic animā suā manumittat: apud
deū nō valet. Timendum est enim ne talis mo/
riens sit in casu. Legis que habeť .ff. Arborū fur
ti cesarū. l. Si plures. In q̄. l. iudiciū datur: ꝙ
arbor sit illius in cuiꝰ horto viuit ⁊ radices ha/
bet: ⁊ non illius: in cuius terrā declinat quando
scinditur. Sic est de illo qui viuens vult esse in
dominio diaboli: ⁊ moriens vult caput suuꝫ de/
clinare ad deū: quod erit difficile. Ideo dicit Au
gustinꝰ in li°. de penitētia: ⁊ habetur transumpti
ue in.4°. senten. di.20ª. ⁊ de pe. di. 7ª. c°. nullus
Nullus expectet penitere quādo peccare nō pōt
arbitrij q̄rat libertatē: vt delē possit commissa nō
necessitatem: qui prius itaqꝫ a peccatis relinqui/
tur q̄ꝫ ipsa relinquat: nō ea libere: sed quasi neces
sitate cōdemnat. Que verba exponēs Tho. in.4°
di.20ª. in responsione ad secūdum argumētū ait
Quod Augustinꝰ in verbis istis ostendit: ꝙ pe/
nitentia quā aliquis agit in fine vite est valde du
bia: nō ꝙ nō possit etiam tūc esse efficax ad salu
tem: q2 etiā quādo quis nō potest amplius pecca
re: potest tamen volūtatē peccandi mutare: vt no
lit quod priꝰ voluit etiaꝫ si posset: tamē hoc est de
raro cōtingentibꝰ: ideo dicit idē Augustinꝰ vbi
supra: ⁊ in li°. de lapsu mundi sermōe.24°: ⁊ ha/
betur transumptiue in p̄dicta di. quarti: ⁊ de pe.
di.7ª. §. Quamq̄ꝫ: alias allegatur c°. si quis. Si
quis positus in vltima extremitate sue egritudi/
nis: voluerit accipere penitētiā ⁊ accipit: ⁊ mox re
cōciliabiť. Fateor vobis nō illi negamꝰ quod pe/
tit: sed dicere non presumimꝰ: q2 bene hinc exeat.
Si securus hinc exierit ego nescio: penitentiā da/
re possumus: securitatem dare non possumus.
Nunqd dico dānabitur? Sed nec dico saluabiť
Vis ergo a dubio liberari? vis qd̄ īcertū est eua
dere? age penitentiam dum sanus es: quia si sic
egeris dico tibi: ꝙ securus eris quia penitentiaꝫ
egisti: ⁊ eo tp̄e quo peccare potuisti. Si autem
volueris agere penitentiam quādo peccare nō po
tes peccata te dimittunt: non tu illa.

¶ De occupatione animi circa dolores mor/
tis.

Tertium periculum quod incurrūt nō
facientes penitentiam: in sanitate dici
tur occupationis. Et est Scoti vbi su
pra. Adeo enim homo tempore mor
tis est occupatus circa infirmitatem: ⁊ dolores
ingentissimos: ꝙ nō potest habere animum ad
penitētiam sicut requiritur: ꝭm enī Aristotilem
in.3°. de anima: ⁊ in.2°. Topicorum: ⁊ Tuliuꝫ in
philippicis. Intellectus noster nō potest eodē tē
pore circa diuersa obiecta perfecte operari: ⁊ idō
quando quis habet dolores mortis: adeo anima
cū omnibus suis potentijs est occupata circa il
los dolores ⁊ anxietates: ꝙ nō bene potest atten/
dere circa ad penitentiā: ⁊ necessaria ad salutē.
Idō dicit Gre. in quodā ꝭmone. Cū īfirmitate op
p̄ssus eris: nihil aliud cogitare poteris quia diri/
giť tota intētio mētis: vbi sentiť vis doloris hoc
etiā periculū potest declarari per sētētiā Augu. in
li°. q̄stionū.83°. q̄stione.36ª. di. Passiones cau/
sate a tristabilibꝰ plus mouēt: q̄ꝫ causate a dele/
ctabilibus: sꝫ vehemēs passio delectationis qñqꝫ
totaliter vel pro magna parte impedit vsū ratio/
nis humane: vt inq̄t idē Aug. in li°. de ci. dei. Et
patuit p experiētiā de multis qui ex inopinato ali
quo īgēti gaudio: ⁊ bona annūciatione amentes
facti sūt. Vñ inq̄t Tulius in li°.2°. de fine bonorū
⁊ malorū. Stoici diffiniūt voluptatē eē sublatio/
nē aīe: ex quo innuit ꝙ in maximā aliquā volupta/
tis passionē: quis aliq̄ñ amittit vsū rationis: ad p̄
dicta ēt facit qd̄ ponit Philo. 7°. Ethi. di. Dele/
ctatio corrūpit extimationem prudētie. Si ergo
hoc agit passio delectatiōis: multo magis idē fač
passio doloratiōis: p dictā regulā. Aug. s. passiō es
causati ⁊c. Et sic qs pōt hr̄e tantā tristitiaꝫ ⁊ do/
lorē: ꝙ alienabiť a sēsu vel quasi. Dicit enī Arist.
3°. Ethicorū c°. xj°. Tristitia stupefacit ⁊ corrū/
pit naturā hn̄tis. Et in. x°. Ethic. c°. 5°. ait. Cor/
rūpūt opatiōes p̄pas tristitie. Sꝫ q̄ maior ē tri/
stitia quā qs hr̄e possit ī hoc mūdo? qs maior do/
lor ⁊ āxietas? nōne ē doloratio morť? dn̄te Phi.

Ethicorum.3°. Ultimum terribilium est mors. Ergo inconvincibiliter cōcluditur: ꝙ quando quis est in casu ⁊ infirmitate mortali adeo anima eius est impedita circa corporis cruciatus: ꝙ non bene est disposita ad confitendum ⁊ cetera: que requirūt intellectum ⁊ attentionē atq₃ maximam diligentiam: ⁊ amaram contritionem. Et hoc est quod inquit Augustinus in li°. de penitentia. Difficile est vt tunc vera sit penitentia quādo taз sera venit: quando cruciatus membra ligat: quando dolor sensum opprimit: vt vix aliquid homo cogitare valeat. Facit etiam ad predicta illud qđ dicitur Eccle.xi°. scilicet afflictio vni⁹ ho[illegible] oblivionem facit luxurie maxime: ergo multo magis dolor mortis inducet oblivionem penitentie. Et ideo propheta inquit deo ps°.6°. Non est in morte qui memor sit tui. Et patet hoc per exemplū. Nā si qs haberet filiū vnicū quē maxime diligeret in articulo mortis positum: ⁊ veniret vicin⁹ rogās euз vt iret ad faciēdū sibi aliqđ servitiū: nō est credendū ꝙ in tali dolore dimitteret filiū ꝓpriū: vt iret ad illū quē min⁹ amat. Similiter si vicina ei⁹ esset īfirma nō dimitteret curā dilecti filij vt eā visitaret. Iste aūt dilect⁹ filius est corp⁹ ꝓpriū: ⁊ caro cui peccator servit ꝯtinue. Vicin⁹ est de⁹ cui parū servit ⁊ de quo parū curat. Imo est ei extrane⁹. Unde ipsū dñs iesus cōquerit[illegible] psalmistā di. Extrane⁹ fact⁹ sum fratribus meis ⁊ pegrin⁹ filijs matris mee. Vicina vero īfirma est aīa de qua visitāda ⁊ curāda per penitētiam nō curat īfirmo corpore: sз oīa ei⁹ studia circa corporis īfirmitatē vsant. O q̄ta anxietas: quāt⁹ dolor: quātaq₃ afflictio ē pctōris qn̄ videt i se vificatū illud qđ dr̄ Ihiere. 9°. c°. Mors ītrat p fenestras nr̄as. Jō dr̄ Eccle. 41°. O mors q̄ꝫ amara est memoria tua hoī iniusto. Que ꝯsiderās magister gre⁹. de novis ordi. heremitaꝝ in suo q̄dragesimali de aduentu dicit. O dies dolorosa: anxia ⁊ laboriosa: qn̄ pedes frigescūt: dētes nigrescūt: nasus acuit̄: caligāt oculi: frons īdurescit: aures palescūt: tact⁹ amittit̄: lingua occupat̄: pectus anxiat̄: guttur restringit̄: ideo in psona [illegible]lis pctōris moriētis exclamat David ps°.114°. dicens. Circumdederūt me dolores mortis: picula īferni īvenerūt me. Tunc aius īfirmi potius cogitat qūo non possit tantū dolorē sedare: petit remedia: postulat medicos: ⁊ anxiatur de sanitate corporis recuperanda: magis q̄ꝫ de aīe salute: patet hoc per exēplū quod tpibus nr̄is accidit in civitate Meli. Nā quidā magnus vsurari⁹ infirmat⁹ ad mortē: fecit corā se portari oīa ꝑciosa monilia: aurū ⁊ argentum ⁊ lapides preciosos: ⁊ intuens oīa illa per multū tēporis: postea ad medicos se ꝯvertens exclamavit. O medici: accipite hec oīa. Cūcta enim vobis elargior dūmodo me a morte liberetis: ⁊ in talibus semp cogitans sine penitentia mortuus est. Simile aliud habetur. Exēplum de quodaз alio divite avaro in mortis articulo sibi faciente apportari suos denarios ⁊ thesauros quos dolorose alloquens dicebat. Juvate me: o denarij mei. Juvate me: en morior ⁊ vos desero: deinde illos amplexabatur: ⁊ demum accepto vase argenteo cum dentibus: expiravit cum diabolo. Alius autem avarus infirmatus ad mortē fecit se portari per omnes officinas domus scilicet in celario: in horreo: in sala: in coquina: in thalamis depictis: ⁊ in stalla: ⁊ voluit videre equos ⁊ canes. Similiter ⁊ accipitres. Deinde vestimenta sua ⁊ cetera omnia: de quibus solebat habere solacium: ⁊ super omnibus lamētabatur: ⁊ sic impenitens mortuus est. Legitur quoq₃ aliud exemplum de quodam magno prelato ecclesiastico qui infirmatus ad mortem: ⁊ audiens a famulo ꝙ medici non habebant spem de vita eius: fecit sibi portari speculum: ⁊ intuens in illud cepit dicere. O facies mea iocunda. O caput meum delicatum: quod tanta diligentia ornabam: ⁊ mitra lapidibus preciosis onusta illustrabaз: debes tu mori. O corpus meum eburneum: manus mee albissime. O crura mea formosa debetis vos a vermibus devorari? ⁊ in his verbis perseverans mortuus est. O stulte ⁊ omni dementia repletissime: hec est confessio quā postulas: hec est sacra comunio quā requiris. Ideo exclamat quidam versificator. Tempo passa: e tempo vene. Tropo sta chi non fa bene. Facendo male sperando il bene: La vita mācha he la morte vene. Ogni homo e il mondo lassa. Chi offende a dio cum gran paura passa. Ideo Ovidius in.10. Metha. Inducit orpheū dicentem dijs inferorum. Omnia debentur vobis paulumq₃ morati. Serius aut citius sedem properamus ad vnam. Tendimus huc omnes: hec est domus vltima: vosq₃. Humani generis longissima regna tenetis. Oratius quoq₃ in quadam epistola hortatur nos ad preparationem mortis dicens. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Grata superveniet que non sperabitur hora. Nolite ergo generosi cives expectare ad penitenduз tempus mortis in quo eritis quasi totaliter inhabiles ad beneagendum: sed modo donec habetis bonum intellectum ordinate testamenta vestra: ⁊ necessaria ad vestram salutem disponite.

dum lesum: de iniuria data. Cum enim honor
inter exteriora bona maximū bonum: nō pōt in/
ferri alicui iniuria grauis: per quam deijciat mul
tum: qn iniuriās obliget ad restitutionē talis ho/
noris: fm Tho.2ª.2e.q.62ª.art.6°. Unde debet ab
eo petere veniā per se: vel per interpositam psona3:
7 satisfacere ei de iniuria ad arbitrium boni viri:
fm Scotū: vbi supra: 7 Aste. ēt fm in sūma. lib°.
5°. ti.29°. Similiter ille qui mutilauit mēbrum ali
cui: puta abscidit manū: vel pedem: vel eum ceca/
uit: tenet vltra solutionē expensaru3 facta2 in cu/
ratiōe plage: satisfacere mutilato pro toto tēpore
vite sue: quo vsus fuisset illo mēbro: fm Scotu3
vbi. s. qui dicit: q tenet ad satisfactionē afflictio
nis illi⁹ mēbri mutilati: cum ppetuo vita illi⁹:
sibi dolori 7 tristitie: viuere sine oculis: vel mani/
bus: 7 tenet alere trūcatum si indiget: 7 nō solu3
ipsum: sed etiam eos quos ipse alebat: 7 nūc ale/
re nō pōt. Et hoc ad arbitriū boni viri. R

SImiliter sciēdum est: q occidēs aliquez: te/
net fm Scotū: vbi. s. 7 Rodonēsem: quem
refert 7 sequit Astesanus in sūma. libro p°. ti.23°
q.4ª. in pn. Exponere vita3 suā: in aliqua causa
iusta: vtpote cōtra inimicos ecclesie: seu alios infi
deles: ordināndo labores: 7 periculu3 vite sue: pro
satisfactione illius quem occidit: ut cui non pōt in
corporalibus: satisfaciat in spūalibus bonis. Si au
tem pdicti casus nō occurrerēt: debet totā vitā su
am: talis homicida in orōne: 7 penitētia cōsuma
re: pro aīa illius quem occidit: fm Giraldū odo
nis: 7 Scotum: vbi supra: 7 dicit Speculator in
tit. de iniurijs. 7 dāno dato. §. sequit. v. sed nō qd
dices. q l3 liberū corp⁹: nō recipiat extimatiōe3. ff.
si q̄drupe. pau. fe. di. pe. Tn̄ si qs occidat aliquem
seru3: vltra oēs expensas factas in curatione vul
nerum illius: veniet etiā extimatio operu3: qbus
pater: vel filij occisi: 7 alij qui per ipsum viuebant
propter homicidiū cariturī sunt. l. ex hac lege. ff.
si qua. pau. fecis. di. 7. ff. de his qui deie. vel effu. l.
fi. Et si occisus non habebat arte3: nec laborabat
respōdit idem Speculator vbi supra: q extima/
bit interesse. arm. ff. de liber. causa. l. fi. 7. ff. de vsu/
fruc. l. arboribus. §. de illo. Et si queratur vsq3 ad
quot tēpus extimabūtur opera occisi: rūdit idem
Speculator vbi supra: vsq3 ad tēpus quo verisi/
mile est illum occisum viuere potuisse: iuxta ex/
timationem legis. ff. ad. l. falsidi. l. pª. 7. l. heredita
tum cōputatione. 7. ff. de trāsac. l. cum hi. Ex qui
bus omnib⁹ cōprehēditur quātum peccent con/
fessores qdā fatui: absoluētes leuiter homicidas

nõ explicãtes eis necessarias restitutiones ⁊ obligationes: ⁊ vt ita dixeri: leuiꝰ trãsire permittẽtes: q̃ si occidisset bouẽ. Nã si proximi bouẽ vel asinũ occidissẽt: nõ absoluerẽtur sine restitutione: de homicidio autẽ nõ curaꝰ. Et ideo [redacted] cõfessores q̃ cõfessi ad eterna supplicia peruenient. A q̃bus nos liberet deus noster Amen.

¶ Sabbato post secundã dñicã in q̃dragesima de peccato luxurie. Sermo vigesimustertius. S

d Issipauit sõstãtiã suã viuẽdo luxuriose. Lu. 15°. ⁊ in euãgelio occurrẽtis ferie. Sup oĩa vicia mũdi: nullũ ẽ q̄ ita dissipet oĩa bõa a hoĩe sicut luxuria. De q̃ dr̃ Job. 31°. Nephas est ⁊ iniq̃tas maxia: ⁊ ignis est vsq̃ ad cõsumptionẽ deuorãs: ⁊ omnia eradicãs genimina. Et merito hec de ea dicũtur. Nã cũ homo habeat triplicia bona: scilicet fortune: nature: ⁊ gratie: hec omnia dissipat maledicta luxuria. Primo [redacted] dissipatione bonorum scilicet temporalis loquiꝰ Salomõ prouer. 24°. di. Qui nutrit scortũ: perdit substãtiã. Hinc q̃dam sapiẽs versificator iquit. Qui sequiꝰ bachũ: taxillos: ⁊ meretrices. Infamis semp: semp egenus erit. Et versificator fabularũ Esopi fabula. 50ᵃ. Thaida si quis amat: non se sua credat amari. Thais amore carens: munus amantis amat. Inter bona etiã fortune cõnumeratur bona fama: quam quis amittit per luxuriam: vnde ait Gregorius p°. moralium. Nõ peccata carnalia sunt peioris infamie q̃ cetera vicia. Ideo Ecclesiastici. 47°. diciꝰ. Inclinasti femora tua mulieribus: dedisti maculam in gloria tua. Secundo luxuria dissipat bona nature: scilicet sanitatem corporis. De qua Aristoti. p°. Ethicorum ait. Sanum esse delectatissimum est: ⁊ desideratissimum: quam sanitatem facit perdere luxuria: vnde glo. super epistolam primam Pauli ad Corin. 6°. vbi dicitur. Qui autẽ fornicatur in corpus suum peccat: inquit. Cetera peccata: tñ animam maculant: fornicatio autẽ nõ tantum animam: sed etiam corpus contaminat. Sene. q̃q̃ ad Lucil. eplã. 24ᵃ. inq̃t. Libidines tremores manuũ ac pedũ generãt ⁊ Hiero. ĩ suo testamẽto iq̃t. Vñ ĩfirmitates ⁊ mors tã tepestiua nisi ex nimia ciboꝝ copia: ⁊ freq̃nti mulieꝝ vsu. Siliter dissipat bona aĩe luxuria. De qua Seneca in libro. p°. declamationum ait. Nihil est tam mortiferum ingenijs: q̃ luxuria. Siquidem rationem perturbat: intellectũ hebetat: memoriã enervat: obliuionẽ imittit: errorem infũdit: ignorãtiã inducit: ⁊ hoĩem quasi bestiam facit: hec ille. Et eãdẽ sẽtẽtiã ponit Hieronymꝰ super Matth. ⁊ in li°. p°. cõtra Jouinianũ. Arist. quoq̃ in. 2°. Ethicoꝝ dicit: q̄ actꝰ venereꝰ rõnẽ absorbet. Et per cõsequẽs: ille qui est deditꝰ luxurie ⁊ amori venereo: efficitur fatuꝰ ⁊ stultꝰ. Et iõ a pictoribꝰ amor depigiꝰ cecꝰ. Et ad hoc propositũ dicit Ouidius in epistolis eplã. 4ᵃ. Quid deceat non videt vllus amãs. Tertio luxuria dissipat bona grẽ idest oĩa dona spũs sci iuxta illõ p°. ad Cori. 2°. Aialis hõ nõ pcipit que sũt spũs sci. Itẽ facit hominem deo inimicũ: ⁊ de hoc loquiꝰ Hiero. in eplã ad damasũ papã: de filio ꝓdigo. di. Luxuria inimica virtutibꝰ: perdit oẽm substãtiã patris: ⁊ a p̄re in slãtate delirãs: futurã paupertatẽ cogitare nõ sinit ⁊ Chriso. inq̃t. Nulla res sic ꝓscidit virtutes: sicut corpalis voluptas. Luxuriosus ergo quo ad oẽs virtutes ⁊ gratias dei est mortuus: vñ Hierony. [redacted] matrẽ ⁊ filiã in galijs cõmorãtes inquit. Qui luxuriaꝰ: viuẽs etiã mortuꝰ est. Et iõ bene dicunt verba ꝓposita. Dissipauit. ⁊c. Super quibꝰ ibi duas considerationes de luxuria faciemus. Prima dicetur Detestatio. Secunda Declaratio.

¶ Pars pma in qua ꝓbaꝰ luxuriã eẽ detestabilem: ⁊ prohibitã omni lege. III

P Rimo sciẽdũ q̄ luxuria est ꝓhibitã ꝑcepto diuino. Dicit eni deꝰ Exo. 20. Nõ mechaberis: ⁊ hoc est sextũ ꝑceptũ: ⁊ dicit Augu. 32ᵃ. q. 4ᵃ. in c°. meretrices q̄ noĩe mechie ꝓhibeꝰ oĩs illicitꝰ ꝯcubitꝰ: ⁊ membroꝝ illegitimꝰ vsus in actu venereo: ⁊ s̄ʒ Alex. de ales in. 3ᵃ. pte sũme in trac. de lege nãli: ⁊ in. 2ᵃ. parte trac. de pctĩs mortalibꝰ: ⁊ Ricar. in. 4°. di. 26ᵃ. ⁊ Tho. 2ᵃ. 2ᵉ. q. 153ᵃ. ar°. 3°. ⁊ ĩ sũma ꝯ gẽtiles c°. 3°. c°. 121°. mult̃ rõnibꝰ ꝓbari põt: q̄ q̃libʒ actꝰ venereꝰ excepto matrimoniali: ẽ pctũ mortale: si voluntas ꝯsẽtiat: vbi qa satis itellecti frustra fit demõstratio. l. pᵃ. in fine. ff. de dote ple. Iõ qa vos hoc creditis ⁊ itelligitis: nõ aliꝰ p rõnes dẽmõstrabo. Nã hoc patet satis expresse Genesis. 2°. c°. vbi dixit deus de homine. Adherebit vxori sue: non dixit concubine: ⁊ sue vxori: g° non suis: vt ostẽderet vnitatem vxoris. Similiter Deuteronomij. 5°. prohibuit deꝰ fornicatõeʒ: q̃d hꝰ tñsũptiue. Mat. 5°. ⁊. 32ᵃ. q. 5ᵃ. c°. nõ mechabis. ⁊ Le. 20. diꝰ deꝰ. Si mechatꝰ qs fuerit cũ vxore aliꝰ: morte moriaꝰ: ⁊ mechꝰ ⁊ adultera: ⁊ Deuterono. 12°. dicitur. Que fecit nephas in israel vt fornicareꝰ: in domo patris sui: morietur: ⁊ Deuteronomij. 13°. scriptum est. Non erit meretrix de filiabus israel: neq̃ scortator ĩ vobis: ⁊ Thob. 4°. hꝰ documentũ Thobie q̃d dedit filio suo di. Attẽde tibi fili mi ab oĩ fornicatiõe: ⁊ pter vxorẽ tuã ñ patiaris crimẽ scire ⁊ Eccle. 9°. diꝰ sapiẽs. Ne des fornicarijs aiã tuã neq̃

da s te ꝛ illā c.19°.eiuſdē li.ſcriptū ē:q ſe iūgit foꝛ
nicarijs erit nequā:putredo ꝛ vmes hḗditabūt il
lū:ꝛ.25°.eiuſdē opiſ dī.Breuis oīs malicia ſup ma
liciā mulieris:ꝛ idō nō cōcupiſcas illā:q2 ▪ ſpecie
mulieris:ira ꝛ ꝯfuſſio magna:ꝛ.21°.eiuſdeʒ libꝛi
etiā ait ſapiēs.Ne reſpicias mulierem alieni viri
ꝛ ne ſcoꝛteris ancillā eius:ꝛ.24°.etiā dicit.In me
dio mulierū noli moꝛari:de veſtimētis enim ꝓce
dit tinea:ꝛ de muliere iniqtas viri:ꝛ Oſee.4°.di
cit̃.Foꝛnicatio:vinum:ꝛ ebꝛietas:auferūt coꝛ:ꝛ
5°.eiuſdē libꝛi etiā ſcriptū eſt.Spūs foꝛnicationis
in medio eoꝝ:ꝛ deū nō cognouerūt:ꝛ Amos.6°.
ſcribit̃.Veh qui laſciui eſtis in ſtratis v̄ris.Simi
ter Joānes baptiſta volēs oſ̄dere ꝯcluſioneʒ no
ſtrā eſſe verā:dicebat herodi Mat.14°.Nō licet
tibi hēre vxoꝛem fr̄is tui.Et ſaluatoꝛ Luce.16°.i
quit.Oīs qui dimittit vxoꝛem ſuā:ꝛ accipit alte
rā:mechat̃.Aplus quoqʒ pᵒ.Coꝛ.6°.dicit.Neqʒ
foꝛnicarij:neqʒ molles:neqʒ maſculoꝝ ꝯcubitoꝛes
regnū dei poſſidebūt:fugite ergo oēm foꝛnicatio
nē.Et ad Ephe.5°.Foꝛnicatio ꝛ oīs immūdicia
nō noiet̃ in vobis:ſicut decet ſcōs:hoc eñi ſcitote
ꝙ oīs foꝛnicatoꝛ:aut auarus:aut immūdus:nō
habet hḗditatē in regno xp̄i:ꝛ dei.Et idem in ſub
ſtātia dicit:ad Gal.5°.ꝛ ad Hebꝛe.vl°.etiā inqt
Foꝛnicatores ꝛ adulteros iudicabit deꝰ:ꝛ Apoc.
7°.dicit angelus Joāni.Veni oſ̄dam tibi dāna
tionē meretricis magne:cū qua foꝛnicati ſunt re
ges terre.Ex qbꝰ auctoꝛitatibꝰ pʒ:ꝙ maledicta lu
xuria ꝓhibita eſt lege diuina:moſaica:ꝓphetica
euāgelica:ꝛ aplica:ſi auctoꝛitates bñ cōſiderent̃.
Similiter dico:ꝙ ꝓhibet̃ lege autentica.ſ.ſcōꝝ.Ait
enim Ambꝛo.ſup Lucā.Qui nō cauſa ꝓcrean
de ſobolis:ſed explēde libidinis copulant̃:nō taʒ
ꝯiuges:ꝙ̄ foꝛnicarij vident̃:ꝛ in libᵒ.de Abel ꝛ
kaim dicit.Libido eſt ianua diaboli:via iniqui
tatis:ſcoꝛpionis ꝑcuſſio:nociuūqʒ genꝰ eſt femi
na cō appꝛoximat:ſtipula que ignē accēdit:que
flamigero igne ꝑcutit ꝯſciam pariter habitātis:
extrahit fūdamēta montiū:ſi femine cū viris ha
bitēt:viſcariū diaboli nō deerit.Hiero.qꝫ adſu
ſannā inqt.O ꝙ̄ acerbus eſt luxurie fructꝰ:ama
rioꝛ felle:ꝛ crudelioꝛ gladio:ꝛ Augu.in li°.de ꝯfli
ctu viciꝝ ait.O ꝙ̄ parua ꝯcubitꝰ hoꝛa:pꝛo qua
ꝑdit̃ eterna vita.Et in li°.de agone xp̄iano:idem
inqt.Inter oīa xp̄ianoꝝ certamina:duriora ſunt
ꝓlia caſtitatis:vbi quotidiana pugna:ꝛ rara vi
ctoꝛia.Gre.etiā in.xj°.li°.moꝛalium dicit.Queli
bet alia bona opa:ſi luxurie ſcelus nō abolit̃:im
mēſitate huius criminis obruunt̃:ꝛ.32°.li°.mo
raliū:iterū dicit.Diaboli ꝓpꝛe coꝛpus ſunt:q car
nalibꝰ delectationibus ꝯſentiūt.Auctoꝛitate qꝫ

canonica ꝓhibet̃:hoc maledictū viciū:vt pʒ.27ª.
q.pª.c°.nubēdi.vbi dī.Foꝛnicatio nulli impune
ꝯcedit̃:ꝛ.32ª.q.2ª.c°.nō ſolū.dicit Iſido.Inter
cetera ſepteʒ vicia:foꝛnicatio maximū ſcelus eſt:
q2 per carnis imūdiciā:tēpluʒ dei violat̃.Et idem
habetur.32ª.q.4ª.c°.foꝛnicatoꝛ.ꝓhibetur quoqʒ
hoc maledictū viciū in.c°.ſicut.ꝛ in.c°.ſicut non
ſunt.ꝛ in.c°.abſalon.ꝛ i.c°.meretrices.eadē que
ſtione:ꝛ cauſa:vbi dicitur.Meretrices eſſe:ꝛ ad
meretrices accedere pꝛohibet deus:etiā quarū pu
blice venalis eſt turpitudo:hec ibi.Et ideo dicen
tes foꝛnicationē non eſſe peccatum:tanꝙ̄ hereti
ci ſunt cēſendi:vt habet̃ in cle.noſtra.extra de he
reticis.vbi aliquibꝰ dicentibus:ꝙ actus carna
lis:cum ad hoc natura inclinet:nullū eſt peccatū
maxime cuʒ quis de eo tētatur.Reſpōdit papa:
prauitas heretica eſt:ſic aſſerere:ꝛ pertinaciter de
fenſare.Nō etiam pꝛohibeat̃ in lege canonica
hoc ſceleratiſſimū vicium:habetur.22ª.q.pꝛima.
c°.pꝛedicādum.ꝛ.50ª.diſtinct.c°.qui tua.ꝛ.23ª.
q.5ª.c°.ſi non.ꝛ diſt.49ª.c°.hinc poſt me.ꝛ.32ª.
q.pª.c°.nec aliqua.ꝛ.q.5ª.eiuſdem cauſe.c°.nec
ſolo.vbi habetur.Nec ſolo tactu ꝛ affectu:ſʒ aſpe
ctu qꝫ appetit̃ ꝯcupiſcētia feminarū:ꝓhibet̃ etiā
dī.32ª.c°.p°.i ſi.ꝛ.15ª.q.8ª.c°.hi q.ꝛ.32ª.q.7ª.c°.
quēadmodum.ꝛ ex̃ de vita ꝛ hone.cle.c°.2°.vbi
dī.Nō cuʒ luxuria ab oībꝰ ſit vitanda:a clericis
▪ marie.Lege quoqʒ humana ꝓhibet̃ luxuria:
vt habet̃.C.de cōcubinis.l.nemini.ꝛ.C.ad le.iul.
de adulterijs.l.fediſſimam.dicit̃.Fediſſimam ea
rum nequitiā:que pudorem ſuum alienis libidi
nibus pꝛoſternunt:repꝛeſſa voluptate leges vlci
ſcuntur:item.C.de raptoꝛibus virginuʒ.l.vnica
ſcribitur.Violatio virginuʒ:vel etiaʒ viduarum
maxime que deo fuerint dedicate:nō ſoluʒ ad in
iuriam hominū:ſed etiam ipſius omnipotētis ir
reuerētiam cōmittitur:cum virginitas:ꝛ caſti
tas coꝛrupta:reſtitui non poſſit:ꝛ.C.de epiſcopis
ꝛ clericis.l.raptores.dicit impatoꝛ.Raptores v
ginum:vel etiam viduaruʒ:que deo fuerint dedi
cate:capitis ſupplicio plectendos eſſe decernimꝰ
ꝛ in autētico.de trien.ꝛ ſemiſ.§.ſi autem.colū.3ª.
etiam dicit.Nos non pꝛebemꝰ luxuriantibꝰ:ſed
caſte viuentibus leges:ꝛ in autētico.de teſtibus
colū.4ª.dicitur.Non enim habebit amplius ca
ſtitatem luxuria:ſed ſubijciat̃:quideʒ ꝛ ipſa pe
nis periculūqꝫ ſuſtineat:ꝛ.ff.de origine iuris.l.ij.
§.initium.iuriſcōſultꝰ inqt.In ſeruitute ſuppo
nat̃:qui capitis amoꝛe virginis:nephas permi
ſcet.ꝛ.ff.de dā.infec.l.ex dāni.dī.Honeſtꝰ modus
ſeruādus eſt:nō immoderata cuiuſcūqꝫ luxuria
ſubſequēda.ꝛ.ff.qd̄ metus cauſa.l.iſti qdeʒ ſcri

p̄tū est. Stupri metus: maior viris bonis esse so/
let: ꝙ̄ mortis. ⁊ ff. de extraordi. cri. l. i. dicit iuriscō
sultus. Sollicitatores aliarū nuptiarum: ⁊ inter/
pellatores: ⁊ si effectum sceleris habere non pos/
sunt: propter volūtatem: tamen perniciose libidi
nis extra ordinem puniātur. Auctoritate quoqꝫ
poetica detestatur hoc diabolicum viciū luxurie:
vnde Claudianus poeta inquit.
Luxuries predulce malum: que dedita semper.
Corporis arbitrijs: hebetat caligie sensus. Pru
dentius etiam ait.
Totis exusta libido medullis.
Inspirat tenerum: labefacta per ossa venenum.
Tu preceps ad mortis iter: tu ianua leti.
Corpora cō maculas: animas ad tartara portas.
Item quidam alius versificator inquit.
Femina corpus: opes: animū: vim: lumina: vocē
Polluit: anihilat: necat: eripit: orbat: acerbat.
Occiditqꝫ animam: cō sortia: federa: famam
Debilitat: perdit socios: aufertqꝫ fideles.
Ouidius quoqꝫ in epistolis: epistola prima in/
quit contra amorem.
Res est solliciti: plena timoris amor.
Et auctor libri: qui dicitur pamphilus ait.
Igneus ille furor: nescit habere modum. Et au/
ctor astrolabij dicit.
Non capit humanas aīas: plus femina ꝗc ꝙ̄.
Ouidius quoqꝫ in scd̄o de arte amandi inquit.
Quod iuuat exiguū: plus est qd̄ ledit amantes.
Proponātqꝫ animo: multa ferenda suo.
Lucanus etiam in quinto sui operis ait.
Heu quantum mentes: dominatur in equas.
Iusta venus dubia: stupidūqꝫ ad prelia magne.
Te quoqꝫ fecit amor. Virgili⁹ quoqꝫ in. 4°. Enei
dos inquit.
Improbe amor: qd non mortalia pectora cogis?
⁊ Iuuenalis. libro. 2°. satira. pª. ait de meretrice.
Ardeat ipa licꝫ tormēꝰ gaudet amātis. Et spolijs
Et auctor libri: qui dicitur Pāphilus dicit.
O deus in quātis: animus versatur amantis. Et
Mattheus in poetria sua parte 2ª. ait.
Eneruat studium perniciosa venus. ⁊ Cato in su
is documentis dicit.
Cum te detineat: veneris dānosa voluptas.
Indulgere gule noli: que ventris amica est. Gual
terius quoqꝫ in alexandriade. libro. p°. ait.
Te non emolliat intus.
Prodiga luxuries: nec fortia pectora frangat.
Mēꝰ morb⁹ amor: latebris ⁊ murmure gaudēs.
Si bacho venerīqꝫ vaces: qui cetera subdis.
Sub iuga venisti: perijt delata vacantis.
Libertas animi: veneris flagrante camino.
Mens debet interius: rixas ⁊ bella moueri.
Imperat: ⁊ suadet rationis vile sepulchrum.
Ebrietas: rigidos eneruāt hec duo mores: hec ille.
Cū quo ꝯcordat Hiero. i ep̄la ad mrēꝫ ⁊ filiā in
galijs cōmorātes di. Ferreas mētes: libido domat
Domuit eni David scīssimū: Sālonē fortissimū:
⁊ Salomonē sapiētissimū: de quo in. c°. salomon
32ª. q. 4ª. Hiero. ait. Salomon ꝗppe imoderato
vsu: atqꝫ assiduitate mulierū: ad hoc vsqꝫ pduc/
tus ē: ut tēplū idolis fabricaret. Et q̄ p̄us tēplū
deo ꝯstruxerat: assiduitate libidīs: ⁊ pfidie fem/
ct⁹: idolis ꝯstruē tēpla nō timuit. Ex quo patet
ꝙ hoc neqssimū viciū: eū q̊dāmodo demētauit. li
bido eni carnis: hoīem ut bestiā: īmo deteriorē be/
stia facit. Vñ in. c°. nō solū. 32ª. q. 7ª. Isido. inqt.
Sūt qdā sicut aīalia: que absqꝫ vlla discretiōe li
bidini seruiūt: q̄s ego nec mutis pecudib⁹ cōpa/
rauerim. Pecora eni cū ꝯceperint: vltra nō indul
gēt marib⁹ copiā sui. Altiꝰ demōstraꝰ hoc male/
dictū scelus detestabile auctoritate philosophica
vt eni legiꝰ in vitꝭ philosophoꝝ: Pithagoras di/
cebat. Fugiēda sūt oīb⁹ modis: ⁊ abscidēda: lāgor
a corpore: imperitia ab aīa: ⁊ luxuria a ventre: ⁊
iō cū quidā lasciu⁹ diceret pithagore ꝙ mallebat
cū meretricib⁹ eē: ꝙ̄ cum philosophis cōuersari
ipse rn̄dit. Sues quoqꝫ libēti⁹ in ceno: ꝙ̄ ī aqua
versanꝰ. Seneca quoqꝫ in p° declamationū ait.
Nihil est tā mortiferū ingenijs: ut luxuria. Lu/
xuria blanda pestis: victrix orbis: imēsas opes
auaris manib⁹ rapit. Idē q̊qꝫ ad Lucillū ep̄la
18ª. inquit. Quis hostis in quēquaꝫ tā ꝯtumelio
sus fuit: ꝙ̄ i q̄sdā voluptates sue: ē igiꝰ aīus a bla
dimētis voluptatis abstrahēdus: debellandeqꝫ
sūt a nobis voluptates: q̄ ut vides: seua q̊qꝫ inge
nia rapiūt: ⁊ ad eūdē scribēs i alia ep̄la dicit. Va
nas fuge voluptates breues: ⁊ penitēdas: ⁊ in. 2°.
d̄clamationū iterū ait. Adolescēs luxuriosus pec
cat: senex luxuriosus īsanit. ⁊ in li°. traged. et dicit
Vincit sāctos dira libido. Tulli⁹ q̊qꝫ ī p° de offi/
cijs ait. Si cōsiderare volum⁹ q̄ sit in natura ho
minis excellētia: ⁊ dignitas: facile ītelligem⁹ ꝙ̄
sit turpe defluere luxuria: ac moliꝰ viuere: ⁊ ꝙ̄ sit
honestū viuere ꝯtinēter: sobrie: ⁊ caste. Et i eodē
li°. idem inqt. Luxuria cū oī etati turpis sit: seni/
bus maxime fedissima ē. Et in li°. d̄ senectute ite
rū dicit. O p̄clarū mun⁹ etatis: siqdē aufert a no/
bis qd̄ ē i adolescētia viciosissimū. s. libidinē cor/
poris. Valeri⁹ quoqꝫ maxim⁹ li°. 9°. sui opis ait.
Blādū malū luxuria: quā accusare aliqñ facili⁹
ꝙ̄ vitare: que iuictuꝫ Annibalē armis illecebris
cōplexa: vicēdū romano militi tradidit: illa duce
vigilātissimū: illa exercitū acerrimū dapib⁹ largis

de venerif vsu lasciuiore: ad somniū e delicijs eno
cant. Quid ergo his vicijs fetidius: qd dānosi-
us: qbus virt⁹ atterit: victorie lāguescūt: sopita
glīa in infamiā ɔuertit: anim⁹ ⁊ corpis vires ex-
pugnant: hec ille. Cecilius quoqꝫ Firmanus li°.
de beata vita. c°. 4°. inqt. Libido aspectu maxime
ɔcitat. Et in eodem. c°. etiā ait. Tres sunt cōes af
fect⁹: qui hoīes in oīa facinora ꝑcipites trahunt:
ira: cupiditas: ⁊ libido. Terēti⁹ etiā in eunucho. c°
2°. dicit. In amore hec oīa insunt vicia: suspitōes
inimicitie: iniurie: ac bellum. Fulgētius quoqꝫ in
fabulis suis ait. Oīs qui luxuriā amat: cecus est.
Et merito. Cecū enim se esse demōstrat: ⁊ stultū
qui in ignē intrat. De luxuria aūt inqt Albertus
in tractatu de virtutib⁹ pollitici s: ꝙ est ignis qui
nunqꝫ dicit sufficit: sed qūto plus homo luxuria
tur: tāto semp ampli⁹ appetit: etiaꝫ si ope implere
non possit. Iteꝫ sicut terra nō saciat aqua: ita nec
homo luxuria. Iteꝫ luxuria idropisim repsentat:
que tātaꝫ sitim generat: ut bibendo sitim incēdat:
ut idropic⁹ quāto plus bibit: tāto plus sitiat. Nā
⁊ Cleopatra egypti regina: licꝫ Antonio impato
ri matrimonialiter esset iūcta: tāta tñ erat libidine
succēsa: ꝙ ad postribula nocte vadēs: licet aliqñ
36. cōcubitus passa fuisset redibat faticata: sꝫ nō
faciata: hec ille. Et hoc sufficiat pro prima pte no-
stri sermonis.

¶ Pars secūda: in qua declarant quattuor spe
cies luxurie in particulari. V

M Multa de hoc peccato: dici possent: que cā
breuitatis omitto: maxime qa aliqua
tetigi supra in sermone de peccatis. De
hoc enim maledicto vicio inqt Hiero
nymus in suo testō. Ensis diaboli luxuria: ⁊ Sa
lomon Ecclesiastes. 7°. etiā dicit. Inueni amario-
rē morte mulierē: que laqueus venatoꝝ est: ⁊ sage
na cor illi⁹: vincula sunt man⁹ illi⁹. Prīa aūt spe
cies hui⁹ vicij: est fornicatio simplex: sicut plen⁹
declaraui: vbi supra. Sed sciēdū est: ꝙ fornicatio
tripliciter accipit. Primo pro idolatria: ⁊ īfideli
tate: Osee. 4°. Fornicati sūt a deo suo: ⁊ pmi Pa
ral. 5°. Fornicati sunt post deos plurimos: ⁊ Iu
dicū. 8°. Fornicati sūt cū baal: qd erat idolū gen
tiū: ⁊ Sapiē. 14°. Initium fornicationis exqsitio
idoloꝝ. De talib⁹ fornicātibus: ait Dauid in psal
mo: perdidisti eos: qui fornicant abs te. Scdo dr
fornicatio: quecūqꝫ culpa mortalis: inqꝫtū qꝫ per
eam receditur a deo: legitimo spōso aīe Osee. 2°. ⁊
de hac dr a deo Jeremie. 3°. aīe peccatrici. Tu aūt
fornicata es cū amatorib⁹ multis. Aīa enim cuꝫ
tot amatorib⁹ fornicat: quot creaturas inordina
te ⁊ ɔtra deum diligit: ut inqt Aug. li°. p°. de ser-
mone domini in monte. Tertio ppˀe dicitur
fornicatio actus venereus inter solutum ⁊ solutā
⁊ intelligitur solutus ⁊ soluta a vinculo coniugij
⁊ cōsanguinitatis: ac affinitatis: ordinisqꝫ ⁊ reli-
gionis: ac voti cōtinētie. Et ista fornicatio dr sim
plex. Et ideo oīs cōcubitus fact⁹ inter tales solu
tos: seruato vsu naturali: ppˀe dr fornicatio sim-
plex. Dicitur tamen generaliter fornicatio: omnis
act⁹ luxurie: sicut patet p°. ad Cor. 15°. vbi inqt
apl̄s. Audit inter vos fornicatio: qualis nec inter
gētes: ⁊ loqtur de incestu. Hoc igit maledictū vi
ciū fornicationis: prohibet in c°. fornicari. 28ª. di.
vbi dicit. Fornicari hoīb⁹ nunqꝫ licet. ⁊. 32ª. q. 4ª
c°. nemo dr. Nulli licet scire mulierē: pter vxoreꝫ:
ideoqꝫ cōiugij tibi datū est ius: ne in laqueū inci-
das: ⁊ cū aliena muliere delinquas: hec ibi. Filij enī
nati ex reprobato cōcubitu: plerūqꝫ sunt scelerati
licet aliqui inueniant boni. Vñ scriptū est. 56ª. di.
c°. si gens. de tali cōceptione meretricū existiman
dū est: degeneres populos: ac ignobiles ⁊ furētes
libidine: fore procreādos: ⁊ ad extremū vniuersaꝫ
plebē ad deteriora ⁊ ignobilia vergētem: ⁊ nouissi
me nec bello seculari fortē: nec fide stabilē: nec ho-
norabilē hominib⁹: nec deo amabilē esse vēturaꝫ
hec ille. Patet in Abimelech filio Gedeonis: na
to ex cōcubina: qui mortuo pre: iterfici fecit. 70°
fratres legitimos: ut solus dñaretur. Iudi. 9°. hoc
maledictū viciū facit hoīeꝫ deo rebellē: vñ Lactā-
tius li°. 2°. diuinarū insti. ad. gē. inqt. Ex luxuria:
vt vicia oīa: ita impietas aduersus deū nascit. Et
23ª. q. 7ª. dr in c°. nō solū. Ex delectatione fornicā
di: varia gignunt flagitia: quib⁹ regnū dei claudi
tur. Et 32ª. q. 4ª. c°. in eo scriptū est. per hec vicia
quippe: maxime demones coluntur. Est etiā luxu
ria singulariter dilecta: ⁊ precipua filia diaboli: ꝙ
Is enī diabolus cogitās ꝙ si haberet filias ex his
generos faceret: quos secuꝫ traheret ad infernuꝫ
duxit vxorem iniquitatē: de qua genuit simoniaꝫ
quā copulauit clericis. Et postea hypochrisiꝫ quā
copulauit religiosis: monachis ⁊ beghinis. Item
rapinā nobilib⁹: vsurā burgensib⁹: dolositatē ad-
uocatis: ⁊ superbiā potētib⁹. Sed luxuriā nulli ap
propriauit: sed eā comunē oīb⁹ exposuit: vt plures
secū ad interitū traheret. De qua filia diabolica i-
quit Agelius li°. noctiū acticaꝝ. Nulla bestia, ca-
pitalior: qꝫ voluptas corporis: cuius auide libidi
nes temere ⁊ effrenate incitāt. Hic pre perditio
nes. Hinc reipublice euersiones. Nulluꝫ deniqꝫ
scelus: nullum facin⁹ est: ad quod suscipiēdū nō
libido voluptatis impellat: hec ille. X

IN luxuriosa quoqꝫ aīa hītat diabolus: vñ de
ea dr. Apoc. 17°. Facta est habitatio spirit⁹

hmidi. et Job.40. de diabolo scriptũ est. Sub vm
bra manet in locis humentib⁹: idest in luxuriosis
vñ Luce.15°. de filio prodigo: ac luxurioso dicitur
q pauit porcos: idest demones. Demones eñi ha
bitant in luxuriosis: sicut porcus in luto: vñ Hie
[redacted].in testamẽto inqt: cõparãdo luxuriosos porcis
Quidã luxuria fetidi: vt turpissime sues: sunt de
turpati: et ideo dicit Greg. omelia.28ª. ostẽdẽs fe
torẽ luxurie q peccata carnis: stercora vocant: vt
habet Johelis.p°.c°. Quãtũ est eñi fetidũ viciũ
luxurie: patet per illõ quod scriptũ est in vitis pa
trũ: q quidã angelus vadẽs in forma hoĩs cum
quodam heremita: obturauit nares: cũ obuiasset
cuidã luxurioso: in signũ maximi fetoris. Nulla
.n. latria ẽ sic fetida: sicut luxuriosi ɔsciẽtia q [redacted] de
mões libẽter hitẽt i luxuriosis: pz p illõ qõ scriptũ
ẽ Mat.8°. et Lu.8°. vbi dr: q legio demonũ ete
cta ad iperiũ xpi a qdã demõiaco: petijt licẽtiã trã
di gregẽ porcoꝝ: et accepta licẽtia: pcipitauit eos
i mare Ex q significat: q demões pcipitabũt in
mare vicioꝝ: et i abyssũ ifernalẽ: oẽs fornicarios: p
porcos significatos. O igit maledicti cõcubinarij
scitote q demones exultãt pditione vestra. Legit
eñi in vitis patrũ: q cũ qdã filius sacerdotis ido
lorũ: secut⁹ prẽm remãsisset solus in templo: vidit
ibi venire pncipẽ demonũ: et cũ sedisset circunda
tus maxima multitudine demonũ: venit vnus de
mon et adorauit eũ. Requisit⁹ aũt ab eo qd mali
fecisset: rñdit q per.30ª. dies fuerat in tali proui
cia: vbi multa prelia excitauerat: multaqz homi
cidia facta fuerant: et multe sanguinis effusiones
Cui princeps demonũ irat⁹ ait: hoc solũ tãto tem
pore fecisti: et fecit [redacted] flagellari: postea ali⁹ veniẽs
dixit: q spacio.30ª. dierũ fecerat multas naues in
mari submergi: et oẽs hoĩes qui erãt in eis perire:
de quo pnceps fecit: vt de pmo. Terti⁹ demon ve
nit dicẽs: q in qdã ciuitate in qdã ɔuiuio nuptia
li: cõcitauerat seditionẽ: in q spõsus: et multi alij si
occisi: et hoc i decẽ dieb⁹ fecerat: pnceps aũt demo
nũ similiter fecit eũ verberare. Postremo venit qr
tus dicens: q per.40ª. annos in heremo fuerat:
vnũ tẽtans heremitam: et vix eũ in ipsa nocte for
nicari fecerat. Quo audito: surrexit diabolus os
culans eum: et diadema posuit super caput suum
et secũ cõsedere fecit dicẽs. Magnã rẽ fecisti: quã
in.40ª. annis cõplere potuisti. Quod vidẽs ille fi
lius sacerdotis idolorũ: factus est monachus pro
bat⁹ q aũt demões maximã leticiã faciãt de pecca
tis fornicariorũ: habet Eccli.18°. vbi dicit. Si p
stes aie tue cõcupiscentias ei⁹: dabit te in gaudiũ
inimicis tuis. y

Secunda luxurie species dicit stuprũ scilicet
qñ aliqua virgo non coacta defloratur vel ɔtra. Et de hoc peccato tractat.36ª.q.1ª.c°.2°. Et di
cit Tho.2ª.2e.q.154ª.ar°.6°. q est speciale pecca
tum ratione specialis deformitatis: scilicet virgi
tatis deflorate. Et si queratur ad quid teneatur de
florans virginem: respondet Alexander de ales
in.2ª. parte summe in tractatu de specieb⁹ luxurie
c°. de stupro.ar°.4°. et Tho.in.2ª.2e.q.154ª. q hoc
peccatum habet duplicem iniuriam ãnexã scili
cet patris: et puelle.p° .enim pri et alijs cognatis
deflorate facit iniuriam: vnde Ecclesiastici. 42°.
dr. Sup filiam luxuriosã ɔserua custodiam: ne
quando faciat te venire in opprobrium inimicis
tuis: facit ad hoc.l. isti quidem.ff. quod me. causa
Sed ego dico tibi q si nõ habet bonã voluntatẽ
difficile erit ipsam custodire. Sicut difficile cu
stoditur aceruus pulicum ne saltet. Et ideo di
cebat Ouidius.3°. de arte amandi. Centum frõ
te oculos centum ceruice gerebat. Argus et hos
vnus sepe fefellit amor. Tu tamẽ propter hoc nõ
dimittas eius custodiam: quia non custodita face
ret peius. Unde vulgariter dicit. Bona guardia
schiua ria ventura. Secundo damnificauit virgi
nem auferendo ei virginitatem: cui debetur fru
ctus centesimus Luce. 8°. Matthei.13° Mar.
4°. Item posuit eam in periculo meretricãdi. Se
mel enim malus: presumitur de facili labilis i eo
dem crimine.l.si cui.§.hisdẽ.ff.de accu. Item eã
vituperauit: ita q non faciliter reperiet maritum
si sciatur: vel non inueniet conuenientem: vt patz
de talibus deflorãtib⁹ dicitur Tren. vltimo. Mu
lieres in sion humiliauerunt: et virgines in ciuita
tibus iuda. Et ideo pm predictos doctores: tene
tur deflorans satisfacere patri: et puelle. Sed di
cet qs psupponit in casu: q ipsa cõsẽsit: sciẽti aũt et
ɔsẽtiẽti nõ fit dolus.l. nemo vĩ.ff.de reg.iu.l.ven
ditor.C.de rescindẽda.vendi. et c°. scienti.de re.iu.
libro.6°.l.pª.in fi.ff. de acti. em. et C.de transac.l.
cum donationis.ergo.&c. Respondeo: q licet ip
sa consensit non tamẽ pater: et alij cognati: et quo
sunt iniuriati. Preterea illa regula scilicet q vo
lenti et consentienti non fit dolus: intelligitur de
his qui bene sunt doli capaces: non autem leues
instabiles: et inconstantes: ac faciles ad fraudem
et deceptionem suscipiendam: sicut sunt puelle: q
enim sint leues: patet illud Ecclesiastici.19°. Qui
cito credit leuis est corde. De puellis autem di
cit Ouidius in epl'is: epistola.16ª. Credulitas
damno sepe solet esse puellis. Quod autem sint
leues: patet per Senecam in libro de remedijs
fortuitorũ dicentem. Nihil tam mobile: q femi
narũ voluntas: et Jacobus beneuẽtanus sui libri

c°.15°.dicit. Nobile cor cunctis: τ mens est vana puellis. Firmū propositū femina nulla gerit. τ Uirgilius.4°.Enei.inquit. Uarium τ mutabile semper femineum genus. Et ideo dicit Ouidius in epistolis epistola.2ª. Fallere credētem non est opera puellam. Glosa. Faciunt ergo isti maledicti luxuriosi decipientes virgines: illud qđ hortatur Ouidius in.p°.de arte amādi.c°.9°.di. Promittas facito: qd enim pmittere ledit? Pollicitis diues quilibet esse pōt. Ac que non dederis: semp videare futurus. Sic dñm sterilis: sepe fefellit ager. Cum igit deflorās virginē: eā decipiat multis pmissionib⁹: blādimētisq. Et sepe dans spem: τ pmittēdo: q accipiet eā in vxorem: pfecto equū est: q tali sic decepte: τ per fraudes ad defloratio nē pducte: succurrat. Deceptis enim: τ nō decipiētib⁹: iura subueniūt.l.ij.§.verba.ff.ad velleia. Dicit ergo Alex.de ales: τ Tho.vbi.s.q talis deflorans tenet accipe in vxorē virginē defloratā: qñ sic eā decepit: maxime qñ pmisit eam accipe. Et hoc verū: si ipsa ɔsentiat: τ pater ei⁹. Si aūt noluit: cogitur eā dotare iuxta facultatē suā: τ puelle dignitatē: hita ɔsideratōe vituperatiōis: pp quā oportebit eā ponere caput: vbi nō posuisset pedes. Itē ɔstitū plus datura est alteri viro: rōne defloratiōis. Et si stuprator nolit eā in vxorē: tūc dz vberib⁹ castigari a iudice: put ei visum fuerit: ac ēt excōicari ac detrudi in monasterio ad agēdā pniaꝫ. Et hec oīa hñtur: τ notant in.c°.p°.τ.2°.de adul.cōcordat ad supdicta Scot⁹ in.4°.di.15ª.di.q lꝫ hec pena sit legis veteris: ut hꝫ Exo.22°. Tñ qꝛ lex noua: ɔcordat cū lege veteri: est seruādū: qđ supradictū est. Cōcordat etiā Joannes de platea insti.de publi.iudi.§.itē lex iulia.τ Ray.in.c°.p°.τ.2°.de adul.facit.26ª.q.2ª.c°.tria.ɔcordat etiaꝫ Ric.in 4°.di.15ª.art.4°.q.2ª.τ Hosti.in sūma ī titu.de mrimonio: sub rubri.qlit ɔhat.v.hec in iudicio. Etlꝫ Guilielm⁹ dixerit: q qñ qs volūtariā defloravit: nullo habito tractatu de ɔhēdo mrimoniū cū ea: deflorās nō tenet ad supdicta: in foro iudiciali: tñ Panor.in.c°.p°.de adul.dicit.q ēt ī hoc casu tenet qlitercūq eā seduxit. Z

TErtia luxurie spēs: dꝛ rapt⁹.s.qñ qs per viꝫ rapit puellaꝫ: ut accipiat sibi in vxorē: vel ut eā corrūpat. Et de hoc vicio tractat in.c°.lex illa 36ª.q.pª. Et dꝛ rapt⁹ nō solū: si virgo rapiat: sed etiā si vidua: vel corrupta.36ª.q.2ª.c°. raptores. Et ēt si nō extrahat de domo: dūmodo vi opprimat: τ corrūpat: fm Alexā.de ales in.2ª.pte sūme: in tractatu de luxuria.c°.de raptu. Hoc āt scelera tissimū viciū: fm Alex.vbi.s.arti.3°.τ Ray. in sūma dz puniri pena mortis: ut hꝫ Deut.22°. Et fm leges ciuiles: talis raptor dz decapitari.l.vnica.C.d raptu.v. Et ei⁹ substātia dz rapte applicari: si īgenuā rapuit. Si vo ancillā: vel librā: substātiā nō amittit: ſꝫ tñ decapitat.ar^m.36ª.q.pª.c°.d raptorib⁹.cū his q ibi notant. Si tñ rapta vellet ɔhere cū raptore: pōt: ut expresse hꝫ.36ª.q.2ª.c°. tria.τ.c°.seq.τ itelligit cessantib⁹ ipedimētis mrimonij. Et dicit glo. Ray.q pena illa pōt infligi ī foro iudiciali: nō pniali. Notādum etiā fm Gosfredū in sūma: q dicte pene intelligunt infligēde si rapuit mulierē honestā: sec⁹ meretricē.C.d raptu.v.l.vnica.τ.C.ad.l.iul.de adul.l.que adulteriū. O diabolici raptores: τ violatores: scitote q stuprās virginē ɔsentiētē: tenet ad ea de qbus supra puelle: τ pāri: multo magis vos ad illa estis obligati: τ satisfacere eis de iniuria: τ dāno.c°.de raptorib⁹.36ª.q.pª.τ.c°.tria.e.cā.q.2ª. Æ

QUarta species luxurie: est adulteriū. De quo adulterio tractaturus: possuꝫ dicere illd qđ scriptū est Jere.23°.vbi dꝛ. Adulterijs repleta ē terra. Diffinit aūt adulteriū: fm Hosti.in sūma libro.5°.titu.de adul.vbi ait. Adulteriū est alieni thori violatio: vel pprij deturpatio. Que verba sumi pñt ex his que dicunt.36ª.q.pª.c°.lex illa.§. cū ergo. Ex qb⁹ colligi pōt: q triplex adulteriuꝫ cōmitti pōt.p°.improprie.2°.pprie.3°.pprijssime. Primo cōmittit adulteriū improprie: inter virū τ vxorem. Et hoc tripliciter. Primo rōne impeditionis.s.quādo sunt inter eos impedimēta: propter que mrimoniū stare nō pōt: utputa si aliqs eoꝝ fecit votum solēne castitatis. De quo impedimēto habet in cle.eos.de cōsan.τ affi.τ per Theologos in.4°.di.38ª. Itēꝫ cōtrahens sit in sacris ordib⁹: de q̄ ipedimēto hꝫ.di 32ª.c°.si qs eoꝝ.τ.c° seriatim.τ.c°.placuit.τ.c°.lectores.τ.c°.si q vo.τ c°.erubescāt.τ ex̄ de cle.pīu.c°.p°.τ.2°.τ.3°.τ qui cle.vel vo.c°.p°.τ.2°. Itē si qs machiat⁹ est ī mortē viri alicui⁹: ut possit cū vxore ei⁹ ɔhere: aut aliqua machinata est in mortē vxoris alicuius: ut virū eius accipet in maritum: τ mors fuerit subsecuta: nam mrimoniū non tenet: si postea tales ɔtraxerint: ut notat.31ª.q.pª.c°.si qs viuēte marito. Et maxime si adulteriū precesserat ante inter eos: dum primū stabat ɔiugiū: fm Ricar.in 4°.di.35ª.tñ Hosti.τ Inno.tenēt q sola machinatio cum effectu: impedit matrimoniū. Joā.autem andre.quem sequit Panormi.in.c°.super eo.de eo.qui cog.con.vxo.sue.tenet: q hoc est verum: quando ambo machinati sunt. Secus vero si vnus tñ: quia in altero non est impedimētum: quin ɔtrahere possit. Si vo precessit adulterium: vnius machinatio impedit. Iteꝫ si adul

ter dat fidem adultere viuente marito: de cōtra-
hēdo cum ipsa: sciēs ipsam habere maritū: etiā
si intelligat ɔ̄here cum ea: post mortē viri sui: non
poterit eā ducere in vxorē: sed separādi sunt: si cō
traxerint: ut notaṫ.31ª.q.pª.cº.relatum. ꝛ extra de
eo qui duxit in mat. quam pollu. per adul. C. si qs
vxore. Item si qs hn̄s vxorem: sumat aliā: vel nō
hn̄s vxorem accipiat alterius vxorē legitimā. Et
de hoc īpedimēto habeṫ. extra de spō. duo. cº. licet.
ꝛ.32ª.q.7ª.cº.pº.2º.ꝛ.3º. Item si īter maritum ꝛ
vxorē sit affinitas: ꝛ ɔ̄hiṫ affinitas nō solum per
copulā ɔiugalem: sed etiā per actū fornicariū: ut
notaṫ.35ª.q.2ª.cº.nec eam. ꝛ extra de eo: qui co-
gno. ɔsangui. vxo. sue. cº. discretionē. ꝛ. cº. tue. Et
tales ɔtrahentes: vsqꝫ ad quartū gradū affinita-
tis: sunt excōicati: ut in cle. eos. de ɔsan. ꝛ affi. Itē
si inter eos sit cognatio spūalis: que ɔtrahiṫ p cō-
pnitatem in baptismo: ꝛ sacramēto ɔfirmatiōis
Et de hoc īpedimēto tractaṫ in.cº.pº.2º.ꝛ.3º. de co
gna. spiri. liº.6º. Item si īter eos sit cognatio lega
lis: que fit per adoptionem: vel arrogationem: qū
qs adoptaṫ ī filiū: vel filiā. Et de hoc impedimēto
habeṫ: extra de cogna. legali. cº. vnico. ꝛ.30ª.q.3ª.
cº. diligē. ꝛ insti. de nup. §. ergo. ꝛ ff. de ritu nup.
l. adoptiuus. Item si sint ɔsanguinei: vsqꝫ ad q̄r
tum gradū. cº. nō debet. de ɔsan. ꝛ affi. Et sunt ex
coicati sic ɔtrahentes. cle. eos. e. ti. Item si qs ɔ̄hē
tiū errauerit in psona: cum qua ɔ̄hit: de quo im-
pedimento habeṫ per Tho. in.4º. di.30ª. Et p ca
nonistas.29ª.q.pª.cº.q; aūt. Nam qui taliter er
rat nō ɔsentit. ff. de iuris. om. iud. l. si per errorem.
Et errātis volūtas nulla est. C. de iur. ꝛ fac. igno.
l. cum per testiū. ꝛ l. nō ideirco. Itez [illegible] errauerit in
ɔditione psone: cum qua ɔ̄hit: putās liberā: que
est sua.29ª.q.2ª.cº. si qs ingenuus. ꝛ. cº. si femia
vbi dicitur: nō tenere tale mr̄imonium: nisi postq̄
sciuit ei9 ɔditionē ɔsenserit in eam expsse: vel iu
ris interpretatione per carnalē copulā: ut habeṫ ex-
tra de natis ex libero vētre. cº. ꝓposuit. ꝛ. cº. ad no
strā. Et idem dicēdum [illegible] de errāte in psona. Itē
si sint disparis cultus: nam ꝓhibitū est tale mr̄i-
moniū: si vnus est fidelis alter nō. Exodi.34º. ꝛ
Deute.7º. Et ideo nō tenet.28ª.q.pª.§. ex his. ꝛ
cº. caue. Item si per coactionē: ꝛ vim: ac metum
qui pōt cadere in ɔstātē virum: ɔtractū est ma-
trimoniū: nullū est: extra de his que vi metusue
causa fiunt. cº. plarū. ꝛ. cº. ad audiētiā. ꝛ de spō.
cº. veniēs. el.2º. Item si aliqs ɔtraxit spōsalia: cū
aliqua: nullus de consanguinitate spōsi: vsqꝫ ad
quartū gradū: pōt illam habere in vxorē: ratione
publice honestatis. Et de hoc impedimēto habeṫ
per Tho. in.4º. di.41ª. Et p canonistas in. cº. cō-
tinebaṫ. §. si. extra de despō. impu. ꝛ de spō. cº. iu
uenis. ꝛ. cº. ad audiētiā. ꝛ. cº. spōsam. Item si in
aliquo ɔ̄hentiū sit naturalis impotētia ad debitū
mr̄imonij. De quo impedimēto qd̄ facit: mr̄imo
niū nō tenere habeṫ.33ª.q.pª.cº.pº.ꝛ.2º.ꝛ de fri
gi. ꝛ male. cº. qd̄ sedē. Item est aliud impedimē-
tū: si qs ɔtraxerit ɔtra interdictum ecclie: de quo
habeṫ: extra de mr̄imonio ɔtrac. ɔtra inter. ec. per
totū. Aliud est impedimētū: si qs ɔtraxerit ferijs
ꝓhibitis. s. illis tpibus in qbus ꝓhibeṫ traductio
vxoris: ꝛ oīs nuptiarū solēnitas: de quo.33ª.q.4ª.
cº. nō oportet. ꝛ tribus caplīs sequētib9: ꝛ in. cº.
capellanus. extra de ferijs. Sūt quoqꝫ alia septē
impedimēta: que impediūt mr̄imoniū ɔtrahen-
dum: sed nō dirimunt iam ɔ̄ctū: que ponunṫ a
Ray°. Tho. ꝛ Hosti. ut recitaṫ in sūma cōfessorū
libro.3º.ti.9º.q.pª. que causa breuitatis omitto.
In oībus igiṫ casib9 in qbus mr̄imoniū est nul
lū: vel ab ecclia ꝓhibitū: aut saltem act9 mr̄imo
nialis: semp peccāt taliter ɔiūcti: si scientes impe-
dimēta: nō abstineāt: ꝛ reputanṫ adulteri. Scie-
dum tn̄ est: q [illegible] post rite ɔ̄ctum mr̄imoniū: vn9
ɔiugatorū ɔtra alterius volūtatem: voueat etiam
solēniter abstinētiam: vel ordineṫ in sacris ꝛ hu-
iusmodi: alter qui nō cōsensit: pōt debitū exigere
nec peccat: ꝛ ille teneṫ reddere: sꝫ pōt expetere. cº.
qdam. ꝛ. cº. placet. de cōuer. ɔiu. ꝛ per Tho. i.4º
di.37ª. maxime Tho. ꝛ Petrum de palude. Ibi
dē: ꝛ plene de hoc tractaṫ in sūma ɔfessorū. libro
pº.ti.8º.q.58ª. B

Secūdo sumiṫ adulteriū improprie rōne in-
ordinationis: qn̄. s. inter virum ꝛ vxorē est
amor inordinat9: ꝛ adulterinus: de quo Hiero.
inqt in. cº. origo.32ª.q.4ª. Origo qdem amoris
erat honesta: sed magnitudo deformis: vn̄ ꝛ Six
tus pithagoricus suis in sentētijs ait. Adulter ē
in sua vxore amator ardētior. In aliena quippe
vxore: oīs amor turpis est: in sua nimi9. Sapiēs
iudicio debet amare ɔiugem: nō affectu libidinis
nō regnet in eo impet9 voluptatis. Nihil est eniꝫ
infelicius: q̄ꝫ amare vxorem quasi adulterā: hec
ille. Ideo ut tale adulteriū euiteṫ nō debꝫ qs vxo
rem accipe pncipaliter rōne pulchritudis. Nā
ut refert Hiero. cōtra Iouinianū: querit Areo-
lus theophrastus philosophus: si vir debet duce-
re vxorem pulchrā: aut turpē: ꝛ rn̄det q; melius
est accipe turpem: ꝛ bn̄ morigeratā: q̄ꝫ pulchrā
ꝛ fatuā. Homo eni ex pulchritudine vxoris sepe
decipiṫ: nam ut dicit Prouerbio. vltimo. Falax
grā: ꝛ vana est pulchritudo: vnde Augusti. ait.
Mulier est muscipula anime: latro vite: suauis
mors: blāda pcussio: pnities delicata: rosa fetens:
malum

malū libēter ꝛc. Scriptū quoqꝫ ē Prouer. xi°. Circulus aure⁹ in narib⁹ suis mulier pulchra et fatua. Aliā ēt cām assignat idem philosoph⁹ di. Pulchra cito adamatur: feda facile ꝯtemnitur. Difficile ē custodire quā oēs amāt. Molestū est possidere: quā nemo dignatur habere. Minori tn̄ miseri deformis habetur: q̄ formosa seruetur Ex qb⁹ cōcluditur ꝙ ēt data paritate morū: vtilius ē habere vxorē min⁹ pulchrā: qꝛ vt dr̄ Eccl. 9°. pp speciē mulieris multa perierūt. s. pp inordinati affectū. Est tn̄ sciēdum ꝭm Ricar. nostrū in. 4°. di. 31ª. ar°. 3°. q. pª. ꝛ sctm̄ Bona. ac Tho. ibidē ꝛ Alexandrū de ales in. 3ª. parte sūme i tractatu de preceptis: precepto. 6°. Et in tractatu de cōceptiōe xp̄i. q. 13ª. ꝙ si quis solū cā delectationis cognoscit vxorē: ita tn̄ ꝙ nō faceret cuꝫ alia: nec ēt cū vxore qn̄ crederet mortalr̄ peccare: venialiter peccat: sed qn̄ cognoscit eā saturande libidinis tā q̄ adulter: ꝛ sine predictis circūstātijs semp mortalr̄ peccat ꝭm p̄dictos. doc. ꝛ Ray. in sūma. ꝛ Hug. 32ª. q. 2ª. §. his ita. ꝛ glosā Joānis in. c°. quicqd. e. cā: ꝛ qōne. Et tūc maxime ē mortale cū excitat canē mortuū: vel imundis cogitationib⁹ ꝛ actib⁹: tanq̄ cū meretrice se prouocat vel cognoscit vxorē tā q̄ aliam: ꝛ ecōtra. ¶

Tertio sumit adulteriū improprie inter virū ꝛ vxorē: rōne modificationis: qn̄ regulā honestatis excedūt: de talib⁹ dixit angelus Thobie iuniori Thobie 6°. Contra eos p̄ualet dēmoniū: qui cōiugia ita suscipiūt: ut deū a se: ꝛ a sua mente excludāt: ꝛ sue libidini ita vacēt: sicut equus ꝛ mullus: quib⁹ nō est intellect⁹. O quot turpia fiunt q̄ nō possunt sine verecūdia narrari: Quot illiciti tact⁹: quot bestialia: quot solatia inhonesta: quot nephandissima scelera: ideo dicit Ambro. in li°. de patriarchis: ꝛ notat. 32ª. q. 4ª. c°. nulli grauius ē crimen. vbi celebrati ꝯiugij iura temerātur ꝛ vxoris pudor soluitur. ¶

Secūdo accipit adulteriuꝫ p̄p̄e cuꝫ aliquis vxorat⁹ accedit ad aliquā p̄sonā solutā: vel ecōtra: ꝛ iō dr̄ adulter: quasi ad alter qꝛ. s. ad alterius thorū accedit: sꝫ ut in plurib⁹ plus in hoc d̄ficiunt viri q̄ vxores: ꝛ quidā adeo fatui sunt ut putent viris ad peccatū nō iputari: vel esse leue peccatū. Cōtra quos ē dictū Innocētij pape. 32ª. q. 5ª. c°. christiana religio. vbi inquit. Christiana religio adulteriū i vtroqꝫ sexu pari rōne cōdēnat. ꝛ Hiero. ad Occeanū ait. Quod nō licet feminis eque nō licet viris: ꝛ eadē seruitus pari rōne censet. ꝛ Ambro. 32ª. q. 4ª. c°. nemo. inqt Nec viro licet qd̄ mulieri nō licet: ꝛ eadē a viro que ab vxore debet castimonia. ꝛ Aug. 32ª. q. 6ª. c°. si dicturi. dicit. Si dicturi estis vxorib⁹ v̄ris seruate vos: q̄les vultis eas iuenire: tales ꝛ ipe vos inueniant. Quis iuuenis ē q nō velit castaꝫ ducere vxorē: Et si accepturus ē virginē: qs nō intactā ꝯsiderat: intactā queris: intactus esto: purā queris: pur⁹ esto. Nō enim illa pōt: si tu nō potes. Paulus quoqꝫ pᶜ. Cor. 7°. dicit. Mulier nō hꝫ ptātem sui corporis: sꝫ vir: ꝛ vir nō hꝫ potestatē sui corporis: sed mulier: ꝛ iō debēt eē castitā vir q̄ mulier: ut alias p̄sonas nō cognoscant ad peccatū. Quia sicut seruus furtū cōmitteret q alteri dn̄o se daret: ita cōiuges furtū cōmittunt q corp⁹ qd̄ ē i potestate cōsortis sui alteri tradūt. Itē cū de matrimonio dicat Apl̄us ad Ephe. 5°. Sacramentū hoc magnū ē i xp̄o ꝛ i eccl̄ia: significat eniꝫ vnionē nature diuine cū humana: que inseparabilis ē. Qui carnē suā diuidit: sacramēto icarnationis magnā iniuriā facit. ¶

Sed arguūt multi allegātes ꝙ Abrahaꝫ habuit filiū de ancilla Gen̄. 16°. Et etiaꝫ refert Paulus ad Gal. 4°. et Jacob habuit duas vxores: ꝛ duas ꝯcubinas. Similr̄ ꝛ alij multi p̄res veteris testamēti: qb⁹ tn̄ hoc nō fuit iputatū ad peccatū. Rn̄det sctūs Bona. in. 4°. di. 33ª. ꝙ illō factū ē ex dispēsatiōe diuina: que fuit cōueniens illo tpe multis ratiōib⁹: quas breuitatis cā omitto. Nō sūt igit antiq p̄res in hoc imitādi: qꝛ alia fuit cōditio illi⁹ tpis q̄ nr̄a: reperiunt tn̄ ꝛ nunc pleriqꝫ adulteri peccatū excusare volētes pp vxo sterilitatē: ꝛ pp appetitū habendi filios. Hec eniꝫ fuit vna cā quare sci p̄res habebant plures vxores ꝛ cōcubinas: ut inqt Ambro. i li° de patriarchis: ꝛ hetur in. c°. obijciūtur. 32ª. q. 4ª. cōtra quos ē Aug. ea. q. et cā. c°. sic non sunt. qui dicit Sic nō sūt faciēda adulteria: ēt volūtate filios generandi: queadmodū nec furta volūtate pascendi pauperes scōs. Et in. li°. de bono ꝯiugali. ꝛ trāsūptiue in. c°. sicut. 32ª. q. 4ª. sancti⁹ iterū ait. Sicut sancti⁹ ē fame mori: q̄ idolotitis vesci: ita sācti⁹ est mori sine liberis: q̄ ex illicito coitu stirpeꝫ querere. Et idē. 32ª. q. 5ª. c°. si qs. inquit. Si quis vxorē hēat sterilē: siue corpore deformē: siue membris debilē: vel cecā: aut claudā: vl̄ surdā: vl̄ quid aliud: siue morbis: siue laborib⁹: doloribusqꝫ confectā: ꝛ quicqd excepta fornicationis cā cogitari pōt: vehementer horribile pro fide societateqꝫ sustineat: hec ille. Malū ergo ē ꝛ reprehensibile si qs vxorem relinquat: ob ei⁹ sterilitateꝫ vel firmitatem vel deformitatem: ꝛ alteri adhereat: sꝫ perimū est ꝛ valde iniquū: si pulchrā vxorē: si fecundā: si bene natā: morib⁹ decorā: si virū amantē ipse cōtemnat: pro quacunqꝫ alia p̄sona. Audi

queso o vir fatue: quid dicat sapiēs Prouer. 5°. Letare inquit cū muliere adolescētie tue .i. cum vxore. ꝛ Eccl. 7°. dr̄ Noli discedere a muliere sēsata: ꝛ bona: quā sortit⁹ es ī tīore dñi: gratia .n. verecūdie eius sup aur̄. Uidi ego plures venerabiles: honestas: pudicas: formosas: mā suetas: atqꝫ benignas vxores: ab ingratis maritis derelictas: ipsosqꝫ amatores factos turpissimarū meretricū. O proditores viri: o dementes: o stulti: nōne vxores vestre corona sūt capitis vr̄i? Audite qd scriptū sit Eccl. 27°. Sicut sol oriens mūdo: sic mulieris bone spēs ī ornamētū dom⁹ sue. Cōtra aūt de cōcubina: ꝛ meretrice: dicit̄ Prouer. 5°. Ne intēderis fallacie mulieris: fau⁹ .n. stillans labia meretricis: ꝛ nitidi⁹ oleo guttur eius: nouissima aūt ei⁹ amara q̄si absinthiū: ꝛ lingua ei⁹ acuta quasi gladi⁹: pedes ei⁹ descendūt ī mortē: ꝛ ad īferos gressus illi⁹ penetrāt: per semitā vite nō ambulāt vagi sūt gressus ei⁹: ꝛ īuestigabiles. Nūc ergo fili audi me: ꝛ ne recedas a verbis oris mei: longe fac ab ea viam tuam: ꝛ ne appropinques foribus domus eius.

F

Tertio sumit̄ adulteriū ꝓprijssime .s. cū cōiugat⁹ accedit ad cōiugatā: qd̄ peccatū ē grauissimū: ƒm Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 154ª. eo q̄ fit iniuria tā ꝓprie vxori: q̄ȝ etiā viro adultere. Sȝ hic querit̄ vnū dubiū ꝛ faciem⁹ finē huic sermoni: ne ex ꝓlixitate vobis tediū generē: de reliqua autē parte sermonis: cras deo dante disserem⁹.

G

Quesierūt doctores: quid faciet mulier: que de adulterio suscepit filiū? r̄ndit Scot⁹ in. 4°. di. 15ª. q. 2ª. ar°. penul. Cū quo cōcordat Landulphus neapolitan⁹ in eadē di. ꝛ Ricar. ibidē. ar°. 5°. q. 4ª. ꝛ ēt Ray. ī sūma: ꝛ Guilielm⁹ di. q̄ illa mulier debet si pōt sine īfamie sue periculo: ex diuulgatōe sceleris sui: reuellare hoc filio suo taliter concepto: si videat eum spiritualem: ꝛ timentem deum: Et hoc poterit sibi dicere per se: vel per aliam personam: puta per confessorem: vel episcopum: ꝛ consulere sibi: vel facere consuli: vt intret religionem: vel transferat se ad longinqua: ita q̄ nihil recipiat de bonis putatiui patris: vel vt efficiatur clericus: ꝛ recipiat beneficia ecclesiastica. Et his quasi sufficientibus contentus: hereditatem dimittat alijs fratrib⁹ in seculo remanētib⁹. Si aūt videat filiū nō eē ꝑsuasibilē sȝ malū: ꝛ indeuotū: nō tenet̄ se diffamatiōi exponere: ꝛ peccatū suū illi manifestare. Similiter dicit Guliel. q̄ si illa mulier videat q̄ possit sine periculo hoc reuellare marito: sūt .n. quidam viri q̄ sustinēt scientes adulteriū vxorꝫ: ꝛ aliqui q̄ consentiūt: q2 non possunt proprios habere filios: si talis mulier reuellet peccatū filiū marito: ꝛ ipse cōsentiat: mulier est soluta ƒȝ eū: qd̄ intelligi debet nisi respectu eorū qui nihilomin⁹ remanerent in damno: sicut filij veri: respectu portionis legitime: vel etiā quicunqꝫ alij: ad quos peruenire deberet: ex substitutione: vel alio mō: ipso marito adultere sine filijs legitimis decedēte. Si vero talis mulier nō potest sine periculo peccatū suū reuellare: nec marito: nec filio tenet̄ de reb⁹ suis: si quas habet: vel in futurū habebit: satisfacere viro de omnibus damnis: que patit̄: propter illū filiū putatiuum: ꝛ facere talē satisfationē secrete: ꝛ caute: per se vel per aliū: ꝛ sic faciens erit in bono statu: si doleat de peccato suo: ꝛ cōfiteat̄. Argumētū ad hoc 22ª. q. 5ª. c°. hoc vr̄. ꝛ ex̄ de pe. ꝛ remis. c°. officij. Et hāc opinionē tenet Hosti. in sūma. Tenet̄ ēt satisfacere heredib⁹ viri ab īestato succedentib⁹: vel heredib⁹ scriptis: vel quibus verisimiliter credit: q̄ reliquisset bona sua: ꝛ si hoc nescitur: debet dari pauperib⁹. Similiter adulter tenet̄ satisfacere pro posse p̄ri putatiuo: de oībus expēsis ꝛ dāpnis: propter illū filium procedentibus: ꝛ heredib⁹ ei⁹ veris: tn̄ si alter eorum satisfaciat: videlicet adulter vel adultera: alius liberat̄: argumentum ff. de reg. iu. l. bona fides. Itē dicit Scot⁹ vbi supra: q̄ mulier ista tenet̄ facere quicqd potest bono modo: vt hereditas restituat̄ vero heredi. Et dicit Inno. vbi supra: q̄ si mulier nō habet quid restituat: ꝛ habet aliquas ꝓbationes vel actiones per quas dicti heredes possint releuari a damno qd̄ habēt: debet mulier eas adducere in eorū fauorē: ꝛ hoc nisi graue malū esset prouētum propter illud. Nā tūc nō tenet̄ hoc facere: nā minus malū est dānū rerū: q̄ȝ periculum aīarū: ꝛ corporū: ꝛ infamie. Si vo nō habet quomō satisfaciat sufficit ei q̄ doleat: q̄ nō possit satisfacere: ꝛ q̄ fecerit quātum potuerit. 2ª. q. 7ª. c°. pleriqꝫ. Et hec eadē sentētia ponit̄ in summa cōfessorū li°. 2° ti° 5°. q. 23ª. tenet̄ quoqꝫ ƒm Scotū vbi supra talis mulier: habere intētionē semp satisfaciēdi qñ poterit. c°. 3°. extra de solutio. vltra aūt hāc satisfacionē adulter: ꝛ adultera: debet puniri pena mortis. C. ad legē iuliā. de adul. l. quāuis. Sed tamen his penis nō obstantib⁹ quottidie adulteria fiūt O benedicte deus: quot sunt mulieres in tali crimine inuolute: que nunq̄ȝ satisfaciunt: ꝛ tamē ōi anno cōfitent̄. O quot ad tartara descendūt propter hoc maledictū viciū adulterij. Quot filij illegitimi: matre sciēte: succedūt in hereditatē. Et ideo dimittite adulteriū quod est horribilissimū peccatum: ꝛ inuiolabiliter seruate ordinē: in q̄ ꝓfessi estis .s. mrīmonij: qd̄ ē sacramētū marie dignitatis

pater suus dicens Esau. Venit germanus tuus fraudulenter ⁊c. Et tamen a Magistro senten/tiarum.in.3°.distinctio.38ª. Et ab Augusti.in li/bro contra mēdacium:ut habetur.22ª.q.2ª.c°.si que/libet excusatur a peccato:ergo nō omne mēdacium est peccatū:respōdit Ricar.in.3°.dist.38ª.ar°.p° q.2ª.in solutione secūdi argumēti:⁊ Alex.de ales in.3ª.parte sūme:sup hoc precepto:⁊ in scda par te in tractatu de mēdacio.⁊ Tho.2ª.2e.q.110ª.ar° 3°.in respōsiōe tertij argumenti:q Jacob in illo verbo nō fuit mētit9:sed aliqua duplicitate sancta ⁊ inspirata vsus est. Et q̄uis pater eius dixerit eum fraudulēter egisse:nō tamen mētitus est:qz sic credebat:lz falsum putabatur. Dixit ergo se esse Esau:nō in psona:sed in iure:⁊ dignitate pmo/geniture sibi diuinitus tradite.q.d. Ego sum ille cui debetur primogenitura. Siliter angelus loqns in psona dei:in veteri testamēto dicebat:ut habetur Exo.20.Ego sum dñs deus tuus:⁊ tamē nō mē tiebatur:referens se ad psonam dei. Et hāc respōsio nem dat Aug.li°.16°.de ciuitate dei.c°.37°.excu/sādo Jacob. Et de hoc habetur.22ª.q.2ª.c°.queritur. §.opponitur. Preterea obijciūt qdā de Abraham: qui ut habetur Geñ.22°.cum iret ad imolādum fi/lium:dixit seruis suis:q reuerteretur cum filio:qd tñ non intendebat:⁊ Geñ.12°.de vxore sua dixit: q eius erat soror. Siliter Joseph Gene.42°.⁊ 44°.dixit fribus suis:q erāt exploratores:⁊ ta/mē sciebat:q nō erat verum. Similiter Judith ut habetur Judith.x°.xj°.⁊.12°.multa dixit:que non erāt vera:nec intendebat facere que dicebat. Moyses quoqz ⁊ Aaron dixerūt pharaoni:q volebāt ire viam triū dierū in solitudine:ad sacri ficādum:ut habetur Exo.5°.Et tñ dicit glos.ibi.q nō habebāt intētionem pncipalem sacrificādi:sz eundi in terram pmissionis:⁊ nunq̄ reuertēdi. Exo.quoqz p°.scriptū est:q obstetrices que mē tite sunt pharaoni:ut liberarent paruulos filiorū israel:remunerate fuerūt a deo:ergo mēdaciū nō est peccatum:qz nō remuneraretur a deo:si eēt ma/lum:⁊ pres sancti veteris testamēti illud nō fecis sent. Rñdeo sm Tho.Bona.⁊ Ricar.in.3°.dist. 38ª.⁊ Alex.de ales:ac Tho.vbi supra:q si inue/niuntur aliqua in sacra scriptura dicta:aut facta a viris pfectis:que videantur mēdacia:sunt intelli/genda figuraliter:⁊ pphetice esse dicta:aut misti ce:⁊ cum aliquo spūali intellectu. Et sic intelligū tur verba Judith. Et hoc inqt Aug in li°.contra mēdacium. Et siliter dicit in questionib9 sup Ge ne.q abraham nō est mētitus:dicēs sarram esse sororem suā:voluit enim celare veritatem:quā di cere nō tenebatur:nō mēdacium proferre. Soror enim eius poterat dici:qz ex parte patris ei attine bat:vnde Genesis.20.inquit. Vere soror mea est filia patris mei:⁊ nō matris mee:idest ex parte patris mihi attingens:⁊ nō matris. Jn sacra.n. scriptura cōsanguinei appellātur fratres. Unde ipse Abraham dixit Loth:qui erat filius fratris sui. Fratres enim sumus. Genesis.13°. Similiter nō est mētitus Abraham dicēs:q reuerteretur cum filio:quē tñ intendebat imolare:qz ut inquit Apo stolus ad Hebreos.xj°.Ex magnitudie fidei sue credebat:q deus eum resuscitaret:qui dixerat ei. Jn Jsaac vocabitur tibi semē. Siliter nec Joseph est mentitus:dicēs fratres suos eē exploratores: quia potius loquebatur tentando:q̄ affirman/do.

De Moyse etiam ⁊ Aaron respōdetur:q ista duplicitas fuit pmissa:potuerūt enim assi/gnare causam recedēdi:dicentes q volebāt imo lare:qd erant facturi:licz pncipalius recederent nunq̄ redituri. Sic pmi Regum.16°.misit deus samuelem in bethleem:ad vngendū Dauid in re gem:⁊ dixit q sacrificaret ibi:⁊ postea diceret se ad sacrificādū venisse:ne Saul posset scire:q vn xisset Dauid:sic fecit Moyses:ne sciret pharao: q absqz reditu vellet exire de egypto. Ex quib9 su mitur argumētum:q si quis vadens ad aliquem locū:ut ibi aliqua bona:cum aliquo tractet:⁊ ad hoc celādum vult ibi orare:ut si interrogetur:possit respondere. Ego iui illuc causa orandi:absqz mē dacio:⁊ duplicitate:hoc fieri potest:quando fit in tentione sancta:ne detur pestiferis causa malignā di:vnde sub tali modo loquendi:licz occultare innocentem:ne impie occidatur:⁊ virginem ne stupretur. Ait enim Hieronymus super episto/lam Pauli ad Gala. Possunt homines q̄uis iusti:aliqua simulare pro tpe:ob suam aliorūqz sa lutem. Nā dolum nō cōmittit:qui fraudem exclu dit.l.cū pater.§.plane.ff.de le.2°. De obstetricib9 quoqz respōdit Tho.2ª.2e.q.110ª.⁊ Alexāder de ales:⁊ Ricar.vbi supra:q obstetrices nō fuerūt remunerate a deo propter mendacium:sed pper dei timorem:⁊ iudeorum amorem. Et idem habetur in summa pfessorum.lib°.p°.titu.x°.q.8ª. Et simili ter possumus dicere de Judith:q si pur vellim9 intelligere:q dixerit mendacium:non laudatur quia mentita sit:sed propter affectum quem ha/buit ad salutem populi:ut inquit Augustin9 in questiōibus:super Genesim. Sed iterum obijci unt defensores mēdacij de Dauid:qui simulauit se stultū corā rege Geth:pmi Re.21°.⁊ de Hieu q finxit se cultorē Baal:qrti Re.x°.⁊ isti nō pec/cauerūt:sed potius cōmendantur. Nam de Hieu

22ª.q.2ª.cº.vltº.vi. Utilem satisfactionez: et in tempore assumedaz Hieu nos docet: qui sacerdotes Baal interfecit: se fingens idola velle colere: ergo videt: q mēdacium possit fieri in verbis: et factis sine peccato. Respōdeo fm sanctū Bona. et Alexā. vbi supra: q ille simulationes fuerūt cautelle et ideo fuerūt licite: vnde sciēdum est: fm Alex. de ales in 3ª. parte sūme: in tractatu de octauo pcepto decalogi. q. vltª. q quadruplex est simulatio. Prima cautelle: qualis fuit Josue: qui simulauit fugā. Josue. 8º. Secūda doctrine qualis fuit xpi Luce. vltº. qui finxit se lōgius ire: ut instrueret: et moneret discipulos ad opa misericordie: et hospitalitatis. Tertia simulatio est significationis: qualis fuit Jacob. Geñ. 27º. Qui simulauit se [illegible] Esau in quo significauit: q mīor populus preferēdus erat maiori: scilz gētilis iudaico. Siliter fictio xpi de qua supra: fuit significationis: quando finxit se lōgius ire. Significauit enim q adhuc lōge erat a fide illos: vnde glo. super dicto. cº. fi. ait. Talem se exhibuit in corpe: qualis erat apud illos i mēte: et Aug. in questionib9 euāgelioz dicit. Quādo fingimus id qd nihil significat: mēdaciū est: cum aūt fictio nostra significat aliquid: nō est mēdacium: sed aliqua figura veritatis: sicut fuit fictio domini nostri. Et idem ait in liº. cōtra mēdaciuz: et intelligēdum est qñ fictio significat aliquid vtile: als nō. 22ª. q. 5ª. cº. quacūqz arte. Et eādem sentētiam ponit Tho. 2ª. 2e. q. 111ª. et addit Uldericus q licitū est: per opus simulatum: intētione vtilitatis psequende: cōmittere aliquā duplicitatē: sicut fecit Dauid: simulās se stultum. Dicit enim Cato in suis documētis. Insipiēs esto: cum tps postulat aut res. Stulticiaz simulare loco prudētia sūma est. Et satis facit. cm. vtilem. 22ª. q. 2ª. Itez fm eū [illegible] vti duplicitate verboz: ppter aliquaz sui: vel pximi vtilitatez. Sicut fecit xps: qui dixit apostolis Joānis. 7º. Uos ascēdite ad diem festū: ego autē ad diem festū istū nō ascēdam: et tñ postea ascendit secrete: ut ibidez patet: qd fecit ut instrueret discipulos suos: qui volebāt eum ire ad festū: ad faciēda miracula: et ad ostēdēdam potētiam suā: vnde ipse dixit: ego nō ascēdam. s. eo modo: quo vos vultis. Quarta simulatio di esse falsitatis: qualis est hypocritarū: qui simulāt se bonos: cuz sint mali: in malū: et dānum pximi: tpale: vel spūale: et ad vanā gliaz. Et ista simulatio est pessima: fm Tho. vbi supra: et etiam habet in sūma 9fes. liº. 3º. titu. 34º. q. 254ª. prime aūt tres simulationes: vz cautelle: doctrine: et significationis: sūt bone: quādo [illegible] eas nō fit aliquid: qd sit cōtra honorem dei: vl bonum pximi. Quarta aūt est detestabilis: fm Alexā. de ales vbi supra. De materia aūt simulationis vz quid sit simulatio: habet. C. de tra. et fac. igno. l. pe. in glo. fi. Et vtrum sit pmissuz simulare de in rebz in. cº. pº. extra. qd metus causa. in glo. super vbo. simulauit. et. 22ª. q. 2ª. cº. vtilem. Dicitur aūt de mala simulatione: q simulata pro infectis habent. C. plus valere: qd agit. l. 1. et de 9tra. emptio. l. emptio. Sed de Hieu: de quo supra dictū est: dicūt qdam Theologi: q nō excusat a culpa: vl mēdacio: qz fuit mal9: nō recedēs ab idolatria Heroboam. Laudat tñ et tpaliter remunerat a deo nō pro mēdacio: sed pro eo q Baal cultū destruxit. Sed obijciūt defensores mēdacij: q in multis locis sacre scripture: pponūtur multe locutiōes que fm intētionem littere false sunt: ut patet de eo qd di Judicum. 9º. q ierūt ligna: ut vngerēt super se regē: dixerūtqz oliue. Impa nobis: q respōdit. Nūquid possum deserere pinguedinē meā: que oia apte sunt falsa. Ad hoc respōdet Alex. de ales: et scūs Bona. vbi supra: q [illegible] dicunt ad aliquem sensum spūalez parabolice: et pro illo sensu hñt veritatem in se: nō sunt mēdacia: vnde dicit Augu. in liº. de mēdacio. Quicqd figuratiue fit aut di: nō est mēdacium. Et ita fuit in parabola predicta: et in alijs: taz veteris testamēti: qz noui. Siliter disputātes dicūt falsum tenentes falsam opinionē: ut per disputationem pueniāt ad cognitionem veri: que magis sunt interrogationes: seu tentatiōes: qz assertiones. Cōcludendū est ergo: q nunqz est scienter dicēdum falsum. Itē qcqd est pmissum debet seruari: nisi seruādo vergat in peiorem exitū: et in dānuz aie: tūc enim [illegible] est seruādum. 22ª. q. 4ª. cº. in malis. Et talis fuit pmissio [illegible] herodis: pmittentis dare filie: quicqd postulasset. Nō enim debuit seruare talem pmissionē in amputatōe capitis Joānis baptiste: fm Tho. 2ª. 2e. q. 89ª. Quātūs illaz pmissionē iuramento firmauerit: talis enim impletio pmissionis fuit illicita. 22ª. q. 4ª. cº. est etiaz cōtra officiū. Et hoc inquit Ambro. in pº. de offi. et Tho. 2ª. 2e. q. 88ª. ar. 7º. et cōcor glo. Ray. ut hz in sūma cōfes. liº. pº. tiº. 9º. q. 13ª. Sed hic querit quid de gabaonitis et filijs israel: qui gabaonite dixerūt mēdaciuz ipsis filijs israel: ut hētur Josue. 9º. cº. ibi enim dicit: q cum gabaonite qui erāt de terra promissionis: audissent: q filij israel iterficerent oēs populos illius terre: sciētes se etiam interficiēdos: callide cogitātes de salute sua: accepūt sibi cibaria: et saccos veteres asinis imponētes: et vtres vinarios scissos atqz cōsumptos: calciamētaqz per antiqua que ad indiciū vetustatis pecijs consuta erāt. Indueruntqz se vestimentis veterib9: panes quoqz

quos

quos portabant erāt duri: ꝛ in frusta cōminuti peruenerūtq; ad Josue ducem populi israel ꝛ dixerunt ei audiēte vniuerso pplo. De terra longinqua venim⁹: pacē vobiscū facere cupientes. Rñderūtq; viri israelite ad eos. Ne forte i terra que nobis sorte debet̄ habitetis: ꝛ non possim⁹ fedus inire vobiscū. At illi ad Josue conuersi: dixerunt. Serui tui sum⁹. Quib⁹ Josue ait. Quinā estis vos? Aut vnde venistis? Rñderūt. De terra longinqua valde venerunt serui tui: in noīe dñi tui. Audiuim⁹ eniꝫ famā potētie eius: ꝛ cūcta que fecit in egipto: ꝛ duobus regib⁹ amorreoꝝ trāsiordanē: dixeruntq; nobis seniores: ꝛ oēs habitatores terre nr̄e. Tollite in māib⁹ vestris cibaria ob longissimā viā: ꝛ occurrite eis: ꝛ dicite. Serui vestri sumus: fedus inite nobiscū. En panes quando egressi sum⁹ de domibus nr̄is: ut veniremus ad vos: calidos sumpsim⁹: nunc sicci facti sūt: ꝛ vetustate nimia cōminuti: vtres vini nouos impleuimus: nūc rupti sunt ꝛ soluti: vestes ꝛ calciamenta qbus induimur: ꝛ que habem⁹ in pedib⁹ ob longitudinē uie terita sunt: ꝛ pene cōsumpta. Susceperūt igitur de cibis eoꝝ: ꝛ os dñi nō interrogauerūt. Fecitq; Josue cū eis pacē: ꝛ inito federe pollicit⁹ est eis: ut non occiderent: principesq; multitudinis iurauerūt. Post dies aūt tres initi federis: audierūt ꝙ i vicino habitarēt: ꝛ iter eos futuri essent: mouerūtq; castra filij israel: ꝛ venerunt in ciuitates eoꝝ: ꝛ nō percusserūt eos: eo ꝙ iurassent eis pncipes multitudinis in noīe dñi dei israel. Murmurauit itaq; oīs vulgus cōtra pncipes israel: qui rñderūt eis. Jurauimus eis i noīe dñi dei nostri: ꝛ iccirco non possumus eos cōtingere: sed hoc faciem⁹ eis. Reseruent̄ qdē: vt viuant: ne cōtra nos ira dei cōcitetur: si piurauerimus: sꝫ sic viuāt: ut in vsus multitudinis vniuerse ligna cedāt: aquasq; deportent. Tūc Josue vocauit gabaonitas ꝛ ait eis. Cur nos decipere fraude voluistis? ut diceretis: pcul valde habitamus a vobis: cū in medio nr̄i sitis? Itaqꝫ sb maledictione eritis: ꝛ nō deficiet de stirpe vr̄a: ligna cedens: aquasqꝫ cōportās in domuꝫ dñi dei mei. Qui rñderunt. Nunciatū est nobis seruis tuis: ꝙ pmisisset dñs deus tu⁹ Moysi seruo suo: ut traderet vobis oēm terrā istā: ꝛ disperderet cūctos habitatores ei⁹: timuimus igit̄ valde: ꝛ puidimus aīabus nostris: vī eo terrore cōpulsi: ꝛ hoc cōsiliū iniuimus: nūc aūt in manu tua sumus: qd̄ tibi bonū ꝛ rectuꝫ videt̄: fac vobis. Fecit ergo Josue vt dixerat: ꝛ liberauit eos de manib⁹ filioꝝ israel: ut nō occiderent̄. Hec oīa habet̄ Josue. 9°. Circa qua historiā q̄runt̄ duo. Et pmo vtrū isti gabaonite peccauerint in tot mēdaciis: ꝛ clarū est ꝙ sic fm oēs expositores sacre scripture: sup Josue. 9°. c°. ꝛ clare patet ex pcedentib⁹. Non eniꝫ licet dicere mendaciū: et pro salute corporis: tñ quia isti erant infideles: ꝛ venerāt ut se subderēt legi filiorum israel: ꝛ cultui: vt infra patebit: ꝛ fecerūt ad cōseruationē vite corporalis: ꝛ etiaꝫ spūalis: sunt fm quid excusabiles: nō tñ immunes oīo a peccato: qd̄ patet: ex eo ꝙ puniuit eos Josue in cesione: ꝛ portatione lignoꝝ: ꝛ aque.

Secundo querit̄: vtrū filij israel bñfecerint nō occidētes eos, ppter promissionē factā: ꝛ iuramēto firmatā. Et pmo arguit̄ triplici ꝙ debebant eos occidere. Fundamentū pmum est dei pceptio. Nam pceperat eis deus: ꝙ occiderēt oēs habitatores illi⁹ terre: ut habet̄. Numeri. 32°. itē ꝙ nō facerent fedus cū illis. Numeri. 33°. Et idō tale iuramentū factū cōtra dei pceptū: non debuit seruari: nec pmissio. d. c°. in malis. 22ª. q. 4ª. Scdo. q? iuramentū ꝛ pmissio fuit ꝯditionalis. scilicet ꝙ gabaonite nō erāt de habitatorib⁹ terre pmissionis: ergo nō debuit seruari deficiēte ꝯditione. Juramentū eniꝫ cōditionatuꝫ nō obligat nō existēte ꝯditōe. 32ª. q. 8ª. c°. nō solū. ꝛ ex̄. d cō. appo. c°. verum. Et ex̄ de iure iu. c°. puenit. el. 2°. vnde dicit senecā li°. d bñficijs. Qd̄ ad hoc: ut homo nō teneat̄ facere qd̄ pmisit: requiritur ꝙ oīa imutata pmaneāt. Tertio arguit̄. Nā gabaonite dolose: ꝛ mendacia eos deceperūt: ut patet Josue. 9°. Fra⁹ aūt ꝛ dolus alicui patrocinari nō debet. 30ª. q. pª. c°. dictū. ex̄. de rescrip. c°. ex tenore. In ꝯtrū est veritas. s. ꝙ debuerūt suare iuramētuꝫ ꝛ pmissionē filij israel: ut patet i. c°. inter cetera. §. sed cuꝫ his oib⁹. ꝛ in. c°. innocēs. 22ª. q. 4ª. ꝛ idē dicit Ambrosi⁹ in li°. de officijs. Et hoc tenent oēs doc. ecclesie: sup Josue. 9°. c°. ꝛ pbat̄ i littera dicti capli vbi dr̄. Jurauim⁹ eis in noīe dñi dei israel: ꝛ iccirco nō possum⁹ eos cōtingere: reseruent̄ ergo vt viuāt: ne ꝯtra nos ira dñi cōcitetur: si piurauerim⁹. Periuriū āt nō icurrit̄: nisi ex transgressione iuramēti obligatorij: nec ira dei cōcitatur: nisi ppter illud qd̄ est illicitū fieri: ergo iuramentū istud fuit seruādū. Et hoc triplici rōne. pmo q? gabaonite venerūt ad Josue: volētes cultui dei israel subijci: vt patꝫ ex v̄bis eoꝝ cū dixerūt. Venerūt serui tui in noīe dei tui: ex miraculis enim que audierāt fecisse deū pro filijs israel: crediderant ipsum esse verum deū celi ꝛ terre: ꝛ desiderauerunt ad fidem eius venire: per fedus ineundum cū filijs israel: ꝛ sic non soluꝫ venerūt ex timore: sed etiam ex amore dei: preceptum aūt dei de interfectione habitatorum terre: non vide

batur ɔtra eos currere: qꝛ datum erat ꝓpter maliciā: ⁊ obstinationē in malis habitantiū in terra illa: vnde Josue. xjº. cº. dicit̃ de obstinatis. Domini enim sniā fuerat: ut indurarent̃ corda eorū: ⁊ pugnarent cōtra israel ⁊ caderēt: ⁊ non mererentur vllā clementiam: ac perirent. Ex quo patet ꝙ gabaonite: meruerūt clementiā: nec currebat contra eos snīa dei. Scḋa ratio quare debuit hoc iuramentū seruari: est ex parte filiorum israel: licet enim Raab meretrici fecissent pactū exploratores: ꝙ saluaretur: ut habet̃ Josue scḋo: illud fuit pactū particulare: hoc aūt pactum: ⁊ iuramentum: quod fecerūt filij israel gabaonitis: fuit primum iuramentū comune: qḋ omnes filij israel fecerunt extraneis gentibus. Et ideo si fregissent hoc iuramentū: ⁊ promissionē: gabaonitas occidendo: fuisset diuulgatū per terras in circuitu: ⁊ reputati fuissent filij israel infideles: ⁊ iuramenti transgressores: in magnū scandalū illius populi ⁊ per consequēs in irreuerentiā: ⁊ blasphemiam dei: cuius dicebant̃ peculiaris populus a deo electus. Et ideo ad hoc vitandū: seruandū fuit iuramentū. Tertia ratio accipitur ex parte dei: q pronus est ad miserandū. ps̄. 144º. ⁊ ideo credēdū est: ꝙ Josue ex familiari consilio dei: mortē illorū corporalē: mutauit in ciuilem. Naꝫ seruitus morti comparatur. ff. de regu. iur. l. seruitutē. vt sic ð mendacijs suis punirent̃: ⁊ iuramentū seruaret̃: quod de morte corporali eis non inferenda intelligebatur. Et ꝙ dn̄s hanc sniam approbauerit: patet ex hoc: ꝙ Josue eundo ad pugnandum in subsidiū gabaonitarū dn̄s dixit ei. Jn manꝰ tuas tradidi illos. s. oppugnatores gabaonitarū: ut habetur Josue. xº. Jteꝫ patet per hoc ꝙ ꝓpter afflictionē iniustā gabaonitaꝝ factaꝫ p Saul: fames facta fuit in terra israel tribus annis: ⁊ septē viri de stirpe Saul fuerūt crucifixi: ad ꝑceptum dei: ut habet̃. scḋi. Regū. 21º. ⁊ ex his solutū est primū argumentū: de ꝑcepto dei. Ad scḋm arm. respondetur: ꝙ licet in locutione ꝑmaria: cū gabaonitis facta fuerit mētio: ⁊ interrogatio: si erant de terra promissionis: tn̄ in iuramēto nō fuit apposita aliqua ɔditio. Et dato ꝙ fuisset posita: tn̄ ex quo volebant credere in deū: ⁊ cultui eius se subijcere: debuerunt seruare iuramentū nō occidēdo eos: rationibus predictis. Ad tertiū dicendū: ꝙ fraꝰ ⁊ dolus proprie ordinat̃ ad malū finem. Mendacia aūt ⁊ fictiones gabaonitaꝝ: licet essent ma de se: tamē ordinabant̃ ab eis ad bonū finē. s. ad eorū salutem corporalē: ⁊ spūalem: vt patet ex predictis: ⁊ ideo nō debuerūt occidi ꝓpter hoc. Et hoc tenet glo. Augu. super Josue. 9º. ⁊. xº. cº. ⁊ Nicolaus de lira super Josue. 6º.

¶ Pars tertia de mendacij detestatione. R

Qantū sit detestabile mendaciū: patet discurrendo sacraꝫ scripturā. Nā Exodi. 23º. precipit deus dicens. Nō suscipies vocē mendacij: sed mendaciū fugies. Et Leui. 19º. scriptū est. Nō mētiemini: nec ꝙ decipiet vnusquisqꝫ proximū suū. ⁊ Job. 13º. dicitur. Nūqd indiget deus vr̄o mendacio: ut pro eo loqmur dolos? Et ps̄. xjº. dicit dauid. Diminute sunt veritates a filijs hoīuꝫ. ⁊ Prouer. 6º. dicit Salomō. Sex sunt q̄ odit dn̄s: ⁊ septimū detestatur aīa eius. s. oculos sublimes: ⁊ linguā mēdacem ⁊c. Et xº. eiusdē libri dicit. Qui mentitur mendacijs: hic pascit ventos. ⁊. 13º. cº. iteruꝫ ait. Verbū mendax iustus detestabit: impiꝰ aūt confundit: ⁊ ɔfundet̃. ⁊ Prouer. 19º. dicit. Princeps qui libenter audit verba mendacij: oēs ministros hꝫ impios. ⁊. 20. c. ad hec dicit. Opprobriū nequaꝫ in hoīe mendaciū: ⁊ in ore indisciplinatorū assidue erit. Et ecclesi. 20. dicit̃. Potior ē fur: q̄ assiduitas viri mendacis. Scriptū quoqꝫ est Ecclesiastici. 7º. Noli amare mendaciū. Prouer. eniꝫ 20. dicit Salomon. Mores hoīuꝫ: mendaciuꝫ sine honore. Sed heu: qꝛ verificatū est qḋ ꝓphetatum est Osee. 4º. cº. vbi dicit̃. Non ē veritas: nō est misericordia: nō est sciētia dei in terra. Nā maledictū homicidiuꝫ: furtū: ⁊ mendaciuꝫ: inundauerunt sup terram. Tu vero popule mi serua illḋ Ecclesiastici. 4º. cº. Nō cōtradicas verbo veritatis vllo mō. Dicit eniꝫ ideꝫ sapiens eiusdem libri 26º. Tres spēs odit aīa mea: pauperē superbū: diuitem mendacē: ⁊ senē fatuū: ⁊ insensatū. ⁊ Paulus ad Ephe. 4º. nos exhortatur dicēs. Deponentes mendaciū: loqmini veritatē vnusqsqꝫ cū proximo suo. ⁊ Jaco. 3º. dicit̃. Nolite mendaces esse aduersus veritatē. ⁊ ad Roma. 3º. dicit Paulꝰ. Est auteꝫ deus verax: omnis autem homo mendax: idest peccator ꝭm glo. Potest etiaꝫ itelligi ð mendacio false significationis: qꝛ si non cauemꝰ a multiloquio: faciliter incidemus in mendaciū. Prouer. xº. vbi dicitur. Jn multiloquio non deerit peccatum. Jtem cuꝫ deus sit veritas: nō possumus dicere veritatem: nisi auxilio dei: ⁊ ideo in quātum homines: sumus proni ad mendaciuꝫ. Ad Collo. quoqꝫ. 3º. cº. dicit ideꝫ aposto. Nolite mentiri inuicem. Scriptum est enim Apoc. 22º. Foris canes ⁊ venefici: ⁊ impudici: ⁊ idolis seruientes: ⁊ omnis qui amat: ⁊ facit mendacium. Mendax autē ideo dicitur veneficus: quia lingua eius est mortifera: sicut lingua aspidis: ⁊ draconis. Dicit enim auicena in libº. de venenis

animalibus q̄ quedā animalia habent linguas mortiferas propter maliciā: et venenositatem humoris in eis dn̄antis: sicut lingua serpentis: draconis: et canis rabidi. Cuius morsus est sūme venenosus: lingua autem aspidis q̄uis in corpore viuentis serpentis plena sit veneno mortifero: separata tamen a corpore: et desiccata: venenū si presens fuerit prodit. Nam in p̄sentia veneni sudorem prorumpere consueuit. Unde talis lingua vtilis: et proficua: īter thesauros regios reputat̄. Et similiter ad propositum nostrū dicere possumus: q̄ lingua mendax propter mortiferam maliciam in ea latentem: et dn̄antem: multos inficit: mordet: et occidit. Hec autem maledicta lingua instrumentum diaboli: et gladius iniquitatis: habens venenū aspidū insanabile: si per iudicem iusta pena extraheret̄: et amputaretur a viuēte teste falso: et adustione exiccaretur: propter exēplū iuste vindicte: multorū esset sanatiua. Sz q2 modo regentes fouent tales mendaces et defendūt: atq3 tributis deuicti extrahere: et desiccare eorum linguas negligūt: ideo tot mortifera: et īsanabilia vulnera innocentib9 infligere non metuunt. Sz licet quādoq3 nō puniant̄ ab homine: deus tamē vltor malor2: eos nō permittet impunitos: sed ad tartareos mittet cruciatus. Omnes etiam mēdaces eterna felicitate priuabit. Naz Apocali. 21°. dicitur. Non intrabit in ea. s. celesti hierl'z: aliqd cōquinatū: vel faciens abhominationē: vel mendacium. Non solū aūt ex sacra scriptura detestabile apparet mēdaciū: sz etiā ex iure canonico: vt habet̄ in. c°. mihi autem. et in. c°. incauti. et in. c°. omne. 22a. q. 2a. et i. c°. si qs. xj a. q. 3a. Jō Ambrosius in quodā s̄mone: et habetur i. c°. cauete. 22a. q. 2a. dicit. Cauete fratres mendaciū: q2 oēs qui amāt mēdaciū: filij diaboli sunt. Hieronym9 quoq3 c̄ Ruffinum ait. Pithagore p̄ceptū fuit: post deum veritatē colendā: que sola hoīes deo proximos facit. Tullius ēt in. tertio de officijs inquit. Tollendū est in rebus cōtrahendis omne mēdaciū. et Aristo. 4°. Ethi. ait. Uerax: laudādus est vbiq3: sed mēdax: vituperādus: Un̄ legit̄ in cronica de nugis philosophor2. c°. 28°. q̄ Aristotiles interrogatus quid fenoris acquirāt mendaces: inquit: vt quotiens vera loquant̄: nō credat̄ eis. ¶

Quāuis aūt sit verum quod dicit Terrētius in andria. c°. 3°. s. Hoc tpe: obsequiū amicos: veritas odiū parit. Tamē debemus seruare preceptū quod ponit autor libri: de formula honeste vite. c°. 2°. di. Nō recedas a vero. et c°. 5°. eiusdem libri inquit. Nihil tibi intersit an affirmes: an iures: de religiōe: ac fide agi scias: vbicūq3 de veritate tractatur ait eniz Isidorus in li°. 2°. Soliloquior2. c°. 34°. Omne mendaciū peccatū est neminē ergo mentiendo fallas: nec aliud loquaris: et aliud animo teneas: non aliud dicas: et aliō facias. Ad veritatē etiā dicendā: inducunt leges ciuiles: et ad seruanda que promissa sunt. Prio q̄ debeat dici veritas maxime in testimonijs proferendis: habetur in. l. eos. C. de probationibus. et in. l. et quia. ff. de interroga. actio. et in. l. nullū. C. d̄ testibus. et in. l. j. C. de libel. famo. et. C. de penis. l. decurione. ibi dicitur: q̄ dicens veritatez laudez maximam: et premium consequetur Gregorius quoq3 in pastorali. c°. 26°. inquit. Nihil est ad defendendum: puritate tutius: nihil ad dicendum veritate facilius: vnde scriptum est in. l. j. C. si vt se ab heredi. absti. q̄ fidei veritas: verborum adminicula non desiderat. Econtra vero est de falsitate: vnde Ricardus poeta in lib°. de nuptijs c°. 27°. dicit. Est labor in labijs mendacia composituris. Uera locuturis non labor vllus inest. Quāuis ergo verum sit quod inquit Cassidorus in lib°. de amicitia: scilicet q̄ plerunq3 molesta est veritas: tamen semper debemus veritatem dicere. Et debemus seruare illud quod ait quintilianus in lib°. declamationū: inquiens. Uiro forti presertiz et innocenti: nihil facere conuenit: quod negandum sit: et hoc inquit declamatione secūda qui iteruz ait declamatione. x a. Magis oderis mendacium: cū simile vero est. ¶ Montanarius rius quoq3 in luna celeri: contra mendacium inquit. ¶ Multis fidem: pauca adimunt mēdacia. Unde dicitur in comuni prouerbio. Else adiunge piu tosto il bosardo: chal zoppo. Et iterum dicitur. Le bosie hā curti [redacted] pedi. Ex quib9 apparet q̄ nō bene loquitur auctor libri: qui dicit̄ Pamphilus. c°. 3°. dicens. Crede q̄ interdum multis mendacia prosunt. Et quandoq3 nocet omīa vera loqui. Licet eniz mendacium prosit ad vtilitatem temporalem: tamen nocet quo ad eternam. Item male loquitur auctor libri: qui dicitur Facetus. c°. 2°. disti. Esto veridicus: falsum quandoq3 loquaris. Nam semper verum dicere credo nephas. Hec enim est falsa sentētia: vt patet ex precedentibus. ¶ Mendacia enim non solū eternaliter puniuntur: sed etiaz temporaliter per ius ciuile: vt habetur. ff. quod cum eo. l. sed etsi §. p°. et. ff. de probationi. l. cum de indebito. i glo. super verbo. indebiti. et. ff. ad. l. aquiliam. l. inde neratius. §. penultimo. et ibi glo. et. ff. de rei vendicatione. l. finali in glo. finali. et habetur. C. communia vtriusq3 iud. l. si cuz paterno. in glosa. 2a. et. ff. de fideiussoribus. l. si dubitetur. §. primo.

Et mēdaciū dolosū magis punit̄ q̄ per ignorantiam factum .ff. de acti. em. l. iulianus .§. quod aūt. i glosa. Unde dr̄ q̄ mēdacia nō debēt remanere impunita. ff. de his qui no. infa. l. debuit. ⁊ C. de accusationibus. l. accusationis. ⁊ ff. de rei ven. l. si. puniunt̄ quoq̄ mēdacia a deo per mortē corporalē: vt patuit de anania ⁊ saphira: qui mortui sunt propter mēdaciū: quib⁹ dixit Petr⁹ Actuum. 5°. Cur tentauit sathanas cor vestrū: mētiri spūi scō: ⁊c. ⁊ statim expirauerūt. Silr̄ Danielis. 13°. Duo senes qui falso accusauerūt susannam: propter falsū testimoniū lapidati sunt a populo. Prouer. 20. scriptum est. Suauis est homini panis mēdacij. s. in p̄senti: postea: idest: in alia vita: implebitur os eius calculo: idest durissima punitione.

Ad seruādas quoq̄ promissiones: ⁊ fidē datā exhortantur iura ciuilia: vñ. ff. de pac. l. i. in principio dr̄: qd̄ tā congruū est fidei humane: q̄ ea que inter eos placuerunt seruare. Et. ff. de consti. pecu. l. i. in p̄cipio scriptū est. Graue est fidē fallere: ⁊ in l. cum vēderē. ff. locati. dr̄. Bona fides exigit: vt id quod cōuenit fiat. ⁊. C. de nō numerata pecunia. l. generaliter. scriptū est. Nimis indignum esse iudicamus: quod quisq̄ sua voce dilucide protestatus est infirmare. Salomon quoq̄ Prouer. 28°. dicit. Uir fidelis multum laudabitur: ⁊ Tulius in. p°. de officijs. c°. x°. dicit. Fundamētū iustitie est fides: ac cōuētorū cōstantia: ⁊ veritas. ⁊ li°. 2°. eiusdē operis. c°. 3°. etiā inqt. Nulla res vehemētius rēpublicā p̄seruat: q̄ fides. Jō. Ouidi⁹ p°. de arte amādi inquit. Reddite depositū: pietas sua federa seruet. Nulla eni est maior hominis glia: q̄ in promissis firma fidelitas: hic nāq̄ magna laus: ac honor: ⁊ p̄cipua laudatō. O miserabilis moderna etas: ⁊ dolēda hoium cōditio: Ubi nūc xp̄ianorū fides: Ubi vicinorū fidelitas: Ubi mercatorū legalitas: Nūc his lachrymosis t̄pibus: nō nuda: nō solēnis promissio: non testes: nō iuramēta: nō libri: nō instrumēta valēt vt promissa attēdant̄. O infideles ⁊ p̄uerse aīe: p̄fecto vos estis deteriores paganis: qui vitā eternā nō expectabāt: ⁊ tamen potius q̄ fidē datam frangerēt morti se exposuerunt: sicut fecit Marcus attilius regulus: vt refert Tulius in. 3°. de officijs: ⁊ Ualerius li°. p°. ⁊ Aug. 5°. de ciui. dei. Sed ecōtra faciūt multi xp̄iani multa p̄mittētes: ⁊ nihil attendentes: ⁊ propter hoc procedit q̄ vn⁹ nō credit alteri. Ait eni Oratius: epistolarum li°. 2°. ep̄la. 2ª. Multa fidem promissa leuāt: ⁊ Ouidi⁹ in. 3°. de fastis ait.

Tarda venit dictis difficilisq̄ fides.

Et Cato in suis documētis: propter hoc inquit.

Rem tibi promissam: certam promittere noli.

Rara fides ideo quia multi multa loquunt̄.

Jdeo Jacobus beneuētanus. c°. 19°. sui libri inquit.

Si quid promissum fuerit tibi suscipe raptim.

Mens a proposito: nā resilire potest. Et. 20. c°. eiusdem operis dicit.

Qui spondent multa: soluere pauca solent: Et ibidem.

Quod dare nolueris: nulli spondebis amico.

Dedecet hoc cūctos: p̄cipueq̄ bonos.

Cū spondes aliquid: manus illico verba sequat̄.

Auget enim meritum: qui cito soluit idem.

Et Ric. in libr°. de nuptijs. c°. 37°. Quis bonus absq̄ fide. Jsti ergo qui nō seruant fidem: oībus sunt exosi. Ait eni Martialis cocus li°. vndiq̄ suscepto. c°. 2°.

Sponsio res vana: sponsio versatilis aura.

Noli spondēti fidere digne nimis. Et ideo versificator fabularū Esopi: fabula. 31ª. īquit.

Expedit in fido: nō irritare fidem.

⁊ Ouidius in li°. 4ª. de ponto: ep̄la. xª. exhortans ad fidelitatem seruandam ait.

Quis labor est: puram nō temerare fidem:

Sed fidelitatem istā raro habēt socij in regno vl dominatu. Ait eni Lucanus in. p°.

Nulla fides regni socijs: oīsq̄ potestas.

Jmpatiens cōsortis erit. Similiter li°. x°. ⁊ fi. idē inquit de militib⁹: in qb⁹ sepe īuenit̄ infidelitas.

Nulla fides: pietasq̄ viris qui castra sequuntur.

Uenalesq̄ man⁹: ibi fas vbi maxima merces.

Similiter auari habēt paucā fidelitatē: vñ Juuenalis li°. p°. satyra. 3ª. ait.

Quantum quisq̄ sua numorum seruat in archa.

Tātū habet ⁊ fidei. Sed de his infidelibus inueniūtur multi faciētes qd̄ inqt auctor in li°. de moribus medicorum: c°. 4°. di.

Cū dolet infirmus promittit p̄mia multa.

Cessat p̄missum: cum dolor ipse perit.

Nolite ergo vos ita facere: sed seruate illud quod īqt auctor i li°. de formula honeste vite. c°. 2°. di.

Cū p̄sideratōe p̄mitte: ⁊ pleni⁹ q̄ p̄miseris p̄sta.

Qd̄ intelligēdū est de reb⁹ honestis. Ait eni Ambro. li°. 3°. de officijs. c°. 12°. Unusq̄sq̄ nihil p̄mittat inhonestum: quod si p̄miserit: tollerabili⁹ est p̄missū nō facere: q̄ facere quod turpe sit. Jsido. quoq̄ in soliloquijs li°. 2°. c°. 35°. ait. Jn malis p̄missis rescinde fidē: impia eni est p̄missio: que scelere adimplet̄: ⁊ in. c°. 36°. eiusdē libri ait. Nō sis in verbis facilis: sed fac bonū qd̄ spopondisti. Qd̄ si ⁊ vos egeritis: coram deo ⁊ hominibus habebi-

tis gratiam in presenti vita: et in futuro gloriam sempiternam. Ad quam etc.

¶ Feria quinta post tertiam dominicam in .40ª. de 9° et 10° precepto decalogi. Sermo trigesimus.

Bona facite studia vestra. Jeremie 7°. et in epistola occurrentis b serie. dicit deus Jeremie .17°. Prauum est cor hominis et inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda: et probans renes: qui do vnicuique secundum opera sua. Quibus verbis reprobatur opinio quorundam qui dixerunt: quod demones cognoscunt cogitationes hominum: probantes per dictum Augu. 12°. sup Gen. ad litteram qui dicit. Ma li angeli cogitationes nouerunt: quia multa predicunt que non predicerent: si cogitationes non nouissent. Sed hec opinio falsa est secundum Bona. et Ric. in 2°. di. 8ª. Nam duplex est cognitio: vna certitudinis: et tali cognitione demones non possunt conscientiarum secreta rimari. Alia est cognitio coniecturalis: que est per aliquos motus: seu per aliqua signa exteriora: ex quibus coniecturaliter cognoscuntur interiora. l. naturalem. §. in his. ff. de acq. re. do. Et tali cognitione demones pronosticantur: et sepe loquuntur vera de interioribus cordis. Et ita intelligitur dictum Augu. vnde de cognitione certitudinis loquens idem Augu. in li°. de ecclesiasticis dogmatibus inquit. Internas cogitationes aio diabolum non videre certi sumus: multo autem minus potest vnus homo scire secreta cordis alterius. vnde Augu. in quodam sermone inquit. Nemo scit quid agatur in homine: nisi spiritus hominis qui in ipso est: vtrum autem angeli boni cognoscant secreta: licet Hermes in li°. quem fecit de quattuor materijs dixerit: quod sic: tamen in contrarium est veritas: vt probat Tho. in p°. parte summe. 57ª. et in 2°. scripto. di. 8ª. ar. 5°. et omnes theologi in 4°. sen. di. 8ª. vbi concludunt: quod cogitationes intrinsece cognoscuntur a solo deo: propria virtute. Ipsi enim nihil est absconditum: ut habetur ad Hebre. 4°. vbi dicitur. Omnia nuda et apta sunt oculis dei. Et p°. Joannis. 3°. dicitur. Maior est deus corde nostro: et omnia nouit. et 32ª. dist. c°. erubescant. scriptum est. Secretorum cognitor et iudex est deus. Job quoque sui libri. 42°. c°. ait deo. Scio quia omnia potes: et nulla te latet cogitatio. et Ecclesiastici. 7°. dicitur. Non te iustifices ante deum: quia agnitor cordis ipse est. Et psalmo. 13°. dicit. Dominus scit cogitationes hominum. et primi Paral. penul°. scribitur. Omnia corda scrutatur dominus: et vniuersas mentium cogitationes intelligit. Seneca etiam ad lucillum inquit. Quid prodest aliquid ab homine esse secretum? nihil deo clausum est: ipse cogitationibus nostris interuenit: sic interuenit dico: vt nunquam inde discedat. Ex quibus omnibus deprehendimus quanta sit illorum fatuitas: qui gaudent delinquentes ab hominibus non videri: nec cogitant deum omnium secretorum: omniumque cordium esse inspectorem. vnde et poeta Ouidius in .4°. Methamor. ait. Aspiciunt oculis superi mortalia iustis. Et ideo bene dicunt verba proposita. Bona facite. etc. Qua ex re in hoc sermone tractabimus de duobus vltimis preceptis decalogi: in quibus prohibetur voluntas animi inordinata: vnde duas tantum considerationes faciemus. Prima erit de nono precepto. Secunda erit de decimo

¶ Pars prima huius sermonis: vbi ponitur expositio noni precepti. K

Circa declarationem istorum preceptorum c arguunt quidam: quod male loquitur Aug. super illa verba psalmiste. Lex domini immaculata. vbi inquit. Lex scilicet vetus prohibet manum: non animum: quod expresse videtur falsum. Ex his duobus preceptis: in quibus prohibetur concupiscentia mala animi. Respondetur: secundum Alexandrum de ales in. 3ª. par [redacted] summe: in tractatu de. 9° et .10°. precepto. q. 4ª. et Petrum Joannis sup Matthei. 5°. c°. quod verum est legem etiam veterem prohibere malam concupiscentiam cordis: vnde dicit Aug. in li°. contra faustum: quod pene omnia que monuit: et docuit: siue precepit xps: inueniuntur etiam in veteribus libris. Sed quia non bene intelligebant iudei: aperuit illa dominus in euangelio: quod est supabundans ipsi legi in generalitate prohibendi: et expressione: et sic. Aug. verba intelliguntur: vbi supra: videlicet quod lex non prohibet ita expresse: et clare: omnes malas cordis concupiscentias: nec eas ita stricte reprimit: sicut euangelium. Non autem concupiscentia animi mala prohibeatur a lege veteri: declarat Apostolus ad Ro. 7°. di. Concupiscentiam nesciebam esse peccatum: nisi lex diceret. Non concupisces: et Eccl. 13°. dicit sapiens. Fili post concupiscentias tuas non eas: non solum sunt per legem: sed etiam per paganos prohibita est concupiscentia: vnde Arist. 2°. Poli. c°. 4°. inquit. Magis oportet concupiscentias regulare: quam substantias: et Oratius in epistolis inquit. Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. et Tulius in arte veteri li°. p°. in prohemio ait. Ceca et temeraria est: dominatrix animi cupiditas. Jo. Ouidius in p°. de remedio amoris dicit. Damnosas homines non concupiscere curas. Concludendum est ergo quod concupiscentie male animi: mala que cogitationes: multum deo displicent. vnde Prouer. 15°. dicitur. Abhominatio domini cogitationes male. Et Sapientie primo dicitur. Peruerse cogitationes separant a deo. et Prouer. 6°. scriptum est. Deus odit cor machinans cogitationes pessimas: et Esaie p°. inquit deus. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et. 55°. c°. eiusdem libri dicit. Derelinquat impius vias suas: et vir iniquus cogitationes suas: et Jeremie. 4°. c°. iterum. Aliquis ait quo morabuntur in

te cogitatiōes noxie: ⁊ Zacharie pº. ait. Conuerti
mini de vijs v̄ris: ⁊ cogitationibꝰ v̄ris pessimis.
⁊ Math. 9º. dixit christus phariseis. Quid co-
gitatis mala in cordibꝰ v̄ris. L

Sed sciendum est ſm Tho. in .2º. sententia.
distin. 39ª. 2º. arº. ⁊ in. 4º. di. 9ª. articulo. 4º.
⁊. pª. 2º. q. 75ª. ar. 8º. ⁊ Alex. de ales in scda pte sū
me: in tractatu ꝺ diuisionibꝰ peccati: ꝙ triplex ē
cogitatio. Una ē nature: qn̄ qs cogitat ea ad q̄ na
turaliter inclinat̄: vt si qs sitiens cogitat de potu:
aut grauatꝰ sōno: cogitat de dormitione: ⁊ hmōi
⁊ in talibꝰ cogitationibꝰ nō est peccatū: qꝛ ex his
que isunt a natura: nec laudamur: nec vitupera-
mur. 2º. Ethi. Scda cogitatio dr̄ grē: cuz qs co-
gitat benefacere: ⁊ hec est bona ⁊ meritoria cogi-
tatio: ⁊ infundit̄ a deo in aīa nr̄a: ut inqt Augu.
i liº. de pdestiātōe sanctoꝝ. Tertia cogitatio ē cul
pe: qn̄ qs cogitat de peccato aliquo: ⁊ hoc pōt fie
ri aliqn̄ meritorie: ut cuz qs cogitat peccata sua:
vt de ipsis cōterat̄: ⁊ doleat: sicut faciebat Ezechi
as: dicens illḋ qḋ habet̄ Esaie. 38º. cº. Recogita
bo tibi oēs ānos meos: i amaritudīe aīe mee. Si
militer est meritoria talis cogitatio: qn̄ habēs pre
dicare: vl̄ ꝯfessiones audire: ꝺ peccatis cogitat: ut
cognoscat q̄lia sint: mortalia: ul̄ venalia: ut postea
possit ea detestari: vel punire. Aliquādo cogitatio
peccati ē veniale peccatū: qn̄ qs cogitat de illis: cū
aliq̄li delectatione: non tn̄ ex ꝓposito: nec ex delibe
ratione: sꝫ potiꝰ ex quadā surreptiōe: nō enim est
tūc peccatū mortale: sꝫ veniale tm̄: ut dicit Alex.
de ales in. 3ª. pte sūme: sup hoc pcepto. ⁊ Augu.
sup Gene. Nō solū [illegible] ē peccatū veniale cogitatio
talis cū aliq̄li sensualitate: sꝫ ēt q̄libet tentatio car
nis: cū eiꝰ cōmotiōe: ſm magr̄m i. 2º. di. 21ª. ⁊ ibi
dn̄s Bona. in qōnibus lr̄alibꝰ. Qn̄qꝫ aūt tal' co
gitatio: ē peccatuz mortale: ut qn̄ qs cogitat talia
peccata: cū ꝯsensu deliberato: ⁊ delectatiōe: ac cō-
placentia peccati mortalis. Et q̄uis nō sequat̄
actꝰ: tn̄ volūtas deprauat̄: ⁊ maculat̄ interiꝰ: vn̄
dicit glo. sup Leui. 15º. Cogitatiōes: ⁊ delectatio-
nes: q̄uis nō cōpleant̄: apḋ deū p factis habēt̄:
⁊ puniūt̄: ppea graue piculū iminet his: q nullā
ꝯsciāz sibi faciūt de cogitatiōibꝰ turpibꝰ: ⁊ imū-
dis. Jccirco ſuādū ē illḋ Hiero. ꝯsiliū ad Deme
triadē virginē di. Oiuz opuz: ⁊ cogitatōuz tuaꝝ:
speculatorē tuū deū crede. Jō caue: neqd loq̄ris
aut cogites: qḋ oclōs diuīe maiestatis offēdat. M

Ut aūt possitis noxias cogitationes declina-
re: aliq̄ vob remedia tradē volo. Primū er
go remediuz est exercitatio: aut in lectiōe: aut in
orōne: aut in corporali occupatōe: vn̄ Hierony.
ad Saluinā scribēs inqt. Semp in manibꝰ tuis
diuina sit lectio: ⁊ tā crebre orōnes: ut oīum cogi
tationū sagitte: qbꝰ adolescētia pcuti solet: huiꝰ
cemodi clippeo repellāt̄. Et idē ad rusticū mōa
chū: ⁊ habet̄. de ꝯse. di. 5ª. cº. nunq̄. dicit. Semp
aliqd boni facito: ut diabolꝰ te īueniat occupatū.
Et ad Demetriadē virginē iterū ait. Nec iō tibi
ab ope cessanduz est: qꝛ deo ꝓpitio nulla re indi-
ges: sꝫ iō cū oībus laborādū: ut p occasionē opis
nil aliud cogites: nisi qḋ ad dn̄i ptinet ſuitutem.
Dicit quoqꝫ Ric. in. 4º. sen. di. 26ª. ar. 3º. q. 2ª. ꝙ
morbus carnalis ꝯcupiscētie: efficatiꝰ pōt tēpera
ri p exercitiū meditationū: ⁊ affectionū spūaliuꝫ:
⁊ degustationē celestiū: ac macerationē corporis
q̄ per matrimonialē cōcubitū. Qḋ aūt tentatōes
carnales p orōnez superent̄: probat̄ p dcm̄ salua
toris Math. 17º. Hoc genꝰ demonioꝝ nō eij-
citur: nisi orōne ⁊ ieiunio. Scdꝫ remediū est eui-
tatio. pº. verboꝝ ociosoꝝ: ait eni aposto. pº. Cor.
15º. Corrūpūt bonos mores: colloqa mala. Uñ
metrice ait motanarius [illegible] luna celeri. cº. 16º. di.
Turpia sinceros corrūpunt famia mores. ⁊ Ari
sto. 7º. Poli. ait. Exēplo dicere de facili qḋcūqꝫ
turpiū: fit ⁊ ipsuz facere. Hierony. quoqꝫ in Epi
taphio sancte Paule dicit. Jmmundcia: vel tur
pe verbū: atqꝫ lasciuiū: nūq̄ est de ore xp̄iani ꝓ-
ferenduz: qbus signis: libidinosus aīus ōnditur.
Jsochrates ēt in exhortationibꝰ suis inqt. cº. 2º.
Que nephas est agere: eadez neqꝫ fari bonū exi
stimes. Et auctor libri de formula honeste vite
3º. cº. inqt. A verbis turpibꝰ abstineto: qꝛ licētia
eorū impudentiā nutrit. Auctor quoqꝫ libri qui
dr̄ facetꝰ. cº. 2º. ait. Maxia rusticitas: turpia ver
ba loq. Scdo debēt euitari auditōes reꝝ turpiū.
Ait eni Jsidorus. liº. 2º. soliloquioꝝ. cº. 31º Facile
agit̄ qḋ libēter audit̄. Uñ seneca ad lucillū eplaꝝ
liº. 19º. epla. 8ª. inqt. Ubicūqꝫ videris orōnez cor
ruptā placere: ibi quoqꝫ ⁊ mores a recto destitisse
nō erit dubiū. Tertio euitari dꝫ occasio tentatio-
nis: ⁊ male cogitatōis: ut ē ispectio. Ait eni Oui
dius liº. 2º. de reme. amoris. Non facile est visa
thaurū retinere iuuēca. Fortis equꝰ visa semper
adurit eq̄. Jtē colloquutio: ⁊ frequētatio: cū psōis
ex qbus pōt oriri mala cogitatio: ⁊ missio mune-
rū: atqꝫ cohabitatō. vn̄ Geñ. 19º. dicit deꝰ Loth.
Nō stes in oī loco circa regionē: sꝫ i mōte saluū
te fac. Tertiū remediū pncipale: ē refrenatio sen-
sualis tm̄: iuxta illud aposto. pº. Cori. 9º. Castigo
corpꝰ meū: ⁊ i ſuitutē redigo: ne forte cū alijs pdi
cauerīꝫ: ipse reprobꝰ efficiar. Quarto remediuz ē
repulsio cogitationū i pmo motu. Ait eni Hiero.
ad Eustochiū. Nolo sinas cogitatiōes crescere.
Nihil i te babiloniciū: vl̄ ꝯfusiōis adolescat: ni

paru⁹ est hostis interfice: ne qñ a ellidat i semie: q2 cũ ipossibile ẽ in sensu hoĩs nõ irruere motum medullarũ calore. Ille laudat: ille p̃dicat beat⁹: q statim: n: cepint iterficit cogitat⁹ et allidit eos ad petrã: petra aũt erat Christus. N

SCiendũ ergo: q̄ representatões diabolice rerũ turpiũ: q̄s nob submittit inimic⁹: nõ coinquinãt aĩaz nr̃az si nob displiceãt. Ait eniz Gre. in moralib⁹. Cogitatio q̄ñtũcũq3 imũda sit: nũq̄ mentẽ polluit: cũ rõ nõ cõsentit. Et põt intelligi de pollutõe peccati mortal: q2 nũq̄ ẽ peccatum mortale: nisi quis cõsentiat expsse: vel iterpretati ue: ut īfra videbit. Si ṽo sensualitas aliqualr̃ delectet̃ ex illa: ⁊ nõ fiat debita resistẽtia: est solũ veniale peccatũ: cũ rõ nõ consentit: si ṽo fiat debita resistẽtia: ⁊ oĩno displiceat: nõ est aliqd̃ peccatuz. de peni. di. 2ª. §. ecõtra. Nõ eni est in ptãte nr̃a tenere: ne demones nobis faciãt tales rep̃ntatões: vt inqt Augu. in li°. 2°. ꝯ iulianuz. Et iõ beatus Egidius soci⁹ beati Francisci dicebat: q̄ sicut nõ põt teneri vent⁹: ita nec rep̃ntationes diabolice. Sꝫ opꝫ nos eẽ sollicitos ad eas eijciẽdũ: ut iquit Augu. i s̃mone d̃ cogitationibus. Et ad hoc exhortat̃ nos sapiẽs Prouer. 4°. di. Omni custodia ⁊ diligẽtia: s̃ua cor tuũ. De corde eni exeũt cogitationes male: ⁊ oĩa facinora: ut inqt saluator Matth. 15°. Jõ dĩ de ꝯse. dist. 5ª. c°. nihil. Nihil pdest homini ieiunare: ⁊ orare: ac alia bona facere: nisi mens ab iniqtate reuocet̃: ⁊ Sap. p°. c°. dĩ. In cogitationib⁹ impij erit iterrogatio. i. i die iudicij. Si aũt fortes fuerim⁹ pugnãdo ꝯ diabolũ: ⁊ resistẽdo cogitationib⁹ malis: maximũ p̃miũ ꝯseq̄mur Jaco. eni p°. c°. scriptũ est. Beat⁹ vir q suffert tentationẽ. i. fortiter ꝯ eã pugnat: qm̃ cũ p̃batus fuerit accipiet coronã vite: quã repromisit deus diligentibus. O

SEd iã ad meliorẽ declarationẽ h⁹ p̃cepti veniam⁹. Sciẽdũ ẽ s̃m Alex. de ales in. 3ª. pte sũme: sup hoc p̃cepto: ⁊ Ric. s̃m i. 3°. di. 40ª. ar. p°. q. 3ª. Qd̃ ista duo vltia p̃cepta decalogi. s. Nõ cõcupisces vxorẽ pximi tui. Et nõ ꝯcupisces rez pximi tui: q̄ hñtur Exodi. 20. q̄uis sint vnũ peccati: cũ peccatis sexti: ⁊ septimi p̃cepti: referendo singula singul̃: q̄ñtũ ad radicẽ: idest ad libidinẽ: ⁊ itẽtionẽ. Duo tñ sũt in effectu deordinatiõis. Jõ sicut sexto p̃cepto, decalogi p̃hibet̃ actus exterior mechie: ita p̃cepto nono, p̃hibet̃ act⁹ interior ꝯcupiscẽtie: put ẽ in ꝯsensu rõis: put aũt ẽ i p̃mo motu. s. suggestione: vel delectatõe, p̃hibet̃: nõ simplr̃ sed s̃ꝫ qd. Simil̃r sicut septimo p̃cepto decalogi: p̃hibet̃ act⁹ exterior furãdi: ita decimo p̃hibetur oĩs cõcupiscentia inordinata rei aliene cũ consensu rõnis: vt aũt meli⁹ intelligat̃ p̃hibitio hui⁹ noni p̃cepti. s. nõ concupisces vxorẽ pximi tui: sciendũ ẽ s̃ꝫ Alex. d̃ ales vbi. s̃. ⁊ sanctũ Bona. i. 3°. s̃e. di. 40ª. q̄ põt expõi tripl̃r p̃io. Nõ ꝯcupisces scilicet actiue: ⁊ ita referẽ ad mulierẽ: sicut ad virum: sꝫ locutio facta fuit viro: q2 ẽ caput mulieris pᵉ. Corin. xi°. ⁊ in. c°. cuz caput. 32ª. q. 5ª. ⁊. c°. duo pueri. de desponsa. impu. Et hoc preceptum de nõ desiderando peccatũ luxurie cõmittere: confirmat saluator Matthei. 5°. fortius loquens: ⁊ dicens. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendam eã: iaz mechatus est eam in corde suo. Sup que verba inqt Augu. non ait: q cõcupierit: sꝫ qui viderit ad cõcupiscendum: idest ex hoc fine attendit: ut eã cõcupiscat. Hoc eniz est plene cõsentire libidini. Ex quib⁹ cõcluditur: q̄ non solũ peccat mortaliter: qui aspicit cũ mala intẽtione peccãdi: sed qui aspicit: vt possit cõcupiscere. Et hoc cuz consensu rõnis facit. Sciendũ quoq3 s̃m Alexã. de ales vbi. s̃. q̄ visus accipit̃ hic pro omni motu: qui est ad delectationẽ luxurie. Et non solum corporalis: sed ẽt interior: qui est in ꝯcupiscentia s̃m Bedã sup Mattheũ: ⁊ s̃m hãc expositionẽ: videre ad cõcupiscendũ est intẽdere: seu cõsentire quocũq3 mõ ad luxuriã. Et iõ non solũ intelligitur de visu oculorũ corporaliũ: sed ẽt de visione cogitationis. Et ita itelligitur qd̃ dicit Chrisosto. sup Mattheũ inquiẽs. Qui oculis incõtinẽtib⁹ aspexerit mulierẽ: mechus est cõpletus. Et illud Treno. 3°. Oculus me⁹ depredatus est aĩaz meã: ⁊ Job. 31°. Pepigi fed⁹ cũ oculis meis: ut nec q dem cogitarẽ de virgine. Ubi inqt Grego. Non licet intueri: quod non licet concupiscere. Scd̃z enim Alex. de ales vbi. s̃. oĩa predicta hñt intelligi: qñ exteriori visui: vel iteriori rep̃ntationi: ꝯiuncta est intẽtio: siue ꝯsensus mechãdi. Que oĩa cõfirmat glo. ordinaria ibidem dicẽs. Qui viderit mulierẽ ad ꝯcupiscẽdã eã: idest ut trãseat i affectũ cordis: ut facere disponat: vbi nõ deest volũtas: sꝫ facultas. Sciẽdũ quoq3 q̄ tal̃ peccati ẽ ꝯcupiscẽtia: q̄lis spẽi ẽ ip̃m pctm̃ qd̃ desiderat̃ cõmitti. Ait eni Ambro. i li°. d̃ officijs: q̄ itẽtio opi nomẽ iponit. Qui g° desiderat pctm̃ sodomiticũ ꝯmittere dicet̃ sodomiaz. Et q ꝯcupiscit ꝯmitẽ pctm̃ ꝯ ꝯiugata: adulteriũ mẽtale ꝯmittit. Et d̃ singul̃ spẽbus luxurie. Et iõ opꝫ specifice ꝯsiteri tales cõcupiscẽtias: cũ d̃bitis circũstãtijs: qñ fuerũt cũ deliberatõe: ⁊ cũ ꝯsensu rõnis. Nã totiẽs peccauit mortal̃r: q̄tiẽs talia ꝯcupiuit: fact̃ aliqb⁹ iterual̃lis. Sꝫ si ṽsat̃ ꝯtinue i tali desiderio: p spaciuz tẽporis: erit solũ vnũ pctm̃ mortale: sꝫ tãto grauius quanto diutius in eo perseuerat. Itez si mutaret

cogitationē de vna psona ad aliā: vel de vna spe cie ad aliam speciem: etiam cum eadem psona: sē per de nouo peccaret mortaliter. Unde si centum mulieres videret vnam post aliam: & singulatim eas deliberate concupisceret ad peccatum: centies mortaliter peccaret. Sed si vna cogitatione omēs appeteret: vnum solum peccatum mortale esset: hñs i se tot pcōꝝ dformitatē: quot mlieres ɔcupi uit. Faciunt ad hec notata per Joan. an. in regula delictum. de reg. iu. li°. 6°. in mercu. & que notant. ff. ad. l. aqui. l. illud & ff. de priuat. delict. l. ij. Cōfir māt etiā predicta: videlicet q totiēs peccat mor taliter: quotiens desideratur committi hoc pecca tum: quia voluntas pro facto reputat. de pen. di. p^a. c°. periculose. & c°. in quacūqz. & c°. cōuertimi ni. Unde glosa super illud. dixi confitebor. &c. inqt Uoluntas pro operatione reputatur. P

SEcundo exponitur hoc preceptum: nō con cupisces: scilicet passiue: quasi dicat. Nō ap e tas desiderari sicut multi faciūt: qui licet alios nō concupiscant: tamē volunt ab alijs concupisci: & ideo se lauāt: & adornāt ad hunc finem: sicut mul [illegible] mulieres faciunt his nostris temporibus: cau sam ruine multis dantes: cōtra quas dicit Apo stolus. 2°. Cor. 6°. Nemini dantes vllam offensio nem. Et saluator noster Matth. 18°. Ueh mūdo a scandalis: & ibidē inqt. Ueh homini illi: per quē scandalū venit. Et iterū. Si oculus tuus scanda lizat te: & si manus tua: vel pes tuus scandalizat te: erue eum & proijce abs te. Pro quorum decla ratione sciendum: q duplex est scandalum: fm Thom. 2^a. 2^e. q. 43^a. & Ricardū in. 4°. di. 38^a. vide licet scandalum passiuum: & scandalum actiuū. Scandalum passiuum est: quando aliquis scan dalizatur sine ratione: & ei nō dat aliqua occasio scandali. Et tunc taut quis scandalizatur ex mali cia: volens impedire bonum. Et hoc est scandalū phariseorum: qui scandalizabantur de doctrina xpi: & tale scandalum est contemnendum. Unde saluator nō curans de scandalo phariseorum: di xit Matthei. 15°. Ceci sunt: & duces cecorum. Si vero tales qui scandalizantur passiue: nō faciūt hoc propter maliciam: sed ex ignorantia: vel infir mitate: & huiusmodi: dicitur scandalum pusilloꝝ & tunc distinguēdū est fm Tho. vbi supra: quia aut scandalizant de his que sunt necessaria ad sa lutem: que non possunt dimitti sine peccato morta li. Et manifestum est: q nullus debet peccare mor taliter: vt alterius peccatum impediat: quia qui libet plus tenet sibi: q̄ꝫ alteri. Et ideo ea que sunt de necessitate salutis: pretermitti non debent, ppter scandalum vitandum. Et hoc est quod dicitur i c°. qui scandalizauerit. de regu. iur. Utilius scāda lum nasci permittitur: q̄ꝫ q veritas relinquatur. Si autem sunt bona que non sunt de necessitate salutis: q̄uis de se sint spiritualia: si possunt dimit ti sine peccato: ad vitandum scandalum pusilloꝝ debēt dimitti vel saltē īmitti vsqz ad tps: & hoc sē dū ē oīno: & talis dimittens: vel intermittens ppter scādalū vitādū: meretur equale premium: vel ma ius: q̄ꝫ si fecisset tale opus: vt iquit Ricardus no ster vbi supra. ar°. vl°. q. 2^a. Et ideo inquit Apo stolus. p^e. Cor. 8°. Si esca scandalizat fratrē me um: non manducabo carnes in eternū. Fac. c^m vt constitueretur. 50^a. di. Et notandū: q talia bo na sunt occultanda: vel differenda quousqz ostē sum fuerit probabiliter proximo scandalizato: q non habet causam scandalum accipiendi. Si au tem ille post redditam rationem: perseueret in sca dalo: iam non videbitur ex ignorantia hoc facere sed potius ex malicia. Et ideo propter ipsum nō sunt talia bona dimittenda: vt inquit Tho. & Ri cardus vbi supra. Et hoc etiam habetur in sum ma confessorum. li°. 3°. ti°. 30. q. 5^a. Scandalū aūt actiuum est: quando aliquis propter aliquod ma lefactum: scandalizat proximū: vnde Tho. 2^a. 2^e. q. 43^a. & glosa ordinaria super Matthei. 18°. c°. & Nicolaus de lira supr ps°. 49°. diffiniūt scādalū dicentes: q est dictum: vl factū: vel minus rectū prebens alteri occasionem ruine. Et de hoc loqui tur saluator vbi supra dicens. Ueh homini illi p quem scandalum venit. Quando eniꝫ actiue [illegible] dalizamus proximum de peccato mortali: morta liter peccamus: vt inquit. Tho. vbi supra. Et habe tur in summa confes. codeꝫ li°. & ti°. q. 2^a. & ideo d bemus ab omni specie mali abstinere: ne scanda lizemus proximum: vt dicitur p^e. ad Thesalo. vl° & in c°. cum ab omni. extra de vita: & hone. cle. q autē scandalizantes proximum valde sint puniē di: potest pbari per similitudinem que habetur. Exodi. 21°. vbi dicitur. Si quis foderit cisternaꝫ & nō cooperuerit eam: & ceciderit in ea bos: vel asinus: dominus cisterne reddet pciū iumento rum. Super que verba dicit Chriso. cōtra mulie res lasciuas: & vanas: multas animas iterficiētes ex eaꝫ ornatu. Mulier si se ornauerit: & ad se ocu los hoīum puocauerit: & si plagam nullā intulle rit: vindictam tamē dabit extremā: venenū enim obtulit: & si nullus inuentus est qui biberit. Ex q bus oib⁹ patet expositio scda huius pcepti. s. nō concupisces: idest: nō appetas ɔcupisci. Q

TErtio & vltimo exponit Nō ɔcupisces: idest nō facies tibi imaginationes luxuriosas: in cis ex deliberatione delectationē capiēdo. Mul

enim sunt qui nolunt cócupiscere:nec có cupisci
sed tñ in turpib⁹ cogitationib⁹ luxurie volût dele
ctari.Et ió sciédû est:q tales semp peccât morta
liter:si psistét psésû in delectatóe cogitatóis carnalis:
licz nó intenderét vllo modo puenire ad actuz: ut
inquit Durádus in súma.li°.p°.parte.8ª.tit.de
luxuria.q.20ª.vnde dicit Augu.12°.de trini.Nó
ppter peccata cogitationis:etiá sine volútate per/
ficiendi:sed cum volútate oblectádi:totus homo
dánabit.Idem tenet Magister sen.in.2°.distin.
24ª.ꝛ ibi sanct⁹ Bona.in.2ª.parte.art°.2°.q.2ª.
ꝛ Ric.ibidem.q.penul.ꝛ Alex.de ales in.2ª.par/
te súme:in tractatu de peccato in gñali: ꝛ beatus
Tho.2ª.2e.q.154ª.ꝛ pª.2e.q.74ª.ar°.8°. Et ite/
rum in questionib⁹ disputatis de veritate.q.15ª.
Et idem tenet Alde.ut habet in súma cófes.lib°.
3°.titu.34°.q.271ª.Si vo quis nó cósentiat de/
liberate:nec peccato:nec etiá delectationi carnalis
peccati:sed tñ morose pmanet in cogitationibus
carnalib⁹:ꝛ nó reijcit eas:licz glo.sup Mat.5°.c°
ꝛ quidá alij doctores dicát:hoc esse veniale pecca/
tû: ꝛ idem teneat beat⁹ Tho.Tñ sanctus Bona.
in.2°.di.24ª.ponit duplicem csensum.s.expssuz
ꝛ interpretatiû:vnde dicit:q nó soluz est mortale
peccatû:qñ ratio cósensit expresse peccato carnali
vel eius delectationi in cogitatóe:sed etiá qñ ho/
mo cósentit iterpretatiue:licz nó expresse:dum ne
gligit repmere cogitationé:aíaduertens piculum
retente cogitatóis:ná ipse sibi est causa discrimi
nis:qd nó pót esse absqz cótemptu ppe salutis:
Et ideo dicit:q talia faciés:debet cófiteri sicut de
mortali.Alex.quoqz de ales in .2ª.parte súme:ex
presse asserit cogitationé carnalem morosam:esse
peccatû mortale:qñ homo non vult eam reijcere:
cum possit. Sicut quis peccaret mortalr:si vide/
ret regulû:vel aliû serpenté venenosum:venire ad
eum iterficiédum:ꝛ pmitteret ad eû venire:ꝛ nó
fugeret:nec resistentiá faceret:Quis nó esset có/
tent⁹ occidi ab illo serpéte:tñ peccaret mortaliter
tanqз suipsius homicida. Ergo ita in proposito
Scriptû est eniz Eccl.21°.c°. Quasi a facie colu
bri fuge peccatum.Et hec sufficiant pro pma par
te nostri sermonis.

¶ Pars secúda hui⁹ sermonis:in qua declarat
decimû ꝛ vltimû pceptum decalogi.

Recúdo breuiter pro declaratione vlti/
mi pcepti.s.nó cócupisces rem primi
tui.Sciédum est:sm oés theologos in
3°.di.40ª.ꝛ ibi sanct⁹ Bona.in qstio/
nib⁹:circa lram:q nó solum in hoc precepto p/
hibet cócupiscentia inordinata rerû tpalium:ut
domus: vel pecunie:sed etiam cuiuscuqз alterius
rei.Et intelligit:q nó debeat qs cócupiscere:alie
num:manés alienû:vel cótra iuris ordinem:hoc
est:ut quis nó vellit primum dánificari: ppter su
am vtilitaté:nam tunc nó diligit primum:sicut
seipsû.Unde in hoc pcepto prohibet ois cócupi/
scétia inordinata alicui⁹ rei: ꝛ auaricia:ꝛ immo/
deratus appetit⁹ habédi:maxime cû dáno proxi
mi.Et ideo peccat qs mortaliter: quádo habet ta/
lé dliberationé:vñ Prouer.xj°.ꝛ.16°.c°.dr.Ma
nus in manu nó est inocés man⁹:quia licet ma/
n⁹ in manu teneat:vt siqs actualiter nó furetur:
abstinédo nó ppter deû:sed pp suspédiû: ꝛ pená:
nó est innocés:imo peccat mortaliter ppter aua/
riciam:appetendo cótra diuiná iustitiam. Simi
liter quádo qs appeteret diuitias ad malum finé
puta ad luxuriam:inané gloriá:vel gulaz: sicut di
ues ille qui splédide epulabatur Luce. 16°.face/
ret contra hoc preceptum . Ité quicûqз desiderat
habere aliquid modo illicito: ꝛ prohibito: morta/
le est:ꝛ talis concupiscentia est eiusdem speciei :
cuius est peccatum quo desiderauit acquirere:
quia si desiderauit occulte tollere: est furtum. Si
violenter:est rapina:si rem sacram:est sacrilegiuz
et sic de alijs. Ité si cuz aliquis abstulit aliqd ali/
cui:vel damnificauerit in aliquo etiaz minimo:de
siderauit tollere quid magnum:mortaliter pecca/
uit cótra hoc preceptum:vt sepe cótigit mercato/
ribus:ꝛ artificibus:qui plus se decipere cupiûtqз
actu decipiant.Cótra quos inqt Augu.in lib°.de
vera inocétia.c°.167°.Oés praue cupiditates sût
porte inferi:per quas in mortem itur. Et ió o dile
ctissimi ciues:dimittite hác pessimá cupiditaté:scri
ptû é eni.47ª.dic .c°.bonorû. Bonorû auctori i
herere nó possum⁹:nisi cupiditaté que radix é oi
um malor abscidam⁹ . Ex predictis popule mi
hñisti declaratioé oium pceptoruz decalogi. Et
ideo vobis dicit de⁹.Leuit.19°.c° .Leges meas
ꝛ vniuersa pcepta mea custodite.Quod si feceri/
tis ad vitá peruenietis eterná .Ad quá.ꝛc.

¶ Feria sexta post tertiam dñicá in quadragesi/
ma:de contritione.Sermo trigesimusprim⁹.

Sa mihi bibere.Joánis.4°.ꝛ i euá
gelio occurrentis ferie.Dicit salua
tor Luc.13°.oibus peccatoribus.
Nisi penitétiá habueritis: oés simul
peribitis. Penitétia aût est qdaz
doloris vídicta:semp puniés in se
qd dolet cómisisse:vt iqt Aug.i li°.de pe.ꝛ ó pe.di.
3ª.c°.penitétia.el.p°.Magr aût sé.i.4°. di .14ª.
dicit. Penitétia é vt⁹:vel gra:q cómissa peccata
cû emédatiois pposito plágim⁹:vel odim⁹: ꝛ plá
géda iterû cómitti nolum⁹.Damascen⁹ etiá in/

gt. Pñia ē ab eo qđ ē ꝯ nãz:ad id qđ ē ƀꝫ nãz in
uersio. Glosa vero super illud Matthei.3°. Pe/
nitentiã agite:ait. Penitētia est correctio male vo
luntatis: ⁊ Ambrosi⁹ in ƀmone quadragesime in/
quit. Penitētia est dolor cordis: ⁊ amaritudo aīe
pro malis q̄ ɋlꝫ cōmisit. Et in eodē ƀmone etiā
dicit. Pñia ē mala p̄terita plãgē: ⁊ plãgēda iterū
nō ꝯmitē:tñ sūptiue ī pe.di.3ª.c°.pñia.el.2°.cū q̄
ꝯcordat Gre.g iqt. Penitē ē añacta pccã flē: ⁊
flēda iterū nō ꝑpetrare.de pe. di.3ª.c°.in estiuum
ver.penitētiã.Et idē in substãtia ponit.Aug.in li°
de ecclesiasticis dogmatib⁹.Verū qr inqt Aristot.
in.p°.Elēcorū.in.6°.Topicoruꝫ ⁊.7°.Metha.
ꝙ vnius rei tñ debet esse vna diffinitio.Ideo sci
endū ƀm Alexan.de ales in. 4ª. parte summe.in
tractatu de penitētia in generali:ꝙ iste descriptio/
nes pñie:dãt ƀꝫ diuersas ꝯditōēs vel relatōēs:vñ
poti⁹ sunt diffinitiones ƀm effect⁹: q̄ꝫ ƀm essentiã
que etiaꝫ ponunt in summa confes.li°.3°.ti°.34°
q.pª.ƀm aūt essentiam: videtur sic posse diffiniri.
Penitētia ē vnū de sacramētis ecclie: q̊ bñ dispo
sitis semp remittūt peccata: ꝓbat.extra de sūma
trini.⁊ fi.ca.c°.p°.§. sacramētū.vbi dr.Et si post
susceptionē baptismi:quisquã ꝓlapsus fuerit in
peccatū:ꝑ verã potest semp penitētiã reparari.¶
Secūdū autē magistrū sent.in.4°.di.16ª., ac
Tho.⁊ Petrū de pau.ibidē: ⁊ Ricarduꝫ no
strum ea.di.ar°.p°.q.pª.partes integrales peni/
tētie sunt tres.s.contritio cordis:cōfessio oris: ⁊ sa
tisfactio operis:quas etiaꝫ ponit Ray.in summa
in ti°.de pen.§.16°.Et ponunt in summa confes.
eo.li°.⁊ ti°.q.16ª.quas ponit Chriso.in. c°. perfe/
cta.de pe.di.3ª.dicens. Perfecta penitentia cogit
peccatorē oīa libenter sufferre. In corde eñi debet
esse cōtritio:in ore confessio :in opere tota humili
tas:hec est fructifera penitētia: ⁊ Aug.in li°.đ pe.
Et habetur de pe.di.pª.in.c°.nō sufficit .ait. Nō
sufficit mores in melius mutare : ⁊ a preteritis
malis recedē:nisi ēt de his q̄ facta sunt: satisfaciat
dño ꝑ pñie lamēta vel dolorē:ꝑ humilitatꝭ gemi
tū:ꝑ ꝯtriti cordis sacrificiū:cooperãtib⁹ elemosynis
⁊ ieiuniis:hec ille. Nō eñi sufficit ꝙ quis dimit/
tat peccata nisi satisfaciat:sicut ostēdit Gre.in pa/
storali ꝑ tria exēpla. Primū ē:q ꝛ si qs litteris: vel
īstrumētꝭ:falsũ scripserit:ñ sufficit ꝙ vlteri⁹ ñ scri
bat:nisi ēt qđ male scripsit deleat. Pctã āt nostra
corã deo a nob scripta sūt iuxta illđ Iere.17°. Pec
catū iuda scriptū ē stilo ferreo ī vngue adamātio:
⁊ exaratā sup latitudinē cordis eorū. Nō igit suf
ficit vt quis amplius nō peccet:nisi qđ male fecit
per cōtritionem: ⁊ lachrymas deleat:dicēs cū psal
mista. Lauabo per singulas noctes lectum meuꝫ
lachrymis meis stratū meū rigabo. Secūdū exē/
plū est. Nam si aliquis alicui blasphemias dixerit
nō sufficit ꝙ vlteri⁹ nō dicat:nisi de his que male
dixit satisfaciat. Quādo aūt quis peccat:tunc deū
blasphemat:iuxta illud ad Roma.3°. Nomen dei
per vos blasphemat:non ergo sufficit ꝙ peccator
ab his blasphemiis de cetero caueat: nisi de his q̄
male egit coram deo se reprehendat: ⁊ penitentiã
agat dicēs :cū beato Job sui libri.41°.c°. Idcirco
ipse me reprehēdo: ⁊ ago penitētiã: in fauilla ⁊ ci
nere. Tertium exemplum est:quia debitor nō ab/
soluitur a debitis que ꝯtraxit: ꝓ eo ꝙ alia nō mul
tiplicat:nisi ea q̄ ꝯxit ꝑsoluat. Pctã āt nrã sunt
debita erga deum:iuxta illud psalmiste. Decli/
nantes autem in obligationes : ⁊ ideo quotidie
eum rogamus dicētes. Dimitte nobis debita nrã
Matthei.6°. Non sufficit ergo alia debita : idest
peccata nō multiplicare:nisi studeam⁹ de preteri/
tis plenarie per penitentiã satisfacere. Prima au
tem pars penitētie:est cōtritio:quã diffiniūt oēs
theo.in.4°.sen.di.17ª.dicētes. Contritio est dolor
pro peccatis volūtarie asūptus:cū proposito cōfi
tēdi: ⁊ satisfaciēdi . Que etiã diffinitio ponitur in
sūma cōfes.li°.3°.ti°.34°.q.17ª.ad quã exhortat
dñs Ezechielis.18° .ostendens se dimissurū pec/
cata:oībus ꝯtritionē habētib⁹:dicēs. Quacunq̄
hora ingemuerit peccator: oīum iniquitatum eius
quas operatus fuerat:nō recordabor. In euãge/
lio quoq̄ hodierno postulat saluator aquam con
tritionis ad bibenduꝫ:in verbis propositis:de qua
contritiōe tres ꝯsideratiōes faciem⁹. Prima di
cet necessitatis:secūda diuersitatis:tertia vtilitatis

¶ Pars prima de cōtritionis necessitate.

Quod sine contritione peccatorum com
missorum:nō possit qs saluꝰ esse: ⁊ diui
nã gratiã recipere: ꝓbat rationib⁹:au/
ctoritatib⁹: ⁊ exēplis. Prīa rō dr oppo
sitiōis. Fūdamētū cui⁹ ponit Philo.in li°.de ge
ge.p̄n.di. Oē corruptibile simplr:corrūpit ꝑ actio
nē sui ꝯrii:pꝫ hec regla. Nã frig⁹ ñ corrūpit nisi ꝑ
calorē:dñte Philo.4°.Meth. Quecūq̄ a frigi
do ꝯponūt sicut glacies: ⁊ nix: a calido dissoluūt.
ꝑpea.2°.Ethi.dr. Medicīe sēper hñt fieri ꝑ ꝯria
Vbi ēt hēt ꝙ vt⁹: ⁊ viciū:ex eisdē causis ꝯrio mō
accepꝭ gñant ⁊ corrūpūt:q̊ p̄supposito: pctō:qđ
pctūm ī aīa itrauit: ⁊ clarū ē ꝙ ꝑ cōplacētiã ⁊ dle
ctationē alicui⁹ rei illicite: dñte Philo.x°.Ethi.
Delectatō tenet operãtē ī ope. Cū g° displicētia ⁊
tristitia sit ꝯria delectatōi ⁊ cōplacētie:vt iqt Ari.
8°. Eth.g°.pctū qđ itrauit ī aīaꝫ ꝑ dlectatōē ⁊ ac
ꝯplacētiã: vt di i.c°.nō ē.15ª.q.pª.nō poterit rei
ci: ⁊ expelli đ aīa:nisi ꝑ displicētiã: ⁊ ꝯtritionē:q ꝛ si
vnū ē cã alicui⁹ oppositū ē cã oppositi p° Post.⁊
9°.Meth. Itē oīs res per q̄scūq̄ causas nascit

per easdē: et dissoluit.c°.p°.de reg.iur. Et nihil est tam nāle: q̄ vnumquodq3 dissolui: eo vinculo quo ligatum est.l.nihil.ff.de reg.iur. Si ergo vis esse saluus: et in gr̄a dei: necesse est te per ↄtritionez eijcere de aia omne mortale peccatū: cuz gr̄a dei: nō possit stare in aia: in tali peccato existente: ut p̄bāt oēs theologi: in p°.di.17ᵃ.et Tho.2ᵃ.2ᵉ.q.132ᵃ.art.3°. Scd̄a ratio dr̄ btīficatiōis. Clarum est eni: q̄ q̄libet aia rōnalis deuz videre appetit: in quo simpliciter btītudo ↄsistit: dicēte Aug.13°.d̄ tri.c°.8° Ad appetēdā btītudinē: q̄ in clara dei visiōe cōsistit natura nos cōpellit. Quo p̄supposito: tunc sic arguo: fm̄ Frā.de mai.in tractatu de magdalena. Illud ē simpl'r necessariū: sine q̄ finis hr̄i nō pōt: vanū est ergo oē qd̄ suū nō attigit finē.3°.Phi. Cum igit̄ felicitas: que est vltimus finis hoīs: fm̄ oēs theologos in.4°.disti.49ᵃ.et etiam hr̄ in p°. Ethi.sine gr̄a dei hr̄i nō possit. Gr̄a autez dei nō hr̄: nisi per ↄtritionē pctōꝝ: ut s̄.patuit: ergo ↄtritio est necessaria ad salutē: et corroborat̄ hec rō [illegible] illud qd̄ dicit Chri.in.c°.nō pōt.de pe.di.pᵃ. Nō pōt qs gr̄am vite celestis accipe: nisi purgatus fuerit ab omni labe peccati. X

Et q̄ hoc sit veruz probat̄ fundamēto: qd̄ posuit Tho.et Comētator super.3°.d̄ aia di. Sēsus nō decipitur circa ꝓpriuz obiectum: seruatis debitis circūstātijs: que sunt dispositio organi: dispositio obiecti: et dispositio medij: pz hec regula Nam ad hoc q̄ potētia visiua aliquod obiectuz cōprehēdat: utputa aliquam imaginē: vel figurā tria requirunt̄: vz q̄ oculus sit sanus: et nō cecus vel turbidus. Item q̄ imago [illegible] propinqua: et nō valde remota ab oc'lo: et q̄ medietas aeris sit clara: et lucida: et nō tenebrosa: inter potētiam visiuā et ipsum obiectū: seu ipsam imaginē. Quib⁹ presuppositis: dico a filij: q̄ ad hoc ut aia deum videat: tria sunt necessaria: vz q̄ oculi aie: qui sunt intellect⁹: et voluntas: sint sani: et nō infirmi: idest q̄ intellect⁹ careat omni falsitate: et heresi: et volūtas careat omni iordinato amore. Siliter oportet q̄ obiectum ipsi⁹ aie: qd̄ est deus: fm̄ Ric.in.4°.di.49ᵃ.ar°.2°.q.6ᵃ.et Tho.pᵃ.2ᵉ.q.3ᵃ.arti.8°.sit ipsi aie ꝓpinquum: per ↄformitatem volūtatis: et nō remotuz. Item q̄ inter aiaz: et deū: sit quoddā medium lucidū: et splēdidum: qd̄ est gr̄a creata: qua mediāte: aia deū videre possit. Nō si deficiat vna de predictis dispositionib⁹: impossibile est q̄ aia deum videat. O maledicte peccator quero a te: si tu habes istas tres dispositiones. Primo vtrum oculi aie tue sint mūdi? Et respōdeo illud Eccl. 47°. Dedisti maculā glie tue: tota enim est maculata peccatis: et vicijs. Et pōt dici de te illud Treno.4°. Denigrata est super carbones facies eius. Scd̄o quero a te: nunqd̄ tu sis propinquus deo obiecto aie tue? et dico: q̄ deus a te est lōge. Lōge est enim de⁹ ab impijs: ut dicit ꝓpheta. Ait enim Aug.in li°.de natura boni. Peccatū est recessus ab incōmutabili bono. Tertio quero a te: vtrum mediū inter aiam tuā: et deum: sit lucidū? et respōdeo: q̄ est tenebrosissimuz. Et verificatū est illud Tren.4°. Mutat⁹ est in tenebrā color optimus s.aie tue: et Tren.3°. Opposuisti tibi nubem.s.peccati: et nō trāsiuit oratio. Cum igit̄ dicat Augu. ut recitat Magister in p°.sen.di.2ᵃ. Sūmuz bonum: solū a purgatissimis oculis cernit̄. Ergo o peccatores purgate oculos mentis v̄re: ab oībus vicijs per ↄtritionem: Et lauate maculas aie vestre per gemituz: et lachrymas: iuxta illud Esa.p° Lauamini: mūdi estote. Ait eni saluator Mat.5°. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deum videbunt. Si ergo vultis ad vitā eternam puenire: ad quā nihil ingnatum intrabit Apoc.penul. Sed soluz ille qui inuenief sine macula ps̄°.14°. Oportet per verā cōtritionem: et lachrymationē: vel saltem gemitū cordis purificari aias vestras: ab oībus inquinationib⁹ peccati: et cōsequenter sanctificari. Aqua enim expiatiōis scīficat Numeri.31°. Sicut ergo ministri mense p̄ncipum: ante ministrationis offm̄ lauant̄: et ab omni immūdicia se expurgāt: alioquin abhorrent eos dn̄i videntes immūdos. Ita nos fideles: qui sumus ministri xp̄i: q: intrātes ecclīam accedimus ad mensam altaris: vbi ipse cōuiuium parauit. Sibi enim ministramus oōnes: et petitiones nostras. Si loti sum⁹: et mūdi: recipit nos libenter: si x̄o immūdi: et fedi fuerim⁹: nos repellit. Esa.65°. Recede a me non appropinques mihi: q: immūdus es. Et iō ante quam vadamus ante eum: debemus abijcere vestes immūdas: et loti aqua lachrymarū: accedere ad exercēdum ministeriū nostrum. Et facit figura Exo.40.vbi deus precepit Moysi di. Applicabis filios Aaron ad fores tabernaculi testimonij: et lotos aqua: indues vestib⁹ sanctis: ut ministrent mihi. Moyses enim figurat predicatorem diuini verbi: qui est executor: et prōūciator mādatoꝝ dei. Per filios autem Aaron: significatur fideles Christi: quib⁹ predicator suadere debet: ut veniētes ad ostium tabnaculi: idest ad penitētiam: que est eterne vite porta: studeant per [illegible] tionem lachrymaꝝ: oēs peccati sordes detergere: et veste cādida a sacerdote per absolutionem vestiti: audacter ad mensam dn̄i accedant: et ei propinent laudes debitas: atq3 gratiaruz actiones. Et sic pulchri: ac placidi apparebunt in ↄspectu dei

etiam si p̄mo fuissent multis peccatoꝝ sordib⁹ in/
uoluti. Ait enim Petrus rauēnas. Quis in secu
lo peccauit enormius Paulo? Quis in religiōe
grauius Petro? Illi tñ per lachrymaruȝ penitē/
tiam meruerūt cōsequi: nō solum ministeriū: sed
etiā magisteriū sanctitatis: hec ille. Sicut ergo sū
me execrabilis est graui morbo laborās: ⁊ cogno
scens medicinā suo morbo necessariā: si illam nō
exercet. Nullus enim ei cōpatieť: si ipse nō com
patiť sibiipsi. Ita valde reprehēsibilis est peccator
laborās mortalis peccati egritudine: si peccatū nō
defleat: cognoscens illaȝ posse sanari: ⁊ mūdari la
chrymis cōpūctionis: ⁊ penitentie: put exēplari/
ter videť per illā similes: ⁊ maiores peccatores: fu
isse mūdatos: sicut patuit de Petro: de quo Am
bro. sup Lucam. Et tāgiť in. c°. petrus. de penitē.
di. p^a. ait. Lachrymas Petri lego: satisfactiōem
nō lego. Sed qđ defendi non pōt: ablui pōt. Fle/
uit amare: ut lachryme lauarēt delictuȝ. Et nihi/
lominus peccatum Petri maximū fuit: q2 Chri
stū negauit. Debemus ergo ⁊ nos ad lachrymaꝝ
aquas accedere: ⁊ oium peccatoꝝ nr̄oruȝ memo
res existētes: lachrymas per singula effundere. Et
sic purgabiť: ⁊ mūdabiť aia nostra. Et huius fi/
gura habeť: quarti Re. 5°. vbi legiť: q Naaman
syrus leprosus existens: a puella israel serua vxo
ris: sue suasus iuit ad Heliseuȝ in samariam. Et
precepto illi⁹ descēdit in iordanem: ⁊ septies ibi/
dem lotus mūdatus est: ⁊ restituta est caro eius:
sicut caro pueri paruuli. Naaman eniȝ leprosus
denotat peccatorē: qui peccati lepra pcussus: eijciť
de sanctoꝝ cōsortio. Habet tamē puellā seruaȝ ex
hierusalē: per quam significať cōscia oia videns.
Interpretať enim hierusalē: videns deum. Hec
nāq3 suadet dn̄e sue: idest aie: ut ipse Naaman:
idest peccator cōmotus ad cōtritionē3. Naaman
enim interpretať cōmotio mea: pgat in samariā
idest ad ɔfessionem: per quam homo ɔiūgiť deo.
Samaria enim iterpretať: cōiunctio dn̄o: ⁊ acce
dat ad pphetā Heliseuȝ: qui interpretať de⁹ me/
us: ⁊ denotat sacerdotē gerētem vicem dei: sup cō
fessione peccatoris. Et ad monita eius pro pecca
tis suis doleat: lachrymasq3 effundat septies: id ē
per septem capitalia vicia discurrēdo: ⁊ pro illis
gemēdo: ⁊ sic aia ei⁹ innocētie restitueť: per ipsas
lachrymas: ⁊ ɔfessionem renouata: vnde Greg.
xj°. Mora. ait. Qui nescit lugere: qđ grauat: pro
ferre nō valet: qđ subleuat. Vox cōpunctiōis po
ros apit cordis: ⁊ pēnas virtutū fundit. Cūq3 se
studiose mens de pterita vetustate redarguit: ala
cri nouitate iuuenescit. Tertia ratio: qua pbatur
necessitas cōtritionis: diciť cōpassionis. Cum. n.
de peccatis primoꝝ: teneamur hēre displicētiam.
Ait enim glo. sup illa vba p^e. ad Cor. 12°. Si qd
patiť vnū mēbrum: cōpatiunť ei oia mēbra. Si
si doleas de peccatis primoꝝ tuoꝝ: nunq3 gaude
bis: de remissione petōꝝ tuoꝝ. Et ideo dicit Da/
uid ps°. 18°. Ab alienis parce seruo tuo: vñ dn̄s
Iesus: ut hř Luc. 19°. Videns ciuitatē: idest aiā
peccatricē: s̄m spūalem expositionē: fleuit sup eā.
Ex quo demōstrať: q quilibet debet cōpati: ⁊ do/
lere de peccatis primi: ut iquit Ambro. in li°. de of/
fi. ⁊. 86^a. di. c°. nō satis. lȝ hic dolor non possit p/
prie dici cōtritio: s̄m Tho. in. 4°. di. 17^a. art. 2°. q.
5^a. Ergo a fortiori: qlibet debet hēre displicētiaȝ de
peccatis pprijs. Ait enim Arist. 9°. Ethi. Amica
bilia que sunt ad alterū: veniunt ex amicabilib⁹
que p̄us sunt ad seip̄m. Et ideo dī Eccl. 30. Mi
serere aie tue: placens deo. Quarta ratio dī exclu
sionis: sic. Si rex ex modico defectu excluderet fi
liū suū a curia sua. Ergo a fortiori: excluderet ser
uū ignobilē: per illā regulaȝ. Si de quo minus: er
go ⁊ de quo magis. 2°. Topi. Quo p̄supposito: pe
to: an deus excluderet a celesti curia oēs noueȝ or
dines angeloꝝ: ⁊ oēs pūarchas: pphetas: aplos:
martyres: virgines: ⁊ ɔfessores: necnō ⁊ beataȝ v
ginem Mariā: si cōmitteret: vel solum vnuȝ pec
catū veniale? Et certum est: q sic: dicēte Augusti
no: in li°. d vero cultu. Et si oēs sancti mūdi sint i
cōspectu dei: tamē si vel minimum: ac leue pecca/
tum: etiā a nobis factū: eis nō displiceret: statim
ex impio diuine iustitie: oēs de celo ruerent: ⁊ oēȝ
gliaȝ: quā possidēt amitterent: hec ille. Nō si sic est
quomodo possibile est: q peccator consequať glo
riā celestem: ⁊ ingrediať regnū eternū: cuȝ macu/
la peccati mortalis: que in infinitū est grauior: ac
peior: cūctis peccatis venialib⁹? ut iqt Ric. in. 4°.
di. 16^a. art. 2°. q. 2^a. Qui etiam [illegible] eadē di. ɔcludit
q si qs cētum mille annis staret cū cōplacētia so
li⁹ culpe venialis: cētum mille annis staret: q non
posset videre faciem dei. Ergo multo magis: si nō
hēret displicētiam peccati mortalis. Quinta ratio
dī fructificationis. Videmus eniȝ: q illa terra ef/
ficiť sterilis: ad quam non pōt aqua irrigationis
deduci. Et ibi pdiť labor culture: q2 nō fruct⁹ vti/
[illegible] pducit: sed tribulos: ⁊ spinas: que nō egēt hu
mido. Et si interduȝ fructuosas arbores pducit:
efficiunť siluestres: ⁊ fructus earuȝ inutiles sunt
agrestes: ⁊ sine dulcedine. Et similiter aia nostra
sine aqua lachrymarū: ex cōpunctione est res in/
fructuosa: germinās: ac producēs punctiones pec
catoꝝ: ⁊ malarū cogitationuȝ. Et si interduȝ pro
ducit fructus bone cogitationis: non perueniunt
ad debite maturationis effectum. Quia ad pro/

minum patrie eterne nó attingunt:sed ad mêdici/
tatem remburtionis terrene. Huius autem figu/
ra habetur pri. Reg.p°.vbi legitur:ꝙ helcana ha
bebat duas vxores:quaruȝ vna erat sterilis.s.an/
na. Altera vero fecũda.s.fenenna. Festo autem sa
crificij adueniẽte:dedit ipse helchana vxori sue fe
nenne:⁊ filijs eius:ac filiabus:portionem optimã
Anne vero tristis vnam partem dedit debileȝ:eo
ꝙ nó habebat filios. Quod anna vidẽs accessit
ad templum:vbi multum lachrymata est añ deũ
Et ibi narrãs causam sui doloris sacerdoti heli:
ab ipso sacerdote accepit sobolis promissionem.
Que postmodum cócepit de viro suo :⁊ peperit
Samuelẽ prophetã domini. Unde ipsa gaudens
fecit canticum illud. Exultauit cor meuȝ in domi
no.⁊c. Spiritualiter enĩ per helcanã qui interpre
tatᷣ possessio domini:denotatur Christus:in quo
consistit possessio beatitudinis nostre. Nam in ip
so est humanitas:⁊ diuinitas:quas homo in pr̃ia
possidebit. Habet autem duplicem vxorem.s.ani
maȝ iusti:⁊ peccatoris:quas ambas sibi in baptis
mo despõsauit. Sed vna earum est fecunda:scili
cet anima iusti:que producit cõtinue merita deo
grata. Et ideo optimam a deo pre omnibus acci/
pit portionẽ:quia eterne beatitudinis premia cõ
sequetur:⁊ nihilominus recipit in presenti diui/
nam gratiam. Sterili vero:idest anime peccatrici
⁊ impenitẽti:ac carẽti lachrymis cõtritionis. Tri
stis:hoc est iratus dat miseram portioneȝ:quia bo
na temporalia tm̃. Unde anna que interpreta
tur ima:quasi deiecta. Ad seipsam rediens:⁊ cõ
siderans miserie sue statum : merore cordis in/
trinsecus sauciata:lachrymas multas coraȝ deo
ex compunctione effundit. Et sacerdoti:siue con/
fessori narrato angustie casu:idest culpa:meretur
concipere:⁊ parere Samueleȝ prophetam domi/
ni. Samuel enĩ iterp̃tatᷣ exauditio gr̃e dñi. Quia
ipsa aĩa ob sterilitatis caliginẽ:prius obnubilata
post lachrymarum effusionẽ:fit lucida:⁊ iocunda
atq̃ȝ fecunda. Ait enĩ Chriso.super Mattheum.
Nemo ad deuȝ aliquando flens accessit:qui nó
quod postulauit acceperit. Nullus ab eo dolẽter
beneficia optauit:qui nó impetrauerit. Ipse eniȝ
cõsolatur flẽtes:curat merore languẽtes:⁊ penitẽ
tes iformat:hec ille. Et Thobie.3°. Sarra filia Ra
guelis dixit deo. Post lachrymationẽ ⁊ fletum
exultationẽ infundis. Quia ergo aqua lachryma
rum:est necessaria agro cordis nr̃i:quia sine ipsa
efficitur sterile:⁊ infecũdum. Ideo dauid dicebat
deo in p̃sona peccatoris nó cõtriti:ps°.142°. Ani
ma mea sicut terra sine aqua tibi.s.est sine fructu
boni operis. Ea propter quilibet cognoscẽs se ha
bere cor aridum ad lachrymas:debet eas a dño po
stulare:⁊ ip̃etrabit. Sicut fecit ille:cui suadebat
sacerdos:ut ploraret peccata sua. Qui respondit
se nó posse flere. Cum aũt sacerdos ei diceret:ꝙ
peteret lachrymas a deo:⁊ impetraret eas. Ille vo
cauit notarium coram testibꝰ:⁊ dixit ei. Faciatis
mihi instrumẽtum publicuȝ. Et isti sint testes:ꝙ
instãter a deo lachrymas postulo. Et statiȝ in ma
ximas lachrymas ꝓrupit:inter quas spũm emi/
sit:⁊ saluus factus est. Si igitur ipsa gr̃a lachry/
marum nó habetᷣ:debet a deo precibꝰ impetrari.
Cuius figura habetᷣ Iosue.15°.vbi dicitᷣ:ꝙ sua/
dẽte Othonielle Asse vxori sue:ut apud pr̃eȝ suũ
ꝯquereretᷣ:ꝙ habebat possessionem arẽtem:⁊ cõ
sequẽter sterilem. Caleph pater eius dedit illi ir/
riguum supius:⁊ inferius. Othoniel enim qui in
terpretatᷣ signum:denotat rationis iudiciuȝ:sup
signati dei lumine:iuxta illud psalmi quarti. Si
gnatum est sup nos lumẽ vultus tui domine.⁊c.
Hoc aũt rationis iudicium suadet aĩe:siue volũ
tati:di. Ecce cor nostrũ aridum est. Suade patri
tuo:idest Christo:ut aliud tibi cõmutet. Caleph
enim interp̃tatᷣ omne cor. Et denotat Christum:
qui est oĩum cordiũ inuestigator. Ad ipsum igitᷣ
si clamabis:dabit tibi irriguum supius:⁊ inferi/
us. Supius:per ꝯtemplationẽ celestiũ. Et inferi/
us:per meditationem gehẽne. Unde ab vtroq̃ȝ
irriguo:deducentur lachrymarum aque:irrigan
tes cor nostrũ:⁊ ad fructus penitẽtie fecũdantes.
De quo inquit Grego. in registro. Irriguuȝ supe
rius accipit anima:cuȝ lachrymis regni celestis
desiderio affligitur. Irriguum ꝟo inferius acci/
pit:cum inferni supplicia flendo pertimescit:hec
ille. Hos igitur riuulos supplicãtibus nobis da/
bit deus:quibus duricies cordis nostri mutabi/
tur in molliciem. Ait enim ipse dominꝰ Ezechie.
36°. Auferam a vobis cor lapideum:⁊ dabo vo/
bis cor carneum. Sexta ratio sillis precedenti:dr̃
destructionis. Uidemus enim:ꝙ quando terra
multo tempore stat sine pluuia:vermes:⁊ serpen
tes multiplicantur:in tãtũ ꝙ semina destruunt:
⁊ aer ex hoc inficitur. Sed magna tũc subseque/
te pluuia:vermes:⁊ serpẽtes moriũtur:⁊ aer pu/
rificatur:pestisq̃ȝ:ac infectio remouetur. Et pro/
pter hoc propheta inquit psalmo.67°. Pluuiaȝ
volũtariam segregabis deus hereditati tue. Que
verba spiritualiter intelligũtur de pluuia volun/
taria lachrymarum ex cõtritione:que est necessa
ria anime peccatrici. Si enim multum stet sine
ipsa pluuia:crescunt in ea vermes:⁊ immũdicie
voluptatum. Serpẽtesq̃ȝ auaricie:⁊ cupiditatũ.
Ac infectio superbie:⁊ iniquitatuȝ:⁊ cetera vicia

ĩ tātū destruētia semĩa nascētia bonorū operū ⁊ co
gitationū: ꝙ ipsa aĩa tota inficit: ⁊ q̊dāmō mar/
cescit. Et ideo necessaria pluuia lachrymaꝝ ad re
parādū tātis malis. Cuiꝰ figura habet Geñ. 6°.
Ubi legit: ꝙ terra erat tota corrupta intātū ꝙ di/
xit deꝰ. Penitet me fecisse hoīem. Igit missuz est
magnū diluuiū aquaruz: ⁊ extincta est vniuersa
caro que erat super terrā. Et remāsit archa super
aquas: in qua saluate sunt octo ꝑsone. Et positus
est arcus in fedus: ⁊ a colūba portata est oliua vi/
rēs in archā. Spūaliter enī per terrā īfectā: intellit
hō terrenis ōditꝰ: qui deū aggrauare dr voluptā
tatibꝰ ⁊ peccatis: vñ inqt illi Esa. 43°. Prebuisti
mihi laborē in iniqtatibꝰ tuis. Et tāta īfectio cre
scit ex corruptione tali peccatorū: ꝙ nisi vnda la/
chryme ītercedat: nō remanebit in aīa qcq̄ boni
Sed si celitus mittat ad cor diluuiū lachrymaꝝ
extiguet oīs caro: idest carnalis affectꝰ. Et deꝰ re/
cōciliabit: atq̄ arcū sue ire reuoluet: vt nō possit
nos ꝑcutere: chorda ipsiꝰ arcꝰ: versus terrā posita
Et remanebūt octo btitudines viue in aīa: que re
munerabunt: de qbꝰ dr Mat. 5°. Bti mūdo cor
de. ⁊c. Et colūba: idest gīa dei: portabit oliuā virē/
tē: idest pacē aīe: ⁊ ꝯsciētie trāqllitatē: vñ Chriso.
sup Mattheū inqt. Sicut post vehemētes hym/
bres: aer mūdus ⁊ purus efficit. Ita post lachry/
marū pluuias: serenitas mētis cōsequit: atq̄ trā/
qlitas. Septima ratio dr peregrinationis. Peri
culosū enī est itinerātibꝰ vias inaquosas ꝑagere.
Nā itineris labore: mēbris interioribꝰ calefactis
si hō priuet potꝰ bñficio: est in periculo non par/
uo. Vñ cū talē qs patit sitiz: īuēto fōte ad illū ma
gna alacritate declinat: ⁊ refocilatꝰ: totꝰ īcedit hi/
laris vias suas. Spiritualiter: oēs sumꝰ viatores
tēdētes ad terminū vite nr̄e. s. ad mortē: per quaz
speramꝰ ad vitā feliciorē ꝑuenire. Sed in hac via
pñtis vite: ꝓp estū iugis tētationis diaboli succen
dunt sepe mēbra īteriora aīe per cōsēsū: ⁊ nisi hoc
īcēdiū vnda lachrymarū extiguat: lāguet aīa. Sz
refocilata dulcedine lachrymarū: hilariter ꝑgit ꝑ
viā timoris dei: quousq̄ ꝑueniat ad regnū cōso/
lationis eterne: que diligētibꝰ deū ꝓmissa est. Et fi
gura huiꝰ habet Exo. 17°. Ubi legit: ꝙ sitientem
populū isrl: Moyses ꝑcussa petra Oreb: potauit
aqua latissima. Et postmodū debellato Amalech
ꝑuenit ad mōtē synai: vbi cū deo facie ad faciem
locutꝰ est. Per Moysē enī qui iterꝑtat assūptꝰ
de aquis: ītelligit fidelis xp̄i: qui ex aq̄s baptismi
a deo assumit in filiū adoptionis. Tēdit nāq̄ iste
cū pp̄lo aīe sue: ⁊ corporis: idest cū oībꝰ viribus ⁊
sensibꝰ suis ad terrā ꝓmissionis: idest ad eternaz
glīam nobis ꝓmissā: ⁊ a xp̄o acqsitā. Uenit igitur

in Oreb: qui interpretatur siccitas: quia trāseūtes
vitā ꝑsētē: necesse est iterdū callidi hostis tētationi
bus extuare. Tūc autez petra percutit virga: ⁊ flu
unt aque: qbꝰ populus confortatur: quādo com/
punctionis lachrymas emittit. Unde totus forti/
ficatꝰ: strenue bellādo superat Amalech: idest dia
bolū. Et hilaris ac gaudēs peruenit ad montez sy
nai: qui iterꝑtatur celsitudo: per quē bene sublimi
tas celestis denotat. Ubi deus loquitur anime la
chrymāti benigne: ac se illi prebet in premiū. Qui
prius ei suum prebuerat auxilium: lachrymaruz
efficacia prouocatus: ⁊ quasi coactus: lachryme
enim loquuntur cuz deo: ⁊ eius gratias impetrāt
vñ Ecclesiastici. 35°. dicitur. Non despiciet ꝓces
pupilli: nec viduaz si effundat loquelā gemitus.
Lachryme enim vidue a maxilla eius ascendūt
vsq̄ ad celū: ⁊ dñs exauditor ē eiꝰ: hec ibi. Lachry
me ergo penitentum celos penetrare dicuntur: ⁊
semper ante dei oculos astant: ⁊ pro eis intercedūt
Et ipse deus eas libenter intuetur. Unde. ꝑs°. 55°
inquit illi Dauid. Posuisti lachrymas meas in
conspectu. Et ideo de illo qui a deo recepit gratias
lachrymarū: dici potest illud Eccli. 15°. Aqua sa
pientie salutaris potauit illū. Octaua ratio dr de/
fēsionis. Uidemꝰ enī ciuitatē obsessā: nō esse tutaz
cū illi hostes possunt aquā prohibere. Nā sitis est
ferro seuior: ⁊ armis acrius pugnat. Potest enī
homo ictuz sagitte vitare: scuti protectione valla
tus: sed cordis ariditatem potu destitutus: seda
re non potest. Et similiter anima nostra que in
vita presenti multipliciter est obsessa: dicēte Ber
nardo in quodam sermone. Heu me quid faci
am? Quo me vertar? Undiq̄ bella. Undiq̄ tela
volant. Et tamen est in tuto habens lachrymas
compunctionis. Nam per illas extinguntur ar/
dentes hostis tentationes. His vero cessantibus
arescunt virtutes: ⁊ nequeunt ipsam animam de
fendere: ac conseruare. Unde est in periculo tra/
dendi se in manus diaboli Et potest dicere illud
Genesis 8°. Diminute sunt aque. Figura autem
huius habetur Iudith. 7°. Cum eniz holofernes
obsideret Bethuliam: nihil valuit contra ip/
sam quousq̄ ciuitas abundauit aqua. Sed ho/
fernes subterranea canalia fecit obturari: ⁊ sic ci/
uitas priuata est aqua. Et tunc filij israel perter/
riti deliberauerunt sub statuto tempore: ciuitatē
tradere ipsi holoferni. Per bethuliam nanq̄
quam inhabitabant filij israel: inteligitur aīa hu
mana: quam inhabitant memoria: intelligentia
⁊ voluntas: in quibus consistit imago dei. Ergo
q̄ diu lachryme compunctionis fluunt a cor/
de: oēs ciues fortes sunt: idest anime vires ⁊ bone

operationes. Et ideo holofernes: idest diabolus stu
det obturare canalia aque. Per tria enim cana
lia lachryme ad animas fluunt. Que sunt consi/
deratio celestis glorie: meditatio infernalis gehē/
ne: ꝛ recordatio preterite culpe: his ergo canali/
bus apertis lachryme fluunt: quibus tota aīe fa
milia sustentatur: vnde Cassiodorus super illud
psalmiste. Fuerūt mihi lachryme mee panes die
ac nocte: ait. Fletus est cibus aīaꝵ: corroboratio
sensuum: absolutio peccatorum: refectio mentiū: ꝛ
lauacrū culparum: hec ille. Ex qbus patet ad ip
sius anime in bono cōseruationem: ꝛ corrobora/
tionem: necessariū esse cōtritionis gemitū: ꝛ com
pūctionem. Est enim lachryma cōpūctionis: nō
solum potus aīaum: sed etiā cibus: vnde psalmo
79°. ait propheta deo. Cibabis nos pane lachry/
marum. Auctoritatibus quoqȝ pbaſ esse necessa/
ria cōtritio peccatorum salutem. Ait eni Ber/
nardus in sententijs suis. Sine cōtritione pecca
ti: sine dolore culpe: sine displicētia iniquitatis:
ꝛ sine amaritudine preterite vite: nunqȝ acquiri/
tur celestis vita: nec remissio peccatoꝵ: ꝛ Thara
sius pāarcha .22ª.q.4ª. in caplō. actione. dicit.
Omne peccatum: bonꝰ deꝰ indulget: si qs tñ ex toto
corde doleat: ꝛ peniteat. Itē Aug. ad felicianū: ꝛ
ponit. de ↄse. di. 4ª. c°. oīs. ait. Oīs q iam volūtatꝭ
sue arbiter cōstitutꝰ est: cum accedit ad sacrm fide
lium: nisi eū peniteat veteris vite: nouā vitā gͤre in/
choare nō pōt. Et ideo Ezechie. 6°. c°. de petōri/
bus: iquit deꝰ. Displicebūt sibimetipsis sup malis
que fecerūt: ꝛ sup vniuersis abhoīationibꝰ suis: ꝛ
22°. c°. eiusdē libri etiā ait. Recordabimini viarū
malaꝵ vr̄arum: ꝛ oīum scelerū vr̄oꝵ: quibꝰ polluti
estis: ꝛ displicebūt vobis in ↄspectu vr̄o: ꝛ scietis:
q: ego dn̄s accipiā vos: cum bn̄fecero vobis. Hoc
aūt ōndit deꝰ multotiens. Maxime in qdam ci/
uitate anglie: in qua quidā ↄsanguineꝰ epī: cum
peccare appeteret: cum vna formosissima puella iu
dea: ꝛ ipsam sepiꝰ solicitaret. Illa rn̄dit. Ita sum
a pr̄e meo dilecta: ꝛ custodita: ut neqȝ ego ad te
accedere: nec tu ad me venire sine periculo possis:
nisi forte venire volueris in nocte diei passiōis xpi
vē. Tūc enim iudei: qui hic habitāt: fluxu sāgui/
nis laborāt: circa quē nimio dolore occupati: mi/
nus alijs itendere pn̄t. Et sic voto nr̄o nocte illa
potiemur. Iuuenis aūt hoc audiens: ob amoris
magnitudinē dn̄ice passionis imemor: ac sue sa/
lutis: nocte illa perexit ad vginem: ꝛ volūtatē suam
adimpleuit. Pater vero puelle de filie sue custo/
dia solicitꝰ: ante lucē surgēs: nec suo dolori par/
cens ad eiꝰ camerā perexit. Cum iuuenē illū le/
cto eiꝰ inuenisset: atqȝ ipm cognouisset exclama/
uit voce magna dicēs. Quid hic agis maledicte
xpiane? vbi ē fides? vbi religio tua? Iuro tibi: q
si nō timerē dn̄m epm: qui est mihi amicissimus
cuiꝰ tu cōsanguineus es: nūc te occiderē. Ille aūt
iuuenis totꝰ tremefactꝰ genuflectens veniā postu
lauit: atqȝ cum magna confusione eiectꝰ est. Die
aūt facta: cum eps diuinū in ecclia officium inchoa
ret: atqȝ dictꝰ iuuenis ipsi officio iteresset. Ecce iu
deus: pater puelle cum turba alioꝵ iudeoꝵ: ecclā
cum strepitu intrauit: ut querimoniā de ↄsangui/
neo suo ipsi epō pponeret. Quem ille iuuenis vi
dens: ꝛ causam aduentꝰ eius nō ignorās. Ad se
reuersus: cum ↄtritione peccati sui: leuauit mētē
ad deum di. Dn̄e deꝰ meus libera me ad hac cō/
fusione: ꝛ infamia. Et ego pmitto tibi: q de cete/
ro te nō offendā: ꝛ de hoc peccato plene satisfaciā.
O magna pietas dei: mox ut illum ↄtritū vidit:
ↄfusionē quā timebat in caput iudeoꝵ ↄuertit.
Nam cū ad p̄sentiam epi venissent: statim ut ora
ad iuuenis accusationē apuerūt: oēs obmutuerūt.
Videns ergo eps ora eoꝵ hiantia: ꝛ nulla vba re
sonātia: putauit q tali die: ꝛ hora venissent: ut di/
uino officio illuderent. Unde illos ↄfusibiliter de
ecclia eijci p̄cepit. Iuuenis aūt ille diuinam in se
expertus clementiā: cōpleto officio ad pōtificem ac
cedēs: ↄfessus est culpam suā: ac suscepit pn̄iam.
Et postmodū religionem intrauit: in qua lauda
biliter: vsqȝ ad mortē perseuerauit. Illa aūt puel
la: que cum pater eiꝰ cum dicto iuuene vba face
ret: de camera aufugerat: illiꝰ exhortatione se chri
stianam fecit: ꝛ baptizata monasterium intrauit
in quo deuote perseuerauit. O sancta ꝛ deo gra
tissima contritio: que lapsum erexit: iudeos con
fudit: ꝛ puellam iudeam ad fidē perduxit. Aliud
quoqȝ mirabile legitur: scilicet: q quidam ma/
gnus vsurarius grauiter infirmatus: ad se reuer
sus: ꝛ dolens de peccatis suis: abbatem quendam
sibi familiarem vocari fecit. Cui ꝛ dixit. Quia i/
firmitate pressus: non possum de rebus meis ali
ter ordinare: atqȝ vsuras restituere. Omnia bo/
na mea mobilia: ꝛ immobilia potestati tue subij
cio: ut aliena restitui facias: ꝛ de alijs bonis me/
is: quicquid tibi melius videbitur: sm deum fa/
cias. Et rogo: ut omnia bona mobilia: que ha/
beo: nunc asportari facias. Nō enim volo post
me manere. Postea vero me ad monasterium tu
um portari facias. Habebat autē duas archas
plenas argenti: ꝛ auri: ꝛ plurima pignora: vasa:
libros: variaqȝ ornamenta: frumentumqȝ: ꝛ sup/
pellectilem multam. Tunc abbas videns eum ve/
re cōtritū: ꝛ penitētem illi consensit. Et prius om/
nibꝰ emissis: nouissime in feretro ponēs infirmū

ad monasteriũ suum illũ portari fecit. Qui mox
ut monasteriũ intrauit: spũm emisit. Abbas ṽo
sine mora pignora reddidit: ⁊ vsuras restituit.
Multasq; ac magnas elemosynas: pro anima il
lius fecit: ⁊ residuũ in vsum monasterij cõuertit.
Positum aũt fuerat vsurarij corpus: in capitu
lo monasterij: choris monachoꝝ psallẽtium circa
illud ordinatis. Hora aũt in qua monachi pro
aĩa illius attẽtius: ⁊ deuotius orabãt. Ecce quat
tuor demones in parte sinistra feretri apparuerũt
quoꝝ p̄ñtia: fr̃es omnes territi fugierũt: vno tñ
maturo sene impauido remanẽte. Cepit ergo ille
qui prim⁹ demon videbatꝰ cãtare. Primũ versi/
culũ psalmi. 35. di. Dixit iniustus: ut delinquat ĩ
semetipso: nõ est timor dei: ante oculos eius. Se/
cũdus aũt respõdit: scd̃m di. Quoniã dolose egit:
ut inueniatꝰ iniquitas ei⁹ ad odium. Tertius ṽo
ait tertiũ versiculũ. Verba oris eius iniq̃tas: ⁊ do
lus: noluit intelligere: ut bñ ageret. Quartus aũt
addidit quartũ. Iniq̃tatẽ meditatus est in corde
suo: astitit omni vie nõ bone: maliciã autem non
odiuit. Quibus p̄missis ɔcludebãt oẽs. Ergo su
scipiamus euz: q: noster est. Et ecce subito quat/
tuor angeli a dextris feretri se locauerũt: demoni/
busq; dixerũt. Expectetis etiaz cãticum nr̃m. Et
p̄mus ait quintũ versiculũ eiusdẽ psalmi di. Dñe
in celo mĩsericordia tua: ⁊ veritas tua: vsq; ad nu
bes. Secũdus ṽo adiecit sextũ. Justitia tua sicut
mõtes dei: ⁊ iudicia tua abyssus multa. Tertius
aũt addidit sequẽtez di. Filij aũt hoĩum in tegmi
ne alarũ tuaꝝ sperabũt. Quartus ṽo dixit aliuz
versiculũ. Hoĩes ⁊ iumẽta saluabis dñe: quẽad/
modũ multiplicasti mĩsericordiã tuaz deus. Ex q̃/
bus ɔcluserũt angeli. Cuz scriptura solui nõ pos/
sit: noster est iste: qui ad deũ cõfugit: ⁊ in ipso ĩ vl/
tima hora sperauit. Et aĩam suã lachrymis ama/
cõtritionis lauit. Igitꝰ deus torrẽte volupta/
tis sue potabit illũ. Ad quã vocem demones ter/
riti ɔtinuo effugerũt. Monachi aũt de salute il/
lius certificati: ip̄m in monasterio honorabiliter
sepelierũt. Ex predictis aũt patet: q̧ cõtritio libe/
rat aĩam de potestate diaboli. Et ideo nos hortatꝰ
Ap̄lus p̄ᵉ. ad Cor. 7°. di. Emũdemus nos. s. per
ɔtritionẽ: ab omni inquinamẽto carnis: ⁊ spũs:
p̄ficiẽtes sanctificationẽ in timore dñi. Primus
enim gradus innocẽtie est: odisse nefanda. c°. fa/
cientis. 86ª. di. Et iccirco propheta: ait ps°. 96°.
Qui diligitis dñm odite maluz: ⁊ ad Romanos
12°. di. Odientes malum: adherẽtes bono. Qua/
propter inquit Aug. in ep̄la ad Vincẽtiuz. Quo
modo gaudebis vnq̃ esse correctũ: nisi prius
oderis: ⁊ doleas te fuisse puersum? Idem quoq;
August. in li°. de verbis dñi ait. Sine odio culpe
nunq̃ datꝰ infusio gratie. Et faciũt ad p̄dicta ea
que scribuntꝰ in. c°. porro. de peni. di. pª. vbi dicitꝰ.
Si pctã sua cõfiteri: vel emẽdare noluerit: deum
que hñt testem: hẽbũt ⁊ vltorem: q̧ ipsi sue iniq
tatis per volũtariã penam vltores existãt: tp̄alib⁹
penis mutabũt eterna supplicia: ⁊ lachrymis ex
vera ɔtritione fluẽtib⁹: restringẽt eterni ignis in
cẽdia: hec ibi. Qua ex re Jeremias ꝓpheta. 23°. c°
sui libri dicebat. Cõtritum est cor meũ in medio
mei: cõtremuerũt oĩa ossa mea: ⁊ Johelis. 2°. dicit
ꝓpheta. Scindite corda vestra: ⁊ nõ vestimẽta ve
stra: saluator etiã Luce. 5°. inquit. Non egẽt qui
sani sunt medico: sed male hñtes. Nõ enim veni
vocare iustos: sed peccatores ad pn̄iam: idest ad
ɔtritionez pctõꝝ: ⁊ ad alias partes pn̄ie. Et ideo
dĩ Jacobi. 4°. Emũdate manus peccatores: scilz
aqua lachrymose cõtritionis: ⁊ purificate corda
duplices aĩo. Miseri estote: lugete: ⁊ plorate. Ri
sus vester in luctũ cõuertatꝰ: ⁊ gaudiũ in merorẽ.
Humiliamini in conspectu domini: ⁊ exaltabit
vos. Y

Et psalmo. 7°. ait ꝓpheta. Nisi cõuersi fue/
ritis: gladiũ suum vibrabit arcum suũ tẽte
dit: ⁊ parauit illum. Debemus ergo facere: sicut
Ouidius: qui in li°. 2°. de sine titulo ĩquit. Mul
ta miser timeo: q: feci multa proterue. Exẽpliq;
metu: terreor ip̄e mei: ⁊ Lucanus li°. 2°. dicit. Li
ceat sperare timẽti. Nullus enim est: qui nõ habe
at causam dolẽdi. Cum oĩs homo sit peccator. pᵉ.
Joãnis p°. Et ideo ĩquit Ouidius in. 2°. li°. de re
medio amoris. Et quis nõ causas mile doloris
habet? Sed heu: q: in his tp̄ibus verificatũ cerni
mus illud: qd̃ inq̃t Juuenalis. lib°. 2°. di. Maio
re tumultu plãguntꝰ numi: q̃ funera. Et illd̃ qd̃
idem poeta ibidẽ canit. Ploratꝰ lachrymis amis
sa pecunia veris. Nõ sic aũt plãguntꝰ pctã. Ideo
inquit Augu. ⁊ ponitꝰ de pe. di. 3ª. c°. sunt plures.
Recte penitens: quicquid sordis habet: oportet: ut
abluat: saltem lachrymis mẽtis: sed satis est du/
rus: cui⁹ mentis dolorem oculi carnis nequeunt
declarare. Sed sciat se culpabiliter duruz: qui de/
flet dãna tp̄is: vel mortem amici: ⁊ dolorẽ peccati
lachrymis nõ ostendit. Nõ itaq; quis se excuset
nõ hr̃e fontem lachrymaꝝ: cuz nõnunq̃ lachry/
mis oñdat dolorem amore tp̄aliũ: hec ille. Z

Ultimo probatꝰ exẽplis: ⁊ silitudinib⁹: q̧ de/
bemus hr̃e cõtritionem. Legitꝰ enim in li°.
de ꝓprietatibus reruz: q̧ est quedã auis: que voca
tur auis paradisi: ob insignẽ eius pulchritudinẽ
cuius penne sunt mirabiles: adeo ut nullus color
eis desit: vox adeo dulcis: q̧ in homine gaudiũ: ⁊
de uotionẽ

devotionē excitat: hec auis statim vt capta fue/
rit: cōtinue plangit ⁊ gemit icōsolabiliter: donec
libertati donet. O aīa xpiana tu es illa auis pa/
dīsi pulcherrima: varijs dei grās circūdata: dum
es in grā: ⁊ sine pctō. Et iō qñ capta es a demōe
per laqueū pctī: debes plorare p ↄtritionē cordis
quousqʒ libereris. Et sis de illis vere ↄtritis: q di
cūt illō. Esa. 59°. Quasi colūbe meditātes geme
m⁹. Colūba.n. hʒ gemitū p cātu. Et siſr penitēs
dʒ lachrymādo cātare pulchrū cātū: sex notaꝝ. s.
Ut.re.mi.fa.sol.la. In qbus notis denotāť sex cō
ditiōes ṽe penitētis. Prima est vt desinat male
facere: ⁊ pponat diuina pcepta semp seruare ca
nēs cū ppheta. ps. 118°. Utinā dirigant vie mee:
ad custodiēdas iustificatiōes tuas. Scda: vt cū
amaritudie cōtritōis mediteť diligēter pctā sua:
iuxta illud. Esai 38°. Recogitabo tibi oēs annos
meos in amaritudine aīe mee. Tertia: vt totā spē
suā ponat in deo: credēs se saluandū meritis cru
cifixi: ac dicēs cū Paulo ad Gala. 6°. Mihi
āt absit gl'ari: nisi i cruce dñi nři iesu xpi. Quar
ta: faciat dignos fruct⁹ penitētie: vt pcipitur
Mat. 3°. ⁊ Lu. 3°. ita q dicē possit cū psalmista.
Feci iudiciū ⁊ iustitiā. s. ↄtra peccata: nō tradas
me calūniantib⁹ me. Itē vt imploret misericor/
diam diuinā: dicēs cū psalmista. Fac cū sūo tuo
sm misericordiam tuā: ⁊ iustificationes tuas do
ce me. Quīta: vt soluat vincula pctōꝝ: p ↄfessio
nem dicens aīe sue illud. Esa. 52°. Solue vincu
la colli: tui captiua filia siō. Sexta: vt pniāꝫ suā
⁊ oīa alia bōa opera faciat: nō timore mortis: vl
penaꝝ inferni principaliter: nec etiā vanaglo/
ria: vl'alio malo fine: sʒ ex charitate ⁊ amore dei:
atqʒ ad ei⁹ gloriam: ⁊ laudē cantāe: ⁊ dicens: cū
psalmista. Laudationē dñi loqueť os meum: ⁊
benedicat oīs caro nomen scm̄ eius: in seculuꝫ
⁊ in seculū seculi. Ad predicta aūt de necessitate
contritionis optime facientē: accipe aliam simi/
litudinem. Legiť in historijs Romanoꝝ: q cuꝫ
Titus filius Vespasiani existens in castris hiero
solime: audisset Vespasianū patrē suū de totius
senatus voluntate: ad imperij dignitatē sublima
tum: tanto affectus est gaudio: q subito mēbro/
rum corporis fortitudine destitutus: ex aptione
venaꝝ: oīa eius membra ↄtracta sunt. Quapro
pter qdam medicus prudentissim⁹: cām egritu/
dinis recognoscens: requisiuit si in toto orbe esset
aliquis emulus: cuius nomen Titus noiari ab/
horreret: ⁊ intelligens quēdam Josephū nomie
adeo Tito exosum: q in sua curia nullus eū no/
minare audebat. Fecit eum clam venire: ⁊ statu
to die: mensam lautissimam ante oculos Titi ius
sit preparari: pincernasqʒ: ⁊ dapiferos iuuenes
adunari: mandauitqʒ occulte oībus: vt nullus
ad pceptum Titi obedire presumeret. Sic autēꝫ
omnibus ordiatis: emulū Titi fecit cū omni ho
nore: ⁊ impiali magnificentia: ad mensam collo/
cari: ⁊ sibi a seruitoribus officiosissime deseruiri.
Quod Titus conspiciens statim ira magna ve
lut ignis cepit accendi: mandabatqʒ suis hoīeꝫ
illum occidere. Et cū nullus sibi pareret: sʒ poti⁹
inimico suo gratiosius seruiret: in tantū succen
sus est ira: q bene restricte sunt: ex qua restrictio
ne: prorsus ↄtraria prime apertōi venaꝝ: omnia
eius membra contracta cōsolidata sunt: ⁊ pristi/
ne sanitati restituta: quapropter illum inimicuꝫ
de cetero amplius non habuit: sed potius eum
sibi in sincerum amicum copulauit. Qua simili
tudine patet: q qui vult sanari a peccatis: que p
cōplacentiam: ⁊ delectationē: in anima sunt in/
troducta: oportet oīno: q in se recipiat displicen
tiam: ⁊ tristitiā: que ipsi complacentie: ⁊ delecta
tioni est penitus ↄtraria: ⁊ illius expulsiua. A

Aliam similitudinem ponit phūs li°. 6°. de
pprietatibus reꝝ di. q Anguis se sentiens
graui morbo: vel senio aggrauatum: plurimis
diebus abstinet a cibo: ⁊ ieiunat: vt sic pellis ei⁹
facilius a carne relaxeť. Deinde gustata quadaꝫ
herba amarissima: vi illius herbe: statim prouo
cať ad vomitum: ⁊ euomit totū humorē virulē/
tum: q fuit sue infirmitatis. Et tandē vt cuteꝫ
rigidam molificet: in aquā balneat: ac hūe/
ctat: ⁊ sic foramen angustū querens: ⁊ cū quadā
violentia transiens: penitus se decorticat: ⁊ sic so
li expositus: se desiccat: ⁊ in carnis superficie nouā
cutem recupat: sumptisqʒ uiribus clarius post/
moduꝫ videt: fortius rapit: ⁊ auidius comedit.
Spiritualr ad istud ppositum xps nobis suadet
Mat. x°. di. Estote prudentes sicut serpentes: qsi
dicat. Sicut anguis morbo vel senio grauatur:
ita aīa p peccatum spiritualr infirmať: propter
quod dicebat ppheta. Miserere mei dñe qm in/
firmus sum. Et ideo peccator vt exemplo serpē
tis sane ur: primo debet p abstinentiam carnem
suam domare: ⁊ humiditates carnalis ↄcupiscē
tie desiccare. Deinde gustet herbā amarissimam
iuxta illō. Jere. 31°. Pone tibi amaritudinē. ⁊c. s.
displicētiā: ⁊ ↄtritionē peccatoꝝ: qua euomet pec
cata p integralem ↄfessionem: ⁊ sic recipiet spiri
le ondere. Nõ igitur oz quis se excusare in cõfessio ne: sed accusare: vñ Augu. in li°. 50. omeliarum omelia. 12ª. ait. Confiteamur peccata nr̃a: nõ excusemus: tu fecisti: tu re⁹ es: tibi ignoscit. Et idẽ in lib°. de verbis dñi: ſmone septimo inqt. Esto accusator tuus: ⁊ deus erit indultor tuus. Contra qḋ faciunt multi: q excusant peccata sua excusantes per errorẽ: vel ignorãtiam: qḋ fecerunt p maliciam: vel dicẽtes nescio si hoc feci: cũ error in facto ꝓprio nõ sit tollerabilis. c°. ab excõicato. de rescriptis. ⁊ C. de rescin. vendi. l. quisqs. ⁊ ff. de iuris ⁊ fac. igno. l. plurimũ. Alij retorquẽt peccatũ suũ in deũ: cũ deus nõ possit esse auctor peccati: vt inquit Augu. in. 5°. de ci. dei. Qui etiã in lib°. de vera ⁊ falsa pñia dicit. Nõ debet hõ se excusare: ne suũ augeat crimen ut Adam: cui nõ sufficiebat peccasse: sed suũ ampliabat crimẽ culpãdo vxorem: ⁊ culpã transferẽdo in auctorẽ. Non igit̃ peccantes dicamus. Non aliud potui: cũ me cõstitui fu rem: qz deus fecit me pauperẽ. Nec mirũ si dedit⁹ sum fornicationi: qz talis creatus sũ nature. Fragilitas enim mea magna: cogit me cõmittere crimina talia. Erat enim q sic fallit̃: natura nãqz talis est: ut possit qsqz resistere malo: cui se subijcit ex arbitrio: hec ille. Alij excusant se dicẽtes: ꝙ diabolus hoc eos facere coegit: qḋ est falsum. Et põt dari exemplũ de illo religioso cui cũ duo oua eẽnt data in q̃stã: ipse ill ; portauit ad celãr: ⁊ ad lucerne ignẽ decoquẽs comedit. Cum aũt ↄfitendo diceret plato suo ꝙ instigatiõe diaboli hoc fecerat: demon rñdit dicens. Mentiris: qz ego hãc maliciã inuenire nescissem. Cõtra tales inqt Augu. in li°. qnquaginta omeliarum. omelia. 12ª. Suadere: ⁊ sollicitare diabolus põt. Cogere oino nõ põt. Et Hierony. ait Debilis est hostis: q non vincit nisi volentẽ. Et ideo vnusqsqz in cõfessione: debet dicere cũ psalmista. Sana aiam meã: qz peccaui tibi. ⁊ cũ eadẽ ꝓpheta. secũdi Regũ. 24°. Ego sum dñe qui peccaui. Ego q inique egi. Multas alias cõditiones ad cõfessionẽ pertinẽtes cũ predictis ponũt theologi: maxime Tho. i. 4°. di. 17ª. quas breuitatis cã nõ multũ explanabo. Sunt aũt sedecim que i his versib⁹ cõtinent̃. Sit simplex: humilis: cõfessio pura: fidelis. Atqz freqẽns: nuda: discreta: libens: verecũda. Integra: secreta: lachrymabilis: accelerata. Fortis ⁊ accusãs: ac sit parere parata. Simplex. s. ut nõ recitet in confessione: nisi ea que ad ipsaz ptinent. Humilis: ut miserũ se ⁊ infirmũ cõgnoscat ⁊ cõfiteatur. Pura: ut recta sit eius intẽtio. Fidelis idest vera: ⁊ sine falsitate: ⁊ taz cõfitens q̃ cõfessor sit in fide catholica: ⁊ fiat confessio ſm doctrinã ecclesie: ⁊ non hereticorum: ⁊ ꝙ fiat sub spe venie. De primo habetur. de peni. dist. 6ª. c°. qui vult. De scḋo. de peni. dist ª. p. c°. quem penitet ⁊. c°. nemo. Frequens ut frequenter cadens frequenter cõfiteatur: ⁊ resurgat. c°. septies. de peni. dist. 3ª. Uel ut idem peccatum pluribus confiteatur: ut facilius pene remissionem consequatur dicto. c°. quẽ penitet. Si enim non remittetur ei in hoc seculo: purgabitur in alio. Nuda ut nõ inuoluat obscuritatem verborum. Discreta: ut maiora peccata cũ maiori põdere cõfiteatur: ⁊ discretũ querat sacerdotem: dicto. c°. q vult. Et distincte: ac separatim singula peccata confiteatur: ita ꝙ confessor bene itelligat. Non faciendo sicut quidam qui cognoscẽtes ꝙ vn⁹ cõfessor pro maiori pte dormiebat qñ audiebat cõfessiones: oẽs ibant ad illum: ⁊ qñ grauiori somno opprimebat̃ dicebãt turpiora peccata. Et finita ↄfessione excitabãt eũ a somno: ut daret eis absolutionez. Debet quoqz cõfessio esse libens. i. spõtanea: nõ coacta. Verecũda: ut ḋ peccatis erubescat: ⁊ nõ se iactet. Integra: ut oĩa peccata vni dicat. Secreta q̃ ad ↄfessorẽ: ⁊ ẽt quo ad ↄfitẽtẽ i his q̃ possent scãdalũ generare: ⁊ ut fiat in secreto. Lachrymabilis q̃ ad ↄtritionẽ. Accelerata: ut nõ differat de die in diem confiteri. Fortis: ut nihil dimittat pp verecũdiã. Accusãs seipsũ: nõ aliũ Ac sit parere parata. s. ↄfessori i acceptãda iuxta penitẽtia: ⁊ reliqs pertinẽtib⁹ ad suã salutem.

SEd istaꝝ ↄditionũ dimissa pro nũc amplio ri expositione: solũmodo dicem⁹ sextã ⁊ vltimã ↄditionẽ: quã debet habere cõfessio: que dicit̃ humiliationis ⁊ verecũdatiõis: vt eni inqt Aug. in c°. quẽ penitet. de penit. di. pª. Ille qui vadit ad cõfessionẽ debet cũ verecũdia ⁊ rubore dicere peccata sua. Et nõ facere sicut quidã qui sine dolore ⁊ verecũdia : imo sepe cũ quadã vana gloria ⁊ risu dñt pctã sua. Nõ est signũ magne idispositiõis Debetis ergo accedere ad cõfessionẽ cũ maxima humilitate: vt inquit Aug. in omelia pª. sup primã canonicã Joãnis: ⁊ in li°. de virginitate. c°. 50 i li°. de verbis dñi: sermõe. 12°. Quia vt scriptũ est in. §. taciturnitas. ḋ peni. di. pª. Sine hũilitate alicui veniã sperare non licet. Contra quod faciunt multi q tumidi: ac supbi ac sine vlla humilitate ⁊ reuerẽtia: vadũt ad cõfessionẽ magis ad laudãdũ q̃ ad accusãdũ. Sicut faciebat q̃dã mulier q̃ q̃ in ↄfessiõe dicebat. Dico meã culpã de oĩb⁹ peccatis meis. Ego sũ bona mulier: ⁊ libẽter facio opa pietatis. ⁊c. Uidẽs autem confessor ꝙ nihil aliud dicebat nisi suas laudes: dixit ei. Estis malecontenta de omnibus bonis que fecistis? Illa vero que aliquantulum surda erat. Respondit

Dñe ita. Tūc cōfessor sine aliqua absolutione eā dimittens ait. Ite ergo et dicite vnū pater noster pro penitētia. Alij pompaticis vestibus ornati tā viri q̄ mulieres: vadūt ad cōfessiones sicut ad tripudium. O nephādum facinus: o magna demētia: o stultitia immensa. Si eni mulier offendisset virum suū maxime in turpibus: volēs ab eo indulgentiā ipetrare: profecto oculis ad terram deiectis veniā postularet: tu ergo anima que es spōsa xp̄i desponsata illi per fidem. Osee. 2°. Et fornicata es cū amatoribus multis. Iere. 3°. Debes cū maxima humilitate: et multis lachrymis si fieri potest coram vicario xp̄i te prosternere deuote iuxta illud Ecclesiastici. 4°. Ante sacerdotē humilia aiā tuā: quia cor cōtritum et humiliatū deus nō despiciet. ps̄°. 50. et. c°. sacrificiū. et c°. in actiōe ò pe. pª. Et corrigia vel chorda ad collū apposita Vel saltē cū maria reuerētia dicē cū Dauid. ps̄°. 50. Miserere mei deus s̄m magnam misericordiā tuā. Et cū publicano. Luce. 18°. Deus propitius esto mihi peccatori. Et cum filio prodigo. Luce. 15°. Pater peccaui in celum et corā te: iā nō sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut vnum ex cenarijs tuis. Ipse vero benignus et misericors pater noster celestis oia peccata tua tibi dimittet: et diaboli potestatem super te seuientē auferet. Nā recitat Cesarius q̄ fuit vna cōcubina cuiusdam sacerdotis qui seipsū laqueo suspēdit. De cuius morte illa perterrita: monasteriū quoddam intrauit. Quā demō sepe sollicitabat ad peccandū dic. Consenti mihi: et ego faciam te magnā dominā Illa vo facto signo crucis: vel aspsa aq̄ bñdicta fugabat diabolū: sed stati reuertebatur. Tunc de consilio cuiusdam cōfessoris: quādo diabolus apparebat sibi: cepit dicere Aue maria. Et statim fugiebat diabolus veluti si sagitta fuisset percussus: et propius accederē nō audebat. Nō tamen eā ex toto relinquebat. Tandem consultum fuit ei vt generalē confessionē faceret: ad quam cū iret iter rogauit eā demon di. Quo vadis? Et illa inquit. Vado cōfundere me et te: et demō ait. Noli: noli hoc facere: sed reuertere. Cui illa dixit. Sepius me cōfudisti. Nunc autem confundā te. Ille vero nec minis nec blandicijs valens eam retrahere: sequebatur vsq̄ ad locū cōfessionis sicut miluus in aere super eā volitans. Que mox vt os ad confessionem aperuit: ille clamans et eiulās euanuit: nec vnq̄ postea visus est ab ea nec audit⁹: quo miraculo patuit q̄ non sufficit dicere Aue maria sine confessione: ad totaliter fugandū demonium. Vult eni beata virgo q̄ deuoti sui confiteantur.

¶ Pars tertia de fructificatione. Q

m Ultum vtile est: hominem frequenter confiteri: vt dicitur in summa cōfessorum li°. ti°. 3°. 34ª. q. 65ª Unde Alex. de ales in. 4°. parte summe in tractatu de cōfessione ponit nouē vtilitates: quas ille consequit̄ qui freqn̄ter et deuote ɔfitet̄. Quib⁹ vtilitatibus primo recitatis: alias nouē subiungemus. Prima vtilitas dicitur cognitionis: scilicet peccati. Nam vt supra dictū est cōfessor tenetur instruere confitentē: eiq̄ ostendere quantum potest peccatorum qualitatem. Quando. s. aliquod peccatū est mortale: et quādo veniale. Et sic et consequenter ille qui sepius sua peccata cōfitetur: clarius ea cognoscit. Et maxime quādo diuersis cōfessorib⁹ eadē peccata ɔfitetur. Quia sepe quod nescit vn⁹ aut forte nō ita bene declarat: supplet alius. Itē ꝓpter actum humilitatis quem facit cōfitens: de⁹ illuminat eius intellectū ad cognitionem suorū delictorū: ita vt cū propheta dicere possit. ps̄°. 50. Iniquitatē meā ego agnosco. etc. Et ideo dicitur Apoca. 3°. Colirio vnge oculos tuos vt videas. Coliriū enim quod ex quadā aqua et puluere cōficitur: et purgat humores oculorū: significat confessionē per quā puluere considerationis peccatorū: et aqua lachrymose cōpunctionis intellectus illuminatur: vñ Ioānis. 9°. dicebat cecus illuminatus. Abij et laui et vidi. R

Secūda vtilitas dicit̄ satisfactionis. Verecūdia eni cū qua quis peccata sua confitetur: ē quasi palium preciosum cooperiens peccatū. Vñ Ambro. in. li°. ò sancto Ioseph dicit. Plurimū suffragatur verecūda cōfessio. Et penā quā defensione vitare nō possumus: pudore cōfessionis extinguimus: et Augustinus in. li°. de penitentia: et ponitur de penitentia. distin. pª. c°. quem penitet. ait. Qui per vos peccastis: per vos erubescatis. Erubescentia eni ipsa: partē habet emissionis. Et quoniam verecundia magna est pena: qui erubescit ꝓ xp̄o fit dignus venia: hec ille. Et ideo inquit Alexander de ales vbi supra: et beatus Tho. in. 4°. di. 17ª. ar°. 3°. q. 5ª. q̄ quanto quis plures confitet̄ et diuersis: plus erubescit. Et ideo magis sibi remittitur de pena purgatorij. Tertia vtilitas dicitur securationis. Nā ille qui cōfitetur recipit securitatē mētis: et trāquillitatē ai: vñ Dauid. ps̄°. 41°. inqt In voce exultationis et cōfessionis sonus epulātis. Et ratio est: q̄a per cōfessionē aia pacificatur cū deo. Esa. 57°. Creaui fructū labiorū pacē. Itē per ipsā serenat̄ ɔsciētia. 2°. ad Cor. p°. Gloria nostra hec est: testimoniū cōscientie nostre. Et hoc ꝓbare potestis per experientiam. Nā qñ itis ad cō

fessionē videtur vobis q̄ habeatis mōtē magnū sup humeros: ꝛ maximā grauedinē. Statim vero q̄ cōfessi estis: leues estis ꝛ hilares atq̄ iocundi: quia putredinē peccatorū ab anima expulistis. Quarta vtilitas dicitur diminutionis. Nā vt di cūt doctores: maxime Ric. in . 4°. di. 18ª. Virtu te clauium ꝛ absolutionis diminuit̄ de pena pur gatorij pro peccatis debita: vn̄ dicit beatus Tho. vbi supra: q̄ quis posset totiēs idem peccatum cō fiteri: q̄ tota pena vel maior pars ei remitteretur. Dicit enī Ricar. vbi supra. ar° 2°. q. 4ª. fm Au gustinū ꝛ magistrū: q̄ claues etiam respectu eiꝰ dem peccati in numero habent efficaciam pluſq̄ semel: imo totiēs quotiens quis cōfitet̄ ꝛ absolui tur. G

Quinta vtilitas dicit̄ intercessionis. Tenent̄ enī cōfessores rogare deū: ꝛ intercedere pro illis qui eis confitentur: vt inquit beatus Tho. vbi supra. Et probat̄ in. §. ecōtra. de peni. pª. Si enī sacerdotes debēt pro populo iterpellare: ꝛ eiꝰ pec cata comedere: idest suis precibus delere atq̄ cō sumere. Osee. 4°. ꝛ. c°. ipsi sacerdotes. pª. q. pª. A fortiori tenentur orare pro animabus sibi creditis ꝛ peccata sua eis reuellantibus in cōfessione. Vn̄ dicit glosa in. c°. mēsurā. §. nō sunt. in verbo. quan to pluribus. de pe. dist. pª. Tāto plures obligat ad orandū pro se: quāto pluribus cōfitetur. Et ideo posset aliquis cū tot cōfessoribus cōfiteri: ꝛ omi bus dicere peccata sua: q̄ orationibꝰ eoꝝ liberare tur ab omni pena. Quapropter sicut leges volunt q̄ inter duos discordātes ponātur arbitri pro pa ce reformāda: prout notat̄. ff. de arbi. l. i. ita sancta ecclesia: imo Christꝰ inter deum ꝛ peccatores po suit arbitros: idest cōfessores: dicens ipsis pecca toribꝰ illud Luce. 17°. Ite ostendite vos sacerdo tibus. H

Sexta vtilitas dr̄ grē augmētationis. Unde magister in. 4° di. 17ª. ait. Quanto magis qs cōfitet̄ turpitudinē criminis: tāto faciliꝰ cōseq tur grām remissionis. Itē vt ait Alex. de ales vbi supra. Deꝰ hōi pp cōfessionem purā multiplicat gratiam suā. Et facit confitentē magis deuotum: quanto sepius confitetur: vt etiam inquit beatus Thomas in. 4°. dist. 17ª. ar°. 3°. q. 5ª. Quandoq̄ ēt hō vadit ad ꝯfessionē nō ita bn̄ cōtritꝰ: q ꝯfitē do pctā fit ꝯtritꝰ: vt ait Alexāder vbi. s̄. Septima vtilitas dr̄ decoratiōis. Qn̄. n. hō est in pctō mor tali: aīa eiꝰ est turpissima: ꝛ fedissima. Et facies idest imago dei existēs in ea: est obscurata: ita q̄ di ci pōt illud Treñ. 4°. Quō obscuratū est aurū: mutatus est color optimꝰ? Denigrata est sup car bones facies eoꝝ: ꝛ nō sūt cogniti in plateis. s. sup ne ciuitatis: a deo et ab angelis p approbatiōe: ꝛ pristinā dilectionē. Sed p confessionē aīa fit pul chra: dicēte Dauid. ps°. 95°. Cōfessio ꝛ pulchritu do in cōspectu eiꝰ. ꝛc. Nō ēt hēt̄ i. c°. totā. de peni. di. 3ª. Que vba exponēs Aug. sup pdicto ps°. ait. Pulchritudinem amas? ꝛ esse vis pulcher? con fitere: qꝛ ꝯfessio ipsa est pulchritudo. Fedus eras ꝯfitere ut sis pulcher. Peccator eras: cōfitere ut sis iustus. Et hāc vtilitatem cōfessionis: etiam de mones cōfitētur. Legit̄ enim q̄ cōfessore quodā deuoto audiēte in ecclesia cōfessiones: demon in ter alios expectantes stabat ibi in forma pulchri iuuenis. Qui post multos cōfessos: ꝛ ipse ad pe des cōfessoris se proiecit: suaq̄ peccata confiteri cepit. Et tam enormia confitebat̄ scelera: ꝛ tam multa: q̄ sacerdos admirās ait. Si mile annorū esses: nimis esset tāta cōmisisse. Ad qđ ille rn̄dit. Senior sum: q̄ mile annoꝝ. Tūc sacerdos ma gis admirās dixit. Quis es tu? Et ille. Sum de mon: qui cum lucifero cecidi: ꝛ peccata quoꝝ au ctor fui ex minima parte ꝯfessus sum. Sed si nō tederet te: libēter oīa ꝯfiterer. Cuius sacerdos ait Quid tibi est cū cōfessione? Rn̄dit demon. Sta bam nūc opposito tui: ꝯsiderabāq̄ peccatores cōfitētes: si eos possem auertere. Et vidi illos sor didos ad accedere: ꝛ mūdos recedere: q̄ q̄ in dulgētia peccatoꝝ sit eis data: propter ꝯfessionē: atq̄ vita eterna promissa. Et ideo ꝛ ego ad te ve ni cōfiteri: ut redeam ad illam patriā a qua ceci di. Tūc sacerdos ait. O creatura dei. Si vis verā pniam agere de peccato tuo: spero deū tibi igno sciturū. Cui demon. Si rationabilē mihi peniten tiā iniūges quā possim facere: libēter eā suscipiā. Sacerdos aūt dixit. Modicam volo tibi impo nere: ut eam possis facere. Uade corā altari: ꝛ ge nuflexus dicas solum ter. Peccaui dn̄e: misere re mei. Demon xp̄o ait. Nimis grauis est ista pe nitētia: ꝛ nō possum eam facere: qꝛ nō possū me humiliare: ꝛ his dict̄ euanuit. Et hoc recitat Ce sarius eps̄ in suo dialogo. Eodē quoq̄ modo re spōdit mihi alius demon: cum eum adiurarem. Nam pmittēti mihi q̄ volebat penitere de pec cato suo deus et parceret: ꝛ ad vitam eternā reuo caret: ille exclamauit. Nō possum: nō possū. I

Octaua vtilitas dr̄ euitatiōis: propter frequē tationem enim cōfessionis: melius euitātur peccata. Cum enim cogitat qs q̄ si cōmittet pec catū oportebit postea illud ꝯfiteri: abstinet a mul tis: ne subeat verecūdiā ꝯfitēdi: iuxta illud Ora tij: in epl̄a ad qntū. Oderūt peccare mali formi dine pene. K

Nona vtilitas dr̄ glificationis. Sicut enim le

ges voluntatem rõcinijs obligat⁹ rõne ꝓcuratõis vel administratiõis: nõ possit religionẽ intrare: nec ad sacros ordines ꝓmoueri: antequam ratiocinia reddiderit. c°. vnico. de obli. ad ratioci. et l. officiales. C. de epi. et cle. Sic pctõr per malã dispositionem vite sue in seruitio diaboli positus: nõ potest assumi ad gremium eccl̃ie: et ad ordines angelorũ nisi prius per cõfessionem rõcinia reddiderit. Et ideo Dauid psalmo. 99°. inquit. Introite portas eius in confessione: quasi dicat. Aliter non est intrandum. 11

Decima vtilitas dicitur celationis. Cõfessio enim occultat peccatũ diabolo. Et ita cooperit: vt i iudicio de eo qd cõfessi fuerim⁹ nihil penit⁹ obijcere possit. Et ideo ps°. 31°. ait Dauid. Beati quorũ remisse sunt iniquitates: et quorũ tecta sũt peccata: et Hiero. inqt. Quãto magis qs ↄfitẽdo peccata sua detegit: tãto magis de⁹ tegit. Et hoc patet per exẽplũ qd legitur de quadam muliere vidua romana magne sãctitatis: que cũ haberet filiũ vnicũ: quẽ permittebat dormire secum nolens illũ contristare: quia aliter dicebat se velle interficere. Tãdẽ ex eo habuit filiũ quẽ natũ occidit: stetitque per decẽ annos quod nunquam illud peccatũ cõfessa est. Tamẽ perseuerabat in suis bonis operationibus solitis: pergẽdo ad ecclias et predicationes ac faciẽdo elemosynas. Qd videns diabolus timuit ne aliqñ cõfiteretur. Unde assũpta forma cuiusdã pulchri iuuenis perrexit ad manẽdũ cũ summo pontifice. A quo cũ multũ diligeretur propter diligẽs seruitiũ Semel loquẽte papa cum cardinalibus de sanctitate predicte mulieris. Erat enĩ magne fame. Demon accusauit [illegible] de crimine predicto. Unde citata [illegible] fuit ad curiã: vt si hoc verũ esset puniretur. Cũ ergo venisset ad papã: audiẽs se accusari de predicto crimine timuit valde. Tãdem postulauit tempus respõdẽdi: dicẽs quod volebat accusatorem suum puniri de infamia sibi imposita: si nõ posset accusatõem suã probare. Interim aũt dicta mulier perrexit cũ magna cõtritione et lachrymis ad quẽdã penitẽtiariũ pape: et cõfessa est. Peracta ergo penitentia iuit ad curiam cũ parentibus et amicis suis. Tũc papa dixit illi demoni qui erat [illegible] forma iuuenis. Ecce mulier quã accusasti. Qui respondit. Nõ est illa. Hec enĩ est bona et sancta mulier Cũ ergo papa vellet facere illum apprehendi propter calũniã factam mulieri predicte. Ipse diabolus fracto palacij tecto subito disparuit. Et statim cecidit cadauer mortuum in medio dom⁹. O sãcta cõfessio. Quomodo es magne virtutis. Cum ergo omnes qui aderant obstupescerẽt. Illa mulier videns hoc mirabile suum peccatũ coram omnibus manifestauit rogans papam vt hoc miraculum predicari faceret populo ad commendationem cõfessionis. Que mulier accepta etiã alia penitentia a papa: postea sanctissime vixit. Aliud etiam miraculũ legitur de quodã bono cõfessore qui multas audiebat cõfessiones. Cũ aũt semel trãsiret per quãdã terrã: obuiauit illi demoniacus: per cui⁹ os demõ loquẽs ait ei. Tu multas audis cõfessiones sed pro certo scias quod multi et multe sũt non bene se cõfitẽtes. Et hoc hodie videbis per experiẽtiam. Nam talis dña que multotiẽs in anno tibi confitetur: hodie veniet ad te: vt scias quod nõ plene et integre cõfitetur. In reditu suo cũ trãsibit põtẽ: ego eam in fluuiũ proijciam et necabo. Et sic animam eius habebo. Factũ est autẽ vt ipsa mulier eadem die ad eum veniret vt cõfiteretur. Cui cõfessor ait. Bona mulier: cauete vobis ne aliquid dimittatis de peccatis vestris. Cui illa respondit nihil omitto dñe. Tunc cõfessor cepit ei narrare per ordinẽ omnia que audierat a demone. Quibus auditis illa stupefacta cecidit ad pedes cõfessoris: et cum timore magno et lachrymis ac vera cõtritione confessa est: dixitque quoddã peccatum horribile in quo steterat lõgo tẽpore: nec vnquam pro verecundia de il[illegible] fuerat cõfessa. Tunc sacerdos dixit illi. Ex quo pure cõfessa estis sine timore põtem transite. Qd ipsa fecit et sine lesione trãsiuit. Factum est autem cũ trãsiret postea quadam die ille demoniacus per eandem viam. Dictus confessor interrogauit demonem di. Quid fecisti de tali dña quã submergere [illegible] volebas? Tunc demon iratus cepit exclamare dicẽs. O traditor tu me decepisti. Tu mihi illã rapuisti. Illã .n. dominã pdidi pp cõfessionẽ: nec eã modo cognosco. Et vbi sit nescio. Aliud etiam exemplum legitur de sancto Augustino. s. quod dum semel quodã sero staret sup ianuam ecclesie: vidit demonẽ nigerrimũ in specie horribilis gigantis inde trãseũtem: qui habebat librum maximum sup humeros suos Quẽ cõiurãs scũs Aug. interrogauit quid esset [illegible] illo libro. Et rñdit demon: quod i eo scripta erant peccata hominum. Tunc sanctus Aug. ait. Respice si est aliquid de me. Demõ aũt statim et in ictu oculi aperuit librũ: inuenitque de eo scriptum quod semel oblit⁹ fuerat dicere cõpletoriũ ex aliqñ negligẽtia sua. Tũc scũs Augu. ꝓcepit demoni ne inde recederet quousque ipse reuerteretur. Et intrãs ecclesiam ↄfessus est defectum suum: et dixit cõpletorium. Deinde reuersus ad locum vbi erat demon: dixit ei vt rursus quereret: si aliquid de ipso erat scriptum in libro illo. Demon autem sepius reuoluens librum: nunquam inuenit aliquid nec illud quod prius scriptum fuerat: quia erat

per confessionem cācellatum. De quo demon con turbatus recessit tristis. Legit quoqꝫ de quodā clerico vite sctissime: qui tādem inuidia ꝛ procu/ ratione diaboli cecidit in fornicationē. Quem dia bolus postea assumpta forma humana accusa/ uit corā suo epō. Et statuto tpe probationis: ipse demon attulit chartam corā iudice cōtinētē lo/ cum: tps: ꝛ psonas: cū qbus peccauerat. Sed qꝛ ille clericus: post accusationē cōfessus fuerat sua peccata. Volēs demon iudici ostēdere predictam chartā: inuenit oīa deleta: que prius in ea fuerāt scripta. Et sic cōfusus euanuit. Undecima vtili/ tas dicit sanationis. Infirmitas enim corporalis sepe aggrauatur: ex grauedine peccati: iuxta illud psalmiste. Iniquitates mee supgresse sunt caput meū: ꝛ sicut onus graue grauate sunt super me. Item peccator infirmus timore inferni cruciatur ꝛ mori timet. Sed per ꝯfessionem a putredine: ꝛ grauedine peccati exoneratus letus efficit: ꝛ cōse quēter citius sanat: qꝛ animus gaudēs etatē flo ridā facit. Spūs āt tristis exsiccat ossa. Prouer. 17°. Insuper deus sepe immittit infirmitates: pro pter peccatū: dicēte Augustino: q̄ propter pecca ▪ veniūt aduersa. Et hoc affirmat sancta mater ecclia. in. c°. cum infirmitas. de peni. ꝛ re. vbi ait. Cum infirmitas corpalis: nōnunq̄ ex peccato p ueniat: dicēte dn̄o languido quē sanauerat. Ua de ꝛ amplius noli peccare: ne deterius aliqd tibi cōtingat. ꝛc. Et ideo per cōfessionem sublato pec cato recedit ipsa infirmitas: qꝛ remota causa re/ mouet effect⁹. 2°. Phisi. ꝛ. 2°. de genera. ꝛ. c°. cū cessante. de appel. Et ꝯsequenter sanata aīa sana tur etiā corpus: ut dicit in. d. c°. cum infirmitas. Et predicta vtilitas probat vno stupēdo prodigio qd̄ habet in cronicis ordinis nostri. Ubi dicit: q̄ Parisius quidā clericus lubricus: ꝛ dissolutus. sciētia tn̄ preclarus incurrit grauissimam infir/ mitatem. Tūc socij eius ad cōfessionē illū indu cere conabant: ꝛ ad recipiendū eucharistie sacra mentū. Ille xo aīo indurato recusabat. Uidētes aūt socij illum ad finem appropinquare miserūt pro quodam deuoto frē nostro: ut ipsum induceret ad pniam. Qui statim venit. Et cum illū hortare tur ad cōfessionē: ab ipso infirmo despato repul/ sus est cum iniuria. Qui reuersus ad monasteri um cepit feruēter orare: añ crucifixū pro illo de sperato. Cuius sancti frīs meritis dedit misicors deus illi infirmo hāc visionem. Uidit enim iuxta lectū suum: apertū quēdam puteum magnū. Et de puteo ipso velociter ascēdere draconem horri/ bilē cum flāma sulphurea: qui ore apto videbat velle illum infirmū deuorare. Tūc infirmus ipse timore maximo pcussus: versus celum oculos erigēs vidit in aerem dn̄m Jesum: veluti cruci af fixum. Et predictū frēm ad pedes eius orātē: vt ipsius infirmi despati: ꝛ a diabolo decepti digna/ ret misereri. Cui dn̄s respondebat di. Ueniat ad cōfessionem: ꝛ nō negabo ei veniam. Qd̄ ille in/ firmus audiens: ꝛ ad seipsum rediens disparē/ te visione: dulcoratus interius misit pro dicto fratre: eiqꝫ plenarie confessus est: veniam cū la/ chrymis petens de iniurijs ei dictis. Statimqꝫ facta confessione conualescens: ordinem nostrū ingressus est: cuius vita in ordine extitit celebris ꝛ famosa. Ex quo miraculo patuit: q̄ per virtu/ tem sancte confessionis non modo curatur ani/ ma ab omnibus infirmitatib⁹ spiritualib⁹. Sed etiam quandoqꝫ corpus sanatur ab egritudini/ bus suis mortalibus: ꝛ medicina corporea incu/ rabilibus.

Duodecima vtilitas dicit debellationis: siue supationis: ꝛ cōfusionis demonum. Sicut enim cōfessio letificat angelos: ꝛ eis ac deo est val de grata: fm Augustinū in. 8°. li°. cōfessionum. Ita valde cōtristat demones: ꝛ eos cōturbat: ac psequit: fm eūdem Augustinū in li°. de peni. Et ideo nolēt: q̄ aliquis cōfiteret. Nam cōfitēti po/ test dici illud psalmiste. Uox tonitrui tui in rota. Et ad hoc habet exēplū in cronicis ordinis nr̄i vbi dicit: q̄ cū qdā miles esset īfirmus ad mor tē: multi corui supra domum eius venerūt: ꝛ oēs qui ei⁹ domū visitandi gr̄a intrare volebāt impe/ diebāt: insurgētes cōtra eos. Qd̄ videns fili⁹ ei⁹ nūciauit patri. Qui statī fecit ad se vocari guar dianum nostri loci. Cum autē dictu guardian⁹ intrare vellet domum. Corui rostris: ꝛ alis ▪ resi stebant. Qd̄ cernens guardianus signo crucis se muniuit: ꝛ sic intrauit: ac miles ille confessus est. Et confessione expleta: nec vnus quidem ex cor/ uis ibi remansit. Aliud etiam mirabile exemplū recitat Jacobus de vitriaco dicens: q̄ quidam habens multa peccata nunq̄ cōfessus est ea. Tā dem infirmatus est ad mortem. Timens autem diabolus: ne sacerdoti confiteretur: preiit ad eū in specie sui parrochiani sacerdotis exhortans eum: vt sibi confiteretur. Unde ipse credens illū esse suum parrochianum annuit eius exhortatio ni: ꝛ confessus est ei: cum magna cordis cōtritio/ ne omnia peccata sua. Quo facto dixit diabolus frater. Ista sunt grauia peccata. Et ideo ego tibi iniungo ne alteri vnq̄ ipsa cōfitearis: quia inde multa scandala possent oriri. Deinde ipse demon recessit: ꝛ ille defunct⁹ est. Statimqꝫ venerūt demo nes dicentes angelis. Noster est: qꝛ nunq̄ cōfes/

sus fuit. Angeli vero dicebāt. Nō: q2 cōfessio eius valuit. Nā credēs cōfiteri parrochiano suo cō/ tritionē habuit: ꝛ peccata sua dixit. Tādem deus iudicauit aīam eius redire ad corpus: ꝛ iteruʒ cō/ fiteri peccata sua sacerdoti. Qd ꝛ factum est. Et sic obdormiuit in dn̄o. Aliud quoqʒ exēpluʒ reci tat Cesarius dicēs: ꝙ fuit Parisius qdā magnus theologie magister ꝛ pdicator: qui semel in came ra sua in qua erat vidit diabolū: quem adiurauit ut sibi diceret quid eēt illud: qd plus inter hoīes noceret demonijs. Cui ille respōdit. Nihil nobis tātū nocet: nec tātū eneruat vires nr̄as: quātum pura cōfessio. Quādo enim homo est in peccato mortali: oīa mēbra eius sūt a nobis ligata: ne fa/ ciat bonū. Cum vero cōfitetur peccata sua: statim remanet liber: ꝛ habilis ad omne bonuʒ facien/ duʒ: ꝛ de manibus nr̄is liberaꝛ. MM

Quia autē nos oēs habemus continue pu/ gnare cum malignis spiritibus: ut testatur Paulus ad Ephe. 6°. Voluit deus facere more boni regis. Nam ꝑpter imminēs periculū: quod cōtingit in bello: vbi quādoqʒ eque bn̄ occidi: vel vulnerari pōt dn̄s sicut subditus: q2 sagitta ita perforat carnes regias sicut rusticanas: ipse pru/ dēs rex ante belli ingressuʒ cōsueuit ordinare du cem: ꝛ viceduceʒ: ut si cōtingat ducem vulnera vel mori: non pereat exercitus regētis penuria. Siliter etenim nobis quoruʒ vita est militia sup terrā. Job. 7°. Dedit deus ducē nos in prelio diri/ gentē cōtra diabolū ꝛ vicia: scilicet suā gratiam a qua nobis prouenit subsidiū: ꝛ auxilium cōtra hostes nostros quos semper vincimus: q̄diu ta/ lis dux viget in nobis. Cognoscētes autē ipse do/ minus deus: ꝙ talis dux potest nobis deficere: ꝑ ter alicuius sagitte peccati mortalis vulneratioueʒ qua diuina grā ꝑuaꝛ aīa. Ordinauit nobis vice/ ducē: ne in pctō nr̄o ꝯprehēsi a diabolo eternaliter trucidemur. Et hic vicedux est pura ꝯfessio qua nos succūbētes hostibus nr̄is: et perditiōe diuine grē: si ad eius remediū curramus subleuamur: ꝛ vi/ cimus. Cuius figura hꝫ Judi. p°. vbi legiꝛ: ꝙ mor tuo Josue ꝛ sepulto ī sūmitate mons ephraim: fi lij israel timuerūt valde: eo ꝙ fuerat belli eorum dux: ꝛ istabat ꝯtra eos Cananeus cū exercitu suo. Sed ꝯsulētes filij israel deum: qs deberet esse eoꝝ dux ꝯtra hostes: r̄nsum habuerūt: ꝙ Judas eēt dux exercitus: q2 deus traderet terram inimicoꝝ in manu eius. Unde ipse Judas sumpto secum Simone fratre suo debellauit Cananeuʒ: ꝛ obti/ nuerunt filij israel ciuitates: ꝛ regnum eius. Jo/ sue enim qui interpretaꝛ salus: significat gratiaʒ dei: in qua tota salus nr̄a cōsistit: dicēte Paulo p°. ad Cor. 15°. Gratia dei sum id qd sum. Sed deficit interdum iste dux: in summitate mōtis e/ phraim: qui interpretaꝛ frugifer: q2 cum peruenimus ad sūmitateʒ: ꝛ superfluitatē prosporum per affectuʒ gratia dei deficit in nobis: ꝛ perdito tali duce pdi mus etiā presidiū: ꝛ adiutoriū diuinū. Unde val lati ab exercitu Cananei: idest demonis tentatio nibus: sumus in periculo interitus: ꝛ captiuitaꝭ infernalis. Debemus igiꝛ statim cōsulere deuʒ: ꝛ audiemus ipsum dicentē: Judas sit dux vester: q interpretaꝛ confessio. Iste enim probus ꝛ bonus dux assumpto secū simone fratre suo: qui iterpre taꝛ ponēs tristitiā: ꝛ significat cōtritionē: fugabit Cananeuʒ: idest diabolū: ꝛ exercitū eius: idest pec cata: ꝛ regnū de quo ipse demon egressus est: sci/ licet celū: obtinebit. Et ideo Dauid propheta spe rabat victoriā: de inimicis suis mediāte tali duce dicēs ps°. 59°. Juda dux meus. ꝛc. In figurā q̄qʒ huius: primi Macha. 5°. dr̄. Debellabat Judas filios Esau. Alia etiā figura hꝫ eiusdē libri. 7°. c°. vbi dr̄: ꝙ cum Judas machabeus expugnaret gētes Demetrij: ꝛ deuastaret terrā illius: Demetrius furore repletus misit Nichanorē cuʒ exercitu suo cum hoc mādato: ut Judā ligatū sibi pn̄taret. Ue nit ergo Nichanor ꝯtra Judaʒ. Sʒ ipse Judas animose aggressus est ipʒ Nichanorē: ꝛ exercitū illius: ac obtinuit victoriam: ꝛ fugato exercitu ce pit Nichanorem: ꝛ occidit illū. Per Demetriū enim qui interpretaꝛ nimiuʒ persequēs: significa tur diabolus persecutor terribilis humani gene/ ris. Cuius gentes: idest tentationes filij israel: idest fideles christiani mediāte duce Juda: idest cōfessione pura: expugnāt ꝛ deuastāt eius terraʒ: idest suggestionē prauam: atqʒ dn̄ationem mali/ gnam. Qd ipse diabolus valde moleste sustinet Et ideo omni conatu studet qd amisit recupare. Unde quādo vno genere peccati vincere non po test: ad aliud statim habet recursuʒ. Dicēte Gre/ gorio in mora. Antiquus hostis, ex ꝑpo certami ne dū se succūbere cōsiderat: ad alia tētationum bella festinat. Intueꝛ enim vniuscuiusqʒ mores: cui vicio sint ꝓpinq. Et illa ponit ante faciē: ad que citius spat inclinare mētē: hec ille. Et Leo pa/ pa in s̄mone octaue natiuitatis dn̄i: ait. Nō desi nit hostis antiquus trāsfiguraꝛ se [redacted] angelū lucis deceptionuʒ laqueos vbiqʒ pretēdē. Et ut quoq̄ modo fidē credentiū corrūpat instare. Nouit cui adhibeat estus cupiditatis: cui illecebras gule i/ gerat: cui apponat incitamēta luxurie: cui infun dat virus inuidie. Nouit quem merore contur/ bet: quem fallat gaudio: quem metu opprimat: quem admiratione seducat. Omnium discutit

cõsuetudine: vẽtilat curas: scrutat̃ affectus: ꝛ ibi
causas querit nocendi: vbi quẽq; viderit studio
suis occupari. Habet etenim multos: ex eis quos
tenacius obligauit: aptos artib⁹ suis: quoꝝ ad
alios decipiẽdos ingenijs vtatur: ꝛ verbis: hec il/
le. Eapropter dr̃ ĩ predicta figura: ꝙ misit nicha
norem: cũ exercitu suo: vt ꝯprehẽderet Iudã. Ni
chanor enĩ interp̃tat̃ statura lucida: ꝛ significat
pulchritudinẽ rerum mũdanarũ: ꝛ specierũ de/
lectabiliũ: quam obijcit fidelib⁹: vt eos auertat a
penitẽtia faciẽda. Et ideo dr̃: ꝙ solũ querebat ap
prehẽdere Iudã: idest impedire ꝯfessionẽ purã.
Sed ipse Iudas capit eum: ꝛ occidit: atq; exerci
tum ei⁹ in fugam cõuertit. Quia diabolũ: cũ oĩ
bus vicijs: vera cõfessio prosternit: ꝛ pplo hieru/
salẽ pacem reddit: idest cõsciẽ trãquillitatem: vn
de Augu. in li⁰. de peni. de ipsa pnia loquẽs: cuius
pars est ꝯfessio: ait. Lãgores sanat: leprosos curat
mortuos suscitat: sanitatem auget: grãm ꝯseruat
claudis gressum: surdis auditum: cecis restituit
visum: vicia fugat: virtutes exornat: mẽtem mu/
nit: ꝛ roborat. ꝛc. Et nũc v̾ificat̃ illud psalmi. 113.
Facta est iudea sãctificatio eius. Et ideo oĩbus fi
delibus dico: cum psalmista. Persequmini ꝛ cõ/
prehẽdite: scilꝫ demones per ꝯfessionem. Postq̃
enim latrones latere nõ possunt: ꝛ sunt discooper
ti: ꝛ noti: nequaq̃ amplius ibi redeunt. Timent
enim suspẽdi: ꝛ ideo lõge fugiunt. Spũaliter au
tem demones sunt velut latrones: qui per peccata
aĩam ingrediẽtes: eam oĩum virtutũ glĩa expoli
ant. Sed si per cõfessionem manifestent̃: inde ef/
fugiũt: nec audent ad eam accedere. Cui⁹ figura
habet̃ quarti Reg. 6⁰. Vbi legit̃: ꝙ postq̃ Heli/
seus ostẽdit latrunculos sirie regi hierlm fugiẽtes
inde: nõ fuerũt postmodum ausi amplius reuer
ti in samariã: cui primo tm̃ erãt infesti. Tertiade/
cima vtilitas cõfessionis: dicit̃ placationis. Hoc
enim est bonum: ac singulare remediũ ad placã/
dum irati principis furorem: in cui⁹ potestate su
mus: magna humiliatio. Unde aliqui cõsueuert
gladiũ nudum pũcta manu tenere: ꝛ genua fle
ctentes corã principe: reos se mortis clamare: ꝛ pe
tere misericordiã. Tunc enim si princeps ille esset
durior ferro: tãta humilitate flecteret̃: qꝛ vt ait sa
piens Prouerbi. 15⁰. Sermo molis frãgit iram.
Et ideo nos qui aliquãdo in tãtũ turbauimus di
uinam maiestatẽ per peccatum: ꝙ effecti sumus
filij perditionis: ꝛ digni sentẽtia capitali: nec pos/
sumus effugere manus eius: qꝛ vbiq; est: ꝛ ĩ om
ni loco nos deprehẽdere põt. Unde illi ait ꝓphe/
ta ps⁰. 138⁰. Quo ibo a spiritu tuo? aut quo a fa/
cie tua fugiam? Nullũ aliud remedium melius
habemus: q̃ recognito peccato per humilem cõ
fessionẽ: postulare veniã. Ait enĩ August. sup. ps⁰.
74⁰. Nõ est quo fugias a deo irato: nisi ad deũ
placatũ. Figura aũt hui⁹ habet̃ secũdi Reg. 24⁰
vbi legitur: ꝙ cũ Dauid vidisset angelũ tenentẽ
gladiũ in manu: ꝛ interficientem populũ: flexis
genibus clamauit. Dñe ego sum qui peccaui: ego
qui inique egi. Et statim angelus deposito gladio
ferire cessauit. Sic igitur ꝛ nos clamem⁹ ad dñm
denudando peccata nostra per purã cõfessionem
et ipse deus deponet iram suam ꝛ nobiscũ placa/
bitur nullũ aũt aliud est remediũ euadendi. Naꝫ
qui se occultat ab eo: magis patebit. Et qui per cõ
fessionẽ manifestat peccata sua: ea occultat. Et iõ
inquit Chriso. in quodã sermone. Peccatorum
indulgentiam instãti confessione mercare. Quid
horres fateri: quod libẽter ac ꝓmpte commisisti?
Cur cõfunderis dicere: quod non es ꝯfusus ppe
trare? Cur vereris deo indicare: quod veritus non
es eo presente cõmittere? An putas eum cõmissa
nescire: nisi a nobis cõfitentibus que cõmisimus
agnoscat? Peius est cõfiteri nole q̃ legem cõtẽ
nere. Niniuite confitẽtur ꝛ viuunt sodomite ob
durantur ꝛ pereũt. Quartadecima vtilitas dicit̃
honorationis. Narrat Frõtin⁹ historiograph⁹ ꝙ
romani cũ aliquis princeps honorabilem victo/
riam de hostibus reportasset: ponebãt eum ĩ cur/
ru valde adornato: ꝛ laureatum deducebant per
ciuitatem: ꝛ hoc appellabant triumphum. Et il/
le semper a populo romano erat honoratus: spiri
tualiter autẽ dico: ꝙ inter oẽs victorias: ꝛ virtuo
sas operationes quibus meret̃ a deo honorari: est
ipsa cõfessio fidelis ꝛ vera. Nã per ipsã hõ deuin
cit diabolũ de quo Iob. 41⁰. dr̃. Non est potestas
super terrã que ꝯparet̃ ei qui factus [illegible] vt nullũ
timerẽt. Ergo cõfitẽs est magis victoriosus: q̃ vn/
q̃ fuerit Cesar: vel Scipio affrican⁹. Item cõfes/
sio est dux omnium aliarũ virtuosarũ operatio/
num. Nam elemosyna: oratio: ieiunium: lectio
ꝛ peregrinatio: ꝛ cetera opera meritoria: que fiũt
a nobis: non possunt nec audent ad diuinam ma
iestatem accedere: confessione ꝑtermissa. Vbi igi
tur est vera confessio: ibi est vera salus. Ipsa vero
deficiente omnes virtutes deficiunt: sed ipsa pre/
cedẽte omnes virtutes sequuntur. Cuius figura
habetur Exod. 14⁰. additis his que narrat magi
ster historiarum. Nam cum filij israel exeuntes
de egipto venissent ad mare rubrum: non aude/
bant mare in trare: quantuncũque sentirent post
se pharaonem venientem cum magno exercitu
q̃usque tribus Iuda ꝑmo est illud ĩgressa. Sed
ipsa tribu precedente: secute sunt omnes alie. Et

per hoc liberatus est populus hierusalez: submerso ibi pharaone: cum suo exercitu. Et ex hoc tribus iuda meruit regale sceptruz. Et hoc est quod inquit Dauid psalmo. 113°. In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius. &c. Quod dicitur propter illud: quod tūc fecit ipsa tribus iuda. De quo regali sceptro predixerat Jacob patriarcha Genesis. 49°. dicēs. Nō auferetur sceptrū de iuda. &c. Spūaliter enim per tribum iuda intelligitur virtus cōfessionis: quam in exitu de peccato: & accessu ad misericordiam dei oportet omnē virtutem precedere: nam ipsa preeunte omnes alie virtutes sequūtur. Et sic diabolo submerso cum tētamentis suis: triumphat virtus cōfessionis. Et idō pre ceteris virtutibus est colēda: vnde Grego. in morali. exponens illud Job. 31. Si abscondi quasi homo peccatum meum: & celaui in sinu meo iniquitatē meam: ait. Mirent̄ in bono Job: qui volūt castitatis continētiam: mirētur integritatem iustitie: mirentur viscera pietatis. Ego in eo non minus admiror cōfessionem humilimam peccatorum: q̄ tot sublimia virtutum. Quintadecima vtilitas. dicitur germinationis. Tēpore enim hiemali: quādo terra cooperta est glacie: vel aquis in superficie: nō potest germinare. Et vna est ratio: quia radius solis nō potest terram attingere ad calefaciēdum: aquis vel glacie impedientibus. Et similiter cum ager anime nostre est coopert⁹ glacie culpe: vel aquis peccatorū: iuxta illud psalmi. 68. Saluum me fac deus: quoniam intrauerūt aque: vsq3 ad animam meam. &c. Nō potest producere fructus deo placitos: quia nō potest radius gratie diuine ad illam accedere: propter culpe occupationem. Nam gratia & culpa simul in eodem recipi nō possunt. Esaie. 29°. Iniquitates nostre diuiserūt inter nos: & deum nostrum. Et peccata nostra abscōderūt faciez suam a nobis. Sed si volumus: q̄ ager anime nostre germina bone operationis producat: necesse est: ut per cōfessionem prius culpam amoueamus. Cuius figura habetur Genesis p°. Ubi legitur: q̄ cuz terra operta esset aquis: nihil germinabat: sed semper erat inanis: & vacua. Sed cōgregatis aquis in vnum locum: & arida apparēte: mox radiis solis eaz attingētibus subsecuta est germinatio herbe virētis: & productio diuersor fructuum. Per aquas enim intelligūtur spiritualiter culpe mortalis hominis submergentes in abysso eterne dānationis. Apocalypsis. 17°. Aque multe populi multi decurrētes ad mortez. Quamdiu ergo huiusmodi aque superficiem cordis nostri per affectum cooperiūt: nullatenus valent bone cogitationes germen producere: & per cōsequens: nec dare fructuz. Sed cōgregatis huiusmodi aquis idest peccatis & culpis in vnum coram cōfessore per veram & integram cōfessionem apparet arida: idest anima pura apta & parata ad germinādum: quia radius diuine gratie: statim descēdit prohibēte remoto. Et tūc ipsa anima producit ieiunia: orationes: elemosynas: & cetera opera meritoria: circa que prius sterilis existebat: & verificatur illud psalmi. 84. Dominus dabit benignitatem: & terra nr̄a dabit fructū suuz. Extirpanda ergo sunt vicia per cōfessionem: ut possint in anima vere virtutes inseri. Ait enim Ambrosius in p°. libro. de kāim. Egressus malicie: virtutis operatur ingressum. Eodēq3 studio quo crimen expellitur: innocētia copulatur. Sextadecima vtilitas: dicitur apparitionis: siue cōformationis: scilicet cuz beatis mūdissimis. Ait enim deus Esa. p°. Mūdi estote. s. ut in cōspectu meo: sitis digni apparere: & mihi ministrare: ac cum sctīs meis habitare: & cōuersari. Indecēs enim est & vituperosum: vbi omnia mūda sunt sordiduz apparere. Ille nāq3 talis ut fedator mūdicie: est cum rubore ab alio cōsortio excludēdus. Sicut coru⁹ a pauonū societate. Et similiter in curia celestis gratie: oēs mūdi sunt. Nullus eniz sordidus manere ibi audet. Fedaret eni loca purissima: & mansiones amenas: quas sācti in pulchritudine habitāt. Numeri. 24°. Quā pulchra tabernacula iacob. Inde est q̄ statim excludit̄ cum cōfusione a domino: qui ibi accedit immundus. Esaie. 65°. Recedite inquit dominus a me. Nō appropinquetis mihi: quia immūdi estis. Debemus igitur prius nos ab omni sorde mūdare: si cupimus ad cōsortium mūdissimorū dei seruor: & ad purissimaz dei grām introire. Cuius figura habet̄ Leuiti. 5°. & Numeri. 19°. Ubi pcepit deus: q̄ quicūq3 ex tactu rei immūde efficeret̄ immūdus deberet purificari: anteq̄ alior mūdoruz cōsortio iūgeret̄. Et notāter dicit̄ ex tactu: quia nō polluitur quis nisi per tactum: idest cōsensum rerū immūdarum: vnde August. in quodā sermone ait. Tētatio quātūcūq3 immūda cor nō polluit: si ratio nō consentit. Hec autez purificatio fit per cōfessionē: per quā oīs immūdicia total'r tollit̄: & cessat̄. Nā hoc est diuinitus ordiātū: ut pctōr ipse sua pctā manifestādo deleat: taliter q̄ ampli⁹ ea nō debeat reuidē: q2 oīuz pcōr suor īmūdicia in sacco ppetui silētii: per vtutez cōfessiōis est cōclusa: vñ dr̄ Job. 24°. Significasti q̄si a sacculo delicta mea: & curasti iniqtatez meam. Decimaseptima

vtilitas dicitur euasionis: scilicet submersiõis eterne. Cadẽs eni in aqua nõ est in periculo quousqꝫ os eiꝰ nõ cooperiẽ aqua. Et ratio est qꝛ potest spirare ꝛ respirare: ꝛ sic suffocari nõ potest. Si aũt cooperiaẽ in tantũ ꝙ spiratio ꝛ respiratio deficiat stati intrinsecus calor cor vritqꝫ pulmo non potest aerẽ calidũ spirãdo emittere: ꝛ respirãdo aliũ aerẽ refrigerantẽ recipere: ꝛ ipsum cor refocilare Et similiter cadens in peccato nõ est in periculo cõbustionis gehenne quousqꝫ os habet expeditũ ad ꝯfessionẽ. Qꝛ tũc põt spirare p os caliditatẽ pcti: ꝛ p respirationẽ attrahẽ gr̃az ĩdulgẽtie: dicẽte psalmista. Os meũ aperui ꝛ attraxi spiritũ. s. grẽ. Et sic cor ꝛ aĩa refrigeranẽ ꝛ sananẽ Sed [illegible] tantũ superabũdet culpa: vt ad cõfitendũ os operiaẽ: suffocaẽ anima a peccati neqtia: ꝛ igni traditur infernali. Cuius figura habeẽ. Exo. 14°. Vbi legitur: ꝙ egyptij intrãtes mare: cooperti sunt aqꝫ ꝛ oẽs suffocati sunt. Per egyptios eni itelligũtur peccatores tenebris peccatorũ inuoluti: qui intrãtes mare viciorum: ꝛ immergẽtes se in voragine culpe mortalis: os clausũ ad cõfessionem habent ꝛ iõ moriũtur in peccatis suis. Si eni os ñ clauderent: indulgentiã iuenirẽt. Ait eni Aug. in quodã sermone. Infernus est puteꝰ profunde iniquitatis: qui nõ claudet sup [illegible] os suũ: nisi tu clauseris tuũ. Et iõ oẽs debetis os vr̃z apire in ꝯfessiõe. Et tũc poteritis dicere cum pphta ps°. 68°. Nõ absorbeat me profũdum: neqꝫ vrgeat super me puteus os suum. Decimaoctaua vtilitas dicitur liberationis. Per virtutem enim sancte confessionis liberatur homo a multis periculis ꝛ mal. Et ideo Ecclesiastici. 51°. dicit sapiens. Cõfitebor tibi dñe rex: qm̃ adiutor ꝛ protector factus es mihi ꝛ liberasti corpus meũ a perditione: liberasti me a rugientibus pparatis ad escaz. Et de manibus querẽtiũ aiaz meã: ꝛ de multis tribulationibꝰ que circũdederũt me. A pssura flãme que circũdedit me: ꝛ i medio ignis ñ sũ extuatꝰ: hec ibi. M M M

Est autem sciendũ: ꝙ cõfessio est curia misericordie dei ad quã potest appellare q grauatur a diuina iustitia: vñ Ambro. sup beati immaculati. ait. Cessat diuina vĩdicta si confessio pcurrat humana. Iustitia eniz dei huic appellationi libenter ꝛ patiẽter cedit. Quia misericordia superexaltat iudiciuz. Jacobi. 2°. Quod patet ex tribꝰ. Pⁱo ex crudelitate. Quia credit i hac curia ꝯfessiõis pcõri factũ suũ narranti: nec ibi adducit q suppleat defectũ eiꝰ: nec testis q pbet Jniũ: sz [illegible] soli i oĩbꝰ daẽ fides nec ibi locũ hz illõ qd Joã. 8° dicit. Tu de teipso testimoniũ phibes: testimoniuz tuũ nõ ẽ verũ. Scdõ pz ex libatõe: qꝛ i hac curia non feruntur sententie nisi absolutionis. Nam etsi homo fuerit sceleratissimus: absoluitur quasi latro a quo aufertur laqueus quem habet ad collum quo debebat suspendi. Tertio patet ex eterna felicitate. Naz cuz ille qui venit ad curiaz hãc dignus esset infernali supplicio: non solum remittitur ei ipsa pena. Sed etiam remuneratur eterno pmio: vt supra patuit. Et ideo hortatur nos Aug. ad penitentiam ꝛ confessionem: in liᵒ. de cõflictu viciorum. c°. 13°. di. Ecce Dauid adulterio simul ꝛ homicidio reus: de inferni faucibus misericordia domini describitur liberatus. Ecce Manasses oĩum peccatorum nephandissimus: ꝛ impurissimus: ac sordidissimus: illecebrosissimus: ꝛ sceleratissimus: per penitentiam rediit ad vitam. Ecce Magdalena innumeris fornicationũ sordibus inquinata: ad fontem pietatis anxia currens: dominiqꝫ vestigia lachrymis rigans ablui meruit. Ecce Petrus negationis sue vinculis astrictus amarissimis lachrymis infidelitatis nodos soluit. Ecce seditionis simul ꝛ effusionis fratrum sãguinis latro obnoxius: vnius hore momẽto vnaqꝫ confessionis voce: ad paradisum de cruce transijt. Ecce Saulus ecclesiam dei persequens: ꝛ multos pro Christi nomine perimens: ꝛ ut ita dixeriz martyrum cruore se totum inficiens apostolus factus: in vas est electionis commutatus. ꝛc. Quod autem per confessionem liberetur homo: a malis temporalibus: ꝛ a multis periculis patet per miraculum quod recitat Cesarius in dialogo suo dicens: ꝙ in ciuitate Acebatensi quidaz iuuenis qui ex multis diuitijs ad paupertatẽ deuenerat diuitias sibi acquirere voluit diabolo procurante. Unde accedens ad quendam aurificem dixit ad domũ suã venisse mercatorẽ: qui plurima vasa aurea ꝛ argẽtea emẽ venerat. Eapp: vt illuc vasa sua vẽdibilia ferret istãter rogauit. Qõ ille credẽs: stati vasa multa: nõ parui valoris sacculo reposita ad domũ illiꝰ portauit. Qui vt domũ igressus est ab eo fuit iterfectꝰ: ꝛ adiutorio sororis sue corpus defuncti in frustra concisum in cloachaz proiectum est. Sed cum rumor occisionis a vicinis fuisset sentitus confracte sunt fores: ꝛ ipse iuuenis homicida cum sorore captus: ac iudici traditus: tormentisqꝫ afflictus: post delicti confessionẽ iudicatur ad ignem cum illa. Puella ergo videns se ad mortem duci: dixit fratri suo. Ecce frater ꝙ vt te iuuarem ne perires: simul tecum pereo: cum nihil horum ante cogitassem. Nunc ergo audi consilium meum. Si corporea perdimus iustitia dictante animas saltem confessionẽ saluare studeamus. Cui frater desperatus ait. Ne mihi loquaris de hoc. Quid enim valet confessio: vel penitentia in hora ista? Nolo confiteri

Puella aũt corde cõtrito cõfessionez fecit accer sito sacerdote:atq3 deo animã suam cõmẽdauit. Ambo igitur simul rogo iponũtur:ꝛ ad lignum alligantur:atq3 ignis subter eos accenditur. Et iuuenẽ ipenitẽtem flãma cõsumpsit:puellam au tez cõfessam:ignis cõtingere nõ potuit:sed vin/ culis solis absolutis:ut alter Daniel in flãma ille sa permãsit. Quo viso miraculo iudices:puellaz in dei laudes prorũpẽtem innocẽtem iudicantes ignẽ exire iusserũt:ꝛ liberaz abire. Recitat quoq3 idem doctor aliud miraculũ.s. Qꝺ in argẽtina he retici quidã cõprehensi:timore mortis heresim su am se abnegare mentiebant. Iudex aũt veritatẽ noscere cupiẽs:ferro cãdenti eos probare voluit:ut qui ferrum cadẽs nõ sentiret: in veritate abnega re crederet. Cum igit heretici oẽs manibus adu stis ad ignem cõburendi ducerent. Quidaz vni eoꝝ dixit. O miser:quare sic vis mori? Cui ille re spõdit. Audiui:q3 seram pniam deus nõ suspici at. Rñdit aũt fidelis. Nunq3 pnia sera est apud deum. Tãtum ↄfitearis:ꝛ videbis clemẽtiaz eius. Vocato igit sacerdote dictus hereticus:erroreз su um confessus est:ꝛ exinde alia peccata sua. Mi ra res:sicuti cõfitebat:sic paulatim manus adu sta sanabat:ꝛ pfecta cõfessione nulla adustionis cicatrix apparuit. Punitis igit alijs:cum iudex ꝛ hũc peteret:respõsum est:puniri neminẽ debere nisi de culpa cõfiterit. Et manu ipsius ↄfessi ꝓ ducta:cum nullũ vestigiũ ignis appareret libera tus est. Tãtas ergo cõfessionis vtilitates cõside/ rans August.in quodã sermone ad heremi.inqt Cõfitemini o f[ra]es mei:ꝛ nolite differre:ad sacraz mẽsam cõfessionis accedere festinate:hec est eni salus aiaꝝ:dissipatrix vicioꝝ:restauratrix virtu/ tum:oppugnatrix demonũ:angeloꝝ tunica:eccle siaruз fiducia:dux:baculus:ꝛ spes oĩum fideliuз. O sancta:atq3 admirabilis cõfessio. Tu obstru/ is os inferni:ꝛ apis paradisi portas. O ↄfessio vi ta iustoꝝ:peccatoꝝ glia. Tu sola necessaria es pec catori:ꝛ nihilominus iustus si quis reputatur te astringere:ꝛ frequẽtare debet:nihil enim remane/ bit in iudicio:quod fuerit per cõfessionem purga tuз:hec ille. Et Bernardus super illud psalmiste Quid ẽ tibi mare.ꝛc.ait. Oĩa in ↄfessiõe lauant cõscia mundat:amaritudo tollit:mare:idest pec catum fugat:tranqlitas redditur:spes reuiuiscit:ꝛ aĩus hilarescit. Felix aĩa:cui ista ex cõfessione ꝓ/ ueniunt. Et ideo bene dicũt v̾ba thematis nostri. Cõfitemini dño qñ bonus:qñ in seculũ miseri/ cordia eius. Post enim vitam hãc:nõ valet cõ fessio:vnde Dauid in ps°.6°.iquit deo. In infer/ no autem quis cõfitebit tibi? Ideo o deuoti chri stiani:ad sanctã cõfessionez accedere festinate:ut gfam dei habeatis in hoc seculo:ꝛ gliam in futu ro. Ad quam ꝛc.

¶ Feria secũda:post quartaз dñicam in quadra gesima:de cõfessionis preparatione:explicatiõe: iteratione:ꝛ inductione. Sermo trigesimusquin/ tus. N

Omnes eiecit de tẽplo:Ioãnis.2°. ꝛ in euangelio occurrentis ferie. Sapientissimi Solonis philoso phi est sñia:philosophiam a fine solũmodo cõsecrari. Aristo.q3 2°. Phi.iquit. Finis habet ratio/ nez optimi:ꝛ est causa causaꝝ:ꝛ in.2°.ꝛ.5°. Me tha.dicit. Finẽ optimũ esse in vnaquaq3 re:q2 rei esse cõfert:ꝛ in.3°. Topi.inqt. Melior est finis:oi bus que sunt ad finẽ. Ideo cõmẽtator super.2°. Metha.hec oĩa cõsiderans dicit. Qui destruit fi nẽ:destruit omne bonuз. Et ratio est:q2 ut inquit Aristo.p°.de celo ꝛ mũdo.ꝛ.3°. Phi. Vanuз est omne:qꝺ suum nõ attingit finez. Patet hoc per experientiam. Nam medicina dr vana:ex qua nõ sequit sanitas:ꝓpter quaз data fuit. Similiter si vnus vadit centũ miliaria:ut mile ducatos acci piat ab aliquo:ꝛ post laborem itineris nõ accipi at eos dicet. In vanum huc veni:qñ finẽ meum nõ sum adeptus:propter quem veni. Sicut pñt dicere multi eũtes ad cõfessionem:ut recipiãt in dulgentiã:ꝛ nõ recipientes propter eoꝝ impreparationẽ:ꝛ malam dispositionez: talium enim cõ/ fessio est vana. Ideo oĩbus euntib9 ad cõfitendũ dicit de9 Iere.7°. Bonas facite vias vestras. Et ego vobis ideз dico:ne si impreparati:ꝛ indispo/ siti accedatis ad cõfessionem:dñs Iesus vos ꝓij ciat a gr̃a sua:ꝛ expellat:sicut hodie fecit de vẽden tib9:ꝛ emẽtibus in tẽplo. Et ideo in hoc sermõe quattuor pulchras faciemus cõsiderationes de cõfessione. Prima dicet preparatiõis:Secũda explicationis:Tertia iterationis:Quarta ꝛ vlti/ ma inductionis.

Secundo debemus eē patiētes in perditione temporalium bonorum. Unde vt habetur i lib°. de moribus philosophorum. Laudatur Anasagoras qui non est contristatus quādo in patriā rediens possessiones suas desertas et dissipatas inuenit. Et ideo Tulius in. 2°. d oratore dicit. Magna laus et ad mirabilis videri solet: tulisse casus sapientis aduersos: non fractum esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatem. Ideo laudatur Job qui audiens omnes filios suos mortuos: et omnem substantiam suam sibi ereptam: non est desperatus: sed ait vt habetur sui libri. p°. c°. Nudus egressus sū de vtero matris mee: nudus reuertar illuc. Dominus dedit: dominus abstulit: sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum.

S

Tertio debet esse quis patiens in corporis flagellatione cum. s. corpus egritudinibus et infirmitatibus aggrauatur. Sicut de beato Francisco legitur. De quo sanctus Bonauētura in legenda maiori inquit. Cum duris corporis angeretur doloribus: illas suas angustias non penarum nomine appellabat: sed sororum. Dum autem semel grauius solito dolorum vrgeretur aculeis. Quidam frater simplex dixit ad eum. Pater ora dominum ut mitius tecum agat: manū enim suam plus debito super te aggrauare videtur. Quo audito vir sanctus cum eiulatu exclamans ait. Nisi noscerem in te simplicem puritatem: tuum ex nunc abhorrerem consortium: qui ausus fueris circa me diuina iudicia reprehensibilia iudicare. Et licet esset totus attritus grauis prolixitate langoris: projciens se in terram: ossa debilis duro casu collisit: et deosculans humum: gratias tibi inquit ago domine deus de omnibus his doloribus meis: teq mi domine rogo: ut centuplum si tibi placuerit addas: cum tue sancte voluntati adimpletio: sit mihi consolatio superplena. Et ideo etiam nos debemus patienter infirmitates tollerare. Quia virtus in infirmitate perficitur. 2°. ad Corin. 12°. M

Quarto debet esse patiens quilibet et non desperare de tentationibus: sed viriliter resistere. Nam ut ait beatus Bonauentura in .2°. disti. 23ª. ar°. p°. Ideo deus permittit hominem tentari ut fortiter et viriliter agens maiorem inde gloriam consequatur. Scriptū est enim Jacobi. p°. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniā cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Et ibidē etiam dicitur. Omne gaudiū existimate fratres: cum in varias tentationes incideritis. Has enī tētationes sepe permittit deus pro nostra vtilitate vnde Job. 5°. scriptū est. Beatus homo qui corripitur a domino: increpationem ergo eius ne reprobes. Quando ergo es tentatus: siue tribulatus recorderis illius sentētie que habetur Ecclesiast. 3°. vbi dicitur. Disciplinam domini ne abiscias: ne deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit dominus corripit: et quasi pater in filio cōplacet sibi. Debes etiam recordari q dicitur psalmo 33°. Iuxta est dominus his qui tribulato sūt corde. Et d hoc est exēplum magni Antonij: qui dū post multas tentationes et verbera que a demonibus fuerat passus: vidisset in splēdore quodam mirabile dominū Jesum christum: dixit ad eum Vbi eras bone Jesu? Jesu bone vbi eras? Quare nō fuisti a principio ut me adiuuares a demonijs? Cui dominus ait. Antoni hic aderam: intuēs quomodo pugnares: et meo auxilio certamen superasti. Amodo autem quia viriliter pugnasti: in toto orbe te faciā nominari. Recordare etiā o tribulate et tētate q multo plures tribulationes passus est Christus pro amore tuo: quare cōueniēs est ut tu etiam aliquid patiaris amore eius. Unde inquit Paulus ad Hebreos. 12°. Recogitate eum qui sustinuit talē a peccatoribus persecutionē: ut nō fatigemini animis vestris deficientes Unde Gregorius in moralibus inquit. Si pas[sio] domini ad memoriā reuocetur: nihil est adeo durū: qd nō equo aio tolleretur.

V

Quinto debet quis esse patiens in tollerandis iniurijs: et infamijs impositis: sciens q mēdacia habent breues pedes: et veritas omnibus falsitatibus supereminens erit. Ad qd sunt quattuor remedia sm Senecam. Primum est: ipas iniurias obliuioni tradere: sicut faciebat Julius Cesar ut refert Tulius. Unde idem Seneca ait. Injuriarū remedium est obliuio. Secundum est: nō reputare se iniuriam recepisse. Unde idē Seneca ait. Sapiens colaphis percussus dicit. Sicut debuit facere sic fecit. Et de hoc laudatur Cato: qui cum a quodā fuisset in ore percussus: negauit se ab illo iniuriā recepisse. Tertiū ē: q dz dissimulare se mlta nō vidē nec audire. Unde idē Seneca ait. Non expedit omnia audire vel videre. Multe enim iniurie nos transeunt ex quibus plerasq nō accipit qui nescit. Nō vis esse iracūdus nō sis curiosus. Quartum remedium est: in ludum et solacium iniurias cōuertere. Unde idē Seneca narrat: q cū Diogenes philosophus qndam causam cum Lentulo habuisset. Lentulus attracta pingui saliua in faciem eius expuit. Ille autē faciem extergens in risum conuertit dicens Affirmabo a modo o Lētule: falli omnes qui negant te os habere. Omnes ergo christiani tenētur patienter sibi illatas iniurias ferre. Nā aliter qs non est bonus nisi sciat tollerare malos. 23ª. q. 4ª c°. cū hom°. et c°. tollerādi. et c°. q s3 carnē: vsq in. c° hec autem vita. e. q. et causa dicit Grego. Quisqs nō tollerat malos ipse sibi per impatientiā testis est quia bonus nō est. Abel enim esse renuit: quē kaim malicia nō exercet. Debent ergo boni infamationes malorū equanimiter ferre quia potius redundat ad eorum cōmendationem q vituperationem. Jmo esset nobis vituperium si a turpibus et sceleratis laudaremur: dicente Seneca in li°. de quattuor virtutibus. Paria sunt laudari a turpibus: et laudari ob turpia. Nos vero dicere possumus q paria sunt vituperari a turpibus: et laudari ob virtuosa. Jdem quoq Seneca iquit. Nimia dementia est vereri ne ab infamibus infameris: et Grego. sup Ezechielem ait. Peruersorum derrogatio: vite nostre ē approbatio. Quia iam ostēdimus iustitie aliquid nos habere: si illis displicere incipimus qui non placent deo. Et hoc ostendi potest quadruplici exemplo. Primo lucis cui nō est derogatio sed commēdatio: si eam fugiunt et odiūt vespertiliones. Sācti etenim viri sunt lux: quia habent lucidam famam p°. ad Thes. 5°. Omnes vos filij lucis estis: et filij dei. Peccatores autē sunt tanq vespertiliones quia diligunt opera tenebrarum: et odiunt opera virtutū Et ideo cum viris lucidis cōuenire nō possūt. 2ª ad Cor. 6°. Que societas lucis ad tenebras? Nō est ergo derogatio viris lucidis: si infamant ab hominibus tenebrosis. Unde cum quidam amicus Diogenis philosophi dixisset ei. Omnes vituperant te: ille ait. Oportet sapientia ab insipiētibus feriri. Secūdo hoc ostenditur exemplo odoris. Cui non est derogatio sed commendatio: si eum fugiunt serpentes. Serui enim dei sunt odoriferi fama. 2ª. ad Cor. 2°. Odorē noticie sue ma

infestant propter nos in omni loco. Peccatores autem sunt serpentini: quia virus detractionis semper portant ⁊ venenum in lingua: dicente psalmista. Venenū aspidū sub labijs eorum. Sicut autem odor virtutū bonos recreat: sic malos cōturbat. 2°. ad Cor. 2°. Alijs sumus odor mortis i mortem. Alijs vero odor vite ad vitam. Non est ergo derogatio viris odoriferis: si infamantur ab hominibus fetidis: vnde Aristoteles cum ei quidā diceret: homines te contemnunt: respondit. Et illos asini. Et ideo sicut illi nō curāt d ꝯtētu asinoꝝ ita nec ego de ꝯtentu maioꝝ. Tertio ondit exēplo coloris: cui non est derogatio: sed commendatio si ceci de illo falsa iudicāt que eū nūq̄ viderūt. Sācti etenim viri colorati sunt: albo colore puritatis nigro humilitatis: rubeo charitatis aereo celestis contemplationis: ⁊ viridi amabilis conuersationis. Peccatores autem sunt ceci. Sapientie. 2°. Excecauit eos malicia eorū. Non est ergo bonorum derogatio: si peccatores ceci de coloribus suarum virtutum male iudicant. Imo a talibus laudari ⁊ diligi est vituperatio: ⁊ odiri est cōmēdatio. Unde cum quidam iuuenis speciosus diceret Demosteni philosopho. Si homines me odirent sicut te: suspendio me perimerem. Ille respondit. Et ego me perimerem: si me queadmodū te amarent. Quod ostenditur exemplo medici: cui non est derogatio sed commendatio: si frenetici eum contemnunt. Medici enī sunt serui dei ab hominibus honorandi. Ecclesiastici. 38°. Honora medicum ⁊c. Frenetici autem sunt peccatores qui manus sibi iniciunt. Sapientie. 16°. Homo per maliciam occidit animam suam. Si igit frenetici peccatores infamant seruos dei non debent curare: sed eorū blasphemiam deridere. Unde legitur de Vespasiano imperatore: q̄ cum quidam vellet ei improperare q̄ esset auarus ⁊ senex sibi dixit. Uulpem posse pellē mutare non animū Ille autem respondit. Huiusmodi hominibꝰ debemus risum: nobis correctionem: penam vero criminosis. Et in hoc ondit generositatem animi sui Nam vt inquit Seneca in li°. de clemētia. Magni animi proprium est iniurias atq̄ offensiones spernere. Et idem in libro de prouidentia inquit. Marcet sine aduersario virtus: ⁊ Prouerbioꝝ 16°. dicit. Salomon. Melior est patiens viro forti: ⁊ qui dominatur animo suo expugnatore vrbium: ⁊ ad Lucillū inquit Seneca Equo aio audienda sunt imperitorū conuicia ait enī Cato sui libri. 4°. c°. Cum recte viuas ne cures verba malorum. Arbitrij nostri nō est qd̄ quisq̄ loquatur. Nam sicut canes cōtra nos latrantes nō possunt per hoc facere q̄ homines rationales nō simus Et q̄ ipsi bestie non sint ita bestialium opprobria non possunt efficere quin simus deo grati ⁊ virtuosi: ⁊ q̄ ipsi nō sint diabolici: ⁊ a deo maledicti Ea propter Isidorus li°. 2°. soliloquiorum. c°. 12° ait. Iniurijs nō respondeas conuicium ne retorq̄as: cū silentij patiētia tacendo cito vinces: maledicenti benedictioné oppone. Irascentem patiētia demolire: blandimento iracundiam furentis dissolue. Uince nequitiam mansuetudine: vince maliciam bonitate Ber. quoq̄ in li°. de improbatōe viciorum. c°. 4°. ait. Nobilis exuperat duras patientia linguas: vñ Joannes solobriensis anglicꝰ in polichratone li°. 4°. laudat Octauianum augustum: qui cū per ciuitatē Romā pergeret: quidā desperatus ⁊ vilis homo dixit. O tyranne. Cui illi respondit pacifica voce. Si essem non dicere ⁊ non amplius de verbis eius curauit. Laudat quoq̄ Suetonius li°. 3°. de duodecim Cesaribꝰ Tiberium cesarem qui neminem de se maledicentem vel sibi conuicia inferentem puniri volebat dicens. In ciuitate libera: linguā mentemq̄ liberā esse debere. Laudatur etiam Justinianus imperator qui in. l. vnica. C. si quis imperatori male. inquit. Si quis modestie nescius ⁊ pudoris ignarꝰ improperantiq̄ maledicto nomina nostra crediderit lacescenda: ac tumulentia turbulentus obtrectator fuerit temporum nostrorū: eum pene nolumus subiacere: neq̄ durum aliquid vel asperū sustinere. Quoniam si ex leuitate processit contēnendum est: si ex insania: miseratione dignum: si ab iniuria remittēdū. In li°. etiam de nugis philosophorum laudatur Aristipus philosophus qui cuidam sibi improperia dicēti respondit. Utinam ita tu tue lingue: sicut ego aurium mearum dominus sum. Ibidē etiam laudatur Zenophō qui maledicenti sibi respondit. Tu didicisti male dicere ⁊ ego didici maledicta cōtemnere. Quorū exempla ⁊ nos sectari debemus: nec de malorum iniurijs aut persecutionibus curare: quesi nō haberemus non essemus boni. Cum scriptum sit Ecclesiastici. 33°. Cōtra bonū malū est: ⁊ cōtra vitā mors: ⁊ sic contra virum iustum peccator. Considerat enim peccator iustum ⁊ querit mortificare eum: vt ait psalmista. Concludo ergo q̄ quilibet debet esse patiēs in omnibus aduersitatibus quātumcumq̄ asperis. Tunc enim maior est virtus quāto maior tribulatio equanimiter tolleratur: dicēte Lucano libro. 9°. Gaudet patientia duris. Ideo Virgilius. 5°. Eneydos prope finem inquit

Superanda omnis fortuna ferendo est: τ Prudē tius de sicchomatia.c°.4°.ait.
Omnibus vna comes virtutibus associatur.
Auxiliumq; suum fortis patientia miscet.
Virtus nā vidua est quā nō patientia firmat. Et Cato sui libri.c° 2°. ait.
Magna etenim morum semper patientia v̄tus.
Maxime autem debemus esse patientes de his que meruimus Ait enim Cato.c°.4°.
Quod merito pateris patienter ferre memēto.
Cūq; reus tibi sis ipsū te iudice damna.
Ideo Michee. 8°. dicit propheta in persona talium. Iram domini portabo: quoniam peccaui ei Ad patientiam quoq; hortatur Cassiodorus epistolarum li°.x°. epistola.xj^a.di. Sustinendo potius q̄ vindicando laudaberis: τ Isidorus. Soliloquiorum.li°.p°.c°.4°.ait. Qui aduersa patienter tollerat: deum sibi citius placat: τ Bernardus in li°. de improbatione viciorum.c°.4°.dicit. Illius aduersi patiens terrore mouetur. Et sua vir patiens vota videbit ouans. Mattheus quoq; poeta in poetria sua parte prima.c°.16°.ait. Patientia est conseruatiua virtutis. At autē possim⁹ esse patientes debemus seruare consilium Isidori vbi supra.c°.x°. dicentis. Patiēter leuiora portabis: si grauiorum fueris recordatus. Recordare ergo o tribulate: afflicte: τ angustiate: ꝙ multo maiores sunt τ grauiores afflictiones inferni: q̄ istius seculi: a quibus liberaberis si patienter istas tollerabis. Quod tibi concedat τ nobis omnib⁹ s. in tribulationibus gaudere: τ non desperare: tribulatorum consolator Jesus christus: cui est honor τ gloria in secula seculorū. Amen.

¶ Feria sexta post quartā dominicā in quadragessima. De martyrio Sermo trigessimusnonus. X

Eamus τ nos τ moriamur cū eo Joannis.xj°. τ in euãgelio occurrentis ferie. Et tradunt naturales philosophi Sāguis humanus fecundat lignum aridum: quia si lignum fuerit arefactum: optimum remedium est statim in principio arefactōnis apponere ad radices sanguinem humanum Unde narrat Hermes egyptius: ꝙ rosariū plātatum in terra cōmista cum sanguine ad calorē modicum ignis: omni tempore anni producit rosas. Et similiter homines qui dicuntur arbores: iuxta illud Marci.8°. Video homines quasi arbores quando sunt arescentes per peccatū τ concupiscentiam carnalium delectationū: eis sic arefactis per defectum deuotionis: τ nullum fructum boni operis facientibus: nō est melius remediū q̄ ad radicem cordis eorum apponere: calidum sanguinē Christi ob illorum salutem effusū: quia sicut elephas viso sanguine animatur ad preliū ita ipsi ex meditatiōe passionis Christi accēdētur ad amorē: qui est calor naturalis aīe: τ faciēt fructum aggrediēdo pro eius amore quecunq; ardua τ difficilia: ac etiam martyriū: dicētes ista se verba thematis nr̄i. Et ppea xp̄s facit more falcarij qui volens euolatum reuocare falconē ascēdit arborem: vel alium locum eminentem τ ostēdit illi carnem sanguinolentam. Ipse enim dei filius volēs hominem perditū τ euolatū de manibus suis ad se reuocare: ascendit arborem sancte crucis in monte caluarie: τ ostendit ei totum corpus suum vulneratum propter iniquitates eius voce magna τ clamore valido ipsum euocās. Sz multi nolunt eius vocem audire. Unde ipse conqueritur Job.19°.dic. Seruum meum vocaui: τ nō respondit mihi. Ille autem nō respōdet Christo: qui eius passioni nō compatitur: τ pro ipso p se mortuo nō est paratus mortē subire. Sed hic querunt doctores vtrum sustinere martyriū propter Christum sit in precepto? Et respondet beatus Thomas.in.4°. suo quolibet.q.3^a. ꝙ aliquid esse sub precepto potest intelligi duobus modis: vno modo conditionate: quo ad animum: sicut sub precepto est: vt August. exponit illud Matthei.5°. Si quis percusserit te in vnam maxillam prebe ei τ alteram. Quod intelligitur s̄m preparationem animi scilicet vt homo habeat animū preparatum si opus esset: τ salus aliorum exigeret ꝙ τ patienter se percuti in alia maxilla sustineret Et per hunc modum sustinere martyrium propter Christum cadit sub precepto: quia homo debet habere animum preparatum: ita ꝙ potius pmitteret se occidi: q̄ Christum negare vel mortaliter peccare. Alio modo: aliquid cadit sub precepto absolute tanq̄ d̄bitū simpliciter. Sicut amare deum: honorare parentes: τ huiusmodi. Et hoc modo sustinere martyrium non est sub precepto. Non enim tenetur quis se ingerere martyrio: qd̄ sic probari pōt. Min⁹ videtur ꝙ homo sua tribuat: q̄ ꝙ proprium corpus exponat: vt inquit. Gregori⁹ in omelia super illō Luce.x°. Ego sum pastor bonus. τc. Sed dimittere oīa sua propter xp̄m nō cadit absolute sub precepto: sed sub ꝯsilio: ergo multo minus exponere morti corpus proprium ad sustinendum martyrium: est absolute sub precepto. De quo martyrio tres cō/

siderationes faciemus. Prima dicetur cōmendationis: Secūda ꝯditionis: Tertia variationis.

¶ Pars prima de martyrij cōmēdatiōe.

Ut inquit beat9 Thomas. 2a. 2e. q. 124a. articulo p°. Subire martyriū propter Christuz est actus quattuor virtutuz. Primo charitatis ut imperātis. Unde sanctus Maximus in sermone martyruz dicit. Charitas Christi in martyrib9 suis vicit. Ex charitate enim sola habet martyriuz ꝙ sit meritorium: dicente Paulo prime ad Corinthi. 13°. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam: charitatem autez non habuero: nihil mihi prodest. Secūdo: subire martyrium est actus fortitudinis ut actum elicientis: ꝛ timorem excludentis. Et ideo de martyrib9 inquit Paulus ad Hebreos. xi°. Fortes facti sunt in bello. De quibus canit ecclesia. Sanctoruz meritis inclyta gaudia pangamus socij: gestaqꝫ fortia. Tertio: est actus fidei: ut in deo tanꝙ in ultimo fine confirmantis: ꝛ intellectum eorum ad credendam alterius vite gloriam illuminātis. Unde beatus Maximus ubi supra: dicit de martyribus. Nunꝙ enim hanc vitam sic constanter expenderent: nisi esse aliaz incomparabiliter beatiorem perfecta diffinitiōe sentirent. Quarto est actus patientie ut sustinentis: unde de martyribus canit ecclesia. Ceduntur gladijs more bidentium: nō murmur resonat: non querimonia: sed corde tacito mens bene ꝯscia: cōseruat patiētiam.

Ex quibus cōcludere possumus: ꝙ sufferre martyrium est actus maxime perfectionis. Et potest ꝓbari ſm Thomā. 2a. 2e. q. 124a. articulo. 3°. sic. Tanto magis aliquis ostēditur esse perfectius ꝛ ardentius amare deum: quanto pro eius amore rez magis dilectā cōtemnit: ꝛ magis odiosam eligit. Cum igitur inter omnia bona sua: maxime amet homo vitam suam. Sicut scriptuz est Job. 2°. Pellem pro pelle: ꝛ cuncta que possidet dabit homo pro anima sua: idest pro vita cōseruanda. Ecōtrario vero inter omnia odibilia: maxime abhorreat mortem: sicut etiam omne aliud animal facit: ut inquit Boetius. 3°. de cōsola. Ergo sequitur ꝙ martyr qui pro Christi amore vitam cōtemnit: ꝛ mortem sustinet: est summe perfectōis ꝛ charitatis. Et hoc est quod saluator inquit Joānis. 15°. Maiorem hac dilectionez nemo habet: ut animā suam ponat quis pro amicis suis. Sed cōtra arguitur sic. Nobilius ꝛ perfectius est propter Christum dare animā: ꝙ corpus: quia anima multo nobilior est corpore. 24a. q. 3a c°. si habes. ꝛ. l. sancimus. C. de sacrosanc. ec. Sed per martyriū homo propter Christū dat corpus: et per obediētiam ꝓ anima: ꝛ propriā voluntatem deo sacrificat. c°. sciēduz. 8a. q. pa. Ergo obediētia perfectior est martyrio. Respōdet beat9 Thomas ubi supra: ꝙ martyriū ꝯplectitur illud sine quo obediētia esse nō potest: scilicet ut aliquis sit obediens usqꝫ ad mortē: ꝛ ideo martyriū est perfectius obediētia: quā in se icludit. A

Secūdo sic arguitur: melius est bonuz quod prodest multis: ꝙ quod uni soli. p°. Ethic. ꝛ. c°. licet quibusdā. de regu. Sed actus gubernādi ꝛ docēdi prodest multis: actus autē martyrij il soli qui patitur: ergo docere ꝛ presidere est perfectius martyrio. Respōdet Thomas ubi supra: ꝙ martyriū nō soli patienti prodest: sed etiaz multis alijs: unde Ambrosius in quadā epistola ait. Martyr cuz patitur nō soli sibi patitur sed etiā cuilibet. Sibi enī patitur ad premiū: cuilibet ad exēpluz: sibi ad requiē: cuilibet ad sanitatem. Exemplo enī eius didicimus in Christū credere: ꝛ mortē nō timere: hec ille. B

Ex quibus patet: ꝙ martyres sunt perfectiores doctoribus: quia ipsi docēt nō soluz verbo: sed etiā facto ꝛ exēplo. Sunt etiā perfectiores virginibus: unde Augustin9 in li°. de virginitate facit cōparationē inter perfectiorē martyrij ꝛ virginitatis. Et tādem cōcludit ꝙ ceteris paribus: perfectio martyrij ē excellētior perfectiōe virginitatis. Beat9 quoqꝫ Tho. in. 4°. di. 49a. inqt. ꝙ licet una aureola sit maior altera ſm quid: simpliciter tñ loquēdo: aureola martyrū est potior aureola doctoꝝ ꝛ ꝟginū: qꝛ cū in martyrio sit pugna difficilior: ꝛ victoria maior: dꝫ etiaz eē excellētior aureola que martyrib9 dat: vñ gl. sup illō Mat. 5°. Bti q ꝑsecutionē patiunt. ꝛc. dicit: ꝙ oēs alie btitudines ꝑficiunt in ista. Eccl'ia q3 in ꝯmemoratione scōꝝ martyres ꝑordinat ꝛ ꝑponit doctorib9: ꝛ ꝟginib9: ad ostēdēdum ꝑeminētiā eoꝝ respectu doctoꝝ ꝛ ꝟginuz. Quoꝝ martyꝝ gl'iam admirās scā mr̄ eccl'ia inqt deo. Que vox que poterit lígua retexē: que tu martyrib9 munera ꝑparas: q̄si dicat nulla. Jō cāit David ꝓpheta ps°. 115°. Preciosa in ꝯspectu dñi mors sanctorū eius: idest ſm Alexādrū de ales ibi. Chara ꝛ grata est deo mors martyrum. Cum eniz ipsi ostēderint operibus arduis: ꝙ super alios deum dilexerunt dicēte Gregorio in quadam omelia pascali. Nā probatio dilectionis: exhibitio est operis. Credendū est ꝙ deus in celesti curia illis precipui amoris signa ostēderet: eos singulari gloria decorādo.

¶ Pars secunda hui⁹ sermonis: de martyrij cōditione.

C

s Ecundo sciendū est s̄m Frācis͡cū de may. in tractatu d̄ martyrio: ꝙ ad verā martyriū tres conditōes requirūtur. Prima dicitur p̄sone discretio. s. ꝙ sit persona discreta: ne seipsū quis interficiat. Deus eni non vult aliquem seipsum interimere: ut martyr fiat: quia si precipit: ne proximū quis interficiat. Exod. 20. a fortiori inhibet occidere seipsum. Et ideo qui se occidit: crudelior est eo qui alium interemit. ff. de bonis eorū. qui. mor. si. cōsci. l. fi. & ibidē dicitur: ꝙ qui sibi nō parcit: multo minus alijs parcet: de quo loquens Augusti. super illud Joannis. 20. Qui odit animā suam &c. inquit. Uide ne tibi surrepat: ut te ip̄m velis interimere: sic intelligendo: ꝙ debeas in hoc mūdo odisse animā tuā. Hinc enim quidam maligni homi͡es atq̄ peruersi: in seipsos crudeliores & sceleratiores homicide: flāmis se donant ac p̄focāt: precipitio se collidunt & pereunt: hoc domin⁹ non precipit. Jmo diabolo precipitiū suggerēti respōdit. Uade retro sathana. Scriptum est enim. Nō tentabis dominū deum tuū. Petro autē dixit: significans qua morte clarificaturus esset deū. Cū esses iunior cingebas te: & ambulabas quo volebas: cū autē senueris: alius cinget te: & feret quo tu non vis: vbi satis expressit: non a seipso: sed ab alio debere occidi: qui vestigia seq̄tur Christi: hec ille.

D

PRopter defectū huius cause: non fuit martyr Ragias: qui seipsū p̄cipitauit & gladio vulnerauit: eligens magis nobiliter mori: q̄z subditus fieri peccatoribus: & contra natales suos: indignis iniurijs agi: ut dicitur primi Machabe. 14°. Sed contra hoc argui potest: de illis qui tēpore persecutionis christianorū se occiderūt: de quibus dicendū est s̄m Augustinū. p°. de ciui. dei c°. 2°. ꝙ illud fecerunt diuina inspiratione: sicut de illis mulieribus: que ne pudicitiā perderent: & ab insectatoribus corrūperentur: se in flumine p̄cipitarunt: quarū ecclesia memoriā veneratur in cathalogo sanctorū. Siliter & de Sansone credendū est: qui seipsū interemit: illud Judicū. 16° dicens. Moriat̄ anima mea cū philistijm. Fuit enī figura domini nostri Jesu christi: vnde de ipso dicitur ibidē: ꝙ multo plures interfecit moriens: ꝙ ante viuus occiderat.

E

SEcunda conditio martyrij dicitur intentionis rectificatio: ut scilicet nō propter aliquā mundanā & tēporalē gloriā: seu vtilitatem: mortē quis subeat: sed propter deū & vitam eternam habendā. Cuius ratio est: quia s̄m Philosophū 2°. de anima. Omnia iuste denoiantur a fine. Et s̄m Ambrosiū in libro de officijs. Intētio tua: operi tuo nomen imponit. Licet ergo aliquod opus bonū sit in se: potest tamen denoiari malū ratione male intētiōis: ut patet de ieiunante: vel faciente elemosynā propter pōpam: aut fauorē humanū. Deus enim cor interrogat: non manū. 14ª. q. 5ª. c°. si quid. & 15ª. q. 6ª. c°. si a sacerdotibus. Et propter defectum huius circūstantie: nō fuit martyr Judas machabeus: quia propter humanā reuerentiā fuit interfectus: noluit enī fugere hostes cum posset mortē sic euitare dicēs. Absit rem istā facere ut fugiamus eos: & imponam⁹ crimē glorie nostre: ut dicit̄ primi Machabeo. 9°. Ex predictis etiā patet: ꝙ ad martyriū perfectū requiritur: ut libenter non inuitus quis moriatur. Quia nullū bonū nisi voluntariū. c°. presens clericus. 20ª. q. 3ª. Et nemo inuitus bene agit etiam si bonū est quod facit: ut inquit Augustinus in p°. cōfessionum.

F

TErtia martyrij conditio dicitur cause iustificatio: ut scilicet pro aliqua iusta causa quis moriatur: nō pro culpa sua. Nam quando propter furtū aliquis suspenditur nunquid martyr vocari potest? Certe non. Hinc prime Petri. 2°. dicitur. Que enim est gratia: si peccātes collaphicati fueritis? Sed si bene facientes patienter sustinetis: hec est gratia apud deū.

G

QUapropter Aug. in sermone de inocētibus inq̄t. Quotiēscūq̄ sctōꝝ martyria celebramus: totiēs laudes saluatoris edicimus. Quotiens asserimus martyrū passiones: totiēs Christi gloriā predicam⁹. Nō enī suscepimus ꝙ passi sunt: sed ꝑ quē passi sunt admiramur. Igitur nō pena in laude: sed fides est in honore magnificam⁹: nō q2 grauioribus subiacuere supplicijs sed q2 iustitie cā grauiora tollerauere supplicia. Nam plures sceleratorū peiores penas vidim⁹ esse perpessos: sed nihil eis prosunt: quia martyres causa iustificat: sceleratos conscientia sua dānat. Et idem super psalmo 34°. sermone secūdo ait. Martyrem non facit pena: sed causa. Nam si pena martyres faceret: omnia metalla martyribus plena essent: omnes cathene martyres traherēt. Oēs qui gladio feriūtur: canonicarētur. Ego discernat̄ cā. Nemo dicat: q2 patior iustus sū: q2 ipse qui primo passus est: pro iustitia passus est.

ideo magna exceptione addidit. Beati qui persecutionez patiuntur propter iustitiā: hec ille. Qui etiam in sermone. 6°. de martyribus dicit. Nemo se extollat ꝛ glorietur de passione. Nam si attendamus solas passiones: coronantur ꝛ latrones. Si de passione gloriandū est: potest ꝛ ipse diabolus gloriari: cuius vbiqꝫ templa euertuntur: vbiqꝫ idola franguntur. Nunquid potest dicere: ꝛ ego martyr sum: quia tanta patior? Ergo homo dei primo eligat causam: ꝛ sic securus accedat ad penā: qꝛ post penam accipiet coronā: hec ille. H

ET ideo Tho. 2ª. 2e. q. 124ª. ar°. 9°. dicit: ꝙ ad martyriū proprie sumptū: requiritur ꝙ qs mortez sustineat pro Christo: iustis de causis: que sunt septē ꝫm Franciscū de may. vbi supra: ꝛ fratrem Aluarū hispanū. in li°. de planctu ecclesie. Prima causa dicit iustitia: qua suscepit martyrium Abel. d quo Matth. 23°. dicitur A sāguine Abel iusti. ꝛc. vbi August. dicit ꝙ in Abel triplex perfectio fuit. s. virginitatis: sacerdotij: ꝛ martyrij: de isto martyrio habetur. 23ª. q. 4ª. c°. nimiū ꝛ c°. q peccat. ꝛ c° si ecclia. ꝛ p°. Petri. 3°. vbi dicitur. Si quid patimini propter iustitiam: beati eritis. ꝛ Matthei. 5°. inqt saluator. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnū celorū vbi. Chriso. ait. Quod hic accipitur iustitia pro omni virtute: sicut etiaz accipitur ab Aristotile. 5°. Ethicoꝝ. Et ideo qñ quis occiditur proter aliquod bonū opus factū amore dei: martyr est. I

SEcūda causa est pati pro lege obseruanda: sicut fecerunt machabei: secūdi Mach. 7° de quibus ecclesia celebrat festum: quia licet ante Christi incarnationez fuerint martyrizati: tamen vt inquit Bernardus. Quod negauit eis temp⁹ concessit martyrij forma: quia eo modo passi sūt: quo ꝛ martyres noui testamēti. Passi enim sunt ne transgrederentur legez dei. Sicut ꝛ isti: ne fidē euangelicam negarent. K

TErtia causa martyrij est: pati loco xpi: sicut fecerunt innocentes: in quorum singulis putabatur occidi xps: de quibus dicit beatus Tho. vbi supra ar°. p°. ꝙ martyrij gloriaz quā in alijs propria voluntas meretur: illi pro Christo occisi per dei misericordiā sunt assecuti. Naz effusio sanguinis pro Christo: vicem gerit martyrij: vnde sicut pueris baptizatis: per gratiam baptismalem: meritum christi operatur ad gloriam obtinendā: ita in occisis pp xpm: meritū martyrij. L

QUarta martyrij causa est cū quis patit pro libertate ecclesie: sicut beat⁹ Thomas archiepiscopus canthuariensis. Et [illegible] hoc martyrio hētur. 32ª. q. 8ª. c°. conuenior. vbi diuus Ambrosi⁹ īqt impatori. Si rapis: si deuoras: si accipis sustinebo. Si aūt extenderis manū tuā ad sanctuariū dei: ibi me sacerdotē inuenies. M

QUinta martyrij causa est pati ꝓpter assertionem veritatis: sicut fecerūt Esaias ꝛ Jeremias: ac Joannes baptista: de quo martyrio habetur. 23ª. q. 4ª. c°. vnusquisqꝫ. Et ideo xjª. q. 3ª. c°. nemo. dicit. Meli⁹ est pro veritate pati supplicium: ꝙ pro adulatione beneficiū. De hoc etiam loquens. Aug in ſmone de decollatione beati Joanis baptiste: ait. Discernēdum: est qui ꝛ pro quo patiantur: et erunt martyres dei: si pro veritate qui xps est patiantur ꝛ legittime coronentur. N

SExta martyrij causa est pati pro charitate: ꝛ salute alicuius: sicut Christus pro humani generis redemptione passus est: vt dicitur prime. Petri. 2°. O

SEd hic queritur nunquid teneatur quis corpus suū morti exponere pro salute anime proximi sui? Et respondit Alexāder de ales in. 3ª. parte summe: in tractatu de charitate: ꝛ Bonauētura in. 3°. di. 30ª. ar. p°. q. pª. ꝛ Tho. 2ª 2e. q. 4ª. ar°. 2°. i corpore questionis ꝙ sic: quod probatur auctoritatib⁹ ꝛ rationibus. Primo: auctoritas habetur: prime. Joannis. 3°. vbi dicitur In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ipse posuit animam suam pro nobis: et nos debemus ꝓ fratrib⁹ animas ponere: vbi dicit glo. Debet qsqꝫ pro fratribus: non animam ponere: sed corporis vitā: que ex anima procedit. Itē Joannis x°. inquit saluator. Bonus pastor animaz suam ponit pro ouibus suis: vbi glo. ait. Quisqꝫ. n. naturaliter est pastor animarum proximorum suorū Unde [illegible] quisqꝫ pro animabus eorum: vitam suam debet dare. Alia auctoritas est Chrisostomi dicentis super Mattheum. Proximum suū nō diligit: nec preceptum implet charitatis: qui pro salute proximi: vitā corporalem non exponit. Rationibus quoqꝫ idē probatur. Prima dicitur bonitatis: cuius fundamentum ponit Aristotiles. 5° Topi. di. Sicut simpliciter ad simpliciter: ita magis ad magis: ꝛ maxie ad maxime. Cū igitur oē bonū naturaliter sit diligibile: primo Ethi. Ergo magis bonū ē magis amabile: ꝛ maxie bonū maxie diligibile. Cum ita que in hoc mūdo reperiāt tria bona. s. bonum exterius adueniēs: quod est bonum simpliciter: bonum corporis: quod est magis bonū: ꝛ bonū aīe: quod est maxime bonū: vt idē Phi. ait. 6°. Ethi. Si homo amat bona tempalia qꝛ bona simpliciter: magis debet amare bona corporalia: qꝛ magis bona. Et maxime bona

anime que omnibus alijs bonis meliora sunt: vt ait Aristoteles. 6°. Politicorum. Et ideo cum maior sit bonitas in anima proximorum: quam sit in omni substantia temporali: et quam in propria vita corporis: magis tenetur quis diligere animam sui proximi: quam omnia bona sua temporalia: et quam corpus proprium: et per consequens obligatur corpus suum morti exponere pro salute anime proximi sui.

P

Secunda ratio dicitur qualitatis. Cuius fundamentum ponitur a Philosopho nono Ethicorum. dicens. Amicus se debet habere per omnia ad amicum: sicut ad seipsum: eo quod amicus est alter ipse. Quod etiam dominus precipit Deuteronomij. 22°. et Matthei. 6°. di. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quo presupposito certum est secundum Bonauenturam in. 3°. distin. 29ª. articulo. p°. q. 3ª. in solutione secundi ar. quod istud aduerbium sicut: accipitur dupliciter Primo pro quadam quantitate et commensurabilitate amoris intensi. Et hoc modo nullus tenetur diligere proximum sicut seipsum. Secundo modo accipitur pro similitudine ad eundem finem et bonum Et hoc modo quilibet tenetur diligere proximum sicut seipsum idest ad illum finem ad quem se diligit Quod si sic est: cum quilibet teneatur preponere salutem anime sue saluti corporis sui: ergo pari ratione tenetur exponere corpus suum pro salute proximi: aliter transgreditur preceptum de diligendo proximum sicut seipsum.

Q

Sed iterum queritur: nunquid ille sit martyr qui mortem sustinet pro liberatione patrie et rei publice et respondet b. Tho. 2ª. 2e. q. 124ª. ar°. 5°. quod causa martyrij est bonum diuinum non humanum sed si bonum humanum pro quo quis moritur referatur in diuinum: siue in ciuitate moriatur: siue in bello: potest martyr appellari: et coronam recipiet martyrij. De taliter morientibus dicitur in. §. filij autem. insti. de excu. tuto. Qui autem pro republica ceciderunt intelliguntur in perpetuum viuere per gloriam: ad hoc etiam potest applicari illud Petrarche in triumphis: qui dicit. Un bel morir tuta la vita honora.

R

Septima causa martyrij est pati pro fide sicut fecit Stephanus Actuum. 7°. et alij martyres noui testamenti: qui proprie martyres dicuntur: quia passi sunt propter testimonium quod pro fide Christi dederunt. Martyr enim grecidem est: quod testis latine: vt ait Augustinus in sermone. 5°. de beato Laurentio et Isidorus. 9°. Ethimo. licet, quando apostolus dicat ad Romanos decimo. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem: ex quo videtur innuere: quod quis non sit in statu salutis nisi aperte confiteatur fidem Christi: etiam vbi est periculum mortis. Tamen secundum quod inquit b. Tho 2ª. 2e. q. 3ª. ar°. 2°. hoc non intelligitur esse de necessitate salutis nisi pro loco: et tempore: et secundum alias debitas circunstantias quando. s. propter subtractionem huius confessionis et testificationis subtraheretur honor deo debitus: vel salus proximi impediretur: vt si quis in terro garetur de fide et taceret: et ex hoc crederetur quod non haberet fidem: vel quod fides non esset bona: vel alij propter taciturnitatem auerterentur a fide. In huiusmodi enim casibus tenetur quis ad apertam fidei confessionem non obstante mortis periculo quia potius quis tenetur mortem subire: et omnia mala tollerare: quam fidem negare: vel alteri peccato consentire. c°. ita. ne. 32ª. q. 5ª. et 22ª. q. 2ª. c°. ne quis. et 23ª. q. 8ª. c°. conuenior. et c°. quisquis. xjª. q. 3ª. ac. c°. sacris. extra quod metus can. cum similibus. Facit ad hoc quod inquit. Arist. p°. Ethi. di. Melius est mori quam agere contra bonam virtutem. Et in li° de secretis secretorum: ad Alexandrum iterum ait. Prius eligenda est mors: quam offensio preclarissime virtutis. Et eandem sententiam scribit Seneca ad Lucillum et Tulius in. p°. de officijs. Quapropter inquit glosa super illud Joannis. 4°. Timor non est in charitate. Qui charitatem Christi habet non timet mortem suscipere pro Christo. Qui timet pro Christo suscipere mortem: minime charitas Christi in eo est. Non est ergo timenda occisio propter Christum quadruplici ratione. Primo quia miles non timet exponere morti roncinum pigrum quando sperat accipere a rege dextrerium velocem. Piger roncinus est corpus nostrum ad omne bonum opus tardum et pigrum: post cuius mortem accipiemus dextrerium: velocem idest ipsum corpus gloriosum velocissimum quia: per dotem agilitatis. Sapientie. 3°. Fulgebunt iusti: et tanquam scintille in arundineto discurrent: et Esaie. 40. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem: assument pennas vt aquile: volabunt et non deficient. Secunda ratio est: quia libenter sustinet quis rationem grossi sacci: vt habeat indumentum bissini subtilissimi. Saccus grossus est corpus nam post cuius lacerationem induemur vestimento bissino idest ipso corpore glorificato: per dotem subtilitatis. Apocalypsis. 19°. Datum est ei ut coope-

periat se bissino splendenti et candido. Tertia ratio est: quia libenter permittit homo frangi carcerem tenebrosum q̄n sperat venire ad palaciū lucidū: carcer tenebrosus anime est corpus nr̄m: post cuius fractionem recipiemus palacium lucidum: id est ipsum corpus glorificatum per dotem claritatis. Math. xiii. 3°. Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū. Quarta rō est: quia libenter permittit homo destrui domum luteam et casuram: ut possit recuperare domum lauream et eternā. Domus lutea et casura est corpus nostrum: de luto factum et morti adductum. Post cuius destructionem recipiemus domum eternam: id est ipsum corpus glorificatum per dotem immortalitatis: secunde ad Corinthi. 5°. Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: q̄ edificationem ex deo habemus domum non manufactam: sed eternam in celis. Et ideo omnes christiani debent se preparare ad tollerandā mortem pro defensione fidei Christi in persecutione antichristi in proximo imminens. Nam taliter morientes potius q̄ fidem negare: gloriosam assequētur martyrij palmam: vnde Seneca ad Lucillum inquit. Fortiter pro virtute mori gliosum est.

¶ Pars tertia huius sermonis de martyrij variatione.

Quo ad tertiam partem nostri sermonis: sciēdum est scōm Franciscum de mayronē vbi supra: q̄ tria repiuntur martyrij genera. Primum est: cuius passio in anima et corpore redundat. Sicut fuit martyrium Christi: qui in anima et corpore ineffabiliter afflictus fuit: vnde in eius persona exclamat Jeremias Trenorū primo. O vos omnes qui transitis per viā attendite et videte: si est dolor sicut dolor meus. Sed hic queri potest quare dominus noster martyrium suum voluit pati in cruce? Et respondetur scōm Thomam in tertia parte summe: questione. 46ª. articulo. 4°. et magistrum Bertholomeum de pisis in conformitatibus beati Francisci. libro. 3°. q̄ multis de causis. Primo ratione satisfactiōis: ut sicut in ligno sciētie boni et mali facta est humani generis perditio: Adam et Eua de ipso sumendo: sic in ligno crucis fieret eius reparatio et redēptio: vnde deo canit ecclesia. Qui salutem humani generis in ligno crucis cōstituisti: ut vnde mors oriebatur: inde vita resurgeret. Et qui in ligno vincebat: in ligno quoq̄ vinceret: per Christum dn̄m nostrū. Et ideo de ipso dici pōt illud Sapiētie. 14°. Benedictum lignū per quod fit iustitia: voluit ergo Christus ligno crucis affigi: quasi restituens qḋ Adam sumpserat: vnde potest dicere cum psalmista. Que nō rapui tunc exsoluebā: de quo Augustinus in quodā sermone de passione ait. Cōtempsit Adam preceptum: accipiens ex arbore pomum. Sed quicquid Adam perdidit: Christus in cruce inuenit: hec ille. Unde ipse inquit homini illud Canticorum. 8°. Sub arbore mala suscitaui te. Ibi corrupta est mater tua: ibi violata est genitrix tua. Sicut ergo primi parentes multipliciter peccauerūt: sic Christus in passione sua multimode satisfecit. Nam primo contra peccatum oculorum quando curiose nimis conspexerūt lignum videntes q̄ esset pulchrum visu. etc. Genesis. 3°. ipse fuit vellatus in facie. Marci. 14°. sicut predixerat ei pater eternus Ezech. 12°. dicēs Faciē tuam vellabis: id est vellari permittes: et nō videbis terram: quia portentū dedi te domui israel. Secundo cōtra peccatū manuum in attractando et aripiēdo pomum: fuit in manibus suis clauis asperrimis perforatus. Quas plagas videntes angeli cum ascendisset in celum cum stigmatibus: interrogauerunt eum dicentes illḋ Zacharie. 13°. Quid sunt plage iste in medio manuum tuarum. Et ipse respōdit. His plagis plagatus sum in domo eorum qui me diligebant: id est in terra iudeorum qui me diligere debebāt: tanq̄ eorum messiam et regem: ac illorum stirpe natū. Tertio contra peccatum pedum quibus ad pomum vetitum perrexerant fuit in pedibus suis vulneratus: ut merito dicere potuerit illud Job 30. Pedes meos subuerterunt et oppresserunt. Quarto contra peccatum gustus: quo pomum prohibitum comederunt: fuit felle et aceto potatus: vnde inquit illud psalmi. 68. Dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Quinto contra peccatum narium: quo pomi fragrantiam odorauerunt: ipse in monte caluarie fuit crucifixus: vbi immundicie ciuitatis portabātur: ex quibus eius odoratus fuit afflictus: et verificatum fuit illud Esaie. 3°. Et erit pro suaui odore fetor. Sexto contra peccatum aurium: quibus suggestionem diaboli per serpentem audierunt: fuit verbis derisorijs blasphematus: iuxta illud Luce. 23°. Stabat populus expectans: et deridebāt eum principes cū eis. etc. Unde dicere poterat illud Job. 30. Nūc derident me iuniores tpe: quoꝝ p̄res nō dignabar ponē cū cāib⁹ gregis

mei. Septimo cõtra peccatum cordis: quo mīn⁹ auide pomum cõcupierunt fuit in latere lācea⁹ Joānis. 19°. Et verificatum fuit illud qd in psona eius predictū fuerat Job. 16°. Circūdederunt me lanceis suis: quorū vnus cōcidit me vulnere super vuln⁹ irruens in me sicut gigas. De hac autem satisfactione inquit Augu. in li°. de symbolo. tractatu. 3°. His gradib⁹ quib⁹ pierat humana natura: a Christo reparata est. Adam superbus: humilis xp̄s: per feminam mors: per feminā vita: per Euam interitus: per Mariā salus. Illa corrupta secuta est seductorem: hec integra pepit saluatorem. ꝛc. Secūda ratio quare xp̄s in cruce passus est martyrium suū dicit purgationis: siue mūdationis: de qua Chriso. in sermone de passione: ꝛ sup illud Joānis. 3°. Oportet exaltari filium hominis: ait. Exaltari audiēs suspēsū intelligas in altum: ut sanctificaret aerem qui sanctificauerat terram ambulādo sup eam: iuxta illud Colo. p°. Pacificās per sanguinem crucis eius: siue q̄ in celis sunt: siue que in terris: ꝛ Aug. in sermone de passione dicit. Ideo non sub tecto sed sub celo crucifixus est: ut aerem mūdaret. Aer enim mūdaē cū in altitudine crucis ouis immolabatur. Terra etiam purgabaē: quia stilabat sanguis de latere dn̄i sup eam: hec ille. Quia ergo Christus terrā sanctificauerat in ea nescendo ꝛ ꝯuersando ꝛ aquam in ea se baptizari faciendo: ꝛ sup mare gradiendo. Ignem vo sanctificaturus erat spiritum sanctū in specie ignis suis fidelibus trāsmittendo: ideo ad sanctificationē ꝛ purgationem oīum elementoꝝ cōueniebat: ut aerem purgaret ꝛ sanctificaret in eo moriēdo. Tertia ratio dicit cōmunicatiōis. Nam qꝛ aer est magis comune elemētum q̄ alia: pōt enim homo habere ꝓpriam terram: aquāqꝫ ꝓpriam: ꝛ ignē ꝓprium: sed nō ꝓprium aerem: ideo Christ⁹ voluit in aere crucifigi: ut ostenderet ꝙ sicut aer oībus est cōis: ita ꝛ passio sua fuit cōis oībus. s. illis qui sunt in celo eos reparādo: illis qui sunt in mūdo eos saluādo: existētibus vo in purgatorio ꝛ limbo eos liberādo. Et ideo in cruce poterat dicere. Accepi communem aerem. Sap. 7°. Oēm sollicitudinem faciens de comuni vestra salute. Quarta ratio dicit mediationis. Sicut enim aer est medius inter celum ꝛ terrā: sic Christus fuit mediator inter deū ꝛ hoīem: ad Gal. 4°. Mediator nō vnius est nature sed duplicis. s. diuie ꝛ humane. Et ideo sicut aer ex parte superiori habet puritatem per quā cōuenit cum celo: ꝛ ex parte inferiori habet quādaꝫ grossiciem per quā cōuenit cum terra: sic etiam xp̄s cum deo cōuenit ratione diuine nature: cum hoīe vero ratione humanitatis assumpte: ꝛ ideo ascēdit in aere super crucem: ut ostenderet se esse verum mediatorem qui ad pfectam recōciliationem faciēdam inter deum ꝛ hoīem possꝫ mittere manum suam in ambobus Job. 9°. §§

Quinta ratio dicitur attractionis. Quia enī homo in terra iacebat ꝛ sursum ascendere nō poterat: ideo xp̄s ad terras venit ut ascensum hoīum prepararet: ꝛ humanum genus ad celū per ipsum ascēdere posset. Si enim Christ⁹ semp mansisset in celo fuisset in loco nimis alto: nec homo ad ipsum se erigere potuisset: ꝙ si in terra stetisset fuisset in loco nimis depresso. Et ideo voluit pati in loco medio: idest in aere ut homo ad ipsum posset ad celum ascēdere: ꝛ propter hoc dicebat iudeis Joānis. 8°. Cum exaltaueritis filium hoīs: scilꝫ in aere ipsum crucifigendo tūc cognoscetis qꝛ ego sum: scilꝫ qui vos ad celum pduco ꝛ traho: vnde etiam dicebat Joānis. 12°. Si exaltatus fuero a terra: oīa traham ad meipm̄. Traxit nāqꝫ celestia: patrem recōciliando. Itē terrestia gētilem populum ad fidem deducēdo. Et infernalia: sanctos patres qui erant in limbo extrahēdo. Et ideo voluit in cruce exaltari ut per caput sursum: nos deo recōciliarꝫ: per pedes deorsum infernum cōculcaret: iuxta illud Esa. 54°. Qui dicit profundo desolare: per manum dextrā ad aqlonem extēsam: gentes in frigore infidelitatis positas attraheret: per manum sinistram ad austrū expāsam: iudeos in quib⁹ aliquādo calor fidei viguerat cecitatis sue merito reprobaret. Dicit qꝫ Grego. naçāçenus ꝙ figura crucis a medio contactu in quattuor extrema partita: significat vtutem ꝛ prouidētiam eius qui in ea pependit diffusam in toto orbe terrarum: ꝛ Chriso. ait: ꝙ Christus in cruce expansis manibus moritur: ut altera manu veterem populum: altera vo eos q sunt ex gentibus trahat: vel ut ostēderet se iuxta quattuor partes crucis fecisse hoīum redēptionē: angeloꝝ restaurationem: diabolice potentie subiugationem: ꝛ a limbo patrum liberationem. Lactā. vero in. 4°. diui. insti. inqt. Illa etiā precipua fuit causa cur deus crucem maluerit: ꝛ illum in cruce exaltari fuit necessitate: ut omnib⁹ gentib⁹ passio eius innotesceret. Nam qm̄ is qui in patibulo suspendit cōspicuus est omnib⁹: ꝛ ceteris altior: crux potius electa est que significaret illū tam cōspicuum: tāqꝫ sublimem futurum: ut ad eum cognoscēdum pariter ꝛ colēdum cūcte nationes ex omni orbe cōcurrerent. Deniqꝫ nulla gens tā inhumana est: nulla regio tā remota: cui aut passio eius: aut sublimitas maiestatis ignota sit. Extendit

tendit ergo in passione manus suas: orbē qȝ di/
mensus est: ut iā tūc ostenderet ab ortu solis vsqȝ
ad occasum: magnū populū ex oībus linguis ꝛ
tribubus cōgregādū: ꝛ sub alas suas eē ventuꝛ:
signū qȝ illud maximū atqȝ sublime frontib⁹ suis
suscepturū. Cuius rei figuraȝ iudei etiā nunc ex/
hibent cū limina sua de cruore agni notant: hec il
le. Crucifixus aūt noster sex modos peccatores
ad se trahit. Primo p capitis iclinationē: sic amic⁹
nutu capitis amicum vocat: vt det sibi osculum.
Qd quidē osculū valde desiderabat humanū ge
nus dicēs. Can. 8°. Quis det te fratrē meū suggē
tem vbera matris mee: ut inueniā te foris ꝛ deo/
sculer te. Tenet. g°. xp̄us in cruce caput inclina/
tum triplici ex cā. Primo rōne recōciliatōis: so
let. n. qui aliū sibi vult recōciliare caput inclina/
re: ꝛ osculū sibi dare: ꝛ ideo ipse caput iclinat vt
osculū nobis porrigat ꝛ recōciliationē faciat: qd
osculum desiderabat spōsa. Can. p°. dicēs. Oscu/
letur me osculo oris sui. Secūdo rōne eleuatōis:
solet. n. q aliū vult erigere seipsum iclinare: ꝛ illū
ad alta eleuare. Et ideo xp̄us caput suū iclinauit
ꝛ de colo scalam fecit: ac nos ad p̄riam eleuauit.
Joannis. 15°. Nemo venit ad p̄rē nisi p me ꝛc.
Tertio rōne exauditionis: solet. n. homo libenter
aurē inclinare ei quē vult benigne exaudire: xp̄s
g°. caput inclinās aurē dextrā nobis porrigit. Et
sinistrā a nobis auertit. Auris aūt dextra: est eius
misericordia quā modo nobis libēter impēdit: si
nistra vo ē ei⁹ iustitia quā mō a nob libēter auer
tit: dicere quoqȝ possum⁹ ꝙ xp̄us in cruce caput
inclinatū ad dexterā tenuit: siue vt p hoc significa
ret ꝙ patiebatur ꝓpter peccatū qd fecerāt primi
parentes cū dextera: siue vt per hoc inueret ꝙ nō
vocat hoīem ad leuā. i. ad vitaȝ temporalē: sȝ ad
dextrā. i. ad celestem vitam: siue vt per hoc osten
deret ꝙ in his que facimus nō sinistrā sed rectā
intētionem habere debemus: iuxta illō Matth.
5°. Nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua. Se
cundo trahit ad se per brachiorū extēsioneȝ: sicut
mater trahit ad se puerū brachia aperiendo: quo
rum aptione veniēdi fiduciā ei prebet. Deus aūt
habet duo brachia. s. gratiā ꝛ gloriam que ambo
olim clausa tenebat: quia nulli pene dabat gratiā
suā: ꝛ neminē recipiebat ad suam gloriā. Tandē
aperuit brachiū sinistrū sue gratie: recipiēs i gra/
tia sua populū israel: sed tamē dextrū brachium
clausum tenebat: qꝛ nullum ad suā gloriā admit
tebat. Modo aūt ambo brachia habȝ aperta ꝛ
extensa: quia omnes ad suā gratiaȝ paratus ē re/
cipere ꝛ ad gloriā introducere. Et ideo qlibet fide
lis pōt dicere illud. Can. 2°. Leua ei⁹ sub capite
meo ꝛ dextera illius amplexabitur me. Et qlibet
beatus dicere pōt deo cū psalmista. Tenuisti ma/
num meā: ꝛ in voluntate tua deduxisti me: q̄tuȝ
ad primum brachiū gratie: ꝛ cū gloria suscepisti
q̄tuȝ ad scdm. Tertio trahit per manuū perfora
tioneȝ sicut liberalis trahit egenū ad remedium ad
se. Christ⁹. n. in cruce habuit man⁹ apertas: confi
xas: ꝛ pforatas. Apertas ad innuendum ꝙ dat oī
bus faciliter ꝛ liberaliter gratiā suam. Vñ illi in/
quit ps̄. Aperis tu manū tuā: ꝛ imples omne aial
benedictione: ꝛ ad Hebre. 12°. ait apostolus Tan
q̄ filijs offert se deus: ꝛ Sapiētie. 6° dicit. Pre/
occupat qui se cōcupiscunt: habuit etiā man⁹ cō
fixas ad innuēndū ꝙ dat imutabiliter ꝛ pseuerā
ter. Eccle. 2°. Respicite filij nationes hoīum: ꝛ sci
tote qꝛ nullus sperauit in dño ꝛ ꝯfusus est: ꝛ pmā
sit in mādatis eius: ꝛ derelictus est: pauci autem
sunt qui habeāt istā immutabilitatē: ꝛ pseueran/
tiaȝ seruiēdi ꝛ bñfaciendi. Naȝ de multis dici po
test illud ps̄. Cōfitebitur tibi cuȝ benefeceris illi.
Et Eccle. 6°. dicitur. Est amicus socius mense: q
nō permanebit in die necessitatis. Ipse vero dñs
xp̄us nō solū bonis qui ei seruiūt: sed etiaȝ malis
qui eū offendunt tribuit sua beneficia: iuxta illud
Matth. 5°. solē suū oriri facit sup bonos ꝛ ma/
los: habuit etiaȝ manus pforatas: qꝛ omnib⁹ dat
largiter ꝛ abundāter. Sicut. n. vas pforatum lar
giter effundit. sic xp̄us largiter tribuit p̄. ad Thi.
6°. Qui prestat nobis abūde: ꝛ Jacobi. p°. Qui
dat omnib⁹ affluenter ꝛ nō improperat. Non so
lum aūt est liberalis: sed quodāmodo prodigus:
qꝛ hȝ manus pforatas. Sicut dicitur de aliquo
prodigo qui nihil sibi scit retinere. Iste habȝ ma
nus pforatas: vas enim perforatum nihil retine/
re potest. Nonne prodigus esset qui pro potu pa
trimoniū suum daret: xp̄us autem pro potu aque
frigide dat patrimoniū celestis glorie Matthei.
10°. Quicunqȝ dederit potū vni ex minimis istis
calicem aque frigide: amen dico vobis non per/
det mercedem suam. Licet ergo xp̄us semper in
vita sua fuerit liberalissimus: qa multa ꝛ innu/
mera bñficia humano generi exhibuit: tamē in
fine vite sue quodāmodo fuit prodigus: quia ni/
hil sibi retinuit sed omnia alijs donauit. Nā Pe
tro dedit ecclesiam: Joāni matrem suam charissi
mam: patri dedit animam suam preciosissimaȝ: ꝛ
latroni dedit paradisum: Nichodemo ꝛ Joseph
dedit corpus proprium: nobis oībus dedit suam
carnem sacratissimam ꝛ sanguinem preciosissi/
mum in cibuȝ ꝛ potum: crucifixoribus vestimen
ta: ꝛ lanceatori restituit visuȝ. Quarto trahit per
lateris apertionem: vt suum amoreȝ ostendat.

regnum dei:idest ecclia:esca vel potus: sed insti/tia: et pax et gaudium in spiritu sancto. De regno autē triūphātis ecclesie exponit glosa sup Mat/theum dicēs. Regnuz dei semper est: sed rogatur ut adueniat: idest ut manifestet hoibus. De gra/tia autem exponit nicolaus de lira: vbi. s. di. Bñ dicit adueniat: qr nō possumus ad deum venire per gliā: nisi ipse prio veniat ad nos per grāz. Un de Aug. super Joānez ait. Ille enim venit quem gra dei puenit: et Joānis. 6°. ait saluator. Nemo pōt venire ad me: nisi pater meus traxerit euz. s. per grām. Quando ergo aīa habet grām spirit⁹ sancti: et bonā pscīam: tūc habet regnum dei glo/riosum: qr glia nra hec est: testimonium cōsciētie nostre. 2ᶜ. ad Cor. p°. Et ideo Gre. nisenus expo/nit. Adueniat regnuz tuum: idest veniat sup nos spūs sanctus tuus: et purificet nos: et Aug. in li°. de verbis dñi dicit. Tunc eniz venit in nos regnū dei: quādo eius sumus grām cōsecuti. Et in col/lationibus patrū dicit. Nouit sanct⁹ testimonio cō scientie sue: cum apparuerit regnum dei eius se futurum esse psortem: et Hieronymus ait. At tendendum est qz grādis audacie sit et pure cō/scientie: postulare regnum dei: et iudiciū nō time re. De glia aūt speciei exponit Alexā. vbi. s. di. Re gnum tuum adueniat: idest regnuz quo tu mo/do regnas in nobis per fidem pueniat ad regnū quo in nobis regnabis per speciē: idest regnum fi dei ad regnū transeat speciei: qm hec est vita eter na: ut cognoscāt et c. Joānis. 17°. De intellectu au tez scripture exponit idem Alex. ibidez di. Adue/niat regnū tuum: idest intellectus sacre scripture quo videmus modo trāseat ad intellectū quo vi debimus in te: qui es liber vite. p°. ad Cor. 13°. Uidemus nūc per speculum in enigmate. s. sacre scripture: tūc autem facie ad faciē. Et glo. super Matheū sup illa verba. Adueniat regnum tuū dicit. Hic spūs intelligentie petit quo mūdatur cor: ut deus videat. De loco aūt patrie etiā sic ex/poni pōt. Adueniat regnum tuuz: idest fac ut ge nus humanū veniat ad regnum tuū: idest ad ce luz ut illius sedes ruinosas restauret: iuxta illud ps. 109. Judicabit in nationibus implebit rui/nas. De xpo etiam exponit fm Cyprianum vbi supra: qui ait. Pōt etiam et ipse christus esse re/gnuz dei: quem venire quotidie cupimus cuius aduent⁹ ut cito nobis repñtet optamus: nā cuz ipse sit resurrectio: qr in ipso resurgimus: sic et re/gnum dei pōt intelligi: qr in illo regnaturi sum⁹. Bene aūt regnuz dei petimus: idest celeste: qr est et terrestre regnuz. Sed qui renūciauit: iam secu lo maior est etiam honoribus eius et regno. Et iō qui se deo et christo dedicat non terrena: sed cele stia regna desiderat: hec ille: et Cirillus ait. Qui hoc dicūt vident optare rursum refulgētē in mū do oium saluatorem. Mādauit aūt in oōne pe tere illud tēpus vere terribile: ut sciāt qz viuere de cet eos nō lenter vel remisse: ut illud tps nō paret illis flāmam et vindictā. Sed magis honeste fm volūtatem ipsius: ut eis tempus illud nectat co/ronas. Origenes aūt exponit. Adueniat regnuz tuū: ut. s. euacuet principatus: et potestas: et virt⁹ et regnum mūdi: quin etiam peccatū: qd regnat in mortalibus nris corpibus. Aug. etiam de ser/mone dñi i mōte ait. Hoc nō ita dictū est quasi deus nūc non regnet etiam in terra: semperqz in ea regnauerit. Adueniat ergo accipiēdū est: ut ma nifestet hoibus. Nulli autem licebit ignorare re gnū dei: cū vnigenitus eius nō solū intelligibilr sed etiam visibilr venerit iudicare viuos et mor/tuos. Tūc aūt esse futurum diem iudicij dñs do/cet: cum euāgelium predicatū fuerit in oibus gē tib⁹: que res ptinet ad scificationem nois dei. Uel gnāliter pro totius mundi: petit regno ut diabo/lus: in mūdo regnare desistat: vel ut in vnoquoqz regnet deus: et nō regnet peccatum in mortali ho minuz corpore: hec ille. Qui etiā ad probam ait. Per hoc desideriū nostrū ad illud regnū excita/mus: ut nobis veniat atqz in eo regnem⁹. Et idē in li°. de pseuerātia dicit. Cum petit adueniat re gnum tuū: qd orant qui iam sancti sunt: nisi utā ea sanctitate: que iā illis data est pseuerent: neqz enim aliter veniet dei regnum: qd his qui pseue/rant: vsqz in finem certū est esse venturum Cy/prianus do vbi supra ingt. Regnuz petimus ad uenire a deo nobis repromissuz: et christi sangui ne acqsituz: ut qui in seculo aū seruiuimus: post modū christo donante regnemus: hec ille. O igit pater celestis adueniat regnuz tuum. Debēt eniz pres thesaurizare filijs. 2ᶜ. ad Cor. 12°. et. 16ᵃ. q. pᵃ c°. pdicator. et extra de censi. c°. cum aplus. Item votū est pris res suas ad filios puenire. l. de emā/cipatis. C. de legi. here. l. scripto. ff. vnde lib. et. l. pe/nul. ff. de bonis lib. et ideo dicit. Si filius ergo he res: ut notat glo. in auten. ut hi qui obli. per. res mi. §. ut autē non demus. et insti. de here. que ab intesta. defe. §. sui autem. et. §. sed sui insti. de here. qua. et dif. Nobis ergo adueniat regnum tuum in illa beata vita de qua Cesarius ait. Beatā vi/tam illā facilius est cōsequi: qz enarrare. Cuius erit possessio sine timore: vsus sine fastidio: refec/tio sine cibo. Sub antiqs ppetuisqz gaudijs sem per noua iocūditas: et sine piculo amittēdi felici/tas. Excita tergo aīa mea: et cogita quātum potes quale et

Quale ⁊ quantū sit illud bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt: cogita diligenter ꝙ sit delectabile illud bonum qđ cōtinet iocunditatem oīum bonorum: ⁊ nō qualem [illegible] rebus creatis sumus experti. Sed tāto differenter quanto creator differt a creatura. Cur ergo per multa vagaris homuncio q̄rendo bona aīe ⁊ corporis tui? Ama vnū bonum in q̄ sunt oīa bona ⁊ sufficit. Si delectat te pulchritudo: fulgebūt iusti sicut sol. Si velocitas aut fortitudo aut libertas corporis: erunt similes angelis dei. Si longa ⁊ salubris vita: ibi ibi erit summa eternitas ⁊ eterna sanitas. Si [illegible] cietas: saciabunt̄ cū apparuerit glīa dei. Si ebrietas. Inebriabunt̄ ab vbertate domus dei. Si melodie. Ibi cōcinunt angeloꝝ chori. Si sapientia: seipsam ōndit eis sapiētia dei. Si amicitia: diligūt deum plusꝙ seipsos. Si potestas: oipotētes erūt sue voluntatis: sicut ⁊ dn̄s sue: nā sicut poterit de⁹ que volet p seipsum: ita poterunt beati q̄ volēt. Si honor ⁊ diuitie: supra multa eos constituet dn̄s. Si securitas: certi erūt nullatenus illud bonum defuturū: hec ille.

¶ TErtia petitio ē: fiat volūtas tua ⁊c. Quā exponēs Nicolaus de lira vbi s̄. ait. Q2 illō [illegible] qđ principaliter cōsequimur beatitudinē: est ipletio voluntatis diuine p sanctā operationē: ⁊ frequenter voluntas eius ē nobis īcognita: ⁊ qn̄ cognoscitur adhuc sumus ipotentes ⁊ pigri ad implēdū Ideo tertio petimus. Fiat volūtas tua. i. inspires nobis virtutē ⁊ ppositum ad implendi tuū bene placitū. Addit̄ autē: sicut in celo ⁊ i terra. Beati enim q sunt [illegible] celo: q2 sunt immediate cōiuncti regule diuine: ideo nō possunt deficere nec deuiare a diuina volūtate: ⁊ ppea nos q sumus in via ⁊ nō sumus coniuncti: sic petimus vt diuina grā hoc supleat in nobis: tenēdo voluntatem nr̄am in cōformitate ad suā in opibus nr̄is: sicut ꝯformātur illi qui sunt i celis. Hiro. vero sic exponit di. Oramus hac petitiōe: vt libertas arbitrij nostri societ̄ per gratiā sue volūtati que est sanctificatio nr̄a ⁊ vita eterna: glosa vo Matth. 6°. ait. Hic petit̄ spūs cōsilij per quē voluntas dei ingritur vt a nobis impleat̄: ⁊ alia glosa inqt: Volūtas dei ē pceptorū custodia: ⁊ Ugo quē refert magister sententiaꝝ in p°. di. 45ª. ait. Pro pcepto dei atqꝫ cōsilio pōt accipi volūtas dei: ibi. Fiat voluntas tua ⁊c. Chrisosto. aūt super Matth. dicit: nō ait fiat volūtas tua: in me vel in nobis: sꝫ vbiqꝫ terrarum vt soluat̄ error: ⁊ plantet̄ veritas: ⁊ expellat̄ malicia vniuersa ⁊ reuertat̄ virtus: ⁊ in nullo hꝫ hoc differat iam celū a terra. Si enim hoc fiat: nihil distabunt q̄ iferius sunt ab his q̄ superius: ⁊ si natura differant: angelos alteros terra nobis ostendente: q2 hoīes erūt similes angelis. Aug. vero in 5°. sermone de verbis dn̄i ait. Fiat voluntas tua ⁊c. Hoc est vt sit pax in terra queadmodum est in celo. Idē quoqꝫ Aug. Quadrupliciter exponit p dicta vba: quā expositionē ponit glosa sup Mattheum ⁊ Alexan. de ales vbi s̄. di. Sicut in celo ⁊ in terra. i. sicut in angelis ita ⁊ in hoibus: vel sicut in pfectis ita ⁊ i peccatoribus cōuersis: ⁊ idē Augu. in li°. de dono pseuerantie recitat expositionem Cipriani martyris dicentis. Est ⁊ alius in his verbis sensus vt. s. p infidelibus qui sunt adhuc in terra: terrenum tantum hoiem portantes orare intelligātur fideles qui celesti hoie induti nō immerito celi noīe intelligunt̄: vnde sensus est. Fiat volūtas tua: in īfidelibus sicut in fidelibus: vt nō solum fidelibus augeat̄ fides ⁊ pseueret in eis sed etiam infideles eam recipiāt. Tertio exponit: sicut in celo ⁊c. i. sicut in mente: ita ⁊ in carne: vt sicut i mēte est sermo legis dei: ad Roma. septimo ita fit ⁊ in carne vt nō cōcupiscat aduersus spiritū. Uel sicut in xpo: ita ⁊ in ecclia: ita vt ecclesia sequat̄ viam ⁊ doctrinā xpi: ⁊ eius faciat voluntatem. De qua idem Aug. inqt. Uoluntas xpi est humilitas in cōuersiōe: stabilitas in fide: modestia in verbis. Justitia in factis misericordia in operibus: disciplina in moribus: pax cū fratrib⁹ amare deū toto corde: q2 pr̄ nr̄ est: timere q2 deus est: xpo nihil pponere: q2 nec ipse quicꝙ nobis pposuit: qn̄ se pro nobis ad mortem exposuit. Dicit aūt Aug. in li°. de verbis dn̄i in mōte. Fiat voluntas tua: idest sicut facta est in ipso iesu xpo tanꝙ [illegible] viro qui pr̄is volūtatē impleuit: ita fiat [illegible] terra. i. in ecclesia tāꝙ in femina: q̄ illi desponsata est Celū enim ⁊ terra conuenienter intelligit̄ quasi vir ⁊ femina: qn̄ terra celo fecundante fructifera est. hec ille. Qui ēt ait. In illo beatitudinis regno vita beata perficiet̄ in sanctis sicut nunc in celestibus angelis: ⁊ ideo post illā petitionem. Adueniat regnum tuū: sequit̄. Fiat voluntas tua ⁊c. idest sicut in angelis q sunt in celo voluntas tua [illegible] vt te perfruant̄ nullo errore obnubilante eoꝝ sapiētiam: ⁊ nulla miseria ipediente eoꝝ beatitudinem: itat fiat i sanctis tuis q sunt i terra: ⁊ de terra quātum ad corpus attinet facti sūt: vel fiat voluntas tua: sicut i iustis ita ⁊ i peccatoribus: vt peccatores ad te cōuertant̄: ⁊ faciāt voluntatem tuā. Chriso. vero super Matth. dicit. Uide cōsequentiā optimam. Quia enim cōcupiscere docuit celestia per hoc qđ dictum est. Adueniat regnum tuū: anteꝙ ad celum perueniat̄ ipsam terrā iussit fieri celum per hoc qđ dicit. Fiat voluntas tua: sicut in celo ⁊

in terra. Ciprianus aūt aitatiō petimus vt deus faciat qḋ vult. Sȝ vt nos facere possimus qḋ de/us vult: qḋ vt fiat in nobis opus ē dei volūtate. i. opera eius ⁊ protectiōe: quia nemo suis viribus fortis est: sed dei misericordia tutus ⁊ Chrisosto. addit in omelia. Virtus enī nō est nr̄i studij solū sed superioris gr̄e: ⁊ Aug. in li°. de bono pseuerantie ait. Ex hoc aūt euidēter ondit̄ contra pellagianos: initiū fidei esse donuȝ dei qn̄ pro infidelibus vt habere fidē incipiant sancta orat Ecclia: cum ēt in sanctis iam sit facta dei voluntas: cur vt fiat adhuc petūt nisi vt perseuerent in eo qḋ esse ceperunt. Chriso. ēt super Matthe. dicit. Communiter accipi debet qḋ ait. Sicut in celo ⁊ in terra. i. sanctificet̄ nomē tuū sicut i celo ⁊ in terra. Adueniat regnū tuū: sicut in celo ⁊ in terra: ⁊ fiat voluntas tua sicut i celo ⁊ in terra. Et vide ꝙ caute locutus est: nō dixit pr̄ sanctifica nomē tuū in nobis. Adueniat nomē tuū sup nos: fac voluntatē tuaȝ in nobis: nec iteȝ dixit. Sāctificemus nomē tuuȝ Suscipiam⁹ regnū tuū. Faciam⁹ volūtatē tuā: ne hoc aut dei tātū aut hoīs tātū eē videat̄. Sȝ mediē dixit ⁊ impsonalr: nā sicut hō nō pōt facere bonū nisi habuerit adiutoriū dei. Sic nec de⁹ bonū operat̄ i hoīe nisi hō voluerit: ⁊ iō dicit fiat voluntas tua: q̄si dicat. Presta nobis dn̄e cōuersationē celestē: quatenus q̄cunqȝ tu vis nos ēt velimus: ⁊ Grego. ait. Quoniā vitā humanam post resurrectiōeȝ similem dicit esse venturā vite angelice: cōsequēs ē vitā mundanā ad vitā que postmodū sperat̄ disponi: vt in carne viuentes carnaliter nō viuamus. Per hoc aūt verus medicus aīe soluit morbi naturā: vt quos occupauit infirmitas per hoc qḋ a voluntate diuina recesserant: a morbo denuo liberet copulatio ad voluntatem maiestatis diuine. Quarta petitio est. Panē nostrū supersubstātialē fm̄ Matth. ⁊ fm̄ Lucam quotidianū da nobis hodie. Hiero. ēt exponit supersubstantialē i. precipuū ac peculiarē siue egregium. Chriso. vero exponit supsubstantialem. i. quotidianum: quia. s. super terram nos quotidie de illo sumentes sustentat. Si aūt referat̄ ad panem sacramentalem. Ideo dicit̄ superstantialis quia aīam ⁊ corpus super oēm aliud cibum sustentat fm̄ Alerā. vbi supra vel sic dicit̄ fm̄ Hieronymuȝ: quia sup omnes substantias est ⁊ vniuersas superat creaturas. Unde notandū est fm̄ Alerā. de ales vbi supra: ꝙ quattuor sunt panes nobis necessarij in via: ⁊ vnus in patria. In cuius signum dominus pauit populū sequenteȝ se quinqȝ panibus. Matth. 14°. Primus panis est materialis: siue corporalis qui est ad corporis sustentationeȝ: de quo Gen. 3°. dicitur. In sudore vultus tui ⁊c. ⁊ Matth. 4°. non in solo pane viuit hō. Alius ē spiritualis. s. panis iustitie q est necessari⁹ ad corroborationē de quo. Luce. xj°. dr̄. Accomoda mihi tres panes. Isti enī tres panes significāt triplex robur. s. ad operandū bonuȝ: ad resistendū malo: ⁊ ad pseuerandū in virtutibus. Tertius panis ē doctrinalis: q ē necessarius ad eruditōeȝ vt habet̄ i. c°. iter cetera. de offi. or. ⁊ hoc vt sciat̄ qd eligendū sit: ⁊ qd declinandū: de quo pane dr̄ Eccle. 15°. Cibauit illuȝ dn̄s pane vite ⁊ itellectus: ⁊ iste panis fm̄ Glosaȝ est verbū dei. Quartus ē sacramētalis q est necessarius ad expiatōeȝ: de quo dr̄ ps°. 77°. Panē angeloꝝ manducauit hō: ⁊ Sap. 16°. Panē de celo pstitisti eis: oē delectamētū in se habentē ⁊ oīs saporis suauitatē. Quintus panis est eternalis: q est necessarius ad fruitionē: de quo ipse ait Joannis. 6°. Ego sum panis viuus q de celo descendi Si qs manducauerit ex hoc pane viuet in eternum: ⁊ Luce. 14°. dr̄. Beatus q māducat paneȝ in regno dei. Licet aūt predictis panibus indigeamus ⁊ eos petamus: tn̄ nō dicimus panes in plurali: sȝ panē in singulari pp vnitatem ordinis siue relatiōis: q: panis materialis: spiritualis: doctrinalis ⁊ sacramētalis ordinant̄ ad eternalē: ⁊ hic petuntur ⁊ dantur: vt ille qui est eternalis habeatur. hec Aleran.

Licet aūt ▪ petitiōe panis cōprehēdant̄ oīa vite necessaria fm̄ Aug. ⁊ Chri. sup Matheū: vt etiaȝ exponit Nicolaus de lira vbi s̄. Tn̄ cū magno misterio posita sunt predicta verba vt sex vicia euitemus. Primū est supfluitatis: ⁊ iō dixit: panē vt nō supflua petamus: vn̄ Chriso. super Mattheū ait. Pro pane iussit orationē facere nō pro pecunijs: neqȝ lasciuia: sȝ solum p pane q̄tidiano postulanda: ergo sunt diuinitus necessaria vite: nō ciboꝝ diuersitates ⁊ vina odorifera ⁊ cetera que delectant guttur: onerant auteȝ ventrem: ⁊ mentem perturbant: sed panis qui potest substantiam corporis sustentare ⁊c. ⁊ glosa ▪ per Mattheum dicit. Hi videntur argui q spreto victu ⁊ vestitu communi lautiora sibi pre his cū quibus viuunt alimenta querunt. Secundum vicium est rapacitatis: ⁊ ideo dixit nostrum: non alienum: qḋ quidem est omne illicite acquisitum panis ergo noster siue de iusta hereditate pceptus vel alio iusto titulo: aut de licito labore acquisitus vnde Chriso. super Mattheum ait. Dicit auteȝ nostrum: quia qui de iustitia acquisitum panem māducat suum panem manducat. Qui autem cum peccato alienum: possumus quoqȝ dicere

p dixit nostrum propter alias quinq; causas. Primo pter nostrã humilitatẽ: vnde Alexan. de ales vbi s. inqt. Dicit nrum vt nra ostẽdatur indigẽtia: pter quã indigemus huiusmodi panis refectiõe: vt sic indigentiam nram recordando humilemur. Secũdo pter coicabilitatẽ: vñ Alexã. vbi s addit. Item nrm di ut ostendat q primo indigente nõ debet ab aliquo ut pprium haberi: s; et materialis & spũalis & doctrinalis ac sacramẽtalis panis sibi coicari. Chriso. et vbi s. inqt. Dicit nru; qr oia que nobis deus dat p nos alijs dat: ut de eo quod accipimus partẽ ipotentibus faciamus. Qui ergo de laboribus suis indigẽtibus nõ prestat: nõ tantũ panẽ suũ mãducat: sed alienũ: hec ille. Tertio di nrum pter vtilitatem: vñ Alexã. vbi s. ait. Di nru; qr nos sumus causa pter quã panis materialis: spiritualis: doctrinalis: & sacramẽtalis est istitutus: ut. s. sit nre indigentie reparatiuus: nr ergo est: nõ pprietate s; vtilitate & causalitate: hec ille. Quarto pp dignitatẽ: & hoc quãtum ad panẽ sacramẽtalẽ: nam soli hoi data est dignitas cõficiendi istum pane;: & nõ angelis. s; Theolo. in. 4°. di. 13ª. Quito di nostrum pp comestionẽ: nam angeli nõ comedunt de pane naturali: nec de pane sacramẽtali corporis xpi. Licet eni verbũ dei sit panis angelorũ: tñ panis hois est verbũ: caro factũ. Secundũ enim deitatẽ inuisibilẽ deus reficit angelos: vñ Raphael dixit Thobie. 12°. Ego cibo iuisibili q ab hoib9 videri nõ potest vtor. Secũdũ autẽ deitatẽ in persona filij icarnatã reficit nos. Tertiũ viciũ est anxietatis siue nimie solicitudinis pcurandi terrena per lõga tẽpora possidẽda: cõtra illud qd apostolis ipse dñs inqt: Mathei. 6°. di. Nolite cogitare de crastino: & iõ dixit quotidianũ: vñ Chriso. inqt postulare iussit panẽ illũ. q nobis hodie sufficit vt de crastino non cogitemus: & non cõteramus nosipsos solicitudine superuenientis diei: hec ille in omelia. Qui tamen limitando predicta ait super Mattheum. Et sic prima facie videntur hec verba sonare ut qui hoc dicunt nõ habeant cibum in crastinum preparatum: quod si ita est: oratio ista aut paucis potest conuenire sicut apostolis: qui docẽdi gratia omni tempore vagabantur: aut forsitan nulli. Doctrinam aũt christi ita debemus aptare: ut omnes in ea proficiant vnde Ciprianus inquit. Diurnum cibum discipulus christi debet petere: ne in longum desiderium petitionis extendat: quia contrarium sibi fit: & repugnãs: ut querat in seculo diu manere qui petit regnum celorum velociter aduenire. Vel addit quotidianum: ut tantum quis mãducet quãtum ratio naturalis exigit: nõ quantum lasciuia carnis impellit. Si enim in vno conuiuio tantũ expendis: quantum sufficere tibi potest pro cẽtu; diebus: iam non quotidianum cibum manducas: sed multorum dierum: hec ille. Nũc ergo panem quotidianum petimus: ut corpus nostrum in dei seruitio sustentemus: non ut ipsum superfluitatibus replendo contra spiritum recalcitrare faciamus. Unde dicitur in. c°. charitas. §. Itẽ corpus de penitẽ. distin. 2ª. Et sunt verba Prosperi in libro de vita cõtemplatiua. Corpus nostrũ quia pars nostri est ad hoc nobis diligẽdum est: quatenus spiritui ordinate subiectum: ad eternã salutem accepta mortalitate & incorruptibilitate perueniat. Ubi glosa super verbum subiectum ait. Debemus adhibere iumẽto nostro saccũ: paleam & flagellum. Saccum: idest opera penitẽtie & alia bona opera. Paleã: idest necessaria ad vi. sustentationem. Flagellum vero: ad castigationem: si excesserit. Si autem intelligamus de pane sacramentali: ex hoc quod dicit quotidianum ostendit vtilitatem quã recipimus ex quotidiana comunione sicut fiebat in primitiua ecclesia ut habetur in. c°. peracta. de conse. di. 2ª. Et ita exponitur in collationibus patrum vbi dicitur. Ex hoc ostendit eum quotidie esse sumendum quia non est dies: qua non opus sit nobis huius panis perceptione: cor interioris hominis confirmãte. Aug. vero super Lucã exponit dicẽs. Vel quotidianum panem accipiamus spiritualem: precepta scilicet diuina: que quotidie oportet meditari & operari. Quartum vicium est arrogantia. Sunt enim pleriq; qui diuitias quas possident suo vel suorum labori ac solicitudini & industrie tribuentes: gloriantur & obliuiscuntur se illas suscepisse a deo: & ideo subditur. Da scilicet tu cuius sunt vniuersa: de quo inquit psalmista. Qui dat escam omni carni. Chriso. aute; super Mattheum exponit di. Dicimus da nobis: ut qd manducamus de manu dei accipiamus: qd est tãtu; sctõ: nã illi deus dat panem: qui cum iustitia preparat. Diabolus aũt ei qui preparat cum pctõ. Quintũ viciũ ẽ tenacitatis. Sũt eni multi diuites qui faciũt sibi vngulas curuas ad retinẽdu; sibi oia: & nihil paupibus erogãdũ: & admodu; milui efficiũtur: qui semper clamat: mio mio mio & ideo di. Da nobis: nõ mihi. Cõtra quos inquit Ambrosius in. c°. sicut hi. 47ª. di. esurientiũ panis est: quẽ tu detines &c. Et ibidẽ. Plusq; sufficit ad sumptus: violenter obtẽtum est. Sextũ viciũ est lõgeuitas siue imortalitas. Sũt enim quidam qui sicut nũq; mori vellẽt: sic etiam putant

se quodãmodo in perpetuum vel saltẽ diutissime victuros sicut Mathusalem: ⁊ ideo toto affectu terrenis imersi presens seculum quasi quendã sibi cõstituunt paradisũ: propter quod dicitur hodie: quasi dicat: petite que vobis sunt necessaria ad p̄sẽs tps: q̄a nescitis q̄d superuẽtura pariat. dies Aug. vero in li°. de dono p̄seuerantie: ⁊ Cipriãnus vbi supra: ⁊ Alexã. de ales: in loco preallegato: exponũt hoc verbum hodie de pane sacramẽtali dicentes. Alia est ratio moralis vt per hoc itelligat ꝙ panis iste die gr̃e: nõ nocte peccati sit accipiẽdus: nõ idigne accipiẽs corporis ⁊ sãguinis dñi reus efficiatur p°. ad Cor. xj°. Quinta petitio est. Dimitte nobis debita nr̃a ⁊c. In quib9 verbis [illegible]guntur tria. p°. diuine virtutis immensitas: ibi dimitte. s. tu deus qui solus habes potestatẽ in terra dimittendi peccata: Matthei. 9°. cui inquit ꝓpheta ps°. 31°. tu remisisti ipietatẽ peccati mei. Secũdo tangit̃ prauitatis humane comunitas ibi nobis: qui oẽs sumus peccatores: ad Roma. 3°. Oẽs peccauerũt ⁊ egent gratia dei: et p°. Joannis p°. Si dixerimus quia peccatũ hẽmus: ipsi nos seducimus ⁊ veritas in nobis non est: ⁊ Prouerbio. 20. Quis potest dicere mundum est cor meũ purus sum a peccato? quasi dicat: nullus: preter xp̄m ⁊ mr̃em ei9 vt excipit Aug. in li°. de natura ⁊ gr̃a: et Eccl̃es. 7°. Nõ est homo iustus sup terrã qui faciat bonũ ⁊ nõ peccet. Quapropt̃ Aug. in li°. de bono perseuerantie inq̄t. Hoc tello pellagiani cõfodiunt̃ heretici: qui audent dicere hominẽ iustũ in hac vita habere nullũ oĩno peccatum Tertio tangitur huiutis anguste anxietas ibi: debita nr̃a: idest peccata: ſm glosam: vnde Luc. xj° dicitur. Dimitte nobis peccata nr̃a ⁊ ita Alexan. de ales vbi supra di. Debita dicũtur peccata que nos debitores pene cõstituũt. Ut enĩ dicit Inno. nõ hic agitur de debitis pecuniariũ sed de debitis offensaꝝ. Luce. 13°. Putatis q̄a ⁊ ipsi debitores fuerunt ⁊c. hec ille: ⁊ Aug. in li°. de verbis dñi ait. Quid est debitũ nisi peccatũ? Hanc aũt petionez exponens Ciprian9 in li°. de oratione dñica inq̄t Post subsidium cibi petitur ⁊ venia delicti: vt q̄ a deo pascitur in deo viuat: nec tantũ p̄senti vite sed eterne consulatur: ad quã venire potest si peccata donentur: que debita dñs appellauit. Quare necessarie [illegible] salubriter admonemur qui peccatores sum9: dum pro peccatis rogare compellimur vñ ne quis sibi q̄si innocens placeat ⁊ [illegible] extollendo plus pereat instruit̃ se peccare quotidie: dum pro peccatis quotidie iubet̃ orare. Et titus expositor ait. Hoc aditũ est necessario: pro eo ꝙ nullus sine peccato reperitur: [illegible] ipediamur a sacra participatione propter humana peccata. Cũ eniz teneamur exhibere xp̄o oĩmodam sanctitatem qui spiritũ sanctũ habitare facit in nobis: redarguẽdi sum9 si non obseruemus ei templũ mundum Sequitur aũt in predicta petitione. Sicut ⁊ nos dimittim9 ⁊c. quod etiam habetur de peni. di. pª. c°. tres sunt. Unde est notandũ ꝙ aduerbiũ sicut ſm doctores potest hic accipi similitudinarie vt Matthei. 22°. Erunt sicut angeli dei in celo. Qui enĩ indulserit alijs: locũ vel gradũ tenebit angelorum: ⁊ qui nõ indulserit tenebit gradũ demonuz ⁊ erit soci9 eorum. Secundo accipit̃ quantitatiue sicut ad Roma. 6°. vbi dicit̃. Sicut exhibuistis mẽbra vestra ⁊c. Sicut ergo exhibuistis vos ad faciẽdam vindictã vniuersaliter: ardenter: velociter: perseueranter ⁊ frequẽter: ita debetis vos exhibere ad parcendum oĩbus remittẽdum oẽs iniurias amore dei: ⁊ cũ ardẽti feruore charitatis ac cito: ⁊ perseuerare in dilectione proximi: ⁊ non solũ semel remittere: sed septuagies septies sicut hortatur dñs Matthei. 18°. ⁊ posuit finitũ numerum pro infinito ſm Nicholaum de lira: idest: totiens quotiens offensus fueris remitte si vis peccata tua a deo tibi remitti qui ait Matthei. 6°. ⁊ Luce. 6°. Dimitte ⁊ dimitetur tibi trãsumptiue de peni. di. 4ª. c°. dicit dñs: dicit aũt Cirillus in declaratione orationis dñice. Uult enim vt ita loquar patientie quã hoĩes colunt imitatorem fieri deũ: vt qualẽ ipsi exhibuerunt conseruis bonitatem: talẽ pari lance recipere petant a deo: qui in[illegible] recumpensat: hoc igit̃ aduertẽtes: grates agẽde sunt debitoribus nostris: fiũt enĩ nobis si sapimus causa indulgẽtie maxime: ⁊ pauca exhibentes plurima reperiem9: nã ⁊ nos multa debemus ⁊ magna debita deo: quorum si minimã partem a nobis vellet exigere iã perijssemus: ⁊ Ciprianus inquit. Qui pro peccatis nos orare docuit p̄nãz misericordiã promisit: sed plane addidit legẽ cer[illegible] cõditione nos constrigens vt sic nobis debitũ dimitti postulemus: ſm ꝙ ⁊ ipsi debitorib9 nr̃is dimittimus: ⁊ Grego. x°. Mora. addit. Ut profecto bonum quod a deo compuncti petimus: hoc primuz proximo conuersi faciamus: hec ille. Notandũ est etiã ſm Alexan. de ales vbi supra: ⁊ beatum Tho. in. 4°. scripto señ. di. 16ª. in expositione littere: ꝙ ille qui in persona ecclesie dicit dimitte. nobis. ⁊c. non peccat hoc dicendo: sed tamen ei non remittuntur peccata: nisi ⁊ ipse remittat debitoribus suis: quia ait ipse dominus Matthei. 6° Si dimiseritis hominibus peccata eorum: ⁊ pater vester celestis dimittet vobis peccata vestra Si autem non dimiseritis: nec pater vester cele-

tris dimittet vobis. Tali autem retinenti iniurias et vindicare se volenti dicet dominus in iudicio. Serue nequā omne debitum dimisi tibi quoniā rogasti me: nonne ergo oportuit et te misereri cō servi tui sicut et ego misertus sum? Matthei.18° et de peni.di.4ᵃ.c°.dicit dominus: et de conse.dis. 2ᵃ.c°.panem de altari. Propterea inquit Augu. de verbis domini. Si non dimiseris: non poteris dicere dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: scilicet in persona propria: quia sic faciēdo potius peccas q̄ mereris: vnde Chrisostomus super Mattheum ait. Cum qua ergo spe orat qui inimicitiā seruat adversus alterū: a quo forsitan lesus est? Sicut enim ipse orans mentitur. Dicit enim remitto: et non remittit: sic et a deo petit indulgentiam et non illi indulgetur: hec ille. Dicit tamen Augustinus in libro enchiridion. Cum in oratione dicit dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: proculdubio verba sponsionis huius implentur: et si homo nundum ita perficit: vt diligat inimicū: tamen quando rogatur ab homine qui peccauit in eum: ut ei dimittat: dimittit ex corde: qui etiam sibi roganti vult dimitti: hec ille. Et glosa super illud: debitoribus nostris exponit: scilicet petentibus. Ex quibus verbi quidam voluerunt determinare q̄ solum veniam petentibus est remittendum: sed Alexander de ales vbi supra dicit: q̄ omnibus est generaliter venia dāda: iuxta illud Marci.xi°. Dimittite si qd habetis aduersus aliquem: scilicet qui vos lesit: licet autem etiam non petentibus sit venia danda: tamē maxime est petentibus impendenda: vnde Augustinus de sermone domini exponens predicta verba. Dimitte nobis etc. inquit. Tunc conuincimur contra istam regulam fecisse: si eis nō dimittamus qui veniam petunt: quoniā et nobis veniā petētibus a benignissimo patre dimitti volumus. Dicit autem Alexander de ales: et Nicholaus de lira vbi supra: q̄ licet iniuriam passus teneatur parcere iniurianti: remittendo ei odium et desiderium vidicte: nō tamē tenetur ei remittere damnum quod ab illo sustinuit: nec detrimentum qd passus est ex iniuria illata: imo potest illud petere iuridice: ut etiam dicit glosa in.c°. Si quis contristatus. 90ᵃ.di. per capitulum: si illic. 23ᵃ.q.4ᵃ. Rancorem tamē cordis etiam iniuriante nō satisfaciente tenetur dimittere: de peni.di.5ᵃ.c°.vltimo. Imo nūq̄ debet admittere: quia nō licet aliquem odio habere. 23ᵃ.q.4ᵃ.c°.cum in lege. Est autem perfectiōis nō solum remittere rācorem: sed etiam damnū: iuxta exhortatiōem domini dicentis Matth.5°. Qui vult tecum cōtendere et tunicam tuam tollere: dimitte ei et palium. Et ibidem ac Luce.6°. Si quis percusserit te in vnā maxillam prebe [illegible] et alteram. Q

Sexta petitio est. Et ne nos inducas in tentationem. Ubi notādum q̄ nō dicitur. Mitte nobis tentatiōes: vel permitte nos tētari: eo q̄ sumus imperfecti: et tentatiōes sunt periculose ex q̄tuor partibus. Primo ex parte hostis qui nō intendit nisi malum cum tentat. Secūdo ex parte mentis que cum nō semper sit diuine gratie auxilio roborata i bello tentatōis cadit. Unde glosa super Matth.4°. ait. Sine spiritu sancto qui ad pugnam vadit: cito cadit. Tertio ex parte tēporis nam difficile est in tota vita militare viriliter et nūq̄ deficere: de qua pugna dicit Iob.7°. Militia alias tentatio est vita hōis super terrā. Quarto ex parte finis: quia tētatio demōis: carnis: et mūdi est ad eneruādum et deijciēdum ac damnādū. Cum ergo sit ita periculosa: nō debemus [illegible] expetere: qr qui amat periculum: peribit in illo Eccle. 3°. Nō etiā dicit nō permittas fieri nobis tētationes: qr hoc esset ablatio multoꝝ bonoꝝ: vn̄ Aug. ait: periculosa tētatio est nulla tentatiōe pulsari: et ideo est qr īde proueniūt multa mala. Primū est illatio cordis. Secūdū incōsideratio sui. Tertiū īcompassio tētatorum. Quartum cōtemptus et despectio aliorum. Quintū est ignorātia agendorum: iuxta illud Eccle.34°. Qui nō est tentatus quid scit? Et propterea deus noluit ab apostolo Paulo tētationem auferre licet eam auferri postularet: ut ipse inquit. secunde ad Cor.12°. Et Thobie.12°. ait angelus Raphael ipsi thobie. Qr acceptus eras deo necesse fuit: ut tentatio probaret te. Et ideo licet considerādo fragilitatem nostram nō debeamus tētationes presumptuose expetere: tamen quādo deus eas nobis fieri permittit: eas debemus patienter sufferre: quia. Beatus vir qui suffert tētationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite etc. Iacobi primo: et propter hoc dicitur ibidem. Omne gaudium existimate fratres cum in varias tentatiōes incideritis etc. Dicitur autem. Et ne nos inducas in tentationem: scilicet in qua succūbamus: sed da nobis virtutem resistendi et vincendi: ut fidelis deus qui non pateris hominem tentari supra id quod potest: sed facis cum tentatione prouentum: ut possit sustinere. pᵃ. ad Cor.x°. hoc autem dicendo concordamus cum propheta q ait. ps°.17°. In te eripiar a tentatione: et in deo meo

transgrediar murum: idest omne forte prelium superando confringam. Predicta autem expositio confirmatur per glosam Matth. 6°. que ait. In tentationem inducitur: qui tentatione frangitur: et Augu. in libro de verbis domini exponit: et ne nos inducas in tentationem: quā scilicet ferre non possumus: sed quā ferre possit humana condicio. Titus quoq; ait. A diabolo non tentari est impossibile: sed ne a deo relinquamur in tentatione deprecamur: qd autem ex promissione diuina cōtingit: illud deus quādoq; facere dicitur in scriptura: et s̄m hoc nisi prohibeat tentationis inualescentiam que supra nos est: tunc nos in tentationē inducit. Maximian⁹ autem dicit: mandat deus: ut petamus: ne nos inducas in tentationem: idest non permittas voluptuosarum et spontanearum tentationum experientiam pati: et Basilius inquit. Non docet nos in orando petere afflictiones corporales. Uniuersaliter autem precepit orare non subire tentationem: sed postq̄ aliquis subijt: expedit a domino petere virtutem perferendi: ut cōsumetur ī nobis illud: Qui sustinet vsq; ī finem saluus erit: et Chrisosto. super Matheum ait. Hic docet neq; renuere agones: neq; insilire. Ita enim et victoria clarior nobis erit et deuictio diaboli derisibilis: attractos eni; oportet viriliter stare: nō vocatos autem silere: et tempus expectare agonis: ut et non vanam gloriam et virilitatem ostendamus: hec ille. Licet autem dicatur genesis. 22°. Tētauit deus abraham: et Sap. 3°. Quoniā deus tentauit eos: tamen exponi debet secundum predicta: qd etiam confirmat Augustinus de verbis domini di. Nos non in tentationem per semetipsum inducit deus: sed induci patitur: vnde Jacobi: primo dicitur. Nemo cu; tentatur: dicat qd a deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: et ipse neminem tentat: sed vnusquisq; tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Idem quoq; Augustinus vbi supra dicit. Aliud est induci in tentatione; et aliud tentari. Nam sine tentatiōe probatus esse nemo potest: siue sibi ipsi: siue alijs: nō igitur hic oratur: ut nō tentemur: sed ut non inferamur in tentationem: tanq̄ si quispiam cui necesse est igne examinari non oret: ut igne non cōtingatur: sed ut non exuratur. Inducimur enim si tales inciderint tentationes quas ferre nō possumus. Cum ergo sic petimus: hoc rogamus ne deserti eius adiutorio alicui tentationi: vel consentiamus decepti: vel cedamus afflicti. Idem etiā Augustinus in libro de bono perseuerantie ait. Cum sancti petunt: ne nos īducas: vel īferas ī tētationem: quid aliud orāt q̄ ut ī sanctitate perseuerēt. Dicit autē Alexā. de ales vbi supra: q licet ab imperfectis et infirmis tētatio nō sit appetēda: sed paciētia et victoria si accidat. Item nec a sanctis sit vnq̄ appetēda tētatio carnis: quia vt ait glosa. 2°. ad Cor. 12°. ibi: Datus ē mihi stimulus: tētatio que fit a carne peccatum est veniale: et [illegible]ci nō cōsentiatur: tamen viri perfecti ī virtute: et experti de periculis tentationum et qui sciūt eas superare viriliter: qa sunt bene firmati in cōfidentia et amore dei: quādoq; appetunt tentari: sicut faciebat propheta dicens ps°. 25°. Proba me domine et tenta me: sciebat enim q ut dicit glosa super Matth. 6°. tentatio necessaria est ad coronam: et q vt inqt glosa super predicta verba psalmiste: nisi tētaremur negligentes essemus: et ideo Gregorius in mora. inquit. Sanctus se tentari desiderat post virtutes ne ex confidentia virtutum in peccatum cadat: hec ille. Sed vt dictum est aliud est tētari: et aliud in tentationem induci. Illud enim ut ait Augustinus in libro de verbis domini: deus in tētationē inducit quem suo auxilio deseruerit. VV

Septima et vltima petitio est. Sed libera nos a malo: quā exponit Augustinus: vbi supra di. Unusquisq; petit ut a malo: hoc est ab inimico et peccato liberetur: Sz qui deo se committit: diabolum nō timet. Si enim deus pro nobis: quis contra nos: ad Roma. 8°. et Chrisosto. in omelia ait. Malum hic diabolum vocat propter excellentiam malicie: non que ex natura est: sed que ex electione: et quia ad nos impacabile bellum habet: et Ciprianus dicit: hic protectione; dei aduersus malum petimus: qua impetrata contra omnia que diabolus et mundus operatur securi sumus. Sanctus autē Bonauentura in expositione orationis dominice ait: q hic petimus liberari a malo culpe. i. cuiuslibet peccati mortalis et venialis: vt de nobis dici possit illud ad Roma. 6°. Liberati a peccato: serui autem facti deo. Item a malo miserie ad Romanos. 8°. Creatura liberabitur a seruitute corruptiōis: ī libertatem glorie filioru; dei. Itē a malo pene: maxime īferni. Osee. 13°. De manu. s. eterne mortis: liberabo eos: de morte redimam eos. Nos aūt dicamus q generaliter ītelligitur de oi malo. Et ideo dicamus deo. Tu es q liberas ab oi malo. Sap. 16°. In fine aūt dicitur: Amen. i. s̄m Hieronymū et Bonauēturā vbi s. Uere et fideliter fiāt nobis gratie postulate. Aug. aūt vbi s. īquit. Uidetur et iste numerus petitionum septēnario beatitudinū cōgruere. Si enim

timor dei ē q̄ beati sūt paupes spū:qm̄ ipsoꝝ ē regnū celoꝝ: petamus ut sanctificet̄ i hoībus nomē dei timore casto pmanēte i secula seculoꝝ. Si pietas est q̄ beati sūt mites:petamus vt veniat regnū eius:vt mitescamus nec resistamus. Si sciētia est q̄ beati sūt q lugēt:oremus ut fiat volūtas eius si in celo ⁊ i terra:q2 cu3 corpus tāq̄ terra spiritui tāq̄ celo cōsenserit nō lugebimus. Si fortitudo est qua beati sūt q esuriūt:oremus ut panis nr̄ q̄tidianus det̄ nobis hodie:q̄ ad plenissimā facultatē venire possumus. Si cōsiliū est q̄ beati sūt misericordes:qm̄ ipsoꝝ miserebitur deus: Dimittamus debita:ut nobis nostra debita dimittantur. Si ītellectus est q̄ beati sūt mūdo corde:oremus nō iduci in tētationē:ne hēamus duplex cor:tēporalia ⁊ terrena sectādo:de qbus tētatōes fiunt in nobis. Si sapiētia est q̄ beati sūt pacifici qm̄ filij dei vocabūt̄:orem⁹ vt liberemur a malo. Ipa.n. liberatio liberos nos faciet filios dei:hec ille. Multas āt alias expositiōes ⁊ q̄stiōes circa hāc oōnē dimitto causa breuitatis: q̄s ponit Alexā. de ales in tertia parte summe: i tractatu de officio misse mēbro quarto. p cōclusiōe ꝟo dico fm sanctū Bonauē. vbi s. q i hac oratiōe petitur septē dona spūs sancti:de qbus habet̄ Esa.xj°. Ad extermināda in nobis septe3 vicia capitalia. Dicim⁹ ergo sanctificet̄ nomē tuum:q̄si dicemus. Da nobis spiritū sapiētie:idest iocūditatem iternam:ut gustemus q̄ suauis es:⁊ hoc generet i nobis pacem:⁊ hoc cōtra luxuriam:quia non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Adueniat regnum tuum:idest da nobis spiritum intellectus:quo mūdati corde intelligamus te in presenti regnare per fidem:ut in futuro videamus te regnare per speciem: ⁊ hoc est contra gulam de qua dicitur. Vinu3 ⁊ ebrietas aufert cor. Fiat voluntas tua:idest da nobis spiritum consilij:ut faciamus voluntatem tuam maxime misericordiam que perimit auaritiam:quatenus misericordiam consequamur:secundum illud:beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequētur. Sicut enim auaritia consistit in acquirendo ⁊ retinēdo:ita misericordia in dando ⁊ dimittendo. Quid autem prodest sepius dicere. Fiat volūtas tua: ⁊ nole iuuare? Vult deus apud te eē pauperes:ut per eos salueris: ⁊ corpore ⁊ anima. Cu3 enim defuerunt vasa:stetit oleum. Panem nostrum superstātialem da nobis hodie:idest da nobis spiritum fortitudinis qui multiplici pane roborat animam:ne deficiamus in presenti esuriendo iustitiam:per quā expellentes accidiam plena iustitia saturabimur i futuro:secūdum illud beati qui esuriūt ⁊ sitiūt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Et dimitte nobis debita nostra: idest da nobis donum sciētie ⁊ virtutem luctus:quo tam nostra q̄ aliena peccata cognoscētes defleamus:ut nobis debita nostra dimittas: ⁊ ita consolationem habeamus aduersus iuidia3:que facit hoīem de alieno bono tabescere. Et ne nos inducas in tētationem.i. da nobis spiritum pietatis:⁊ māsuetudinem spiritus:ut per spiritū pietatis vincamus tētationem exercēdo nos ad pietatem: ⁊ per māsuetudinem vincamus iram nō [illegible] dendo malum p malo:ut ita beati possideamus terram viuētium quā per spiritu3 pietatis ⁊ māsuetudinē obtineamus:q2 beati mites ⁊c. S3 libera nos a malo.i. da nobis spiritum timoris q̄ vincamus mala: ⁊ per virtute3 paupertatis spiritus bona adipiscāt̄:q̄tenus exclusis vicijs ⁊ ptēptis terrenis hēamus eterna. s. beatitudinē regni celoꝝ:qđ lucifer amisit p supbiā:hec ille: ⁊ sic ꝯcordat cū Augustino in precedēti auctoritate. Vulgariter autem hec est dominica oratio.

O padre sancto che el mondo hai creato.
E stai in celo tuto glorioso.
Il tuo nome sia sanctificato.
El regno tuo iocundo ⁊ zoioso.
Per viuer ben e da noi sia acquistato.
Con el tuo adiutorio dio gratioso.
La tua volunta sempre sia seruata.
Cossi da noi di terra habitatori
Como e facta nela cita beata.
Del nostro pane consubstantiale.
Anchoi e sempre proueder ti piaza.
Senza delquale il viuere pocho vale.
Li nostri debiti pregoti ne doni.
Como da noi per lo tuo amore.
Alinimici liniuria se perdona.
Sopra le forze non ne far tentare.
E dane adiuto de non consentire.
De ogni male ne vogli liberare.
E vita eterna fane consequire. Amen.

Secūda vtilitas oōnis dī supatiua. s. dmonū ⁊ tētationū:vn̄ Isidor⁹ in.3°. de sūmo bono c°.7°. ait. Hoc ē remediū ei⁹ q viciorū tētationibus extuat:ut q̄tiens q̄libet tangit̄ vicio: totiens deo se subdat ad oōne3 recurrendo:q2 frequens oōo viciorum impugnatione3 extinguit. Hiero. q̄q3 ad saluinā de viduitate seruāda ingt. Semp in manibus tuis diuina sit lectio: ⁊ tam crebre oōnes:ut oēs cogitationū sagitte qb⁹ adolescētia pcuti solet:huiuscemōi clyppeo repellāt̄. Oōo.n.

valde cōtrariatur demonibus. Unde in legenda sancti Bartholomei legit̃. Quod quidā demō existens in corpore hominis clamabat. Bartholomee apostole: incendunt me orationes tue: ⁊ in figuram ꝙ per orōnes demones superentur habet̃ Exo. 17°. Ubi donec moyses tenebat in oratione manus extensas: populus israel debellabat ⁊ vincebat Amalech: qui interpretatur sm Hieronymum gens bruta: ⁊ significat demones de quibus Uirgilius in. 6°. Eneydos inquit. Terribiles visu forme. Similiter primi Regum. 7°. Orante Samuele filij israel debellauerunt Philisteos per quos significabantur demones. Secundum enim Hieronymum philisteus idem est ꝙ cadēs seu ruina: ⁊ conuenit demonijs de celo cadentibus. Ideo Thobie. 6°. Raphael angelus monuit Thobiam iuniorem: vt oraret ne demones in eum haberent potestatem: vnde ait Isidorus libro. 2°. soliloquiorum c°. 6°. Inmundus spiritus orationis instantia vincitur: demonia oratione deijciuntur ac superantur. E E

Tertia vtilitas dicitur placationis. Nihil enim sic deum placat: ⁊ furorem iustitie eius sedat: vt humilis ac deuota oratio: vnde glosa super Judith. 8°. ait. Oratio deū lenit. Ideo Ouidius in in. 5°. de tristi. inquit, Sepe iouem vidi cum iam sua mittere vellet. Fulmina: thure dato sustinuisse manum: ⁊ Oratius in quadam epistola ad Cesarem ait. Carmine dij superi placantur carmine manes. Et de hac admirabili virtute orationis habetur exēplū Exodi. 32°. Ubi orante moyse ad dominum valde iratum contra populum israel: ipse dominus respondit dicens. Dimitte me vt irascatur furor meus in eos. Que verba exponens glosa inquit. Deus se fatetur Moysi orationibus teneri: qui postulat se ab eo dimitti. O sancta oratio: tu es illa que vt ita loquar: deum inuincibilem vincis. Et quem totus mundus superare non valet: tu ad tua vota inclinas. Ideo Leuitici. 4°. dicitur. Orante pro eis sacerdote, propitius erit dominus. Sicut enim stimulus prouocat eum quem pungit ad ambulandum: ita oratio promouet deum ad miserendum. Est quoque oratio non solum stimulus deum incitans ad nobis benefaciendum: sed etiam vinculum ligatum tenens eius furorem ne nos flagellet. Et ideo conqueritur propheta de negligentibus orare dicens deo: Esaie 64°. Non est qui inuocet nomen tuum: qui consurgat ⁊ teneat te. F

Quarta vtilitas dicitur filiationis: quia per sancte orationis virtutem steriles pariunt vnde Isaac deprecatus est dominum pro vxore sterili: ⁊ peperit duos filios: Genesis. 25°. Anna orando deum in templo pro filio habendo obtinuit filium Samuelem tam sanctum: primi Regum p°. Heliseus hospiti sue filium oratione impetrauit quem mortuum postmodum etiam oratione resuscitauit: quarti Regum. quarto. O igitur steriles submittite dei seruos coram domino: vt suis sanctis orationibus vobis filios impetrent. F F

Quinta vtilitas dicitur liberationis. Nihil enim sic liberat a mundi tribulationibus sicut oratio: vnde Anna filia Raguelis per orationem liberata est ab opprobrio. Thobie. 3°. Item nihil sic protegit ab inimicis temporalibus sicut oratio deuota: ideo Baruch. 4°. c°. dicit dominus Clamate ad me: ⁊ ego exaudiam: ⁊ eruam vos de manu principum iniquorum. De hac virtute patuit exemplum primi Machabeorum. xi° In ionatha machabeo: qui videns ꝙ omnes socij sui exceptis paucis reliquerant eum pugnātem contra alienigenas: rogauit dominum: ⁊ postmodum hostes cum illis paucis socijs vicit. Ideo dicit quedam glosa super Judith. 4°. c°. ⁊ Origenes super librū Numeri. Plus valet vnus homo orando: ꝙ̄ innumeri homines preliādo. O tribulati prelijs. O angustiati caristijs. O afflicti persecutionibus: clamate ad dominum in orationibus: ⁊ liberabit vos. Nā Numeri. xi°. Per orationem Moysi: cessauit ignis qui deuorabat castra murmurantium: ⁊ per eiusdem orationem liberatus est populus a serpentibus: vt habetur Numeri. 21°: ⁊ Jone. 2°. dicitur. Ubi Jonas existens in ventre ceti quod ipsum deuorauerat: per orationem ad littus maris adductus est. Susanna quoque per virtutem orationis a turpissima morte ac infamia est liberata. Danielis. 13°. Que omnia considerans. Augustinus in omelia. x°. super Apoca. inquit. Quotiens persecutiones irrogantur ecclesie: sanctorum orationibus: aut amouentur aut temperantur. G

Sexta orationis vtilitas dicit̃ sanatōis. s. spiritualis aīe: de qua sanatione inquit Hieronymus. Oratione sanantur pestes mentis. Item corporalis: de qua Ecclesiasti. 23°. dicitur Fili in infirmitate tua ne despicias temetipsum: sed ora dominum: ⁊ sanabit te: de hoc habetur exemplum Numeri 12°. vbi dicitur. Quod per orationem Moysi: maria soror eius sanata est a lepra: prolongat etiam vitam oratio. Ideo dicitur Jacobi 5°. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyte

ros ecclesie vngentes eum oleo in nomine domini: ⁊ oratio fidei sanabit infirmum: vnde Esaie. 38°. dicitur. Quod egrotante Ezechia rege iuda misit ad eum dominus Esaiam prophetam dicentem. Dispone domui tue quia morieris tu: ⁊ non viues. Ipse autem orauit ad dominum cum lachrymis: ⁊ ideo dominus mutauit sententiam ⁊ misit ad eum eundem prophetam dicens. Audiui orationem tuam: ⁊ vidi lachrymas tuas: ec [illegible] adijciam super dies tuos annos 15^m. ⁊ ciuitatem istam custodiam. Narrat quoque cesarius ꝙ quidam miles raptor ⁊ predo: iussu Federici imperatoris captus ⁊ laqueo suspensus est: die autem tertia alter miles iuxta patibulum transiens: dixit famulo suo. Quam pulcher fuit homo ille. Cui respondit famulus. Domine vir iste consanguineus vester fuit. Accedentibus ergo propius vt sepelirent eum: dixit qui fuerat suspensus Adhuc viuo: deponite me: ⁊ sic depositus dixit Ego peccator modicum obsequij impendi deo: ⁊ ideo mei misertus est. Singulis enim diebus tres pater noster sancte trinitati dicere consueui angelica salutatione premissa: quinque etiam orationes cum Aue maria pro vulneribus christi: similiter vnum pater noster angelo cui sum commissus: ⁊ vnum corpori christi quod conficitur in toto mundo: vt in fine vite mee tanto viatico mercar esse dignus: quod ⁊ mihi sua misericordia prestitit. Ideo rogo vt mihi sacerdotem vocetis ⁊ sic confessione ⁊ communione pmissa mox spiritum celo reddidit. h

Septima vtilitas sancte orationis dicitur illuminationis: vnde dicitur Actuum. xj°. Erat petrus in Joppe orans: vbi dicit Augustinus. Oratione melius soluuntur dubia: ꝙ inquisitione. Et idem in sermone 3° apostolorum petri ⁊ pauli inquit. Omnis sanctus qui orat relinquens humilia: ⁊ terrena in altum mentis extollitur: ⁊ in sublime suspensus rapitur: ⁊ cogitatione sancta celo efficitur vicinior: vnde Salomon per orationem impetrauit summam scientiam ⁊ sapientiam: tertij Regum 3°. Item beatus Bernardus vt ipse dicebat. In siluis ⁊ locis desertis orando plura didicit: ꝙ studendo: insuper quarti Regum p°. dicitur: ꝙ descendit ignis de celo ad orationem Helie. Apostoli quoque orantes inflammati sunt spiritu sancto. Actuum 2°. Sed qd vlteri⁹ dicā de orōne cū intellect⁹ humanus nō valeat idagare nec ligua enarrare imēsas ei⁹ vtilitates? De ipsa inqt Aug. in li°. de salutarib⁹ documentis. Oratio est anime vnctio: per orationes omnia nobis vtilia tribuuntur a domino: ⁊ cuncta noxia fugantur. Et ideo dico vobis illud Jacobi quinto. Orate pro inuicem: ut saluemini. Nam helias homo erat similis nobis passibilis: ⁊ oratione orauit: ut non plueret super terram: ⁊ non pluit annis tribus: ⁊ mensibus sex. Et rursum orauit: ⁊ celum dedit pluuiam: ⁊ terra dedit fructum suum: hec ibi. Pro conclusione autem huius partis dico: ꝙ oratio est deo placita: angelo grata: diabolo inimica: ⁊ homini necessaria. Primo enim est deo placita: quia est eius tributum: sacrificium: ⁊ murus. De primo inquit Chrisostom⁹ super Mattheum. De oratione est nobis sermo: quam solam quasi spirituale tributum anima offert deo: de visceribus suis. De secundo ait: idem Chrisostomus: vbi supra. Uis scire ꝙ preciosa sit oratio? nulla iusticia thimiamati comparatur: nisi sola oratio. Sicut enim thimiama bene confectum: delectat hominem odorantem: sicut oratio iusti: suauis est ante deum. De tertio autem ait Hieronymus: super Ezechielem. Sicut hosti murus opponitur: ⁊ aduersario ex aduerso venienti occurritur: ita ira dei sanctorum precibus frangitur. Que verba dixit Hieronymus exponens illud Ezechie. 13°. Non ascendistis ex aduerso: neque opposuistis vos murum pro domo israel: ut staretis in prelio: in die domini. Secundo dico: ꝙ oratio est angelo grata. Cuius signum est quod eam defert statim in celum: cum ab ore nostro processerit: vnde Chrisostomus: vbi supra ait. Uis scire dignitatem orationis? Mox ut de ore tuo processerit suscipiunt eam angeli in manibus suis: ⁊ offerunt ante deum. Tertio dico: ꝙ oratio est diabolo inimica. Et hoc triplici ex causa. Est enim scutum dei: ⁊ sagitta ac carbo eius. Est quidem scutum dei: quo tentationibus inimici resistimus: vnde Ambrosius inquit. Bonum scutum oratio: quo omnia aduersarij spicula repelluntur. Dicente psalmista. Inimici mei detrahebant mihi: ego autem orabam. Est quoque sagitta dei: ⁊ iaculum vulnerans demones. Et ideo cuilibet deuoto oranti: dici potest illud psalmiste. Emitte sagittas tuas: ⁊ dissipabis eos: fulgura multiplicabis: ⁊ conturbabis eos. Est etiam oratio carbo dei: quo diabolum incendimus. Unde Thobie sexto inquit angelus. Cordis eius particulam: si super carbones ponas fumus eius: extricat omne genus demoniorum: siue a viro: siue a muliere. De orationibus ergo deuotis potest dici illud ps. 119. Sagitte potentis acute cum car

bonibus desolatorijs. Desolantur enim demones Quarto dico q oratio est hominu necessaria. Et ideo inquit saluator noster Matthei. 26°. Vigilate et orate ne intretis in tentationem. Ubi ait glosa. Ille solus superatur a tentatione qui nescit orare. Oratio quoq pacem et quietem cõseruat prime ad Thimotheum. 2°. Obsecro primo omnium: fieri obsecrationes: et orationes etc. vt quietam et tranquillam vitam agamus. Item doceat qd sit agẽdũ: scd'i Paral. 20. Cũ ignorem' qd agẽ debeam' hoc solũ residui hẽm' vt oclos nros dirigam' ad te. Oro etiã est illa: qua acquirim' gratiam dei sicut patet Luce. 18°. vbi dr. Qd publicanus humiliter orans descendit iustificatus. Per orationem quoq eternam gloriam nobis tribuit deus: vnde Luce. 23°. scriptum est. Qd oranti latroni et dicenti. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Respondit Saluator nr. Amẽ dico tibi qa hodie mecũ eris in padiso. Et hoc sufficit pro secũda pte nri smõis

De orationis modificatione.

Tertia pars dicitur modificationis: vt autem videatur qualiter debeam' orare et quomodo: debem' scire q est scriptum in c°. vnico. extra de plus. peti. et in. §. plus autem. Instit. de acti. Qd homo potest petere aliquid iniuste et inordinate quattuor modis. s. re: causa: loco: et tempore. Primo male petitur re: cum debentur decem et petuntur duodeci vel viginti: et huiusmodi est petitio vsurarij. Secũdo male petitur causa: cum promisi tibi decem: vt aliqd mihi facias: et tu illud non facis: et salarium petis. Tertio male petitur loco cum promisi tibi soluere decẽ in vno loco: et tu vis me soluere in alio ff. de eo q certo loco. per totũ. Quarto et vltimo male petitur tpe: cũ promisi tibi decem soluenda infra annum: et tu illa vis hodie: vel si promisi tibi sub condicione: et tu ante existentem conditionem petis. Ad hoc ergo vt nostra oratio nõ sit iniusta et inordinata: debet fieri cum dictis determinationibus. Et primo debet habere modificationem rei. Queritur ergo vtrum debeamus petere temporalia in orationibus nostris. Et videtur primo q non: per glosam super illud ps. Deus auribus nostris audiuimus: sic dicentẽ. Ad temporalia non exaudit deus: vt ab eo desiderentur eterna. Temporalia .n. vilia sunt: et q si nihil reputantur in comparatione eternorum hinc Iere. 4°. dr. Aspexi terrã et terra vacua erat Unde refert Seneca: q Alexander cuidam petẽti denarium dedit vrbem: et cum ille diceret: tantum donum mihi non conuenit. Nõ quero ingt Alexander quid te deceat accipere: sed quid me deceat dare: vnde Chrisostomus sup Matthẽũ inquit. Illa pete adeo que tibi expediat accipere: et illum deceat dare. Quomodo enim tibi illa prestet libenter non habenti: que si haberes admonet vt contemnas. Sed contra hoc videtur esse sententia nostri saluatoris. Matthei. 6°. c°. vbi nos hortatur orare et dicere. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Super que verba dicit Augustinus. Panis quotidianus dictus est qui huius vite necessitatem sustentat. Ad hanc dubitationem respondet Alexander de ales in quarta parte summe in tractatu de oratione: et Ri. i. 4°. q. 4ᵃ. di. 15ᵃ. ar°. 4°. q. 4ᵃ. q illa tpralia que sunt necessaria ad vite sustentationem a deo peti possunt. Sicut etiam dicit Augustinus libro 2°. contra faustum. Sed debemus seruare illud qd dicit glosa sup illa verba apostoli secũde ad Corinthios 12°. scilicet. Ter dominum rogaui dicẽs Quãdo autẽ tpalia petitis cũ mõ petite et cũ timore illi committite: vt si prosint det: si scit obesse non det. Quod enim prosit vel obsit: medicus nouit non egrotus: principaliter ergo debemus petere a dño vt nos mundet a vicijs: et virtutib' florere faciat: ac in sua gratia conseruet. Ut iquit Augustinus in libro de salutaribus documentis et vt nos fortes efficiat contra tentationes diaboli. Ut idẽ Augustinus ait i libro 2°. de verbis domini. Super omnia autẽ vitam eternã petere debemus: sicut faciebat Dauid. ps°. 26°. di. Unã petij a domino: hanc requiram vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. Ideo Augustinus in libro. 50ᵃ. omeliarum: omelia. xᵃ inquit. Qui vere christianus est: nõ ista tẽporalia petere debet: sed totum pondus orationis et intentionis sue ad expetendam eternam beatitudinẽ debet impendere. Ista eni tpalia bona et qñ deus dat: et qñ tollit: grẽ sibi agant. Quãdo eniz voluerit illa tribuet: et quãdo voluerit tollet: tãtũ est vt seipsum nobis non auferat: hec ille. Que omnia cõfirmat Grego. super illd Luce. 15°. hoc est preceptum meum di. Ecce alius in oratione petit vxorem: alius villam: alius postulat vestes alius sibi dari deprecatur alimentum. Et quidẽ cũ hec desũt: ab oĩpotẽte deo petẽda sũt. Sz meminisse pnũe debem' q ex mãdato eiusdẽ redẽptoris nri accepim'. Primũ qrite regnũ dei: et iustitiã ei': et hec oĩa adijciẽtur vobis. Et hec ita q petere a Iesu nõ ẽ errare: si tamẽ nõ nimie petant. Nras ergo petitiones videam' frẽs charissimi: et q ad salutẽ nrã pertinet a deo petamus gaudia salutis eterna postulemus: hec ille. H

Secunda determinatio est respectu cause. Non enim debemus ire ad orationem propter consequendam laudem humanam. Talis enim oratio est iniusta. Ideo dicit domin⁹: Mathei.6°. Cum oratis non eritis sicut ypocrite: qui amant in synagogis: et angulis platearum stantes orare: ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. O quot inveniuntur tales ypocrite: qui vadunt ad ecclesias: tenentes officia in manibus: fortiter legentes ut ab omnibus audiantur: genua flectentes: ut videantur: et sancti reputentur: pectus fortiter percutientes: figuras sanctorum: ita anxie tangentes: ut videantur eas de parietibus velle eripere: suspirant: et flere ex devotione se simulant. Deinde ex vanagloria aspiciunt: si aliquis eos videt. Talis oratio non est deo grata. Causa autem nos ad orandum inducens: debet esse iusta: scilicet ad obtinenda nobis: vel alijs necessaria ad salutem anime: vel corporis: et ad dei gloriam: iuxta illud apostoli preceptum: prime ad Corinthios.x°. Quicqd facitis in gloriā dei facite. ¶

Tertia determinatio orationis est respectu loci. Unde queritur: nunquid in omni loco sit orandum? Et videtur q sic: per illud prophete in psalmo. In omni loco dominationis eius: benedic anima mea domino: vbi dicit glo. Ubi nō dominatur: ibi non benedicatur: vbiq dominatur vbiq benedicatur. Nullus excusatur. Sicut ergo nulla creatura: sic nullus locus a laude dei excipitur: hec ibi. Unde sciēdum fm Thomam: prima.2ᵉ.q.103ᵃ. et .2ᵃ.2ᵉ.q.83ᵃ. Quod in oratione: et adoratione dei duo considerari possunt. Aut deus qui adoratur et oratur: et sic non est aliquis locus ad orandum necessarius. Quia ut dicitur Actuum.17°. Deus qui fecit mundum et omnia que in eo sunt: hic celi et terre cum sit domin⁹ nō in manufactis templis habitat: nec manibus humanis colitur indigens aliquo: et tertij Regum.8°. ait Salomon. Si celi celorum te capere non possunt: quanto magis domus hec quam edificaui tibi? Si autem cōsiderentur homines adorantes et orantes deum: sic eis magis expedit adorare et orare in vno loco: q̄ in alio: rationib⁹ infra dicēdis. Et ideo dicit Isidor⁹.li°.3°. de summo bono. Quod licz in omni loco possit orari: tamē locus secretus est aptior: q̄ publicus: quo ad maiorem quietudinē mētis. Inter oīa autem loca: ecclesia est magis apta et idonea ad orationem fm Damascenum: li°.p°.c°.16°. et Alex. de ales in 4ᵃ. parte sūme in tractatu de oratione: et Tho.2ᵃ.2ᵉ.q.84ᵃ.ar.3°. et Ricar. in.4°. di.15ᵃ.ar.2°.q.5ᵃ. Et hoc probare possumus qnq rōnibus. Primo ratiōe institutionis. Ad hoc enim instituta est ecclia: vt ibi oretur. Et ideo.42ᵃ. di.c°. oratorium et.c°. in oratorio. dicit. In oratorio preter orādi: et psalēdi cultum: penitus nil agat: ut nomini huic et opera iugiter impēsa cōcordent. Ea propter exclamat dñs Matth.21°. et Joānis.2°. et Marci xj°. et etiam recitatur in euāgelio occurrēns ferie dicēs illud: qd̄ habetur Esa.56°. Domus mea domus orationis vocabit: vos autem fecistis illam spelūcam latronum. Secūda ratio dicitur incitationis: q: in ecclesia vnus excitat ex devotione alterius. Unde ad Colo.3°.c°. hortat apostolus di. Cōmonētes vosmetipsos in psalmis et hymnis: ac cāticis spiritualibus: cantātes in cordibus vestris deo. Tertia ratio dicitur devotionis: q: ecclesia est locus ad devotionē prouocās: Unde Chriso. super illa verba: domus mea et c. ait. Ingressus iesus vrbem primo tēplum adijt: dans formā religionis: ut quocunq imus: primo ad domum orationis: si ibi est accedamus: ut per orationem deo cōmēdati: sic ad negocia agēda transeamus hec ille. Ex qbus verbis patet: q christus iuit ad ecclīam: ut ostēderet illū esse devotiorem locum: et cōueniētiorem ad orādum. Quarta ratio dicit frequētationis Ibi enim angeli magis frequētant ob dñici corporis reuerētiam: qd̄ figuratum ē Gene.28°. Ubi iacob lapidem erexit in titulum in figurā ecclesie. Et ideo exclamauit. O q̄ terribilis est locus iste. s. cōtra eos: qui ibi nō stant devoti: sz vagātes: et dissoluti. Sequit. Vere dñs est in loco isto: et ego nesciebā: et hic nō est aliud: nisi domus dei: et porta celi. Ibi etiā vidit Jacob scalam erectā: vsq ad celos: cui dñs innitebat: et magnam multitudinē angelorum ascēdētium: et descēdētium per qd̄ figurabat: q in ecclia descendūt angeli: et postea ascēdūt in celum portātes orōnes precantium in cōspectu dei. Et hoc est qd̄ inquit Dauid in ps°. Preuenerūt .i. angeli: fm gl. cōiūcti psallētibus .i. orātibus in medio iuuēcularum tympanistriarū .i. aiarum sanctarum orātium: vel etiā sanctarum virginū: ibi cū eis aduenietiū. Quinta et vlt⁹ ratio dicit impetrationis. Faciliter enim in ecclia impetrat: qd̄ petit. Unde tertij Regum.8°. Scriptum est. Quod cum salomon deo edificasset tēplum orauit dicens. Si populus agens penitentiam venerit et adorauerit: ac deprecatus fuerit in domo hac: exaudi in celo: et dimitte populo peccatum. Cui respondit dominus: sequenti caplo dicens. Audiui orationem tuam: et sanctificaui

domum hanc: quã edificasti mihi: eruntqꝫ oculi mei: ⁊ cor meum cunctis diebus ibi. Secundi quoqꝫ Parali. 7°. dicitur. Quod apparuit dominus Salomoni dicens. Audiui orationē tuam: ⁊ elegi locum istum: mihi in domum sacrificij. Si clausero celum: ⁊ pluuia non fluxerit: ⁊ mandauero locuste: ut deuoret terram: ⁊ misero pestilentiam in populum meum. Conuersus autem populus egerit penitentiam: ⁊ me deprecatus fuerit in loco isto: exaudiam de celo: ⁊ propitius ero peccatis eorum: ⁊ sanabo terram eoruꝫ: oculiqꝫ mei erunt aperti: ⁊ aures mee erecte ad orationem eius: qui in loco isto orauerit. Elegi enim ⁊ sanctificaui locum istum: ut sit nomē meum ibi in sempiternum: hec ille. Dicit autem Albertus de natura planetarum: ꝙ celestes influentie: plus influunt in vno loco: ⁊ tempore: ꝙ̄ in alio: ſm aspectus magis directos: vel indirectos. Et similiter sunt certa loca deo dicata ⁊ magis ei grata: ⁊ ad impetrandum diuine gratie influentiaꝫ opportuna: scilicet ecclesie: ⁊ altaria. Et ideo psalmista inquit. Adorate dominuꝫ in atrio sancto eius. Sicut enim sol: ſm Ptholomeuꝫ philosophum: in propria domo idest in leone est maxime virtutis ⁊ influentie: ut patet in diebus canicularibus. Sic deus in ecclesia: quam pro speciali domo: ⁊ tabernaculo elegit maxime pietatis ⁊ charitatis influentiam nobis effundit. Sanctificauit nanqꝫ tabernaculum suum altissimus psalmo. 45°. Ad quattuor autem officiorum genera sanctificatur: ⁊ dedicatur ecclesia. Primo ut sit medicinalium vnguentoruꝫ apotheca. In ipsa enim conferuntur sacramenta: que sunt: ut species aromatice in remedium omnium morborum ⁊ defectuum spiritualium. Secundo dedicatur ecclesia: ut sit celestium ⁊ diuinorum donorum thesauraria. Nam in ipsa indulgentie: ⁊ gratie multe recipiuntur: que in ea: tanqꝫ in scrinio dei sunt recondite: atqꝫ petro ⁊ successoribus eius sunt tradite: ut fidelibus populis dispensentur. Et ideo prelatis ecclesie dicitur prime ad Corinthios. 4°. Sic vos existimet homo: ut ministros christi: ⁊ dispensatores ministeriorum dei. Tertio dedicatur ecclesia: ut sit moralium documentorum scola. In ea enim fiunt predicationes: exhortationes: misse: ac alia diuina officia: ⁊ orationes deuote: quibus omnibus placatur deus: ⁊ misericordia eius impetratur: vnde Ezechielis. x°. dicitur. Quod domus domini impleta est nube: idest doctrina salutari: ⁊ deuotione quibus corda arida irrigantur: ⁊ deus mitigatur. Quarto dedicatur ecclesia: ut sit omniuꝫ ad se recurrentium susceptrix tutissima. Constantinus nanqꝫ imperator: ut legitur in historia sancti siluestri dedit hoc priuilegium ecclesie: ut ad eam confugientes: non possent inde violenter extrahi: quod priuilegium per legem ciuilem: ⁊ canonicam fuit confirmatum: ut habetur in. l. presenti. C. de his qui ad eccle. confu. ⁊ capitulo reuꝫ ⁊ c°. diffiniuit. ⁊ capitulo constituimus. ⁊ c°. metuentes. 17ª. q. 4ª. ⁊ capit°. inter alia. de immunita. ecclesia. Et ideo ipsa ecclesia debet ab omnibus fidelibus cum deuotione frequentari maxime tribus rationibus. Primo propter diuinam maiestatem. Ut enim supradictum est deus protestatus est Salomoni: ⁊ promisit: ꝙ oculi sui: ⁊ aures: ac cor semper erunt in templo. Oculi quidem pietatis ad parcendum: aures misericordie ad exaudiendum preces supplicantium in templo: ⁊ cor charitate plenum ad eos diligendum. Licet autem deus sit vbiqꝫ: tamen in templis: ⁊ ecclesijs: specialius dicitur habitare: dicente psalmista. Dominus in templo sancto suo. Et propterea ipsa ecclesia debet haberi in magna reuerentia ratione diuine inhabitationis: quia de illa dici potest illud Apocalypsis. 21°. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Debet quoqꝫ venerari propter presentiam christi. Naꝫ in omni ecclesia consecrata: semper debet teneri corpus christi. capitulo. pres byter. de consecrati. distinct. secunda. Et ideo cum ibi sit in tanta gloria: sicut est in celo: conueniens est: ut omnis honor ei exhibeatur: quem honorificabant omnes angeli: ⁊ beati. Et potest dari exemplum illius rustici: cui per quendam maleficium consultum fuit: ut si vellet fieri diues in cera: ⁊ melle: corpus christi deferret ad aluearia apum. Unde cum se finxisset comunicare: statim in ore accepta hostia extraxit eam: ⁊ detulit ad prefatum locum. Apes vero protinus ecclesiunculam cum altari: ⁊ tabernaculo ei fecerunt. Ueniens autem ille rusticus: ut mel extraheret de alueario: inuenit illud mirabile: ⁊ vidit regē apum: cum alijs apibus circunstanteꝫ cum cantu ⁊ reuerentia. Propter quod stupefactus ad episcopum perrexit: ⁊ a populo ⁊ clero illa hostia cum artificio illo mirabili ad ecclesiā est delata: honoranda est etiā ecclesia: propter presentiam sanctorum: qui ibi quādoqꝫ descēdunt: vbi sunt eorum reliquie: ⁊ vbi est ecclesia ad honorē sui noīs fabricata: sicut patuit ꝺ beata Agatha que apparuit btē Lucie ad sepulchrum suū oranti. Descēdūt etiam cū ange

lis associātes corpus christi in altari collocatum
Sicut enim cardinales secuntur papaz: ꝛ came/
rarij dn̄m suū: ita sancti: ꝛ angeli dn̄m iesuz chri
stuz in sacramēto altaris venientē: iuxta illō Dan̄.
7°. Milia milium ministrabāt ei: ꝛ decies centena
milia assistebāt ei. Ea ꝓpter in ecclesia cōuenien/
tes christiani debēt dicere ipsi dn̄o iesu cum psal
mista. In cōspectu angeloꝝ psallam tibi. Adora
bo ad tēplum sanctū tuū: ꝛ cō fitebor nomini tuo
Scōo ecclesia est frequētāda ꝛ venerāda: propter
nostrā vtilitatē. In ipsa nāqz recepimus baptis/
mū ꝛ alia sacramēta: ꝛ in ea vel in eius cimiterio
sepeliētur corpora nostra: post mortē. Ibiqz ꝑma
nebūt: vsqz ad tēpus resurrectionis. Et ideo dice
re possumus cum ꝓpheta ps°. 47°. Suscepim⁹
deus misicordiaz tuā in medio tēpli tui. Et hinc
est q̄ eccl'ia fundat̄ cum ꝑeminētia: q2 nullus [illegible]
edificare pōt: nisi auctoritate diocesani: qui debet
ponere primariū lapidē: ꝛ figere crucem ad desi
gnare: cimiteriū: ꝛ etiam petere dotē sufficiētē assi
gnari sine qua cōsecrari nō debet. c°. nemo. ꝛ. c°.
placuit. de ꝯse. di. p^a. Insup eccl'ia cōsecrata am/
plius nō debet reuerti ad secularē habitationem
ꝛ prophanos vsus. 19^a. q. 3^a. c°. que semel. ꝛ. c°.
qm̄. ꝛ. 17^a. q. vltima. c°. quesisti. ꝛ de religi. domi.
c°. Ad hec. ꝛ. 12^a. q. 2^a. c°. nulli lz. ꝛ de ꝯse. di. p^a. c°
ligna. ꝛ. c°. vestimēta. ꝛ de reruz ꝑmu. c°. mācipia.
ꝛ. c°. sequenti. ꝛ. c°. semel de reg. iu. li°. vj°. ꝛ. ff. de
reli. ꝛ sumpti. fu. l. si quis sepulchrū. §. p°. Ad de/
clarandā aūt vtilitatem maximā quā ꝯsequimur
ex frequētatione ꝛ veneratione eccl'ie: est sciēduz
q̄ licz multa sint que ab hoībus desideranf: tn̄ il
la ad tria reduci possunt. Primo ad bona tepo/
ralia sine qbus homo viuere nō pōt. Unde in. 2°
[illegible] aia dicit̄. Ex eisdē nutrimur ꝛ sumus. Et pro/
pter hoc est tāta cura tꝑaliuz: ut patet in diuersis
laboribus hoīum. Nam aliq laborāt in scientijs:
alij in mechanicis artibus: alij vo in agricultu/
ra ꝛc. Sed in nullo hoꝝ tātus fructus repit̄ quā/
tus repiref: si in ecclesijs esset debita cōmoratio ꝛ
veneratio. Eccl'ia eniz est vinea dei. Unde ipse ait
Iere. 2°. Ego te plātaui vineam electā. Et ideo si
eam videret a nobis bn̄ cultiuari: ꝛ agruz suum
bn̄ coli: daret nobis fructus terre in maxima abū
dātia: ꝛ nō deficerēt nobis aliqua necessaria: dicē
te ipso dn̄o: Matthei. 6°. Primū querite regnū
dei: ꝛ iustitiā eius: ꝛ hec oīa adijcient̄ vobis. Ue/
rū q2 ecclesia male tractat̄ ab hoībus hodierni tē
poris: ideo deus eos male tractat in tꝑalibus. De
multis eni eccl'ie rectorib⁹ dici pōt deo illō Iere.
12°. Pastores multi demoliti sunt vineā tuā. Et
ipse dn̄s de malo rectore eccl'ie ait illud Iohelis.

p°. Posuit vineam meā in desertum. Ipse aūt re
ctor dicere potest illō Can̄. p°. Uineā meā nō cu
stodiui. Qibus aūt dissipantib⁹ bona eccl'ie: ꝛ eaz
nō colentibus per deuotionē ait dn̄s illud Esa. 2°
Uos deuastati eis vineā meā. Ad istā aūt ecclesie
vineā venit beata virgo maria [illegible] filio suo vt vi/
deat si bene fructificet mea per deuotionē. Dicitqz
q̄ [illegible] illud Can̄. 7°. Ueni dilecte mi: egrediamur
in agrū: mane surgam⁹ ad vineas. Uideamus si
vinea floruit. Si flores fruct⁹ parturierunt: si flo
ruerunt malla punica. Deuoto aūt suo ecclesiaz
frequentāti dicit illud qō in eodē c°. immediate
sequit̄. s. ibi: Dabo tibi vbera mea. Inter bona āt
tēporalia computat̄ pax ꝛ victoria de inimicis ꝛ
huiusmodi que oīa ꝯcedit deus frequētantibus
eccl'iam cū deuotione ꝛ [illegible] venerātib⁹. Sicut pa/
tuit de Constantino imperatore qui [illegible] habet̄ in
c°. futurā eccl'iam. 12^a. q. p^a. fabricauit ecclesiam
ad honorem duodecī aplorꝛ: de quo etiā habe/
tur in officio dedicationis eccl'ie: vbi etiā di: q̄ in
proprio lateranēsi palacio edificauit ecclesiaz ad
honorem btī Ioannis baptiste: ꝛ basilicā appe/
ditiā iuxta in balneo caloris sui ad honorem sal/
uatoris. Et fuit prim⁹ inter ꝑncipes xp̄ianos qui
edificauit eccl'iam. Similiter de Theodosio impe
ratore ꝛ de multis alijs hoc patuit: qui semper in
prelijs victores extiterunt propter templorꝛ ve
nerationem. E cōtra vero recitat Orosius de ma
gno Pompeio romano qui semper in prelijs vi/
ctoriosus fuerat: q̄ dum capta iudea venisset ad
templum dei: oēs qui ad illud confugerant de ca
pitari fecit: ꝛ ipsum templum in stabulum equo
rum suorum conuertit. Unde semper postea infe
lix fuit ꝛ nunq̄ pugnauit: quin semper vincere/
tur: ꝛ tandem ab egypti rege decapitatus est. Si
militer Iosephus hebreus cum Rome oraret
coram senatu ait. O domini romani donec re/
uerentiam deo exhibuistis ꝛ templis eius: ipse
deus semper fuit vobiscū ad debellandum inimi
cos vestros: sed cuz recessistis a veneratione eius
ꝛ templorum: ꝛ ipse recessit a vobis: ꝛ ad inimi/
cos vestros transiuit. Quapropter o milites: o ca
pitanei: o xp̄iani omnes. venerate templa si vul/
tis de inimicis vestris victoriā reportare. Secū/
dum desiderium hominum est sanitatis ꝛ vite: q̄
maxime assequi possent: si templis debitum cul/
tum impenderent: sicut patet de sanitatibus: que
quotidie recipiūtur ab infirmis visitantib⁹ deuo
te ecclesias: maxime beate virginis: vnde Mat/
thei. 21°. dicitur. Qō accesserunt ad Iesum ceci
ꝛ claudi in templo ꝛ sanauit eos. [illegible] contra vero
est de inhonorantibus templa diuina: sicut patuit

de Jeroboam rege israel tertij Regum. 13°. cu/
ius manus exiccata est propter irreuerentiã quã
exhibuit: volens prophetam in templo apprende
re. Filij quoq; Heli male mortui sunt propter
lasciuias quas faciebant ante templum domini
primi Regum. secũdo. ⁊ 4°. capitulo. Ait enim de
us primi Regum secundo. Quicunq; honorifi/
cauerit me glorificabo eum. Qui autem contem
nunt me erunt ignobiles. Tertium desideriũ ho
minum est boni spiritualis. s. gratie dei ⁊ remissio
nis peccatorum: quam quilibet deuote ⁊ reueren
ter visitans ecclesias ⁊ in eis orans recipiet: sicut
promisit deus Salomoni. Ipse enim Salomon
tertij Regum. 8°. ⁊ secundi. Para. 6°. petijt oĩa
predicta a deo dari ecclesiam visitantibus dicẽs.
Quicunq; orauerit ĩ loco isto: exaudi in loco ha
bitaculi tui in celo: ⁊ cum exaudieris propitius
eris: ⁊ si populus fugerit inimicos suos quia pec/
cauit tibi: ⁊ agens penitẽtiam venerit: ⁊ adoraue
rit in loco isto exaudi preces eorũ ⁊ reduces eos
in terram quã dedisti patribus eorum. Et si clau
sum fuerit celum ⁊ non pluerit propter peccata eo/
rum: ⁊ orantes in domo ac pñiam egerint: exau/
di eos in celo ⁊ dimitte peccata seruorum tuorũ
⁊ ostẽde eis viam bonam per quam ambulent: ⁊
da pluuiam super terram. Fames quoq; si obor/
ta fuerit in terra: aut pestilentia: aut corruptꝰ aer:
aut erugo: aut locusta: aut rubigo. Et si afflixerit
populum inimicus eius obsidens portas: omnis
plaga: vniuersa infirmitas: cuncta deuoratio ac
imprecatio que acciderit omni homini de popu/
lo tuo. Si quis cognouerit plagam cordis sui: ⁊
expanderit manus suas in domo hac: exaudies
in celo ⁊ propitiaberis. Et si ingressus fuerit po/
pulus tuus ad bellũ cõtra inimicos suos ⁊ orane
rint contra domum quã edificaui nomini tuo fa/
cies iudiciũ eorum: ꝙ si peccauerint tibi: ⁊ iratus
tradideris eos inimicis suis: ⁊ captiui ducti fue/
rint in terram inimicorum suorũ: ⁊ ibi agẽtes pe/
nitentiam orauerint contra viam templi: qđ edi/
ficatum est nomini tuo: exaudies in celo ĩ firma/
mento solij tui orationes ⁊ preces eorũ: ⁊ facies
iudicium eorum ⁊ propitiaberis populo tuo qui
peccauit tibi: ⁊ dabis misericordiã coram eis qui
eos captiuos habuerint vt misereant eis: ⁊ exau
dies eos in omnibus: pro quibus inuocauerint
te: hec ille. Cuius orationẽ deus promisit ad ple
num adimplere: vt in sequenti c°. habetur. Ter/
tio pricipaliter debent visitari ⁊ reuereri templa
propter exemplaritatẽ. Et p°. gentilium ⁊ paga/
norum: qui suorũ idolorum templa diligentissi/
me honorare studuerũt: ⁊ inhonorantes punie/
bant: vt refert Ualerius libro p°. in rubrica de re
ligione: ⁊ in rubrica de neglecta religione. Si er/
go illi mirã exhibere cõtendebant reuerentiã tẽ/
plis falsorum deorum: quãto magis nos reueren/
ter tractare debemus templa dei veri. Nam ⁊ dñs
iesus in nullo ita seuerus apparuit: sicut dum in
templo inuenit vendentes ⁊ emẽtes: quorũ men
sas euertit: proiectisq; pecunias: ⁊ flagello facto
de funiculis eos eiecit de templo Matthei. 21°. ⁊
Joannis. 2°. Secũdo ad hoc inducimur exem/
plis fidelium: omisso enim ꝙ in quauis natiõe ẽt
infideli ⁊ heretica semper fuit ⁊ est veneratio cul/
tus dei. Dico ꝙ in omni etate semper fuit aliqua
oblatio sacrificiorum: facta deo a fidelibus ⁊ in/
structo: insignum subiectionis ⁊ reuerentie ei exhibẽ
de. Primo enĩ Adã sm Gregorium sacrificiũ
obtulit: sm illius tẽporis cõgruẽtiã: sed eius sa/
crificiũ nõ legit: quia in ipso noiat origo peccati:
ne simul etiam in ipso significaretur sanctificati
onis principium: cum scriptum sit. Sapiẽtie. 10°.
Sapientia eduxit illum a delicto suo Secun/
do: Abel sacrificauit de quo dicitur Genesis 4°.
ꝙ obtulit deo de pmogẽitis gregis sui: ⁊ de adipi
bus eorum. ⁊c. Tertio: Noe de quo dicitur Ge/
ne. 8°. ꝙ edificauit altare dño ⁊ ei obtulit super
illud holocaustum. Quarto: Abraham qui edi/
ficauit altare domino ⁊ inuocauit nomen eiꝰ ibi
Geñ. 12°. Quito Isaac idem fecit Genesis. 26°.
Sexto: Jacob de quo dicitur Genesis. 33°. ꝙ ere
cto altari inuocauit super illud fortissimum deũ
israel. Septimo: Moyses consecrauit taberna/
culum dei cum magna solẽnitate. Exo. 30. Octa
uo: Aaron obtulit sacrificiũ deo in odorẽ suaui
tatis in tabernaculo vt dicitur Ecclesiastici. 45°.
Nono: Samuel de quo legitur primi Regum
7°. ꝙ edificauit altare domino ⁊ obtulit ei su/
per illud holocaustũ. Decimo: Dauid de quo di
citur Ecclesiastici. 47°. ꝙ stare fecit cantatores
contra altare ⁊ in sono eorum dulces fecit mõ/
dulos: ⁊ dedit in celebrationibꝰ decꝰ ⁊c. Undeci
mo: Salomon qui cũ maxima solẽnitate dedica
uit templum quod deo construxerat: vt habetur
tertij Re. 8°. ⁊ secundi Parali. 7°. Duodecimo
Zorobabel: de quo dicitur Ecclesia. 49°. ꝙ reedi
ficauit domum domini: ⁊ exaltauit templum san
ctum domino paratum in gloria sempiterna.
Multi quoq; alij laudantur in sacra scriptu/
ra qui dei tẽplũ venerati sunt. Inter quos comẽdat
Judas Machabeus qui templum prophana/
tum a gentibus mundauit. secundi Machabeo
rum. 10°. Locus autem diuino cultui deputatꝰ ha
bet diuersa nomina: vt notatur per Archidiaco.

in.c° primo de ɔsecra.eccl'. vel Albri.libro.6°.⁊ in clemen.pª.de in integr.restitu. Quandoqz enim dicitur basilica.ut in.c°.non oportet.42ª.distinc. vbi Archidiacono.dicitqꝫ basilica dicitur palatium regis. Basileos enim grece: rex interp̄tatur latine. Unde basilica dr̄: quelibet eccl'ia: qr palatium est sūmi regis: ⁊ in ea regi regū ministrat'. De hoc etiā mētionem facit: idez Archi.in.c°.fundamēta.de elec.lib°.6°. Scđo dr̄ tēplum.ut in.c°. ⁊ hoc diximus.16ª.q.7ª. Interp̄tat' aūt tēplum.i.tectuz amplū: s̄m Isid.15°. Ethimo.c°.4°.⁊ Archi.in dicto.c°.⁊ hoc diximus. Quia populus ibi sub vnius tecti amplitudine ɔtinet': ⁊ proprie tēpla sunt maiores eccl'ie. Vel dicit' tēplum a cōtēplādo: qa hoc ibi fieri debet. Tertio dicit' eccl'ia: ut de cōsecra.di.pª.c°. Eccl'ia: que interpretat' collectio siue ɔuocatio. Ubi dicit Archi. qꝫ ideo dicit' ɔuocatio: qr ɔtinet populum ɔuocatuz a deo per operationem sp̄ūs sancti: ad vnā fidem: ⁊ p̄miū futuri seculi. Locus autē: vbi ɔueniebat populus iudaicus appellabat' synagoga: que interpretat' cōgregatio: qr ibi populus ad audiēda verba legis veteris: que erāt aspera velut grex pecoꝝ ɔgregabat'. Quarto dicit' tabernaculū.ut in.c°.p°.de sen.⁊ re iudi.libro.6°.⁊ ibi Archi.prop̄e autē tabernaculū dicit' militare habitaculū.ut de cōsec.di.pª.in p̄n.⁊ per Archi.16ª.q.7ª.c°.⁊ hoc diximus. Quia vō militia est vita hoīs sup terram. Job.7°. Ideo eccl'ia in qua adunatur populus militās dicit' tabernaculum: ⁊ propterea psalmista inqt. Quādo transibo in locū tabernaculi admirabilis: vsqz ad domuz dei. idest ab eccl'ia militāte: vsqz ad ecclesiam triūphātem. Tabernaculum etiam dicit' a taberna: ut ait Albricus de rosate in suo dictionario: in verbo tabernaculuz.per.l.taberne.ff.de verbo.sig. Taberna aūt dicit' hospitium in quo itinerātes: ⁊ peregrini reficiunt'. Et iō ecclesia merito tabernaculuz appellat': in quo homines: qui in hoc seculo p̄egrinant': ⁊ non habēt hic p̄manētem ciuitatē: sed futuraz inquirūt: ad Hebre.vltimo. Reficiūtur pane verbi dei: ⁊ esca celesti.s.dn̄ici sacramētu. Quinto dicitur domus dei.ut in.c°.decet.de immu.eccl'iarum.libro.6°. Ipsa enim ecclesia materialis ad similitudinez triūphantis decorat' diuersitate officiorū ac ministroꝝ deo seruiētium: ut dicitur in.c°.singula.⁊ in.c°.ad hoc.89ª.di. De quibus ministris ⁊ ipsoꝝ habet' in.c°.perlectis.25ª.di. Et propter predicta omnia dicit' in dicto.c°.decet. Domum dn̄i decet sanctitudo. Decet enim ut cuius in pace factus est locus: eius cultus etiaz sit debita veneratione pacificus. Sit itaqz ad ecclesias humilis ⁊ deuotius ingressus. Sit in eis deuota cōuersatio: deo grata ⁊ inspiciētibus placida. Non immerito autez dicitur domus dei: quia in ea nihil potest malignitas diaboli. Et in signuz huius: ut refert Gregori.in libro dialo. Cum rome quedā ecclesia ab arianis prophanata ɔsecraretur: diabolus sub pedibus hominuz exiuit de ipsa ecclesia in forma porci. Et dum beatus Bartholomeus cōsecraret quādam ecclesiaz: apparuit angelus dn̄i tenēs diabolū: in quo demōstratum est qꝫ maligni spirit⁹ ab ecclesia cōsecrata fugiunt: ⁊ in ea contra hoīes potestatez suam exercere nō possunt. Ingressuri igitur hāc domum dei debēt esse mundi corde: ore: ⁊ opere: qđ demōstratum fuit Exodi.3°.vbi dominus apparēs Moysi in rubo: dū ille appropinquaret ad locum dixit ei Solue calciamētum de pedibus tuis: locus eniz in quo stas: terra sancta est. Hoc etiam demonstrauit deus: quando Exodi.30.precepit: ut quotienscunqz Aaron ingrederetur tabernaculum lauaret se: quod etiam de leuitis preceptum est Numeri octauo. Sed ad confusionem christianorum sarraceni: non nisi loti ⁊ discalciati templum intrant. Unde etiam propter hoc Salomon ante templum ordinauit mare eneum: tertij Regum.6°. Ecclesia vero ordinauit aquam benedictam ad fores templi: ut vnusquisqz ingrediens prius se illa aspergat. Dicit autem Augustin⁹ ad confirmationem predictoꝝ in sermone dedicationis eccl'ie. Quotiens fratres charissimi altaris: vel templi festiuitatem colimus: si fideliter ⁊ diligenter attendimus: ⁊ sancte ac iuste viuimus quicqd in templis manufactis agitur: totum in nobis spiritali edificatione completur. Non enim mentitus est ille: qui dixit. Templum domini sanctum est: quod estis vos. Et iterum. Nescitis quia corpora vestra templuz sunt spiritus sancti? Quibus meritis: nisi per gratiaz dei meruimus fieri templum dei? Et ideo quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus ne deus noster in templo suo: hoc est in nobis ipsis aliquid inueniat: quod oculos sue maiestatis offendat. Sed habitaculum cordis nostri euacuetur vicijs: ⁊ virtutibus repleatur. Claudatur diabolo: ⁊ aperiatur christo: hec ille. Debemus autem facere in omnib⁹ necessitatibus nostris sicut fecit populus israel in tribulatione holofernis: de quo dicit' Judith.6°. Cōuocatus omnis populus intra eccl'iam orauit: petēs auxiliū a deo: israel. Ad hoc aūt faciēdum hortamur: Ezechielis 44°.vbi dicit'. In vijs tēpli pones cor tuū: ⁊ Dauid.ps°.28°.di. In tēplo sancto eius omnes dicēt

gloriã. Qui etiã predictas dignitates ecclie cõsi/
derãs nos in.68°.ps°.hortat̃ dicens. In ecclesijs
bñdicite dño de fontib⁹ israel. Ibi beniamin ado
lescẽtulus in mẽtis excessu. M

Quarta ⁊ vltima modificatio orõnis dicit̃
respectu tẽporis. Unũ querit̃ quo tẽpore sit
orãdũ: ⁊ videt̃ ꝙ semp. Ait enim dñs Luce.18°
Oportet semp orare: ⁊ nunꝗ̃ deficere. Sed opor
tet: necessitatẽ inducit.ff.de verbo.sig.l.verbũ opor
tere. ⁊ ibi glo.que allegat.l.cuꝫ hi.§.arbitratu.ff.
de trãsac.ergo ⁊c. Preterea scriptum est ps°.23°.
Bñdicam dñm in omni tpe: semper laus ei⁹ in
ore meo. Sed ꝯtra Eccle⁹.3°.dicit̃. Oia tps ha/
bẽt: ⁊ suis spacijs trãseunt vniuersa: tẽpus loquẽ
di: ⁊ tẽpus tacẽdi: ergo ⁊ oratio habet tẽpus deter
minatũ: sicut ⁊ reliqua. Preterea ad impossibile
nemo tenet̃.l.impossibiliũ.ff.de reg.iur. Sed im
possibile est semp orare actualiter: q̃r nos oportet
pro magna parte tẽporis in alijs rebus occupa/
ri: maxime in necessarijs nature: ergo non videt̃
illud dñi preceptũ posse seruari. Ad hãc questio/
nẽ: respõdet Alexã.de ales vbi.s. ⁊ beat⁹ Tho.in
4°.di.15ᵃ.ar.2°.q.3ᵃ. Qꝺ illa verba dñi debẽt in/
telligi: ſm expositionẽ glosaꝝ. Unde habem⁹ glo.
sup illa verba apli pᵉ.ad Thesalo.5°.c°. Sine in/
termissione orate di. Nõ cessat orare: qui nõ ces/
sat bene facere. Ibi ergo accipit dñs orõnem pro
bono ope. Alia glo.ibidem dicit. Uitã eternã ꝯti/
nue desiderate: ipsum enim ꝯtinuũ desideriũ bo/
ni: est oratio ꝯtinua. Et alia glo.inqt. Sine inter
missione orat: qui horis ⁊ tẽporibus statutis non
desinit orare. Alia glo.exponit: ⁊ est Augu.super
ps°.33°.di. Nunqd sine intermissione genua fle/
ctimus: corpus prosternimus: aut manus leua/
mus: ut dicat apls. Sine intermissiõe orate: hoc
puto facere nõ possumus. Est ergo alia ratio si/
ne intermissione orãdi: que est desideriuꝫ. Quic/
quid igit̃ agas: si desideras supnam quietẽ: nõ in
termittꝭ orare. Si semp manet in te charitas: sem
per clamas. Si semp clamas semper desideras: si
semp desideras: semp oras: hec ille. Alio modo ex
ponit Augu.in li°.2°.ꝯtra Maximianũ.s.ꝙ ad
hoc: ut deus propter peccata nõ flagellet mũduꝫ:
oportet: ut semper ab aliqbus oret̃. Unde ipse di
cit ibidẽ.c°.9°. Nullus dies: nulla hora: nullum
momẽtũ tpis inuenit̃: in quo a sanctis oratiões
deo aliquo in loco non fundant̃: ab alijs hic: ab
alijs ibi: ita ꝙ ab orõnib⁹ nullũ tẽpus est immu
ne: quãdoquidẽ diebus ac noctib⁹: cum alij ci/
bo reficiũtur: alij quodlibet aliud agũt: seu dormi
unt: nõ vtiqꝫ desunt quos sanctũ desideriũ orare
cõpellat: hec ille. Et lꝫ quocũqꝫ tẽpore orari possit

deus: tñ ſm Bernardum tria tẽpora magis sunt
apta orõni. Primũ est aurore: iuxta illꝺ Sapie
16°.c°. Oportet ꝑuenire solẽ ad bñdictionẽ. Nã
sicut filij israel mane colligebãt mãna: Exo.16°.
Ita dulcedo spũs sancti: tali hora degustat̃. Iõ
canebat David in ps°. Mane astabo tibi: ⁊ vi/
debo: Ea propter Iob.8°.c°.sui libri: nos hortat̃
dic. Si diluculo ꝯsurrexeris ad deũ: ⁊ oipotẽtem
fueris deprecat⁹: statim euigilabit ad te: hoc eñi
tẽpore anime nr̃e sunt adhuc ieiune a curis exte
rioribus: ⁊ ideo sunt magis disposite ad orãdum
Et de hoc dedit nobis exẽplum christ⁹ Marci.
p°.c°.vbi dicit̃. Quod valde diluculo surgẽs ie/
sus abijt in desertũ locũ: ibiqꝫ orabat. Scꝺm tps
ẽ medie noctis: de quo propheta ait. Media no
cte surgebam ad ꝯfitẽdũ tibi: dicit̃ enim vulgari
ter: ꝙ nox est magistra ꝯsilij. Et de hoc dedit no/
bis exẽplum christus: Matth.6°.c°.vbi dicitur
Nõ erat pernoctãs in oratione dei. Quãtuꝫ aũt
sit vtilis: ista orõ noctꝭ demõstrat David.ps°.76°
di. Meditatus sum nocte cuꝫ corde meo: ⁊ exer
citabar: ⁊ scopebam spm̃ meũ. O si videres ser/
uos dei nocte ad orationẽ in cruce stãtes: aliqs
amaras lachrymas de passione christi fundẽtes
alios peccata tua: mi popule deflẽtes: alios ex de
uatione mẽtis etiam a terra miraculose corpora
liter eleuatos: alios magnis splẽdoribus circũda
tos: alios cum dño nostro iesu christo: vel gl̃iosa
virgine maria: aut alijs sanctis sibi in nocte ap/
parẽtibus eosqꝫ ꝯsolãtibus: dulcia miscẽtes col/
loquia: Profecto intelligeres verã esse illam sen
tẽtiam prophete: in ps°.di. Quam magna multi
tudo dulcedinis tue dñe: quã abscõdisti timenti
bus te. Ideo inqt Ber.in quadã epl'a de religio/
sis loquẽs. Multi vidẽt cruces nostras: sed nõ
vidẽt vnctiones. Tertiũ tempus aptum ad orã/
dũ est vespertinũ: quia tũc inuenimur ab impedi
mentis digesti. Unde propheta in.ps°.dicit. Diri
gat̃ dñe oratio mea: sicut incẽsum in ꝯspectu tuo
eleuatio manuũ mearũ: sacrificiũ vespertinũ: de
hoc dedit nobis exẽplum christus: de quo Mat
thei.14°.dicit̃. Quod dimissa turba ascẽdit i mõ
tẽ: ut oraret: vespe aũt facto solus erat ibi. N

Cum ergo Pithagoras philosophus dicat
Duoꝝ quippe tempoꝝ cura habẽda est: ma
ne qd acturi sumus: sero quid fecerimus. Ideo
qlibet christianus statim: ut a lecto surrexerit debet
sibi facere signũ crucis: qꝺ facit fugere oẽs demo
nes: de quo David i.ps°.85°.dicit dño. Fac me/
cum signũ in bonuꝫ: ut videant qui oderũt me: ⁊
ꝯfundãtur. Si enim signum crucis debet poni in
ꝑncipio: cuiuslibet inuẽtarij.l.fi.§.sin autẽ.c.de p°.

ꝺ.vel fi.

ꝙ.vel ſi ignarus.C.de iure.deli. multo magis in principio actionū noſtrarū debet eē primū quod faciamus ſurgētes. Deinde gratias agere debemus deo de oībus beneficijs ab eo acceptis ait.n. Seneca ad Lucil. Qui beneficioꝝ obliuiſcit̃: ingratiſſimus ē. Poſtmodū ꝓponere debem⁹ illo die abſtinere a peccatis ⁊ multa bona facere: ac ſi nunq̄ bene fecerim⁹: iuxta illō.p̄hete in.ps°. Et dixi nūc cepi. Imitariq; debem⁹ Seraphicū [illegible] trē noſtrū Franciſcū: de quo ſctūs Bonauētura in legēdo eius dixit: ꝙ ꝓponebat quotidie ſe igſ tia factuꝝ. In ſero aūt cogitare debemus qd in die fecerim⁹: ⁊ ſi aliqō peccatū in nobis ꝯſpicimus de eo cōteramur: ⁊ cogitet quiſq; ſi aliqō in eo ē mortale peccatū dicēs. Quid erit de me: ſi hac nocte repētinus mihi ſicut multis accidit veniret interitus? Deinde deuote ac corde cōtricto roget dñm cū Dauid.ps°.50.dicēs. Miſerere mei de⁹ ſecundū magnā miſericordiā tuā: ſicq; aiam ⁊ corpus quotidie marime ī mane ⁊ [illegible] ſero dño cōmēdemus. Quod facientes propitiabitur nobis deus noſter qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria.quarta poſt primā dominicam quadrageſime de impedimentis orationis. Sermo duodecimus.

Habitauit gloria domini ſuper montē ſynai. Exodi.24°. ⁊ in ꝓphetia occurrentis ferie. Sepe in ſacro eloquio per montem ſancta oratio: figuratur. Sicut eniꝫ mons eſt altus ⁊ ſublimis locus: ita oratio eſt quedam altiſſima ⁊ excellens operatio: q̄ nos altos facit per contemplationem. Ideo theologi: in.4°.di.15ª. Diffiniunt orationem dicentes: ꝙ eſt eleuatio ſiue aſcenſus mentis in deum: que diffinitio fuit originaliter Damaſceni li.3°. c°.24°. Sicut etiaꝫ difficile eſt aſcendere in mōtem: ita difficile eſt ad altitudinem contemplationis: ⁊ orationis peruenire. Et ideo in huius figuram dicitur Exodi.19°. Non poterit aſcendere vulgus in montem: homines enim beſtiales ⁊ ſōnolenti non poſſunt dulcedinem orationis degustare. Et ſicut auis nimis pinguis ⁊ carnoſa non poteſt in altuꝫ ſe eleuare: ita ſenſuales ⁊ carnales non poſſunt ad cacumen contemplatiōis aſcendere. Quemadmodum etiam in montib⁹ deſcendit magna habundantia niuis: ita in orationibus venit ad animam gratia ſpiritus ſancti: que per niuem figuratur. Sicut retulit glorioſa virgo Maria Liberio pape: vt refert ſancta mater eccleſia in officio miraculi niuis Eſt ergo iſto mōs: de quo Dauid ps°.67°.ait. Mōs dei mōs piguis: mōs ī quo beneplacitū ē deo habitare in eo: ⁊.n.dñs habitabit in finē. Licet enim aliquando nō veniat deus in principio oratiōis tamē ſi perſeueretur finaliter veniet. In monte transfigurationis ē dominus. Mathei .17°. vt oſtenderet ꝙ hō carnalis in mōte orationis ī ſpiritualem trāſformaē. Ad hūc mōtem orationis oporteret peruenire illos qui volūt ſaluari: iuxta illud Geñ.19°. In monte ſaluū te fac. Ideo cuilibet noſtrū dicit dñs Exo.24°. Accede ad me in monte ⁊ eſto ibi. Et iō bene dr̃ in verbis ꝓpoſitis. Habitauit gloria dñi ſuper montem ſynai. Secūdū.n. Hiero. ſynai interpretatur egreſſio tētationis. In monte ergo orationis aſcendite: ⁊ egredientur ab anima veſtra tētationes veſtre ⁊ gloria dñi habitabit ſuper vos: ⁊ dabit vobis lucem gratie ſue. Sed dicet quis: ego frequenter aſcendi mōtem orationis: ⁊ rogaui dñm pro aliqua gratia impetranda: ⁊ nihil potui obtinere. Huic ego reſpōdeo illō qō īquit Aug.16ª.q.pª. c°.x°. Benefacere ſemp deus ē paratus: ſed hominum malicia ꝓhibetur. Unde maligno peccatori dici pōt illō Treñ.3°. Oppoſuiſti tibi nubeꝫ ne trāſeat oratio. Et ideo in hoc ſermone videbimus tria impedimenta: qbus deus non exaudit oratiōes noſtras. Primū dr̃ iniuſtitie. Secūdū nequitie. Tertiū ⁊ vltimū appellatur īpatientie.

¶ De primo impedimento orationis quod dicitur iniuſtitie.

Primum impedimentum dicitur iniuſtitie. Eſt autē triplex iuſtitia.ſ.ex parte orantis: ex parte orationis: ⁊ ex parte eius pro quo oratur. Primo ex parte orantis: pro cuius declaratione moueē vnum dubiū.ſ. vtrum de⁹ exaudiat peccatores ī orationib⁹ ſuis: ⁊ primo videtur ꝙ non: ꝑ illud quod ſcriptū eſt Ioānis.9°. Scimus quia peccatores deus nō exaudit: ⁊ Treñ.3°.c°. dr̃. Nos inique egimus: ⁊ ad iracūdiā ꝓuocauimus te: iccirco tu es inexorabilis: ⁊ Dauid in.ps°. dicit Iniquitatē ſi aſpexi ī corde meo: nō exaudiet dñs. Chriſo. quoq; ſup Matheū dicit. Qui orat ⁊ peccat nō orat deū: ſed deludit: ⁊ talis ē ſimilis militib⁹ pillati qui xp̄o genua flectebant: ⁊ alapas ei dabant: ⁊ talis ē fenerator: qui ex vna parte orat: ⁊ ex alia fenerare nō ceſſat. Talis ēt peccator orās eſt ſimilis illi qui vellet a vulnere ſanari: ⁊ ferrū a plaga nollet amouere: vñ Iſido. ait. Sicut nullum proficit in vulnere medicamētū ſi adhuc in eo ſit ferrū: ita nihil proficit oratio illius cui⁹ adhuc peccatū in mēte: vel ꝑ odiū manet ī pectore. Itē talis ē ſimilis aui q̄ vult volare in viſcata v[el]

mole carnis aggrauata: sicut e structio: vel est laqueis irretita. Anima nãqz in viscatur p auariciã: vñ Ambro. i li. de bono mortis ait. Dũ aurũ petimus strangulamur: dũ argẽtum querimus visco eius adheremus: dũ predia inuadimus ligamur. Inflatur at anima p superbiã. Unde de superbis dr Sap. 4°. Disrumpet illos inflatos maleo. Illaqueatur vero anima luxuriã: vnde Eccles. 7° inquit Salomõ. Inueni amariorem morte mulierẽ que laqueus venatoꝝ ẽ: ⁊ sagena cor eius. Uincula sunt manus illius. Laqueo autẽ capiunt aues: sagena pisces: ⁊ vinculis ligantur hoies. Mulier ergo cepit auem qñ decepit Dauid celestia penetrãtem. Cepit maximũ piscẽ qñ decepit Sãsonẽ tã fortẽ: cepit at hoiez rõnalẽ qñ decepit Salomonẽ tã sapiẽtẽ. Ad ppositũ redeũdo dico q ille dbet peccata depõere q vult orationes suas deo gratas ⁊c. Nam peccatorib9 dicitur. Esa. 59°. Nõ est aggrauata auris eius vt nõ exaudiat: sed peccata vestra abscõderũt faciem eius a vobis ne exaudiret. s. de9: ⁊ Prouer. 15°. dicit Salomon. Longe ẽ dominus ab impiis: ⁊ orationes iustoꝝ exaudiet. Pro hac parte facit q nullus indignus debet principem salutare. C. de veteranis: vbi glo. in. l. cũ introissent. lib°. 12°. Maiori ergo ratiõe nõ debet salutari p orationẽ ille: de quo Philoso. dicit. 12°. Metha. q solus ẽ princeps in orbe terrarũ. s. deus. Si enim seruus domini terreni non reputat dignus vt pces porrigat imperatori terreno. C. de preci. imper. offer. l. Licet seruilis. a fortiore peccator q ẽ seruus diaboli ⁊ peccati: imo tot demoniorum quot viciorũ: nõ videtur dignus deũ deprecari. Propterea dicit Dauid in. ps°. Peccatori autẽ dixit de9. Quare tu enarras iustitias meas? Sz cõtra ẽ auctoritas Chrisostomi q sic glosat dictũ christi Luce. xj°. Omnis qui petit accipit: siue iustus siue peccator: ⁊ Aug. super Joan. inquit. Si peccatores nõ exaudiret deus frustra publican9 dixisset. Deu9 propitius esto mihi peccatori. Respõdeo ẽm Alexan. de ales in. 4ª. parte summe in tractatu de oratiõe: ⁊ beatũ Thomam. 2ª. 2e. q. 83ª. q orantes hoies in triplici varietate possũt inueniri. Nam aliq licet valde pauci sunt iusti sine mortali peccato: ⁊ oratio eoꝝ potentissima est iuxta illud Jacobi. 5°. Multũ. n. valet deprecatio iusti assidua. Et ideo in. ps°. 33°. canit Dauid Clamauerũt iusti: ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ Esaie. 65°. inquit domin9 de iustis. Anteq̃ clamẽt ego exaudiã: adhuc illis loquentib9 ego audiã. Facit c. ipi. sacerdotes. pª. q. pª. Et iccirco cõqueritur deus de talibus nõ orantib9 p tribulatis dicẽs. Ezechi. 22°. Quesiui de eis virũ q interponeret sepem: ⁊ staret ex opposito cõtra me p terram ne dissiparẽ eam: ⁊ nõ inueni: ⁊ effudi super eos indignationẽ meã: ⁊ in igne ire mee cõsumpsi eos. Alij sunt peccatores humiliati q licet quandoqz peccẽt: tñ nõ sp retinent propositum male voluntatis: sed timẽt deũ ⁊ ob eius reuerentiam aliqua bona faciunt: hi in suis necessitatibus orantes deũ: possunt sperare q impetrabunt qd petunt si eis vtile sit: ait enim Aug. i c°. Adhuc instat. de pe. di. 3ª. Cur docuisset dominus orantes dicere. Dimitte nobis debita nostra nisi misericors ipse perseueraret: q ab hac petitione nõ vult nos deficere. Alij sũt peccatores obstinati: ⁊ indurati: ⁊ isti nõ exaudiunt in suis orationibus: ideo dicit dñs Prouer. p°. c°. Uocaui ⁊ renuistis: ⁊ extendi manũ meã: ⁊ nõ fuit q aspiceret: despexistis omne cõsiliũ meũ: ⁊ increpationes meas neglexistis: iccirco ego quoqz in interitu vestro ridebo: ⁊ subsanabo vos cũ vobis qd timebatis aduenerit. Cũ irruerit repentina calamitas: ⁊ interitus quasi tempestas irruerit. Qñ venerit super vos tribulatio ⁊ angustia: tũc inuocabitis me ⁊ non exaudiã: mane cõsurgetis ⁊ nõ inuenietis me: eo q exosam habueritis disciplinam: hec ibi. Et si aliquando isti peccatores exaudiuntur in suis orationibus: hoc vertitur in eoꝝ damnationẽ ⁊ malum: iuxta illud Aug. in quodam sermone. Deus quedam negat ppitius: que concedit iratus. Ideo dicit Paulus ad Roma. p°. de talibus peccatoribus. Tradidit illos deus in desideria cordis eoꝝ. Sicut etiaz exaudiuit demones petẽtes intrare porcos Math. 8°. Q.

SEcũdũ ipedimẽtũ iniustitie: ẽ ex parte orationis. s. quando aliquid iniustũ petit: tunc enim illa oratio est iniusta: ⁊ non exaudibilis: vt potest colligi a scõ Bonauentura in. 3°. sen. disti. 17ª. Ideo dr Jacobi. 4°. c°. Petitis ⁊ nõ accipitis: eo q male petatis. Iccirco iquit Ouidi9. 9°. Methamor. Petite qd fas est. vt enim ait Damascenus: oratio est petitio decentiũ: ⁊ Cato in tractatu de moribus dicit. Quod iustũ ẽ petito vel qd videatur honestũ. Nam stultũ ẽ petere quod possit iure negari: vnde Ualerius maximus lib°. 6°. ait. Socrates humane sapientie quasi quoddam terrestre oraculũ: nihil vltra petendũ a diis imortalibus arbitrabatur: q̃ vt bona tribuerẽt qz hi demum scirẽt qd vnicuiqz eẽt vtile: hec ille. Facit qd scriptum ẽ in. l. Nec damnosa. C. de precibus imperatori offe. vbi dicit: q nulle preces sunt audiende: nec imperatori offerẽde nisi rationabiles: ideo Math. [illegible]. c°. dicebat dominus

bijs zebedei non bene petentibus. Nescitis quid petatis: deus ergo nõ cõcedit multociens ea que petimus: quia nobis non sunt utilia ad salutem vnde Prosper in li°. epigramatu3: epigramate 99°. ait. Cu3 deus effectum precibus non pstat iniquis: Multũ cõcedit dũ nocitura negat. Sicut fecit Paulo quẽ exaudire noluit rogante3 liberari a tẽtatione siue stimulo carnis: vt ipse testat. 2°. ad Cor. 12°. De quo venerabilis Beda ait. Apostolus non in nomine saluatoris petijt: vt tẽtatione careret: quam ob humilitatis custodiam acceperat: quia si hac caruisset: saluus esse non potuisset: et Aug. inquit. Exauditur diabolus petens Job tẽtandũ: et nõ exauditur apostolus petens stimulũ carnis amouendũ. Exaudiuit deus quẽ disposuerat dãnare: et nõ exaudiuit quẽ volebat saluare. Nã et eger petit vinũ a medico: et nõ dat. Medic9 .n. ñ exaudit ad volũtatẽ vt exaudiat ad salutẽ hec ille. Ad pdicta et facit exẽplũ qd habet i vita sctẽ Petronille: quã sctũs Marcellus scripsit. s. q cum ipsa filia eẽt sancti Petri apostoli et speciosa valde: deo volẽte febribus laborare cepit: discipuli at Petri, dixerũt ei. Cũ omnes a te sanentur infirmi: quare Petronillam iacere pmittis? Quibus Petrus rñdit: q2 sic expedit ei. Verũtamẽ ne putetur ipossibilitas sanitatis eius: in noie iesu xpi illã sanabo: dixitq3 ei: surge Petronilla velociter: et ministra nobis. Que statim sanata surrexit et ministrauit eis cõpleto at ministerio. Petrus dixit ei. Petronilla reddi ad lectũ tuũ. Que statim redijt: et vt prius febribus laborare cepit. At vbi in dei amore fuit perfecta: illam pfecte sanauit. Simile et est qd legitur in vita sancti Thome epi Cantuariẽsis. Cũ .n. qdã quẽ sctũs dũ viuebat valde dilexerat grauit ifirmaret: iuit ad ei9 tũbã: et p sanitate rogauit btũ Thomã ipetrauitq3 eã ad libitũ. S3 dũ sanat9 rediret: cogitare cepit q illa sanitas forsitã aie sue non expediret. Vñ itez ad sepulchrũ rediẽs sctũ rogauit: vt si sanitas illa nõ eẽt vtilis aie sue: ptinuo ifirmitas rediret: statiq3 redijt sicut prius. Ideoq3 quicũq3 vult bñ orare oia cõmittere debet diuine voluntati. Deus eni3 licet oratio non sit iniusta: nec petatur res inutilis: quandoq3 tñ non exaudit: vt nobis melius faciat q petimus: vnde ait Isido. in li. de summo bono. Multi orantes non exaudiũtur: prouidet enim deus illis meliora q petant. R

Tertia iniustitia e ex parte eius pro quo oratur. Fiũt enim quãdoq3 orationes pro aliquibus qui non merentur beneficia dei. Ideo deus nõ exaudit seruos suos pro talibus orantes: vnde Jere. 7°. dicit dominus ipsi Jeremie de populo iudaico pessimo et obstinato. Tu noli orare pro populo hoc: nec assumes pro eis laudẽ: quia non exaudiã te: et Jere. 15° iterũ ait. Si steterint Moyses et Samuel corã me: non e anima mea ad populũ istũ. Vis ergo popule mi orationem quã facis aut alij pro [te] faciunt exaudiri? Depone peccata et efficiaris bonus. De tali enim oratione quam facit quis sine peccato: ait Dauid. ps°. 33°. Oculi domini super iustos: et aures eius ad preces eor: et Eccle. 3°. df. Qui diligit deum orabit pro peccatis: et cõtinue se abstinebit ab illis: et in oratione exaudietur. Similiter et oro cuiuslibet serui dei pro te facta a deo acceptabitur: iuxta illud qd ait dñs Job. 42°. Seruus me9 orabit pro vobis. Faciem eius suscipiã. Et hoc sufficiat pro prima parte nostri sermonis.

¶ De secundo orationis impedimento: quod dicitur nequitie. S

Secũdum principale impedimentum dicit nequitie. Sex at nequitie inueniuntur. Prima dicitur irremissibilitatis. Quando orantes nolũt primis suis qui eos leserunt veniã petentib9 indulgere: et offensas remittere: ideo df Eccle. 28°. Relinque primo tuo nocenti tibi: et tunc deprecãti tibi peccata soluẽtur: homo homini seruat iram: et a deo querit medellã? In hominẽ similẽ sibi nõ h3 misericordiã: et de peccatis suis deprecabit? Ipse dũ caro sit irã reseruat: et ppitiationem petit a deo. Quis exorabit pro peccatis suis? T

Secunda nequitia df rapacitas. De q Esaie p°. c°. dicit dñs: cũ extẽderitis manus vras auertã oculos meos a vobis: et cũ multiplicaueritis orõnẽ nõ exaudiã: manus .n. vre sanguine plene sũt: et Esa. 59°. Ecce ñ e abbreuiata man9 dñi vt saluare neq at: neq3 aggrauata e auris ei9 vt nõ audiat: s3 iniqtates vre diuiserũt iter vos et deũ vrm: et pctã vra abscõderũt faciẽ ei9 a vobis ne exaudiret: man9 .n. vre sanguie plene sũt et digiti vri iniqtate. Labia vestra locuta sũt mẽdaciũ: et lingua vra iniqtatẽ fatur. V

Tertia neqtia df inaudibilitatis: de q Prouer. 28°. dicit Salomõ. Qui declinat aure3 suam ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Facit exemplum quod recitat Jacobus de vitriaco dicẽs: q fuit quidam qui nunq volebat audire verbum dei: vel loqui de deo. Qui de iudicio mortuus est: et cum ad ecclesiam delatus esset: sacerdotibus: et alijs clericis facientibus officium: cantando et legendo circa corpus: imago crucifixi que erat de metallo cunctis

Quod aũt. de peni. ⁊ remis. ⁊ in. c°. indulgẽtie. e. ti. li°. 6°. ⁊ in Cle. vnica. de reli. ⁊ ve. san. Dico fm Frãciscum de mairo. in tractatu de indulgentijs. Quod solũ hoc ꝓcedit ex merito christi: ⁊ passionis eius: cuius minima gutta sanguinis: vel sudoris sufficeret ad expiationẽ oĩum peccatoꝝ: que vnq̃ fuerũt ꝑpetrata: aut ꝑpetrabũtur. Quia eius respectu nihil sunt oĩa. vt in. c°. Dãnamus. circa fi. de sũma tri. ⁊ fi. c°. Vere etenim ipse portauit dolores nr̃os Esa. 53°. ⁊ c°. cum marte. de cele. mis. Cuius thesauri dispẽsatio tradita est sup terram ei: qui curã habet mistici corporis: ⁊ clauẽ totius ecclesie militãtis: Matthei. 16°. ⁊. 18°. ⁊. c°. quãto. de trãslatiõe. ⁊. c°. qõcũq̃. 24ª. q. pª. Et sic nõ obstat si dicatur: q nõ est discipulus sup magistrũ: nec apl'us maior eo: qui misit illũ Joãnis. 13°. Et q inferior nõ habet auctoritatẽ in bonis superioris. c°. inferior. cum si. 21ª. di. Unde nõ põt inferior absoluere a pena imposita a superiori. d. c°. inferior. Et ideo videt q nulla pura creatura habeat auctoritatẽ sup merita christi ⁊ passionis eius: ⁊ cõsequẽter nec apl'i. Cũq̃ cuiq̃ peccato sit a deo imposita: ⁊ assignata debita pena. Et etiã post cõmissionẽ: videt q nullus sacerdos: etiam si sit summus põtifex possit dictã penam remittere: ⁊ indulgere. Quia rñdet: q ecclia siue platus ecclie: facit hoc auctoritate christi: qui cõcessit suo vicario auctoritatẽ dispẽsandi rationabilr thesauros meritoꝝ passionis sue: qui fuerũt sufficiẽtes ad infinitos hoĩes redimẽdos: cum eẽnt infinite virtutis. Et ideo de hac supabũdãtia cõferunt indulgẽtie ab ecclia. Et ad argumẽtum de superioritate rñdetur: q inferior põt absoluere a pena imposita a superiori auctoritate eius. Ar. in. c°. vltimo. 93ª. ⁊. 94ª. di. c°. p°. Qd aũt vicarius christi hẽat hãc auctoritatẽ ab ipso probat quadruplici via: seu ratiõe. Prima est talis. Quãdocũq̃ aliqs princeps cõmittit alicui vicario suo plenitudinẽ potestatis sue: nullã ponẽs in cõmissione exceptionẽ ille põt fm formã cõmissionis sibi facte: in omni materia relaxare ⁊ restringere: cũ habeat potestatẽ vniuersaliter sibi cõmissam: ⁊ nullatenus coartatã. Sed beato Petro vicario christi fuit ab eo collata potestas huiusmodi vniuersalis: ⁊ generalis: dum ▪ dixit. Quodcũq̃ solueris sup terrã: erit solutũ ⁊ in celo ⁊c. Matth 16°. Et similr etiã alijs apl'is talis potestas fuit ab ipso cõcessa Matth. 18°. nulla penitus facta exceptione. Ergo vicarius christi põt culparũ penas relaxare. Qui enim totum dicit: nihil excludit. l. a procuratore. vbi glo. C. man. ⁊. c°. solite. de maio. ⁊ obe. cũ si. Secũda ratio est talis. Quicũq̃ princeps cõmittit alicui qd maius est: etiam intelligit cõmittere: circa eãdẽ materiã illud qd est minus. Et ideo dans auctoritatem sniandi: dare etiam intelligit auctoritatẽ ingrẽdi de causa. c°. ꝓterea. de offi. dele. ⁊. l. ij. ff. de iur. om. iu. Sed circa materiã peccatoꝝ maius est absoluere a culpa: q̃ a pena: quia maius malũ est ipsa culpa: q̃ pena. Ergo cum princeps ecclesiasticus habeat plenã potestatẽ absoluẽdi a culpa: multo magis habet potestatẽ absoluẽdi a pena: que est minus malũ: cuius signũ est qa reddit pena pro culpa a deo: qui semp dat minora pro maioribus. Tertia ratio est talis. Cuicũq̃ cõmittit relaxatio maioris pene: circa eũdẽ ꝓcessum: videt q nõ sit ei negãda relaxatio minoris: qr nõ debet cui qd plus est: licz qd minus est nõ licere. l. nõ debet. ff. de reg. iur. ⁊. c°. cui licz. eo. ti. li°. 6°. Et ideo habẽs potestatẽ a prĩcipe dimittẽdi mortem: intelligit etiã habere potestatem dimittẽdi mutilationẽ vel exiliũ. Sed christus dedit ecclie plenitudinẽ potestatis remittẽdi obligationẽ ad penam eternã: vt patet in absolutiõe peccati mortalis: cum sacerdos dicit ꝯfitẽti. Ego absoluo te ab istis: ⁊ ab oĩbus peccatis tuis mortalibus: ⁊ venialib' ⁊c. Ergo multo magis dedit ei potestatẽ remittẽdi obligationẽ ad penẽ tpalem purgatorij. Nam qcũq̃ habet potestatẽ sup antecedẽs: habet etiam sup ꝯñs: qd non sequit: nisi ex illo antecedẽte. Sicut si mors nõ posset euenire: nisi preuia infirmitate: qcũq̃ posset tollere oẽm infirmitatẽ: posset etiam tollere oẽm mortem. Unde cũ in ciuilibus actio nascat ex obligatione: ex quo comuniter dicit: q obligatio parit actionem. Insti. de acti. circa prin. ⁊. ff. de procu. l. licet in popularibus. Quicũq̃ põt tollere actionẽ: põt etiã tollere obligationẽ. Et ideo cũ pena sit subsequẽs ad culpã: sicut actio ad obligationẽ: cum accepit ecclia plenitudinẽ potestatis ad tollẽdã instrumẽtaliter culpã: profecto etiã accepit potestatẽ ad dimittẽdã ipsam penã. Quarta ratio est talis. Oĩs princeps iustitie debet esse prõptior ad remittẽdum q̃ ad puniẽdũ: dicẽte dño: Ezechielis. 18°. Non est volũtatis mee mors impij: sed vt magis ꝯuertat ⁊ viuat. Et facit lex arrianus. ff. de acti. ⁊ ob. Illa aũt ad que magis est prõptus: libẽt facilius cõmittit. Cum ergo christus cõmiserit ecclie potestatẽ obligãdi ad penam: ergo multo magis ei cõmisit potestatẽ absoluẽdi ab illa pena. Nam Joãnis. 20. dixit discipulis suis. Quoꝝ remiseritis peccata: remittunt eis: ⁊ quoꝝ retinueritis: retẽta sũt. Nõ enim potestatẽ habẽt sacerdotes: retinẽdi peccata quo ad culpã: sed solũ quo ad penam: aliter possent aliquẽ inuitũ retinere in peccato mortali:

qd̄ est falsū. vba ergo xp̄i itelligunt̄ de retētione ⁊
remissiōe pene. Que qdē remissio fit p īdulgē-
tias. Ex q̄ patet ppositū. Si āt q̄rat̄ q possint cō
cedē īdulgētias: rn̄deo vt pōt colligi ex dict̄ Ri.
in. 4°.di.20ª.ar°.5°.q.3ª.⁊ scti Bona.eadē di.
ar°.2°.q.2ª.⁊ bti Tho.i.4°.scripto di.20.ar°.4°.
q.2ª.⁊.3ª. ⁊ Fran.de mairo. Ubi supra. Qd̄ so-
lus papa potest dare indulgētias plenarias i to-
to orbe: quia ipse solus assumptus ē in plenitudi
ne potestatis.c°.Cū ex eo.de peni.⁊ remissi. ⁊ d.c°
Quodcūqz.24ª.q.pª.potestasqz ei⁹ īdetermina
ta.2ª.q.6ª.c°.Qui se scit.⁊ extra de aucto.⁊ vsu.
pa.c°.Ad honorē. Legati vero domini pape pos-
sunt de iure facere perpetuas indulgētias in termi
nis sue legationis sicut ⁊ perpetua statuta de offi.
legati c°.vlt°.in textu ⁊ in glosa. Archiepi ēt i sua
puicia: ⁊ epi in sua diocesi dūmō nō excedant
sūmā q̄dragita dierū: siue sit p ānniuersario ecclie
siue p alia cā. In dedicatiōe tamē basilice possūt
concedere vsqz ad summā vnius anni ⁊ nō plus
siue dedicet̄ ab vno episcopo vel archiepiscopo si
ne a plurib⁹ vt i di.c°.cū ex eo.⁊ c°. nr̄o eodē ti°.
⁊ dicit Car.i cle.2ª.de pe.⁊ re. Qd̄ si excedāt hūc
numerū nō valēt vt in c°. Indulgentie. eodē ti.
li°.6°. Quod intelligēdū est fm glosā ibidē: quo
ad excessum: nō quo ad numerū cōcessum. Li-
mitata eni est eis potestas a Papa ne per immo
deratas concessiones, claues ecclesie cōtemnerē-
tur: ⁊ penitentialis satisfactio euacuaretur.d.c°.
Cum ex eo. Item quia facilitas venie: incentiuū
tribuit delinquendi c°. Est iniusta.23ª.q.4ª.⁊.c°
vt clericoꝝ mores.de vita ⁊ ho.cle. Alij autē pre
lati īferiores vt Abbates p̄ores ⁊ huiusmōi: non
possūt dare īdulgētias: vt notat glo.i.d.c°. Nō
nisi ex speciali cōcessione ⁊ p̄uilegio vel ex prescri
ptione ⁊ huiusmodi causa eis competat: vt in c°
Accedentibus.de exces.prelato. Sacerdotes vero
alij etiam parochiales similiter non possūt dare
indulgentias publicas ⁊ generales. Tamē fm
Aluarrū quē refert Car.in cle.religiosi.de p̄uni.i
foro penitentiali possunt dare indulgentiam illis
quos possunt absoluere. Ar.in.c°. Deus qui.de pe
ni.re.⁊ idē tenet glosa in c°. Mensuram.de peni.
di.pª.⁊ Panor.in c°. Sicut dignum.de homi.⁊
allegat capitulum. Quem penitet.de peni.di. pª.
⁊ idem tenet Inno.⁊ Bernar.in c°. Quod autē
de peni.⁊ re. Sed de quanto nō determinatur ni
si q̄ Aluarrus dicit q̄ quod possunt dare indul
gentiam annorū vel dierum sicut eis videbitur
dummodo discrete faciāt. Et idem tenet Inno.
refert ⁊ sequit̄ Archi.i.d.c°. Indulgentie de pe-
ni.⁊ re.lib:o.6°. Et ideo consilium est q̄ confes

sor semper intendat dare confitenti oēm illam in
dulgentiam quā ei dare potest. Dicit autem Ri-
car.vbi supra.q.pª.⁊ Tho.vbi.s̄.q.4ª. Qd̄ etiā
malus ep̄s pōt dare īdulgētias que qdē pferunt̄
per ptātē ⁊ iurisditionē platis ecclie traditā: ma
licia aūt nō tollit ptātē vel iurisditionē: sed solū
bonitatē. Itē plat⁹ nō dat īdulgētias nec remit-
tit penā ex vi meritorū suorū: sz ex vi meritorū re
cōditoꝝ i thesauro eccl̄ie. Sic g° mal⁹ ep̄s pōt ⁊
pctō absoluere subditū etiā potest ei īdulgētiam
cōferre: vt etiā tenet Hosti.in sūma dicēs. Qd̄ i-
dulgētie quas talis dat valent quā diu ab ecclia
tollerat̄. Et facit c^m. Dictū ē.pª.q.pª. Notādū ē
aūt fz Ale.de ales in.4ª.pte sūme in tractatu d̄ i
dulgentijs: ⁊ scm̄ Tho.i.4°.di.20ª.ar°.3°.q.2ª.⁊
btm̄ Bo.vbi.s̄.q.4ª.⁊ Frā.de mair.i tra.de īdul
gētijs. Qd̄ īdulgētie dāt̄ ad supportādā īfirmita
tē ⁊ declarādā diuinā benignitatē cui dī Sap.xi°
Misereris oīum.⁊c. Dant̄ ergo īdulgētie p dei
glīa ⁊ laude que p̄cipue relucet in scis ei⁹: vt di-
cūt cōiter doctores. Sci vo honorant̄ maxime
in cōstructione basilicarū ⁊ cōmemoratione vir
tutū suarū. Et iō recte dāt̄ īdulgētie celebrātib⁹
eorū festa: vel his qui ītersūt p̄dicationib⁹ vel vi-
sitātib⁹ eorū ecclias aut porrigētib⁹ man⁹ adiutri
ces eaꝝ cōstructiōi vel reparatiōi ⁊ huiusmodi.
Similiter dantur indulgentie pro comuni vti-
litatate ⁊ defensione fidei vel terre sancte. Itē pro
promotione studij sacre scripture ⁊ Theologie ⁊
huiusmodi que ordinantur ad predicta. Nec da
re aliquid pro hac causa vt habeatur indulgen
tia cōmittit̄ simonia: q2 tpalia nō cōsiderant̄ vt
tpalia simpliciter: sed vt ordinata ad spūalia: fz
Bona.vbi supra dicit aūt idē doctor ⁊ similiter
Alex.de ales vbi.s̄. Qd̄ sicut fit in corporalib⁹ ⁊
tpalib⁹: ita fit suo mō in spūalib⁹. In reb⁹ autē
corpalib⁹ videm⁹ q̄ thesaur⁹ regis a thesaura-
rio solet expōi duplici ex cā.s.vel ad glīa: ⁊ honorē
⁊ magnificētiā ostēdēdā regie dignitat̄ ac maiesta
tis: sicut faciūt q̄nqz reges liberales. Ut hētur de
Asuero. Hester.p°.vel pp īdigēnā cōitat̄: vt q̄n
thesaur⁹ exponit̄ ad dādū militib⁹ q exponunt se
pugne p d̄fēdēda cōitate ne ab hostib⁹ ledat̄. Et
simili spūalis thesaurus eccl̄ie p sup̄dict̄ duab⁹
causis dz expōi. Notādū ē ēt q̄ īdulgētia rite cō
cessa nō expirat morte ꝯcedent̄ sz pdurat fz In
no.i c°.qd̄ trāslationē.de offi.lega.⁊ Panor.i c°.
si.eodē ti. Ad hoc āt vt īdulgētia valeat plura re
grunt̄. Un̄ dicit Frā.de mairo.vbi.s̄.q̄ multa sūt
q̄ īpediūt ne īdulgētia pficiat. Primū īpedimen
tū ē īfidelitat̄. Ut.n.dicit Aug.p°.de doc.xpiana
Xp̄s ita dedit claues ecclie: vt q nō crederent sibi

pctā dimitti nō dimitterent eis: ⁊ q crederēt īdulgētiā pcipere: hec ille. Et iō cuidā religioso dicēti mihi. Ego nō credo: q [illegible] istas idulgētias homo euadat penas purgatorij: nisi opera penitētie fecerit. Ego respōdi. Tibi nō proderūt: quia in eis nō habes fidem. Sed bene mihi. Quia firmiter credo per eas euadi penas pro peccato debitas. Et in huius signū dicitur Luce. 7°. Sicut credidisti fiat tibi: ⁊ ibidem. Fides tua te saluum fecit: ⁊ Matth. 15°. O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis. Secūdum impedimētū est defectus cōtritionis: quando scilicet quis de aliquo peccato mortali a se cōmisso nō est cōtritus. Tūc enim fm eūdem doctorē: ⁊ Ricardū in. 4°. di. 20. articu. 4°. q. pª. ⁊ Tho. eadem. di. articu. 5°. q. pª. Nō potest pcipere fructū indulgētie. Quod probatur sic. Nō potest fieri remissio pene manē te culpa: cum intētio principis sapientis non sit ut thesaurus suus inimicis suis: sed amicis dispēsetur. Existens autem in peccato mortali: pro tūc est inimicus dei: ⁊ ecclesie. de penitē. di. 3ª. c°. charitas. §. neminem. Cum ergo [illegible] nō remittatur culpa: per cōsequēs: nec pena. Talis enim nō ē susceptibilis thesauri charitatis: qui est īdulgētia cū sit extra gregem charitatis. Unde sicut mēbrū ab aliis mēbris pcisum: nō recipit influētiā corꝫ. Quia ut ait Philosophus. 2°. de aīa. Omne qđ nutrit necesse est: q habeat vitā. Sic qui est ī peccato mortali: quasi mēbrū mortuū nō suscipit indulgētiā ex meritis mēbrorꝫ viuorꝫ. Tertiū impedimētum est rōne excoīcationis: qn enim qs est excoīcatus: nō est capax indulgentie: qꝛ est a gremio eccliē sequestrat⁹. Unde nō prosunt ei sacramēta ecclīastica. c°. si celebrat. de cle. exco. mi. Et facit ad hoc qđ notat in. c°. qcūqꝫ. 24ª. q. pª. ⁊ in c°. pñti. de sen. exc. li°. 6°. Sicut enim mēbrū a corpore separatū nō suscipit bñficia corporis: ita nec excoīcatus bñficia eccliē: qꝛ est separatus a corpore christi. c°. engeltrudum. 3ª. q. 4ª. Siliter nec illis prosunt indulgētie: qui nō sunt de iurisditiōe eius: qui dedit eas. c°. qđ aūt. de peni. ⁊ re. Et per hoc nō excludunt illi: qui sunt de puincia Metropolitani dātis indulgētiā: licet nō sint de eius Diocesi. d. c°. nro. co. ti. Dicit tñ Inno. in. d. c°. qđ aūt. Qđ hñs licētiam a pprio epo pōt accipe indulgētiam in diocesi alterius epi. Alij vō cum quibus trāsit Hosti. dicūt q etiam sufficit ad hoc licētiam sui parrochiani Guil. vō in Spe. dicit q tuti⁹ est habere licētiam ab epo ppo: vel Metropolitano: qui eā pōt concedere. d. c°. nro. Et facit ad pdicta de licētia epi capl'm. Significasti. de foro cōpe. Quartū impedimētum est defect⁹ cōfessionis. Licet enim qdā dixerint: q ille qui in pasca fuit cōfessus: ⁊ postea cecidit in peccatū mortale: si habeat cōtritionē de eo: cū pposito cōfitendi tpe ab ecclīa deputato: hēbit indulgētiā. Quā opinionē tāgit Panor. in. c°. oīs vtriusqꝫ sexus. de peni. ⁊ re. ⁊ Jo. an. in. d. c°. qđ aūt. ⁊ glo. in cle. vnica. de reli. ⁊ ve. san. ⁊ Car. ibidē hoc tenet. Tñ tutius est q cōfiteat: maxie cum vix sciāt seculares bñ cōteri. Item qꝛ coīter in indulgētiarꝫ cōcessione ponit cōtritus ⁊ cōfessus. Si aūt sufficeret sola cōtritio frustra adderet cōfessus. Uerba autē nō debēt intelligi inaniter posita. c°. ad audiētiā. de decimis. Et ideo a forma priuilegij: nō est recedēdum. c°. porro. de pui. Si qs tñ nō posset cōfiteri defectu cōfessoris: vel alia rōnabili causa nō posset plene: ⁊ sufficiēter cōfiteri: credo q in hoc casu sufficeret cōtritio: cum pposito cōfitēdi: habita opportunitate. Quintū impedimētū dī in dispositionis corporalis: vel tpalis. Qñ enim dant indulgētie: sub modo ⁊ limitatione: utputa visitātib⁹ aliquā ecclīā vel porrigētibus manus adiutrices: ⁊ huiusmodi. Tales īdulgētias cōsequunt solū illi: qui actualiter visitāt: ⁊ manus adiutrices porrigūt. Infirmi aūt ⁊ debiles: qui nō pñt ipsam ecclesiā visitare: ⁊ paupes qui non pñt eccliē manus adiutrices porrigere: lꝫ habeāt bonā volūtatem visitādi: vel man⁹ adiutrices porrigēdi: si possent. Et propter hāc bonā volūtatē in cōspectu dei nō parum merēātur: tñ bñficiū indulgētiarū nō cōsequunt. Cuius ratio est. Quia q̄uis volūtas bñfaciēdi reputet pro facto q̄tū ad pmiū eēntiale: nō valēti opari. §. Itē illō p pphete: de peni. di. pª. Nō tñ reputat: pro facto q̄ ad pmiū accidētale: qđ dat solū opi facto: cuiusmodi sunt īdulgētie. Unde dicit beatus Tho. in. 4°. di. 20. Qđ nō extāte cōdicione nō pōt qs cōseq: qđ sub cōdicione cōcedit: nec obstat: q deus respicit bonā volūtatem. 14ª. 5ª. c°. si qd. Quia verū est q̄tum ad augmētū grē: ⁊ glorie: sed nō quo ad accidētalia premia requirēda opus: cuiusmodi est remissio pene. Ualet tñ [illegible] accidēs talis bona volūtas: qꝛ in quātū augmētat grām: p cōñs: ⁊ cōtritionē auget. Et ita opat ad remissionē pene. Dicit āt Ric. vbi s. ar. 3°. q. 2ª. Qđ si paup offerat vnū denariū: ⁊ hēat idulgētiā: tñ diues offerēs solū vnū denariū nō cōsequet ipsā idulgētiā: qꝛ nō decet eū [illegible] opus: tam p[illegible] ⁊ fructuosum: tā parū dare: sicut nō deceret rex alicui hoī auxiliū prestare: si ei obolū daret. Intelligunt ergo dari īdulgētie offerētib⁹ fm facultatē: ⁊ sta[illegible] suū: qñ dī q cōcedūtur porrigētib⁹ man⁹ adiutrices. Et hec opinio etiā est sci Bona. ⁊ Tho. ī 4°. di. 20. Si aūt indulgētia daret omni offerēti

aliqd. Tūc fm Frā. de mairo. vbi supra qlibet aliquid offerēs ↄsequeret ipsam indulgētiam q̄tū ad remissionē pene. Quia ut ipse ait. Indulgētie nō prosunt p̄ncipaliter ex merito opis: sed ex auctoritate: ɫ intētione dātis. Tamē fm Ric. vbi supra: magis prosunt plus offerēti quātū ad augmentū grē. Dicit aūt scūs Bona. vbi supra. Qd licȝ homo nō faciat: qd iniūgit in indulgētia: fm qd eum decet. Nō tñ debet propter hoc dimittere qn faciat illud: qd sibi placet. Quia q̄uis nō recipiat tñ de indulgētia: quātū recipet si offerret vel faceret fm suā facultatem ɫ ↄdecētiā: tñ plus habebit de remissione pene pro tali ope: q̄ haberet pro alio simili: ceteris parib9 facto: vbi nō datur talis indulgētia. Posito aūt q̄ duo offerētes nō faciāt: qd eoꝝ status ɫ facultas reqrit: lȝ non recipiāt indulgētiā plenariā: vel tpalē integram sicut alij: qui dicta indulgētia cōcessa est offerētib9 fm facultatē suā: vel porrigētibus manus adiutrices: tñ vt dictū est: recipiēt aliquā indulgētiam plus: vel minus: vnus altero fm quātitatē oblationis. Plus tñ aliquādo iudicat illud: qd realiter est minus. Et hoc ꝑpter maiorē affectionē: ɫ deuotionē dātis: ɫ propter minorē eius facultatē ut patuit in vidua que offerēs duo minuta plus reputata est a dño misisse in gaȝophilatio: q̄ alij qui erāt diuites: ɫ multū obtulerāt cum minori affectione: ɫ dispendio suo. De qua habet Luce 21°. ɫ Marci. 12°. Unusqsqȝ igit debet studere offerre ɫ facere cū deuotionis affectu omne illd: qd ↄtinet in cōcessione indulgētie. Quia fm Tho. in. 4°. di. 20. Tātū valet indulgētia: quātū sonāt eius verba que debēt inspici. Ar. in. c°. cuȝ ɫ plātare. de pui. An aūt ↄcedēs indulgētiā: si faciat illud pro quo ipsam ↄcessit habeat eā? Licet vincētius in. c°. cum ex eo. de peni. ɫ remis. ɫ Guil. in Spec. ɫ Archi. in. c°. indulgētie. de peni. ɫ remis. li°. 6°. dixerint q̄ nō. Allegātes legē vnicam. C. ne qs in sua causa: ɫ legē inqsitio. C. de solu. Tamē Theologi maxime Ricar. ɫ Tho. in. 4°. dist. 20. dicūt. Qd licet aliqs prelat9 nō possit sibiipsi primo ac principaliter ɫ directe dare indulgētiā tñ postq̄ eam dedit ɫ ↄcessit gnaliter: pōt ea vti sub eadē forma. Aliter ipse eēt peioris ↄdicionis q̄ alij. Quod fm eos videt incōueniēs. Et hāc opinionē tenet Gaspar de calderinis. in. c°. nro. de peni. ɫ re. ɫ Gemi. in. d. c°. indulgētie. Utrum aūt indulgentia possit accipi pro alio. Respōdet Tho. in. 4°. di. 45ª. Qd nō: nisi cōcedēs indulgētiā exp̄ māt q̄ vult eā posse accipi pro alio. Quia tunc ille qui pro alio facit illud quod continetur in forma cōcessionis indulgētie: obtinebit eā. Et cōcordat Alanus: vt etiā habet in summa cōfesso. libro 3°. ti. 34°. q. 188ª. An vero accipi possit pro illis qui sunt in purgatorio? Respōdēt multi Theologi in. 4°. di. 20. ɫ Hosti. in sūma. Qd indulgentie non prosunt illis qui non sunt de iurisdictione illius qui eas concessit. d. c°. qd aūt de peni. ɫ re. Illi autē qui sunt in purgatorio nō sunt sub iurisdictione prelatorū ecclie. Quia dixit dñs petro Matthei. 16°. Quodcūqȝ solueris super terrā ɫc. quasi diceret: q̄ super mortuos nō haberet iurisdictionē. Indirecte tamē ipsis mortuis prosunt indulgētie tales: inquantū existētes in hac vita faciunt pro eis illud qd cōtinet in forma Indulgentiarū qn cōcedēs expressit q̄ vult vt etiam accipi possit indulgentia pro defunctis. Dicunt tamē p̄dicti doctores: q̄ cum vt supra dictum est ipsi mortui nō sint de foro ecclie: nō consequunt remissionē penarū ex vi indulgentie: sed bona opera quib9 quis meretur indulgētiā vt elemosine: ɫ perigrinationes: valent eis sicut alia suffragia ecclesie: vt in summa cōfessorum vbi sup q. 191ª. sȝ Tho. in 4°. di. 45ª. ar° 3°. q. 2ª. ɫ 2°. ɫc. q. 191ª. dicit. Qd nō est aliqua ratio quare ecclesia non possit trāsferre merita comunia ecclesie qb9 indulgentie innituntur in viuos ɫ mortuos: nec tamē sequit q̄ prelatus ecclesie pro suo arbitrio animas possit a purgatorio liberare: quia ad hoc q̄ indulgentie valeant requirit causa cōueniēs indulgentias ↄcedendi. Albertus etiā dicit q̄ indulgentie multū prosunt defunctis si hoc in litteris remissionis ponit. Et idē tenet Innocē. in c°. Quod autem. de peni. ɫ re. Glosa vero Raymūdi dicit: q̄ licet nō habeat ligare neqȝ soluere nisi sup terram: si tamen faceret talem indulgētiā que prodesse haberet etiā defunctis: nō debemus ponere os in celum de plenitudine potestatis ei9 temere dubitando. Et idē dī in summa cōfessoꝝ vbi supra. Et dicit Auctor supplemēti in v̄bo indulgentia. Certe nō videt ratio quare ad defunctos possit transferri meritū bonorū operū: ɫ non meritū passionis xp̄i ɫ militantis ecclie. Hanc etiā opinionē q̄ papa possit huiusmodi indulgentias cōcedere pro mortuis tenēt multi doctores alij: vt refert Card. in cle. 2ª. de. peni. ɫ re. et idē tenet Augusti. de Anchona in libro de potestate pape dicens. Qd papa potest de thesauro ecclesie per coruscationem indulgentie subuenire existentibus in purgatorio: si hoc explicet in concessione indulgētie: videlicet. Qd ille qui fecerit talem elemosynam vel visitauerit talem ecclīam pro se vel pro alio viuo vel mortuo habeat tantū de indulgētia: q̄ cōsequat ille pro quo accipitur.

ɫ ad illud

Et ad illud dictũ euangelij. Quodcũq; solueris super terrã. ic. Respondetur fm Tho. dupliciter. Uno modo vt li super terrã referat ad soluẽtez: ut sit sensus. Quodcũq; tu exñs sup terrã solueris. ic. Nõ. n. papa mortuus põt soluere vel ligare sz viuus. i Mors. n. aufert auctoritatẽ eius: q oia soluit. §. deinceps in aũt. de nup. Alio mõ si referaẽ li sup terrã ad absoluẽdos ẽt põt intelligi de existentibus ĩpurgatorio. Cũ. n. oẽs purgãdi sint intra vel circa terrã possunt dici sup terrã qꝛ non sunt in celo. Sciendũ tñ q ad hoc ut Indulgẽtia valeat pro alio requirit q tã ille qui accipit q̃ ille pro quo accipit sit ĩ statu gratie. Alias nõ valet neq; p modũ indulgẽtie neq; per modũ suffragij. Ad cõfirmationẽ autem predictorũ q indulgẽtia possit accipi pro alio ẽt defũcto quando cõcedẽs hoc itẽdit posse fieri possumus adducere exẽplũ de indulgentia portiuncule nostre que ĩperpetuũ pdurat oĩ anno die secũdo Augusti in ecclesia sctẽ Marie de angelis apud assisiũ quã xpus ore proprio ꝯcessit pri nostro sctõ Frãcisco ad intercessionẽ gloriose virginis mr̃is sue. Uenetijs. n. quidã cleric⁹ cũ oĩa parasset que ad iter necessaria erãt vt indulgentiã pdictã adiret grauiter infirmatus deuenit ad mortẽ: sz pri⁹ rogauit quẽdã amicũ suum vt si eũ mori cõtingeret ipse acceptis que parauerat predictã indulgẽtiã pro se petere vellet: votũ qd pro hoc fecerat adimplẽdo. Ille autẽ rñdit q libentissime hoc ageret. Cũ aũt mortuo illo clerico ipse amic⁹ ei⁹ eẽt negligẽs ad eũdũ: apparuit ei ĩ somnis predictus clericus defunctus eumq; de neglıgẽtia ꝛ ĩfidelitate sua redarguit: ꝛ vt promissum impleret admonuit atq; rogauit. Ille autẽ amic⁹ eius expergefactus ad ipsã indulgentiaz perrexit. Cũq; indulgẽtia accepta reuerteretur apparuit ei ĩ via ille clericus multa luce clarissim⁹ atq; grãs ei retulit dĩ. Dñs tibi benedicat pro labore quez pro me cepisti: nã hora qua ecclesiã intrasti oẽz penã purgatorij liber euasi ꝛ vado ad gloriã paradisi. Ista autẽ indulgẽtia portiuncule: ẽ excellentior ꝛ dignior oĩb⁹ indulgẽtijs mũdi triplici respectu Primo respectu conferentis. Nã alie indulgentie collate sũt a vicario xpi sũmo pontifice ꝛ puro homine: hec autẽ vt dixim⁹ fuit collata ĩmediate ab ipso xpo dei filio. Secũdo respectu impetrantis: qꝛ alie indulgẽtie impetrate sunt ab aliquo viatore ĩ hac vita mortali adhuc exıstẽte. Et hoc mediãte aliquo emolimẽto tẽporali ꝛ transitorio: sed ista ĩpetrata ẽ a regina celi psentib⁹ angelis: ipso beato Francisco ei preces porrigẽti solum pro salute animaꝝ: ꝛ nõ p aliquo vel minimo subsidio tẽporali. Tertio respectu sigillantis. Quia alie indulgentie obtinẽt vigorẽ ꝛ auctoritatẽ ex bullis ꝛ sigillis apostolicis. Hec autẽ sine aliqua bulla scripta ꝛ plũbo sigillata: sz ut infra dicetur charta ipsius fuit beata virgo Maria: testes fuerũt angeli: sigilla fuerũt stigmata beati Frãcisci. Plũbator vero fuit xps. Et ideo ẽ sup oẽs alias auctẽtica: ꝛ digna. Ad quoꝝ euidẽtiam est sciẽdũ q vt legitur in cronicis ordinis nostri: ꝛ in cõformitatib⁹ beati Frãcisci: cum ipse btũs Franciscus semel in cella sua apud sctãz Mariã de portiuncula feruẽtissime oraret deũ p peccatoribus apparuit ei angelus dñi dicẽs. Qd iret ad ecclesiã qm xps ꝛ beata virgo cũ magna multitudine angeloꝝ expectabãt eũ. Quo cũ perrexisset ꝛ xp̃z cũ matre vidisset que stabat a dextris eius cũ multitudine angeloꝝ: cecidit in faciẽ suaz pre timore ꝛ reuerẽtia. Dominus ãt iesus ipsi beato Francisco sic in terrã prostrato dixit. Francisce multũ sollicit⁹ es cũ tuis socijs pro salute animarũ. Postula ergo q vis circa salutẽ aĩarũ ꝛ honorẽ ac reuerẽtiã deitatis: qꝛ datus es ĩ lucẽ gẽtium ꝛ reparationẽ ecclesie. Ipse ãt iacebat q̃si raptus in cõspectu deitatis. Et tandẽ reuersus ad cor ꝛ cõfortat⁹ dixit. Sanctissime pater nr̃ supplico ego peccator quatenus digneris facere hanc gratiã humano generi. s. cõcedere oĩbus ꝛ singulis veniẽtibus ad locũ istũ ꝛ introeũtibus in ecclesiã istã: veniã ꝛ indulgẽtiã oĩum peccatorũ suorũ vniuersaliter ꝛ generaliter de quib⁹ cõfessionem fecerit sacerdoti ꝛ mandatũ susceperint. Et supplico beate virgini Marie matri tue aduocate humani generis: vt pro hac petitione impetranda me adiuuare dignet apud tuã pijssimaz ꝛ clementissimã maiestatẽ intercedẽdo. Ipsa aũt regina celorũ inclinata benigne precib⁹ btĩ Frãcisci statim cepit supplicare filio suo dĩ. Altissime de⁹ oĩpotẽs supplico humiliter deitati tue ꝛ intercedo quatenus digneẽ se inclinare precib⁹ hui⁹ famuli tui. Ipse vero dñs respõdit dĩ. Satis grãde ẽ qd petisti: sed maioribus dignus es frater Frãcisce: ꝛ maiora habebis. Admitto igiẽ orationem ꝛ supplicationẽ tuã: sed volo q vadas ad meum vicariũ cui dedi potestatẽ ligãdi atq; soluẽdi in celo ꝛ ĩ terra: ꝛ petas ab eo ex parte mea dictã indulgẽtiã. Duodecim ãt socij beati Francisci qui erant in cellis suis oĩa predicta audiebãt: vidẽtes lumẽ magnũ in ecclesia ꝛ multitudinez angelorũ in circuitu: sed timore pterriti nõ audebant intrare ecclesiã nec cellas exire. Cũ ãt dominus iesus cũ mr̃e ꝛ multitudine angelorũ ascendisset in celũ beatus Franciscus mane sequenti

ad dominū papam Honoriū qui tūc perusij erat se cōtulit: corāq3 eo se presentās humiliter petijt ut ad honorē virginis Marie dignaretur in ipsa ecclesia portiūcule ponere indulgētiā plenariā sine oblationibus: qd nō posse se facere rñdit: qr oportet ut qui vult indulgētiā eā mereatur ponēdo manus adiutrices. Interrogauit autem pontifex beatū Franciscū quot annos vellet ibi poni de indulgētia. Qui rñdit se nō velle annos sed animas. i. ut quicunq3 dictā ecclesiā intrarent cōtriti & cōfessi plenā cōsequerētur remissionem oīum peccatorum suorum a culpa & a pena: que peccata cōmisissent a die baptismi vsq3 ad diē & horā introitus in ecclesia. Addēs qz nō ex se hoc petebat: sed ex parte xpi qui eū miserat. Tunc papa annuit & qd postulauerat cōcessit: postmodum vero ad petitionē cardinaliū eam solū ad vnam diē naturalē singulis annis i perpetuū extēdi declarauit. Egrediente aūt beato Francisco palaciū vocauit eū dñs papa di. O simplex hō qd portas de hac indulgentia? Ubi habes bullam? At ille rñdit: sufficit mihi verbū vrm. Nullū eniz de hac re volo instrumētū: sed sit beata virgo charta: notarius xps: & angeli testes. si. n. opus dei est: ipse illud manifestabit. In his aūt oībus: nō habēs beatus Franciscus diē determinatū tali modo ipsū obtinuit. Quadā. n. nocte tēpore hiemali cū oraret in dicta cella sua venit ad eū satha. di. Francisce cur te tantū affligis p penitētiā cuz adhuc sis iuuenis: & alias pniam facere possis? Tūc btūs Franciscus expoliauit se vestib9 & nudus exiens cellā intrauit per quādā sepē grossam & spinis plenam que erat iuxta dictā ecclesiā sante Marie: & ingressus ē siluā durissimā & spinosā ibi adiacētē. Cūq3 staret in ea cū carne sanguinolenta ac spinis lacerata: ut sic afflictus passionez xpi maiori cōpassione meditaretur & diabolicis blandimētis nō cōsentiret: apparuit in medio silue lumen maximū: & licet eēt tunc maximū gelu qr erat de mēse ianuarij: rose tñ pulcherrime apparuerūt ibi: viditq3 beat9 Franciscus angelorum multitudinē maximā tā i silua qz i ecclesia. Qui dixerūt ei vt cito pergeret ad saluatorē & matrez eius qui in ecclesia erāt: statim autē beatus Franciscus inuenit se indutū vestibus nouis viaq3 serico tecta & ornata videbatur: & accipiens duodecim rosas rubeas & duodecim albas iuit ad ecclesiā: posuitq3 eas super altari vbi reperit xpm cū matre sua & magno cetu angelorum: statimq3 locutus ē di. Sanctissime dñe placeat maiestate vre determinare diem pdicte indulgētie: Ipe autem dñs ordinauit ut ipsa indulgētia iciperet p9. die augusti i qua celebrat festū sancti Petri ad vincula & duraret a primis vesperis illi9 diei vsq3 ad vesperas secūde diei in qua celebratur festuz portiuncule: qua determinatione habita beatus Franciscus adiuit sūmū pōtificē cū predicens rosis petens ut etiā ipse diem prefatū eidē indulgētie assignaret: q eā ꝯfirmauit: scripsitq3 septem epis. s. Assisij: Perusij: Fulginei: Spoleti: Tuderti: Eugubij: ac Nocerie: ut i die dedicatōis eiusdē ecclie publicarēt ibi cū btō Frācisco ipsā īdulgētiā: i illo igit die btūs Franciscus pulpitū ascēdens corā magna hominū multitudine publicauit ipsā indulgētiā plenariam presentibus dictis episcopis. Qui cū vellent cōtradicere & dicere qz nō eēt plenaria i perpetuum oī anno: sed aliqs limitationes vellent ei assignare: miraculose ipediti nihil aliud dicere potuerūt nisi idē qd dixerat beat9 Franciscus: affirmantes eā eē perpetuis singulis annis duraturā: & sic postmodū eius noticia per orbez terrarū: & de generatione in generationē diffusa est: quā indulgētiā vsq3 hodie cum maiori deuotione & cōcursu frequentāt populi xpiani qz multas indulgentias papalibus bullis munitas: hec. n. vt dixim9 celestis regis sigillo fuit roborata. Sciendū. ē igitur qz qn concessa est indulgētia plenaria ab eo q eam concedere pōt: & ex rōnabili cā cum debitis modis est indulta: quilibet obseruās ea que iforma indulgentie continēt ipsā consequitur: & si tūc moreretur statim euolaret ad celū sine aliqua pena purgatorij fm Franciscum di mairo. & Aug. de Anchona vbi supra. Doctores tñ assignāt quattuor causas quare recipiētes indulgētiā plenariā aliqn retardant ab ingressu paradisi. Prima ē indulgētie taxatio: vt si dicatur i forma īdulgentie indulgētiā sibi plenariā oīum peccatorū suorū de iniunctis sibi penitētijs cōcedimus. Tūc. n. si moreretur non statim euolaret ad celū: qr maior sibi penitētia fuerat iniūgēda qz fuerit iniuncta & vigore indulgētie nō sibi remittit nisi pena sibi iniūcta a confessore: pro illa ergo parte penā que plus sibi debebat iniungi in foro penitentie luet in purgatorio. Secundū retardās est alicui9 peccati omissio per negligentiā vel obliuionē ex suo defectu procedētē: quando in forma indulgentie dicitur qz habeat remissionē oīum peccatorū: de quibus contritus fuerit & cōfessus: qr indulgentia nō extēditur ad peccata non cōfessa ex tali negligētia. Tertium ē alicui9 peccati mortalis post acceptam indulgētiam perpetratio: de illo enim licet postea confiteatur nō h3 indulgentiā. Utrū autem si reuertatur ad indulgētiam & faciat illō

qđ continetur informa indulgētie iterum illam
habebit:vndet Tho.in.4°.di.20ª.Qđ quando ē
temporalis vtputa a primis vesperis vsq̄ ad se
cundas:vel vsq̄ ad octo dies solum semel habe
tur:ēt si decies intreť ⁊ fiat qđ informa indulgen
tie continetur:nisi expresse dicatur in ea q̄ possit
recipi totiens quotiens visitetur ecclesia vel tale
quid fiat. Si autē indulgētia est perennis ⁊ ꝑpe
tua sicut est Rome in quibusdam ecclesijs:quo/
tiens quis vadit totiens indulgētiaꝫ cōsequitur
Et ista distinctio ponitur ēt in sūma confessoꝝ
lib°.3°.ti°.34°.q.183ª.Et idem tenet Cal.q alle
gat capitulū primū de filijs presbyte.li°.6°.⁊ seq
tur Jo.an.⁊ Gemi.in.d.c°.indulgētie . de peni .
⁊ re.li°.6°.Mattheus autē de Mathesolijs vt
recitat Car.in cle.pª.de priui.dicit.Qđ etiā quā
do indulgētia ē temporalis pōt recipi totiens q̄ti
ens fit illud qđ in indulgentia continet:⁊ idē tenet
ipse dn̄s Car.ibi ⁊ in cle.2ª.de peni.⁊ remis.cui⁹
opinione data pro vera sequiť q̄ q̄s nō solū se/
mel:sed pluries pōt accipere indulgētiaꝫ non so
lum pro se sed ēt pro alijs viuis ⁊ mortuis:quā/
do ad ipsos forma indulgētie extēditur:si mō sin
gula vice ⁊ pro singula ꝑsona faciat qđ ī ipsa for
ma iniungiť:credo tamē q̄ siquis postq̄ semel
accepit idulgētiā faciat vnū peccatū mortale sub
spe iterū redeundi ad ipsā indulgentiam:nō suf/
fragari sibi postea ipsā indulgentiā temporaliter
datā:⁊ ita pōt vtraq̄ opinio concordari.Quar/
tuꝫ retardans ē culpe venialis inexpurgatio q̄n̄
quis moritur cū peccato veniali:de quo non est
contrit⁹ sed fixus in affectione ei⁹:stant.n. venia
lia cū gratia:q: enim pena nō remittitur rema/
nente culpa:iō per indulgētiā nō videtur remit
ti pena quo ad ipsa peccata venialia remanēte ī
anima voluntate ⁊ affectu ac culpa ipsoꝝ: vn/
de talis decedens cū ipsis venialibus penā ipso/
rum perferet ī purgatorio.Nō.n.est intentio ec/
clesie seu vicarij xp̄i parcere siue remittere penā
alicuius peccati de quo quis non sit male cōten
tus:imo affectet in illo perseuerare:dicit autē Ri
car.in.4°.di.16ª.q̄ si q̄s staret centūmile annis
cū cōplacētia vnius peccati venialis:totidē an/
nis staret exclusus a patria celesti:dicit autē Frā
ciscus de mairo.in tractatu de indulgentijs.Qđ
ex indulgentijs proueniunt nobis varia bona .
Primo augmētatio gratie : q: cū presupponāt
hominem in gratia existentem:opera autē bona
hominis in gratia existētis mereātur gratie aug/
mentationem: ⁊ eius charitas mereatur augeri
sequitur q̄ lucrum indulgentie quod fit median
tibus operibus meritorijs nō potest fieri sine au
gmēto gratie:Scđꝫ bonū ēst accumulatio glorie
quia cū nullus possit lucrari indulgētiā nisi ha/
beat fideꝫ cui promittiť visio diuine eēntie ut pa
tet ex primo de trini.iō cū lucrū indulgentiarū
augmentať:necessario felicitatis superne gloria
nobis augetur.Tertiū bonuꝫ est dimissio siue ab
solutio pene.Si enim indulgentie forma dicať:
Remittimus tot annos vel dies de iniunctis pe
nitentijs:accipiens ipsam indulgentiam ē abso
lutus a penitentia quā tenebať facere ex imposi/
tione cōfessoris vel canonis per tot annos vel di
es.Si vero simpliciter dicať.Dam⁹ tot dies vel
annos de indulgentia ē varia opinio Theologo
rū in.4°.di.20ª.Aliqui . n.dicunt qđ accipienti
ipsam indulgētiā remittunť tot dies vel anni de
penitentia quā tenebať facere in hac vita ꝓ pec
catis suis.Alij autē dicūt q̄ remittunť illi tot di/
es vel anni de penitētia ⁊ pena quā pertulisset in
purgatorio pro suis peccatis.Alij vero dicūt q̄
talis post acceptā illā indulgentiā perinde est ac
si voluntarie egisset in hoc mūdo penitentiā tot
dierū vel annorum pro suis peccatis: penitentia
autem etiam parua in hoc mundo pro peccatis
voluntarie peracta liberat a magna purgatorij
pena s̄m Ricard.in.4°.di.15ª.Ergo indulgen/
tiarum quantuncunq̄ temporalium ⁊ paucorū
dierum vtilitas ē maxima.Ex quibus omnib⁹
patet quomodo in ecclesia dei secundum q̄ dicit
vndecimus articulus fidei fit remissio peccatoꝝ.
Duodecimum articulum posuit Mathias di/
cēs .Carnis resurrectionē .Et hoc habetur Eze
chielis.37°.Ubi dr̄ a domino mortuis resurre/
cturis.Ecce ego aperiam tumulos vestros:⁊ edu
cam vos de sepulchris vestris: ⁊ dabo spiritum
in vobis ⁊ viuetis:vitam eternam.Amen In q
bus verbis continetur virtualiter vt predictum
est etiam eterna damnatio peccatorum per ar/
gumentū ab oppositis ut dicunt Theologi in.3°
di.25ª.Et iste articulus habetur. Danielis .12°.
vbi dicitur.Qui dormiunt in terre puluere eui/
gilabunt:alij in vitam eternam alij vero in ob/
probrium sempiternum.Istos autem articulos
nō oēs Theo.attribuūt eo ordine quē assignaui/
m⁹ ipsis apostolis:sꝫ qđ nos attribuim⁹ Joāni
ipsi attribuūt Andree:vel Jacobo maiori: ⁊ sic
de alijs:sꝫ hoc nihil īportat:q: scriptura autētica
de hoc nō hēťur:vltra āt simbolū apostolicū sūt
alia duo.s.simboli sctōꝝ patrū cētū quinquagi/
ta in cōcilio Niceno s̄m aliquos:sꝫ melius ī con
cilio Cōstantinopolitano cōgregatorū.vt in. c°.
Canones.15ª.di.Et hoc factū fuit contra Ma
nicheum ⁊ Macedoniū negātes spūm sanctum

esse equalem patri ꝛ filio: ac cantatur in missa. Aliud vero qđ cantatur in prima in dñicis diebus: ꝛ fuit factū cōtra Ariū negantē filium esse pr̄i equalem: cōpositū fuit ab Athanasio excellētissimo doctore ꝛ epo. Alexādrino: ꝛ vtrūqꝫ istorū fuit editū ad declarationē primi. s. Apostolici cōtra hereticos illud male exponētes. Primum tamen est dignius tū propter cōpositorū excellentiā: tū quia oēs articulos fidei plenius cōtinet: ꝛ est magis sētētiosū q̄ alijs: vt dicūt Theologi in. 3°. distinctione. 25ª.

Isti sunt duodecī articuli fidei catholice quos quilibet xp̄ianus debet scire: ꝛ in nullo eorū errare. Nam Jacobi. 2°. c°. dicit̄. Qui seruauerit totam legem: offenderit aūt in vno. s. fidei articulo ſm sanctū Bonauenturam fact⁹ est oīuz reus. Et Salomō Eccles. 9°. ait. Qui offendit in vno. s. articulo: multa bona perdet Aug. etiam in li°. de morib⁹ ecclie inquit. Etiā si perseueraueris in oīb⁹ fidei bonis: deficies aūt [illegible] vno: iustitia dei iudicabit te: ac si nullū vnq̄ fecisses bonū. Et ideo īquit Athanasius in simbolo suo. Quicūqꝫ vult saluus esse añ oīa opus est vt teneat catholicā fidē. Quā nisi qsqꝫ integrā inuiolatāqꝫ seruauerit absqꝫ dubio in eternū peribit. Ea propter querūt Theologi vtrū quilibet xp̄ianus teneat̄ scire oēs articulos fidei explicite. Et respondet Seraphicus doctor scūs Bonauētura in. 3°. di. 25ª. ar°. p° q. 3ª. in corpore questionis: ꝛ Ricar. in eadē di. ꝛ Alexan. de ales in. 3ª. parte sūme in tractatu de fide: q̄ oēs xp̄iani post aduentū xp̄i tenent̄ credere oēs articulos. Tripliciter autē possunt credi. s. aut oēs implicite: aut quidā implicite: ꝛ quidam explicite: aut oēs explicite: credere oēs implicite ꝛ in cōfuso est fidei diminute: quia non sufficit sic solū in generali credere qđ scā mr̄ ecclia credit: vt quidā ignorantes faciunt peiores infidelib⁹ ꝛ iudeis qui nō ignorant legē suā. Adeo eni clara est quorundaz articulorū noticia: q̄ nullus habens vsum rationis potest illos ignorare: nisi per maximā ac crassā ignorantiā ꝛ culpā: quādo inter xp̄ianos est enutrit⁹. Et ideo de tali fide īplicita dicit. Ber. in sentētijs suis. Quilibet verus fidelis tenetur habere de deo magnā fidē: ꝛ de dño iesu [illegible] xp̄o: nec debet habere paruā: qa apđ deū ꝛ xp̄z qđ parū ē nō r̄putat̄. Credē q̄sdaz īplicite ꝛ q̄sdā explicite est fidei ad salutē necessarie: potest eniz ad simpliciū salutē sufficere. Ad illos eni [illegible]ticulos explicite credēdos tenentur quos manifestat eis p̄dicatio: aut vsus ecclesiasticus: sicut est de vnitate essentie diuine: ꝛ trinitate personarū: que omnia possunt cognosci ex ipso actu signationis s. In nomine patris: ꝛ filij: ꝛ spūs scī. Amen. Dicit̄ In nomine: ꝛ nō in noībus: vt significetur vnitas deitatis: ꝛ postea nominantur tres p̄sone Similiter articulus de incarnatione xp̄i ꝛ natiuitate: passione: ꝛ resurrectione: atqꝫ ascensione eius potest cognosci ex solemnitatibus quas celebrat ecclesia. Articulū etiā de remissione peccatorū: potest quilibet cognoscere ex sacramēto penitētie ꝛ ex sacra confessione: ꝛ similiter ex baptismo quod videt in ecclia frequētari. Articulum etiaz de spiritu sancto potest aliqualiter intelligere ex solēnitate Pēthecostes. Alios aūt articulos sufficit simplicib⁹ ꝛ alijs comunib⁹ personis credere implicite: ita quod nulli dissentiāt. Credere aūt oēs explicite: est fidei distincte: ꝛ iā p̄fecte. Et hoc nō est de generali fidei necessitate. Sed tantū [illegible] illos p̄tinet qui officiū predicādi in pp̄lo habent vel curā aīaruz suscipiūt. Tales eni debent eē periti. 36ª. di. c°. Qui ecclesiasticis. Et in. c°. Si qs ꝛ. 38ª. di. c°. Ignorantia. Illi ergo qui habēt curā aīarū vel p̄dicandi officiū: tenent̄ ad fidē explicitā quia debēt scire oēs articulos fidei declarare. Ut etiā inquit Tho. 2ª. 2e. q. 2ª. ar°. 6°. vbi dicit: q̄ sicut reuellatio diuina fit inferioribus angelis p̄ superiores: vt inquit Dyonisius. 4°. c°. celestis Jerar. ita explicatio fidei debet p̄uenire ad minores hoīes p̄ maiores: idest p̄dicatores ꝛ prelatos ꝛ sententia Alexādri de ales in. 3ª. parte summe in tractatu de his que pertinent ad rectitudinē intētionis. q. antepenultima. Et allegat illud p̄me Petri. 3°. c°. Parati ad satisfactionē oī poscenti vos rationez de ea que in vobis est fide ꝛ spe. O quot sunt predicatores animarū rectores qui cū teneātur alios instruere de articulis fidei: ipsi eos ignorant: aut nō bñ itelligunt. Et ideo dicit Celestinus papa in c°. Ordinatos: 59ª. di. Debet añ esse discipulus quisqs doctor eē desiderat: vt possit docere quod dicit. Credite ergo oēs articulos fidei ꝛ illos intelligere procurate. Ait enim Augustinus super Joannem. Quam magnum vas fidei attulerit qs ad fontem gratie: tantum implet de gratia ꝛ Ber. super Canti. inqt. Parua siquidē fides parua meret̄ premia. Oēs ergo xp̄iani debent simbolū ap̄licum scire. Ait enim Augu. in quodā sermone. Nescio qualiter christianū se dicat qui paucos versus simboli ꝛ orationis dñice dissimulat. Precepit eni ecclia curatis vt doceant subditos suos orationē dominicā ꝛ simbolū. c°. Deus qui. iuxta glosā. de peni. ꝛ re. Et extra de vita ꝛ hone. cle. c°. Ut quisquis. ꝛ ibi glosa. Ergo etiā [illegible] p̄sequētū precipit subditis: vt adiscant ꝛ tenentur obedire c°. [illegible] qui presbyteri. 81ª. di.

Similiter illis q leuauerũt puerũ de baptismo precipit vt ei doceãt simbolum et orationẽ domi nicam: quas et ipsi tenẽtur scire. c°. Uos ante oia de cõse. di. 4°. Itẽ precepit oĩbus adultis bapti zatis vt ipsũ simbolũ adiscant. in. c°. baptizãdos eadẽ di. Sed multi sunt ita rudes et parui animi q putãt ĩpossibile eis esse predicta adiscere: et tñ longas fabulas et cantilenas ĩdelebili memoria retinẽt: vnde accidit qd quidã cõfessor astut⁹ cũ audisset in cõfessione quẽdam valde rudẽ sz di uitẽ: pro penitentia suoꝝ peccatoꝝ voluit dare vt certis dieb⁹ diceret Pater noster. Cui ille rñ dit q illud ignorabat: et nũq̃ illud adiscere pos set: qꝛ non habebat bonã memoriã. Tunc confes sor illũ interrogauit quã artẽ faceret. Cui ille rñ dit. Qd vẽdebat blada: et frumẽtũ: et legumina. Ipse vero cõfessor iterũ interrogauit ipsũ si ali quãdo vẽdebat predicta ad credẽtiã. Et ille rñ dit q sic: imo quasi semp: qꝛ aliter bene vendere nõ posset. Tunc cõfessor dixit. Quomõ potes no mina et cognatiões illoꝝ quib⁹ vendis memorie retinere cũ nescias scribere? cui ille rñdit. Bene hoc memorie teneo: aliter male facerez facta mea nõ credatis q taliũ obliuiscar: res. n. mea agitur audiens aũt hoc cõfessor dixit. Saltẽ pro penitẽ tia tuorũ peccatorum: volo qd cõmodes vsq̃ ad annũ quibusdam pauperib⁹ certã mensurã fru menti amore dei. Ille vero rñdit: hoc faciaz libẽ tissime qꝛ facere possum. Tunc ille cõfessor inue nit certos pauperes et informauit eos vt ad illũ mercatorem irent: et amore dei et sui peterent mu tuo frumẽtũ vsq̃ ad annũ singuli ꝓut necesse habebant: et quia ille mercator interrogaret de nomine eorum: et de cognatione: tenerent hunc modũ: qd vnus iret post alium ordinatim: et pri mus interrogatus de suo nomine diceret q vo catur Pater noster: et si diceret qualis appellat̃ tua cognatio? rñderet q appellatur: q es in celis Secundus ãt diceret q vocatur. Sanctificetur nomen tuũ: et q sua cognatio appellatur. Adue niat regnũ tuũ: et sic singuli facerent vsq̃ ad com plemẽtũ Pater noster. Cũ ergo ad illum iuissẽt et habito tritico interrogarent̃ de nominib⁹ suis atq̃ predicta respõdissent: ille dixit. Que extra nea nomina sunt ista? Nũq̃ audiui talia nec si miles cognationes: et postea dicebat intra se: res vadit pro me si obliuioni trado ista nomina: vñ quasi cõtinue ruminabat ĩ mente predicta noĩa et dicebat. Primus sic vocat̃ et eius cognatio est talis. Secũdus ãt sic appellat̃: et sicut de singulis transactis ãt aliquibus mẽsibus ille cõfessor eum inueniẽs interrogauit si acõmodauerat frumen tũ illis pauperibus: et ipse rñdens q sic addidit o qualia noĩa hñt et difficilia ad tenẽdum in me moria: tñ qꝛ nolo amittere frumẽtũ: nũq̃ fui obli tus eorũ sz in recẽti memoria habeo: dixit autem cõfessor. Dic mihi ista noĩa. At ille cepit dicere. Primus vocatur Pr̃ noster: et ei⁹ cognatio est qui es in celis. ⁊c. Tũc cõfessor ait. Dimittas no minare primũ vel secũdũ: sed solum recita nomi na et cognatiões singuloꝝ per ordinẽ. Ille vero statim et celeriter cepit dicere. Pater noster qui es in celis: sanctificetur nomẽ tuũ ⁊c. Usq̃ in finẽ confessor ãt cepit ridere: et ille ait. Quid ridetis? Tunc cõfessor dixit: rideo qꝛ didicisti Pr̃ noster Tũc ille exclamauit dicẽs. Potest facere de⁹ q hoc sit Pater nr̃? Profecto nunq̃ credidissem posse illud adiscere. Est ãt mihi magis gratum hoc didicisse: q̃ si haberem decẽ aureos in ma nu mea: et ideo ipsis pauperibus elargior frumẽ tum qd eis cõmodaui amore vestri: qui me tali modo fecistis adiscere Pr̃ noster: quot huic similes reperiuntur: qui pro lucris tp̃alibus etiã difficilia queq̃ memoria cõmẽdãt: sed pro lucro aĩe et sua salute: dicũt nõ posse adiscere vel in me moria retinere simbolũ fidei: et alia necessaria ad salutẽ: et ideo ut nullus de ignorantia excusare se possit: et oẽs articulos melius intelligatis: au dite illos vulgari sermone.

Credo in dio patre omnipotẽte.
Del celo e dela terra creatore.
Si come dice Petro piscatore.
Dixe Andrea io cũ puro core.
Credo in iesu xp̃o vnico fiolo.
De dio patre nostro bon signore.
Ilquale e cõcepto del spirito sancto.
Dixe Ioanne e nato di Maria.
Uirgine secũdo la vera prophetia.
Sotto Pilato fu passionato.
Crucifixo: morto e ancho sotterrato.
Iacobo mazore di questo ha parlato.
Descese al limbo il nostro saluatore.
Li padri sancti trahendo de merore.
Come protesta Iacobo minore.
Il terzo giorno come era prophetato.
Da morte a vita e le resuscitato.
Sancto Thomaso cum mane la palpato.
Ascese in celo tuto glorioso.
Dice Philippo homo sapiente.
Sede ala dextra del patre omnipotente.
Bartholomeo tuto me fa tremare.
Perche de ogni colpa e fallo al di finale.
Christo dal celo verave a iudicare.
Nel spirito sancto creda ogni gente.

Dice Mattheo il qual veramente.
Dal patre e dal fiolo e dio procedente.
La sancta madre giesa esser sanctificata.
Cum soi sacramenti predicata.
Simone e ancho de li sancti vera cōmunione.
Secundo che Thadeo sia testificato.
Per lo baptismo sanctore la contritione.
Dio si ne remette ogni offensione.
Tutti li morti conuien resuscitare.
Et in eterno poi godero ver penare.
Li boni gloriosi in patria felice.
Li rei alo inferno come Mathia dice.
Populo mio te ho vulgarizato.
Il credo latino simbolo chiamato.
Ponelo in core con la sincera fede.
Che saluo non po esser chi altramente crede.
Credite aduncha quello che pdicato hauemo.
Se per venir volin alo superno regno.

¶ De tribus vicijs impedientibus fidem.s. Luxurie. Auaritie et Superbie. I

Tertia pars nostri sermonis dr impeditionis. Tria.n.sunt principalia vicia q̄ impediūt verā fidē. Primus est voluptatis siue luxurie: o quot a fidei federe recesserūt luxurie vinculo attracti: nā Eccle siastici.30.scriptū ē. Vinū et mulieres apostatare faciunt sapiētes. Filij israel per viciū gule et luxurie decepti sunt a Balaach.numeri.24°. Et ad i fidelitatis cultū attracti. Ibi.n.dr. q fornicatus ē populus cū filiab9 Moab: que vocauerūt eos ad sacrificia sua: et illi comederūt et adorauerunt deos moabitarum. Quis9 decipit sapientissimū Salomonē: vt tēpla idolis edificaret: et adoraret ea. Ut habet tertij Re.xj°. Nisi hoc excecatū vicium luxurie: Nā cum iā eēt senex deprauatū ē cor ei9 p mulieres: vt adoraret deos alienos: o quot infideles fecit hoc maledictū viciū: vt dicāt nō eē aliam vitam pter hāc. Et ideo immūdissim9 Machometus vt ad sectā suā multos attraheret: frena oī voluptati laxauit: vn̄ in Alchorano suo dicit suis cultoribus: vxores vre terre vre sūt: arate eas sicut vultis: o diabolice et iniquissime vir quantos his verbis ad falsissimā sectā tuā pduxisti: scriptū ē.n.secūdi Esdre.4°.c°. Fortiores regib9 mulieres: et iō de hac ipurissima luxuria scriptū ē i figurā tertij.Re.18°.c°. Qd Iezabel vxor regis Achab interfecit siue occidi fecit pphetas dei. Iezabel aūt sm Hiero^m. Interpretat cohabitatrix siue sterqliniū: et significat luxuriā q̄ cohabitat in corporib9 hoīum: et adeo ē fetidissima ut oīum putredinū et sterqulinij fetores superet hec ergo vxor Achab.i.diaboli voluptas et luxuria multos q videbant columine in ecclesia dei prostrauit: et a fide deiecit aut a religiōe sua apostatare fecit: si.n.centū exeunt ab obseruātia alicuius bone religiōis: nonagintanouē discedūt propter hoc abhominabile viciū luxurie: licet apostasiā suā diuersimode paliare studeant: et hoc est qd dr de muliere impudica: Prouer.7°. Fortissimi quiqz interfecti sunt ab ea: et qd peius ē: q voluptati ac luxurie se dederunt: difficile ad deū reuertunt: iuxta illud Osee.5°. Nō dabunt cogitationes suas vt reuertant ad dn̄m: qz spirit9 fornicationis i medio eorū et tales figurant per illū q dixit Luce.14°. Uxorem duxi: et iō nō possum venire: qua propter hortat Salomō: Prouer. 5°. ad fugiēdas mulierū cōuersationes: maxime religiosos di. Longe fac ab ea viā tuā: et ne appropinques forib9 dom9 ei9. Et rōnem assignat Aug.in quodā sermone di. Quia nō es Sansone fortior: nec Dauid sanctior: nec Salamone sapientior. Oēs.n.hy a mulierib9 corrupti sunt: et ad peccata pducti: iō Eccle^s.7°. dixit ipse Salomon postq̄ decept9 fuit a vāis mulierib9. Mulierē inueni amariorē morte: laqueus ē venatorū .i.demonū: et sagena cor ei9: vincula sūt man9 illius: q placet deo effugiet eā: qui autem peccator est capitur ab ea. K

P Otest quoqʒ diuine essentie vnitatis pbari ex infinitatis ratione. Nam infinito non est dare infinitꝰ. 3°. Phisicorum. Sed si plures essent dij essentialiter distincti: singuli haberēt infinitatē ab alio separatā: quia vt dicitur ps°. 47°. Magnus dñs et laudabilis nimis z magnitudinis eius nō est finis: z per cōsequens dato quolibet eorū posset assignari maioꝛ īfinitas. s. ex adunatione oīum deorum simul. Et cōfirmatur hoc argumentum per dictū Anselmi in li°. prosolo. c°. 2°. vbi ait. Qḋ deus est quoddā summū bonum quo aliqd maius nō pōt cogitari. Sʒ si eēnt plures dei: quolibet eorū aliquid maiꝰ cogitari posset quia illi plures simul aliquid maius eēnt ꝙ̄ vnus solus. Itē ꝑm Damascenū si plures essent dei: singuli eoꝝ essent vniuersaliter pfecti. Aut ergo illi oēs simul ponerent maiorē pfectionē intensiue vl' extēsiue: aut nō si sic. Sequitur ꝙ nullus eorūē vniuersaliter pfectꝰ: z per cōsequēs nō ē deꝰ. Si ergo non sunt essentialiter distincti: sed potius vnū z idē sicut diuine persone que simul nō ponūt maiorē pfectionē ꝙ̄ vna illarū. Itē quodlibet suplatiuū de vno solo dicitur. vt nota. in. l. vbi autē nō apparet. ff. de verbo. ob. z in. l. Siquid. § si. ff. de edili. edic. et in. c°. Metropolitano. 63ª. di. Superlatiuum enī idē est quod sup oīa latuz Sed esse optimū est superlatiuū. Ergo vnus solus. s. deus est optimus. Et hoc est qḋ ait cōmentatoꝛ sup p°. Ethicoruz cōmēto. 67°. vbi inducit hanc cōtradictionē dicens. Si plura sunt optima nihil est optimū: quia optimū est qḋ vni soli cōuenit: hec ille. Et propterea inqt btūs Tho. in summa cōtra gen. li°. p°. c°. 42°. Impossibile est esse duo summe bona: quia qḋ per superabundantiā dicitur: vni soli cōuenit. Sed deus est summū bonū: ergo est vnus solus. Et ex pdictis tollitur argumentū ꝙ potuisset fieri sic. Plura bona sunt paucioribus meliora. 3°. Topi. Sed plures dij sunt plura bona: ergo melius est eē plures ꝙ̄ vnū. Quia respondet sctūs Bonauenª. in p°. di. 2ª. Qḋ dictū philosophi habet veritatez bono creato z finito qḋ ratione sue finitatis recipit bonitatis augmētū per additionē alteriꝰ boni. Nō aūt intelligi potest de bono infinito: qḋ augeri nō

potest

pôt. Potest quoqȝ vnitas eẽntie diuine probari auctoritatib⁹ diuersis. Et primo gentiliũ phõꝝ. Naȝ Ari. in. 8°. Phisi. ait. Oportet eẽ vnũ princi piuȝ ⁊ nõ multa: ⁊ Plato in Thimeo iqt. Mũ dus ẽ vnus: qꝛ iuxta vnũ exẽplar ẽ format⁹. Ari sto. quo in. p°. de celo ⁊ mũdo dꝭ. Nõ sicut mun dus nõ põt eẽ nisi vnus: ita ⁊ a fortiori prim⁹ mo tor nõ põt eẽ nisi vnus: ⁊ probaꝭ sic. Si possẽt eẽ plures motores stante mundi vnitate: vel ambo mouerẽt idẽ mobile vel vnus tm̃. Si ambo. cuȝ vnus sufficiat: alter superfluit. Quia frustra fit p plura: qd̃ eque bene fieri põt p pauciora: vt nota tur in. l. p^a. in pn̄. C. cõia de lega. Si vnus tm̃ se quitur q alter pmanet ociosus: vel si nolet eẽ oci osus requiret aliũ mũdũ: ⁊ sic oporteret q duo es sent mũdi: qd̃ est ↄtra Phõs omnes naturales. Que oĩa cõfirmat Lac. in p°. diui. insti. vbi eti am ait. Sit igiꝭ nostri opis questio illa consequẽs atqȝ secũda. Utrũ ptãte vnius dei mũdus regaꝭ an multoꝝ. Nemo ẽ qui deuȝ sapiat rõnẽqȝ secũ putet: qui nõ vnũ eẽ intelligat qui ⁊ condiderit oĩa: ⁊ eadẽ qua cõdidit virtute modereꝭ. Quid enim multis opus est ad mundi regimen sustinẽ dum nisi forte arbitremur si plures sint mũ⁹ ha bere singulos neruoꝝ atqȝ viriũ: qd̃ quidem faci unt hi qui multos esse volunt: qꝛ necesse est im becilles eẽ. Siquidẽ singuli sine auxilio reliquoꝝ tante molis gubernaculũ sustinere nõ possunt. Deus ãt q est eterna mens: ex oĩ vtriqȝ parte per fecte cõsumateqȝ virtutis ẽ: qd̃ si veꝝ ẽ: vnus sit necesse ẽ. Potestas. n. vel virt⁹ absolute retinet suã ppuã firmitatẽ. Id autẽ solidũ ẽ extimãdum cui nihil decidere: idqȝ pfectũ cui nihil possit ac cedere: hec ille. Qui ẽt ibidẽ ait. Poete quãuis deos carminib⁹ ornauerint: sepissime tñ cõfiten tur vno spiritu vel mẽte vna contineri regiqȝ oĩa Idẽ quoqȝ doctor postq̃ȝ opiniones multorum gentiliũ de deo enumerauit cõcludit dicẽs. Po rũ tñ snĩa q̃uis sit incerta eodẽ spectat ut proui dentiã eẽ vnam cõsentiãt: ⁊ Philosophus. 8°. Phisi. dicit pdicta cõfirmãdo. Unum mouens magis q̃ȝ multa oportet existere. Augu. ãt in. 8°. de ciui. dei inducit Platonẽ qui ait. Deus ẽ vn⁹ verus ⁊ optimus q cũcta pcellit. Auicena ãt in pmo Metha^c. c°. 6°. inqt. Impossibile ẽ ei qd̃ ẽ necesse eẽ: sit compar aliud necesse eẽ: hec ille. Uo cat autẽ deũ necesse eẽ. Ut ẽt asserit Grego. Si gnanter aũt dixit aliud qd̃ denotat diuersitatem eẽntie: ⁊ nõ alius: q dictio denotat diuersitatẽ p sonalẽ fm Augustinũ in libro de fide ad Petrũ Termegistus etiã ad Asclepiuȝ scribit di. Quia vnus est mũdus: vnus ẽ de⁹. Sibille quoqȝ idem ptestanꝭ. De quibus Lac. vbi. s. inquit. Omnes sibille vnũ deũ predicãt. Ari. ẽt. 12° Metha^c. ait. Deus ẽ vnus eternus ⁊ nobilis infinite nobilita tis. Auctoritatib⁹ quoqȝ fideliũ pbãtur pdicta Nã ps°. 85°. ait Dauid deo. Tu es deus solus. ⁊ ipse dñs ait Esa. 44°. Absqȝ me non est deus: ⁊ Mala. 2°. dꝭ. Nũquid nõ de⁹ vn⁹ creauit nos: ⁊ Eccle. p°. dꝭ. Un⁹ ẽ altissimus creator oĩuȝ oĩ potẽs: rex metuẽdus nimis: ⁊ Judith. 9°. dĩ deo. Tu es dñs ⁊ nõ ẽ ali⁹ pter te: qd̃ cõfirmat Da uid. ps°. 17. di. Quis deus pter dñm: aut qs de⁹ preter deũ nr̃m: ⁊ Eccle. 36°. dĩ deo. Nõ ẽ alius deus nisi tu: ⁊ Esa. 45°: ait ipse de⁹. Ego dñs ⁊ nõ ẽ ali⁹: ⁊ extra me nõ ẽ deus: ⁊ idem hẽtur in. c°. p°. de su. trini. ⁊ fi. ca. ⁊. 33^a. di. c°. Qui eps. ⁊. 45^a. di. c°. De iudeis: ⁊ p^a. q. p^a. c°. hi qui. ⁊ c°. paulis niste. ⁊ p^a. q. 3^a. c°. ad mẽsã. ⁊ 22^a. q. 4^a. c°. siquis ⁊. 24^a. q. p^a. c°. loquiꝭ. ⁊. 26^a. q. 6^a. c°. nõ licet. ⁊. 22^a. q. 5^a. c°. puto. ⁊. 24^a. q. 3^a. c°. quidã. ⁊. 26^a. q. 7^a. c°. Nõ obseruetis. ⁊ de peni. di. p^a. c°. De⁹ q. ⁊ de ↄse. di. 2^a. c°. Accesserũt. ⁊. 2^a. q. p^a. c°. Deus noster omnipotens. III

Ex predictis igiꝭ patet illum eẽ insipientẽ q putat nõ eẽ deũ. de quo ppheta inquit ps°. 13°. Dixit insipiens in corde suo nõ ẽ de⁹. Nam vt s. claruit oportet eẽ vnũ rectorem vniuersi or bis: aliter oĩa ad nihilũ tenderẽt ⁊ ↄfusa essent: vnde Claudian⁹ li. p°. i Rufinũ ait. Sepe mihi dubiã traxit snĩaȝ mẽtẽ: Curarẽt supi terras: an nullus ineẽt Rector: ⁊ in certo fluerẽt mortalia casu. Sȝ cũ dispositi quesissẽ federa mũdi. Pre scriptosqȝ maris fines: animiqȝ meat⁹. Et noctis lucisqȝ vices. tũc oĩa rebãt: Cõsilio firmata dei q lege moueri Sydera: qui fruges diuerso tpe na sci. Qui variam phebem alieno iusserit igni. Cõ pleri: solemqȝ suo: porrexerit vndis Littora tellu rem medio librauerit axe: de ipso ẽt deo inquit. Ari. p°. de celo ⁊ mũdo. Deus ẽ apud quem est vita fixa: sempiterna in secula seculoꝝ: q nec fini tur nec deficit: ⁊ Auicena. 8°. Metha^c. dicit. De us est bonitas pura in desiderio oĩum. ⁊ 5°. Me thau. ait Philosophus. Ordinatio eoꝝ que sũt in mundo est ex dispositione primi principij qd̃ est deus gloriosus. ⁊ in li°. de bona fortuna dicit Deum dignificamus dñm existentem vt distri buat bona ⁊ mala: ⁊ in lib°. de regi. principum. Deo nihil est difficile: ⁊ sine eo non est possibile. Et p°. de celo ⁊ mundo inquit Diuinũ esse neces se est esse in transmutabile primum ⁊ summum hec ille. Pro conclusione autem huius partis di

cor: q eandem sectam gentilium dicentium plures esse deos: reprobant alie innumere auctoritates sacre scripture. De quibus aliquas solum causa breuitatis allegabimus: prima habetur. Deute. 6°. vbi dicitur. Audi israel: dominus deus noster deus vnus est. 2ª. Exo. 3°. vbi dixit dominus ego sum qui sum: non dixit: nos sumus: qui sumus. 3ª. ps°. 25°. Dominus omnipotens nomen illi. 4ª. Joannis. 10. Ego et pater vnum sumus dicit saluator noster. 5ª. Deuto. 32°. Uidete q ego sum solus: et non sit alius deus preter me. 6ª. Exo. 20. Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti: non erunt tibi dij alieni preter me: et in ps°. etiam inquit. Non erit in te deus recens: neque adorabis deum alienum. 7ª. Matthe. 23°. Unus est enim pater vester q est in celis. 8ª. ad Ephe. 4°. Unus deus et pater omnium: qui est super omnia et in omnibus nobis: et Imperator in l. 2ª. C. de suma. tri. et fi. ca. inquit. Unius et summi dei nomen vbique celebretur.

De Secta Machometi.

Secunda secta iniqua est Machometi qui fuit Ismaelita et Idumeus: quod idem est: saraceni enim descenderunt ab Agar ancilla Abrahe que ei genuit Ismaelem: et ideo deberent appellari Agarreni: sed faciunt se appellari saracenos a Sarra vxore eiusdem Abrahe: de quorum progenie fuit Machmeth qui fuit idolatra: vnde in Alchorano suo dicitur q deus dixit ei. In errore idolatrie diu mansisti et inde eduxi te. Hic ergo ipsam gentem sarracenorum et turchorum atque multas alias decepit nationes: dans eis legem bestialem et omni inhonestate: spurcitia, ac libidine plenissimam. Hec autem secta diabolica reprobare potest p°. ratione falsitatis. Nam ipse impurissimus Machometus ponit felicitatem in delectationibus corporis: vz. ingulositate: luxuria etc. et promittit suam legem seruantibus: q in alia vita luxuriabunt et comendent res delicatas. Dicit etiam q in paradiso habebunt tria flumina. s. vnum lactis: aliud mellis: et aliud vini optimi aromatici: quibus quando eis placuerit poterunt vti et multa huiusmodi. Quo secta demonstratur esse falsissima etiam a Philosophis paganis. Nam Ari. in primo Ethicorum demonstrat q felicitas non consistit in delectationibus corporis sed anime: et ideo Auicena qui fuit de secta Machometi: despicit omnes eius promissiones: et ponit finem nostrum esse alium: quam eum in quo ipse diabolicus Machometus dicit esse. et consistere felicitatem nostram vnde in. 9°. Metha. suo c°. 9° inquit Lex nostra quam nobis Machometus dedit ondit perfectionem felicitatis circa ea que sunt secundum corpus: sed alia est promissio que solum apprehenditur intellectu: et ideo sapientibus magis fuit cupiditas ad ostendendum animarum felicitatem quam corporum: que quamuis daretur eis non tamen attendunt nec apreciant eam in comparatione felicitatis que est coniunctio prime veritati: hec ille. Ex quibus verbis innuit Auicena q Machometus errauit: et sic ipse Auicena concordat cum sententia xpi Joannis. 17°. dicentis. Hec est vita eterna: vt cognoscant te verum deum: et quem misisti Jesum xpm. Falsissima ergo est lex Macho. di. q sui sectatores habebunt in alia vita plures vxores quam nunc habent. Concessit. n. suis sectatoribus habere quattuor vxores tot concubinas quot pascere possunt: et dixit q post hanc vitam habebunt vxores virgines pulcherrimas que tamen non intrabunt paradisum nisi quando ipsi volent cum eis commiscerit: sed stabunt extra paradisum ibi prope: et semper quando ingredientur ut cum eis commisceant efficient virgies. Dixit quoque ibi q nulla mulier intrabit paradisum nisi eo modo quo dictum est. s. causa libidinis virorum faciade: et allegat quandam fatuam causam quare deus non vult q mulieres intrent paradisum: quam obmitto causa breuitatis. Hoc autem est falsissimum: quia deus non facit differentiam sexus in datione regni celorum. §. hinc autem nobis. in aut. de mona. Falsissimum etiam est illud quod inquit de vxoribus. Nam hoc est contradictum xpi in euangelio. Matthei 22°. et Marci. 12°. ac Luce. 20. vbi inquit: q in resurrectione neque nubent: neque nubentur: sed erunt sicut angeli dei. Item quod inquit de comestione est falsissimum. Nam regnum dei non est esca vel potus vt ait Apostolus. ad Ro. 14°. Si autem esset verum q dicit Machometus oporteret paradisum repleri sterquilinijs: aut ex digestione cibi celum ipsum fedari stercoribus. Ratio autem quare Machometus permittebat suos cultores luxuriari vt infra patebit: est quia ipse erat totus libidini deditus: incestuosus et stuprator: ac adulter. Unde quando violabat alterius vxores: ne maritus aliquid diceret: et ne populi eum interficerent: dicebat q angelus Gabriel preceperat ei ex parte dei q sic faceret: quia debebant nasci ab eo multi prophete et homines valorosi ex quibus patet eius diabolica malicia et populi credentis ei stultitia preterea. fidem Machometi esse nequissimam patet ex modo quo facta est: facta enim fuit per auxilium brachij secularis: et per fallaciam. Nam habebat Machometus

columbinam albam cui numquam dabat comedere nisi positis granis milij in auribus suis: et ipsa inde excipiebat cibum cum rostro: et vbicunque eum videbat: ad aures eius volabat intus ponens os ut extraheret cibum. Qua sic instructa cum esset coram populis in loco eminenti faciebat occulte ab aliquo suorum dimitti dictam columbam: et ipsa volante ad aures eius dicebat quod erat spiritus sanctus in specie columbe que eum alloquebatur cuius consilio cuncta faciebat. Item cum caderet morbo caduco propter eius luxurias et ebrietates ac innumeras bestialitates: dicebat quod tunc erat raptus: et sic cadebat quia tunc apparebat sibi archangelus Gabriel eum informans de lege quam daturus erat: multisque alijs fallacijs illos bestiales populos decepit. Inter alia dicitur in Alchorano eius: quod in die iudicij ipse transformabitur in forma arietis valde pillosi: et omnes eius legem seruantes in forma pulicum et intrabunt eius pellem pillosam: et tunc ipse cum eis saliet in celum que est stulticia et fatuitas magna. Ut autem hec porcina secta non destrueretur precepit ipse fraudulentus Machometus quod si aliquis contra legem suam predicare vel loqui presumpserit vel eum negare ausus fuerit protinus occidatur. Sciebat enim ipse diabolicus Machometus quod lex sua est contra omnem legem non solum moralem: sed etiam naturalem et diuinam: concedens omnia venerea et voluptuosa: in tantum quod etiam licentiauit vicium sodomoticum contra naturam: ut dicit Eustachius. 7°. ethico. comento. 9°. De qua spurcissima lege predixerat Ouidius qui fuit post annos. 600. et plus ante ipsum Machometum dicens in tertio de vetula. In qua si liceant quecunque licere putentur. Scripta licet nondum super hoc lex inueniatur. In quibus verbis ostendit quod debebat venire vna spurcissima etas in qua ipsa lex viciosissima concedens scelera nephandissima daretur. Et si queratur quomodo Ouidius paganus hoc sciuit respondetur quod forte legerat illud psalmiste: Constitue domine legis latorem super eos: ut sciant gentes quoniam homines sunt: vel forsitan deus per gratiam gratis datam hoc illi intelligere fecit: sicut et de alijs paganis dicit Ricardus in primo distin. 3°. quod multa cognouerunt de trinitate: iuxta illud Apostoli ad Roma. p°. Deus illis manifestauit. Prohibuit ergo Maumeth disputari de sua lege quia quicunque rationis capax eam nequissimam et irrationabilissimam posset demonstrare.

X

Fides vero christi fundata est non per potentiam aut sapientiam mundanam: sed ab Apostolis infimis et vilibus secundum seculum atque idiotis. Ideo exclamat Ber. in sententijs suis dicens. O stupendum miraculum super omnia miracula. Ecce quod minor superest maiori: et maior subest minori: cum omnes reges terrarum se apostolis infimis modicis: atque despectis submittunt et stupendum valde fuit imperitos piscatores absque litteris omnes scientificos conuicisse: ac tam paucas personas totum mundum ad vnam fidem adunasse: et hoc est quod inquit Apostolus prime ad Corin. secundo. Infirma mundi elegit deus ut confundat fortia. Et ibidem inquit idem Apostolus. Non in doctis humane sapientie verbis sed in ostensione spiritus et virtutis: predicamus ut fides nostra non sit in sapientia hominum: sed in virtute dei: magnum profecto videretur miraculum si duodecim serui abiectissimi alicuius Imperatoris totum imperium eius sine armis debellarent ac illud dictioni sue subijcerent: magnum etiam et stupendum videretur miraculum si aliqui pauci homines idiote et illitterati omnes Logicos: Philosophos: Theologos: atque Astrologos sue opinioni atque sententie acquiescere facerent. Maximum etiam atque stupendum videretur miraculum si aliqui pauci homines inhermes vniuersum mundum sibi subiectum et obedientem facerent: sed mirabilius est quod duodecim Apostoli vniuersas mundi nationes diuersarum linguarum: cum ipsi essent vnius lingue fecerint: relictis suis ritibus et culturis: et relicta antiqua fide fidem per eos predicatam accipere. Et si dicatur quod hoc fecerunt propter miracula per eos facta: quia scriptum est Matthei vltimo: quod Apostoli profecti sunt vbique predicantes: domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis: ego respondeo quod ex hoc fides nostra redditur autentica: quia ut dicit Augustinus in libro de vtilitate credendi: miraculum est opus arduum super facultatem admirantis nature: et non potest fieri verum miraculum nisi per virtutem diuinam: vt inquit Tho. secunda secunde. q. 159°. et Alexander de ales in tractatu de miraculis: si vero quis dicat quod mundus conuersus est sine miraculis: dico quod hoc est reddit fidem nostram valde autenticam. vnde Augu. li°. 22°. de ci. dei. c°. 5°. ait. Si ista miracula in de xpi facta non creduntur saltem nobis vnum grande miraculum sufficit: quia [illegible] totus orbis terrarum sine vllis miraculis credidit et fidei xpiane se subiecit: hec.

ile. In fide autem maumeticha nullū vnꝗ factum est miraculum: nisi illud miraculū reputetur quod accidit cuidā Januēsi qui in partibus illis existens: desiderans〈qꝫ〉 videre quid facerent illi sarraceni siue mauri in templo suo quod moschеam apellāt: in quo quilibet xpianus intrās aut occiditur: aut fidez xpi negare cōstringitur: exposuit se periculo ꝛ latēter intrauit. Cum autem ibi esset in medio maxime multitudinis ꝛ nō posset exire: necessitas〈qꝫ〉 ei venissꝫ supfluū pondꝰ corporis deponendi stercorizauit in femoralibus: cum autem fetor esset in illa moschea: omnes circunspiciebant quis huius fetoris causa fuisset. Inuenerunt〈qꝫ〉 ipsum Januensez quez volentes occidere: ille qui forte linguam eoruz sciebat eis dixit vel per interpretē mēdaciū hoc significauit: scilicet ꝙ cū ipse nō posset per lōgum tempus habere beneficium ventris: intrauit templum vt machometo se recomēdaret: ꝛ statim habuit beneficium ventris. Hoc autem audiētes ꝛ credentes illi homines bestiales acceperunt femoralia illa stercore infecta ꝛ suspenderūt in moschea: clamātes miraculum: miraculum. y

SI quis autem querat quo tempore machometus dedit legem suam: respondeo ꝙ fuit anno dñi. 662°. Aliqui tamen dicunt ꝙ fuit circa ānos. 615°. Et alij paulo post. s. in. 621°. ab incarnatione dñi: regnante Eradio imperatore romanorum qui inuenit crucē dñi translatam in persiam per Cosdroe regem quem debellauit: sed postea ex deuotissimo pŕcipe factus est hereticus. Et dicte opinōes possent verificari si due vltime referātur ad tēpus natiuitatis eius ꝛ prima ad tempus legis per eum date. Tempore autem maledicti machometi iam mortui erant doctores ecclesie. s. Ambrosius: Hieronymus: ꝛ Augustinꝰ ac Gregorius. Nam si post eum fuissent: eiꝰ diabolicam sectā suis in opibus reprobassēt. Mortuus est autem perfidus machometus morbo epilentico: anno etatis sue. 63°. ꝛ detrusus cum diabolo inferni profundo. Alia quo〈qꝫ〉 ratio impugnat fidē machometi: ꝛ corroborat fidem nostrā. Nam lex machometi ideo habuit sectatores: qa permittit oīa delectabilia huius vite ad que oēs naturaliter inclinant. Seū. 8°. c°. omnis etas. 12ª q. pª. ꝛ c°. procliuus. 20ª. q. 3ª. vbi dicitur: procliuꝰ est cursus ad voluptatē: ꝛ imitatrix est natura viciorum. Unde dicit beatus Tho. in principio libri cōtra gentiles. Lex Maumeth tota est sꝫ delectationes carnis ad quas hoīes proni sūt: ꝛ idō a multis accepta est sicut ꝛ doctrina Epicuri de quo Lac. 3°. diui. institu. ait. Epicuri disciplina multo celebrior semper fuit: nō quia veri aliquid afferret: sed quia multos ad populare nomē voluptatis inuitat nemo enim nō in vicia pronus est: hec ille. Sed o fides xpiana quomodo cōuertisti ad te mūdum: nūquid per permissionem bonorum temporaliū ꝛ delectationuz certe nō: imo prohibes luxuriā ꝛ omnes mūdi delitias inordinatas ꝛ solum promittis beatitudinē in alia vita ꝛ facis homines relinquere temporalia: que vidēt ꝛ cognoscunt pro inuisibilibus ꝛ futuris. Et patet ꝙ hec lex est alijs omnibus melior imo nulla est bona preter ipsam hec enim fieri non possent nisi ex dono speciali diuine gratie. Ideo Augustinus in quadam epl'a ait. Quis tātam hominuz multitudinē ad peccata pronā: ad legem xpi: carni ꝛ sāguini contrariam: seruandam vnꝗ induceret: nisi deus? Et hoc idem inquit ipse Augustinus libro. 22°. de ciui. dei. c°. 5°. Preterea apparet veritas fidei nr̄e que nō est fundata per coactionē: sicut lex machometi. Nā machometꝰ cum esset falsissimus: ꝛ dolosus: ac luxuriosus: per operationem diaboli traxit ad amorē suū quādaz reginā viduā in tantū ꝙ accepit eū in maritū: quo regno adepto postea per vim ꝛ pugnas subegit multas nationes: quas etiā partim per viz: partiz ypochrisiz ꝛ deceptiones multas acquiescere fecit legi sue maxime adituꝰ a quodā monacho xpiano falso: qui existēs prelatus in ecclesia dei: missus est a sede apostolica ad predicādum illi genti: apud quas cum esset in deuotione: indignatꝰ est cōtra summum pontificē: quia noluit ei dare quandam dignitatem. Unde adunatus machometo eum predicauit vt maximum prophetam a deo missum: vt nouam legem daret: sic〈qꝫ〉 populos illos bestiales decepit. Alij autem dicunt ꝙ iste monachus qui appellabat Sergius fuit rome cōdemnatus de heresi ꝛ excomunicatus. Unde ad partes arabie fugiēs ibi〈qꝫ〉 machometo se federans vna cū quodam iudeo maligno composuit legem machometi ꝛ eaz predicauit vt bonam. Ipse enim machometus erat ignarus litterarum: nam fuerat primo custos siue ductor camellorum: licet postea per fallaciam ꝛ artē magicam peruenit ad regnum: dicunt etiam quidam ꝙ ipse machometus ducendo mercantias per vniuersas partes orbis conuersabatur cuz xpianis ꝛ iudeis a quibus didicit multa tam de nouo ꝗ de veteri testamento. Et postea fingens se prophetam a deo missum dixit: ꝙ ideo deus eum miserat vt legem mitiorem daret ꝗ esset lex euange

dica vel mosaica affirmans q erant nimis dure ad obseruandum: et sic multos decepit fallacia sua diabolica: nam per artem magicam mutabatur in facie et multa faciebat que videbantur prodigia: et a demonibus ferebatur hinc inde quocunqz volebat. Dicebatqz iudeis se esse messiam eis promissum et sic plurimos eorum ad se traxit. Omnibusqz concupiscentiis frena laxauit: vt sic bestiales homines ad bestialem suam sectam pertraheret: nec mirum si illos decepit: nam et prius erant idolatrie dediti et a diabolo possessi. Fides autem nostra non sic est fundata: sed sanguine martyrum: quod est valde mirabile. Cum enim vltimum terribilium sit mors. 3°. Ethico. Et cum etiam ferocissime bestie fugiant penas et mortem vt ait Philosophus 6°. Ethi. et Boetius in 3°. de conso. dicit. Omne animal salutem tueri desiderat: mortem vero perniciemqz deuitat. et Job. 2°. dicitur: pellem pro pelle et cuncta que habet dabit homo pro anima sua idest pro vita tuenda: et tamen tot milia hominum in principio ecclesie ne amitterent fidem potius passi sunt mortem: et horribilissima tormenta: nam Petrus crucifixus est: Paulus decapitatus: Bartholomeus excoriatus: Laurentius assatus: et alii multi et quasi innumerabiles tam diris penis sunt cruciati: q si fides hec non esset vera profecto illas nunqz sustinuissent: ideo dicit beatus Maximus in sermone plurimorum martyrum. Nunqz enim hanc vitam tam constanter expenderent nisi esse aliam incomparabiliter beatiorem perfecta diffinitione sentirent. O sancta fides catholica. O fides firmissima et stabilissima. O fides nulli hominum dubitanda: quis tibi non credat nisi penitus amens et stultus? O beata Catherina: o Agnes: o Lucia: o Agatha: quare mortem tam alacriter subistis pro fide: nisi quia est verissima: o sancte Jacobe intercise quare permisisti te membratim incidi: nisi quia verissimam fidem xpi negare noluisti? Et ideo exclamat sanctus maximus contra dubitantes de fide nostra dicens in sermone vbi supra. Nouerimus itaqz quia non sine magno discrimine de religionis veritate disputamus: quam tantorum sanguine confirmatam videmus. Magni periculi res est si post prophetarum oracula: post apostolorum testimonia: post martyrum vulnera veterem fidem quasi nouellam discutere presumas: et post tam manifestos duces in errore permaneas: et post morientium sudores: ociosa disputatione contendas.

¶ De iniquissima et obstinata secta Judeorum. Z

t Tertia secta est iudeorum. Judei enim insensati et rudes nouum testamentum condemnant. Quorum pertinaciam confutare valemus: ostendendo q xps fuit verus messias: quem ipsi expectare se dicunt. q autem xps eis promissus fuerit patet Gen. 22°. c°. vbi dixit deus Abrahe. In semine tuo benedicentur omnes gentes: hoc autem nunqz verificatum fuit nisi in xpo qui natiuitate sua totum orbem benedictione repleuit: sicut predixerat David ps°. 71° dicens. Benedicentur in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eum: promissus quoqz fuit xps David. secundi. Re. 7°. c°. vbi ei dixit deus. Cum fuerint completi dies tui: et dormieris cum patribus tuis: suscitabo semen tuum post te. Quod non potest intelligi de Salomone ut voluerunt iudei quia natus non fuit post mortem David sed ante post multos annos: quinimo per David patrem suum constitutus fuit rex anteqz David moreretur: tertii. Re. p°. Sequitur ibidem. Quod semen egredietur de vtero tuo: et firmabo regnum eius: et stabiliam thronum regni eius vsqz in sempiternum. Quod etiam non potest intelligi de Salomone: quia regnum eius non fuit stabilitum vsqz in sempiternum: quoniam a filio suo Roboam fuit diuisum: quando decem tribus constituerunt supra se regem in samar Jeroboam regem Israel: nec filio Salomonis remanserunt nisi due tribus: tertii. Re. 12°. c°. Sequitur ibidem. Et fidelis erit domus tua: et regnum tuum vsqz in eternum ante faciem meam. Quod et non intelligitur de Salomone qui inueteratus amore mulierum alienigenarum fecit templa idolis: et coluit ea. tertii Re. 11°. Nec verificatur de domo sua: quoniam omnes reges fuerant idolatre vsqz ad Ezechiam. cuius filius Manases impleuit templum domini idolis: quarti. Re. 21°. Sed nec illud quod sequitur de Salomone verificatur. s. ego ero illi in patrem: et ipse erit mihi in filium: Sed recte ista prophetia verificatur de rege nostro xpo: de quo inquit deus per David in ps°. 88°. Ipse inuocabit me: pater meus es tu: et ego primogenitum ponam illum: excelsum pre regibus terre. Regem hunc magnum regem iudeorum quesierunt tres reges dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorum? Matth. secundo. Propter has ergo promissiones: patres veteris testamenti expectabant cum maxima anxietate saluatorem: ideo magnus patriarcha Jacob in obitu suo descensurus ad limbum dicebat deo. Gen. 49°. Salutare tuum expectabo domine: et Moyses Exodi. 4°. Obsecro domine mitte quem missurus es: et David. ps° 46°.

Emitte agnum dñe dominatorem terre: ⁊ ps°.
41°. Rorate celi desuper: ⁊ nubes pluant iustū
aperiatur terra: ⁊ germinet saluatorē: ⁊ ps°. 84°.
Ostende nobis domine misericordiam tuam ⁊
salutare tuum da nobis. ⁊ 143°. Inclina domi/
ne celos tuos ⁊ descende: ideo quasi tediatus de
mora messie dicebat. Dormitauit anima mea p̄
tedio. ps°. 119°. ⁊ causam hui⁹ tedij assignat psal
mo. 68°. di. Tu vero repulisti ⁊ despexisti. distu
listi christū tuum. Esaias quoqꝫ dicebat. c°. 62°.
Utinam disrumperes celos ⁊ descēderes: ⁊ Aba
cuh. p°. c°. Usqꝫ q̊ domine clamabo: ⁊ non exau/
dies? vociferabor vim patiens: ⁊ non saluabis?
Propterea deus ostendit sibi incarnationē xp̄i
futuram: vnde dicebat c°. 2°. sui libri idem pro/
pheta. Adhuc visus procul ⁊ apparebit in finē.
si moram fecerit: expecta eum: quia veniens ve/
niet: ⁊ non tardabit. Qui autem erit incredulus
non erit recta anima eius in semetipso. Omnes
etiam alij sancti patres clamabant dicentes. Ue
ni veni domine: ⁊ noli tardare. Similiter synago
ga que erat ante aduentum christi clamabat il/
lud Canticorum. p°. c°. di. Osculetur me osculo
oris sui quasi diceret. Iam saciata sum patriar/
chis ⁊ prophetis: veni sponse mi ut te videam in
carnatum. Quorum omnium desideriū adim/
pletum fuit per incarnationem christi. Unde ipse
dominus noster. Luc. x°. dicebat discipulis suis
Beati oculi qui vident que vos videtis dico .n.
vobis: q̄ multi prophete ⁊ reges voluerunt vi/
dere que vos videtis ⁊ non viderunt: ⁊ audire q̄
auditis ⁊ non audierunt. Abraham quoqꝫ vi/
dens in spiritu incarnationem xp̄i letatus est: de
quo saluator noster Ioannis. 8°. dixit iudeis.
Abraham pater vester exultauit ut videret diē
meum: vidit ⁊ gauisus est. A

VErum quia scriptum est Amos. 3°. c°. Nō
facict dominus verbum scilicet incarnari
quin pri⁹ loquatur ad prophetas suos. Ideo vi/
deamus principales prophetias loquentes de
xp̄o: ut cū patuerit eas eē verificatas credam⁹ eū
verum fuisse messiam: per illam sententiam Ni/
colai de lira in suo opusculo contra iudeos dicē/
tis. Quotienscunqꝫ aliqua scriptura denunciat
aliquid esse futurum ⁊ determinat tempus: locū
⁊ modum: si omnia predicta simul concurrant ⁊
veniant: manifeste patet q̄ illud quod predictū
fuerat verissimum: est prima ergo prophetia ha
bet Geñ. 49°. vbi Iacob patriarcha dixit. Nō
auferetur sceptrum de Iuda: neqꝫ dux de femo/
re eius: donec veniat qui mittendus est: ⁊ secun/
dum translationem caldaicam habetur donec
veniat messias. Sequit̄ ⁊ ipse erit expectatio gē
tium quia gentiles eius fidem recepturi erant: ⁊
hoc quoqꝫ prophetatum fuerat Dañ. 9°. vbi di/
citur. Cum venerit sanctus sanctorum cessabit
vnctio vestra: quod patet esse adimpletum. O iu
dei dicite mihi vbi habetis regem? antiquitus
enim reges vngebantur vt habetur primi. Reg.
9°. c°. Ubi est imperium vestrum? vbi est domi
natio terre promissionis quam promisit vobis de
us dimittere in perpetuum: si seruabitis legem
eius ⁊ fidem? Clarum ergo est q̄ non estis eius
fideles. Si expulsi aliquando fuistis a regno p̄/
pterea vestra peccata: postea etiā reuersi fuistis
post aliquos annos. Nunc vero sunt mile qua/
dringenti anni ⁊ plus q̄ expulsi estis: ⁊ habetis
nunc minorem spem redeundi: q̄ in principio.
Amisistis quoqꝫ regnum vestrum circa tempus
natiuitatis christi. Ablatum enim fuit vobis ab
Herode aschalonita qui fuit idumeus ⁊ auxilio
romanorum debellauit Antiochum regem ve/
strum: qui descenderat: a Machabeis: ⁊ pro/
lem regiā occidit: ⁊ libros de genealogia cōbus/
sit ne in posterum eijceretur ipse vel filij eius tā/
q̄ alienigene: ⁊ interfecit etiam legis doctores: q
dicebant in populo illud Deu. 17°. De medio fra
trum tuorum pones super te regem. Tempore
huius Herodis aschalonite natus est Christus
⁊ ideo audiens magos dicentes: vbi est qui na/
tus est rex iudeorum? turbatus est: Math. secū
do. Ipse enim Herodes vsurpauit sibi regnū iu
daicum anno incarnationis seu natiuitatis do/
mini. Ex quibus patet q̄ verificata est hec pro/
phetia. Secunda prophetia per modum p̄mis/
sionis habetur Deu. 18°. vbi dixit Moysi deus:
prophetam suscitabo eis de medio fratrum suo
rum similem tui: ⁊ ponam verba mea in ore ei⁹
loqueturqꝫ ad eos omnia que precepero illi. Qui
autem verba eius que loquetur in nomine meo
audire noluerit: ego vltor existam: hoc autem fu
it adimpletum cum iudeis non recipientibus
christum deus fecit tam horribilem vindictam
q̄ ut inquit Iosephus in lib°. antiquitatum: ⁊
Beda in lib° de temporibus: post mortem chri
sti procuratam: a iudeis: in punitionem tanti sce
leris: misit deus Titum: ⁊ Uespesianū eius pa/
trem imperatores Romanos: qui funditus sub/
uerterunt hierusalem: in qua periere de iudeis.
Undecies centena milia fame ⁊ gladio: preter
mulieres ⁊ paruulos: reliqui vero venundati
sunt triginta pro denario: quia ipsi vendiderunt

xpm pro triginta argenteis. Math. 26°.

B

Quod si dicant iudei q dicta prophetia vel promissio impleta fuit in Josue vel i alio duce aut rege: dico q falsum loquuntur. Ibi .n. loquitur deus de quodam magno propheta: qui debebat ex ore dei illis dare precepta legis: quod adimpletum fuit in nullo: nisi in christo datore legis euangelice: et ideo ut Moises ostēderet eū esse illum prophetam: de quo locutus ei fuerat deus: in trāsfiguratione christi apparuit cum il lo in mōte thabor: ut habetur Math. 17°. vbi dicit. Et ecce apparuerunt eis Moises et Heli as loquentes cum iesu.

C

Tercia prophetia scilicet q christus debe bat concipi et nasci de virgie: habetur Esa. 7°. vbi dicitur. Ecce virgo concipiet et pariet fili um: et vocabitur nomen eius emanuel: quod est interpretatum nobiscum deus: et Eze. 44°. dici tur. Uidi portam in domo domini clausam et di xit dominus ad me: porta hec clausa erit et non aperietur: et vir non transibit per eam quoniam dominus deus israel ingressus est per eam: erit q clausa principi. Que verba exponens Augu. in quodam sermone inquit. Quid est porta i do mo domini clausa: nisi q virgo Maria semper erit intacta? Et quid est homo non transibit per eam: nisi quia spiritus sanctus fecundauit eam: et dominus angelorum nascetur per eam? Et qd est clausa erit in eternum: nisi q maria virgo est ante partum: virgo in partu et virgo post partū? hec ille: et eadem prophetia habetur psalmo. 71°. vbi dicitur. Descendet sicut pluuia in vellus super que verba inquit Nicolaus de lira. Sicut pluuia in vellere recipitur: et [illegible] eo exprimitur si ne corruptione velleris: sic xps fuit conceptus et natus absq corruptione virginis. Quarta pro phetia q christus in instanti sue conceptionis debebat eē pfect⁹: et habere corp⁹ organiçatū ite gre et nō organiçādū p successū tpis sicut e de ali is hominibus: habetur Hiere. 31°. vbi dicitur. Nouum faciet dominus super terram: femina circundabit virum: super que verba inquit Ni colaus de lira. Nō fuit impletum in maria: que christum virum perfectum scientijs et virtutib⁹ ab instanti incarnationis in vtero suo circunde dit: hec ille. Et hanc eandem sententiam ponit. Franciscus de mai. super illa verba Luce pri mo. Ecce ancilla domini: et Gregorius super il lud Canticorum. 2°. Ecce iste venit saliēs: et Ri car. in 3°. disti. 3°. ar° 2°. q. 4°. Quinta prophe tia q debebat nasci de nocte: ut patet. Luce. 2°. habetur Sap. 18°. vbi dicitur. Dum medium si lentium tenerent omnia et nox in suo cursu medi um iter haberet: omnipotens sermo tuus domi ne a regalibus sedibus venit

D

Sexta q debebat nasci in Bethleem: habe tur Michee. 5°. Et tu Bethleē terra iuda nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum israel: et egressus eius ab initio a diebus eternita tis. Septima q debebat nasci prope bouē et asi num: habetur Abachuc. 3°. vbi ait propheta do mino Jesu. Audiui auditum tuum et timui: et se quitur causa. In medio duorum animalium co gnosceris: et Esa. 1°. vbi dicitur. Cognouit bos possessorem suum: et asinus presepe domini sui: israel autem me non cognouit. Ueh genti pecca trici: populo graui iniquitate: semini nequam: fi lijs sceleratis. Octaua q debebat recipi a genti bus fides christi: habet Esa. 9°. vbi dicitur Po pulus qui sedebat in tenebris vidit lucem ma gnam: ambulantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis: et postea sequitur: paruulus dat⁹ est nobis: et filius natus est nobis: et factus ē prin cipatus super humerum eius: et vocabitur no men eius admirabilis consiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis: et hec aucto ritas secundum translationem caldaicam intel ligitur de messia: vnde in ipsa translatione dicit. Et vocabitur nomen eius permanens in secu la messias.

E

Nona q debebat refutari a iudeis: habetur Jere. 4°. vbi dicitur. Negauerunt dominū et dixerunt: non ē ipse: neq veniet super nos ma lum. s. ex eius negatione. Et. 14°. eiusdem libri di cit domin⁹ Stultus populus me nō cognouit: et Dan. 9°. Non erit eius populus qui eum nega turus ē. Et si queratur quare iudei cum legant p phetias: et sint docti litteris veteris testamēti: non cognoscunt xpm fuisse verum messiam: dico q p pter eorum nequitiam et malignitatem iusto dei iudicio tenetur eorum intellectus: vt non intelli gant scripturas nisi carnaliter: et non spirituali ter: sicut intelligi debent et hoc prophetatum fue rat Esa. sexto. vbi eis dicitur. Audite audientes: et nolite intelligere: videte visionem: et nolite co gnoscere.

F

Decima prophetia: habetur Jere. 23°. vbi dicitur. Ecce dies veniunt dicit dominus et suscitabo David germen iustum: et regnabit rex et sapiens erit: et faciet iudicium et iustitiam:

in terra. Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. Quod autem hec prophetia loquatur de messia: patet per translationem caldaicam: que dicit. Ecce dies veniunt dicit dominus: et suscitabo David messiam iustum. Si ergo voluerimus dicere quod adhuc non venit messias: necesse est dicere quod propheta fuit mentitus: et deus qui loquebatur per eum: cum dixerit quod dies messie cito venturus erat. Et similiter mentitus fuisset Esaias. 14°. c°. sui libri di. Prope est ut veniat tempus eius et dies eius non elongabuntur: miserebitur enim deus Jacob: et Israel saluabitur: et Malachias. 3°. c°. di. Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis: et angelus testamenti quem vos vultis: et loquitur de presentatione christi in templo que habetur Luce. 2°.

G

Undecima prophetia habetur Aggei. 2°. ubi dicit pater per os prophete. Adhuc unum modicum et mouebo celum et terram: et veniet desideratus cunctis gentibus: et secundum hebreos intelligitur de messia. Unde translatio caldaica dicit. Et veniet messias: cum igitur Aggeus dixerit hoc verbum secundo anno Darij regis persarum ab illo autem tempore usque nunc fluxerunt anni. 1674. secundum computationem iudeorum et plures secundum computationem nostram. Aut est necesse dicere quod propheta mentitus est: qui dixit quod non erat nisi adhuc unum modicum usque ad aduentum messie: cum tantum temporis non dicatur unum modicum aut necesse est concludere veritatem scilicet quod messias venit: et fuit xps. Duodecima prophetia habetur zacha. 9°. ubi dicitur. Exulta satis filia syon: iubila filia hierusalem: ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator: et ipse pauper: et sedens super asinam et super pullum asine. Et secundum glosas hebreorum super illud Canticorum p°. Exultabimus et letabimur in te etc. predicta auctoritas zacharie intelligitur de aduentu messie: et sic verissime locutus est propheta de christo: qui in die palmarum intrauit hierusalem super pullum asine ut habetur Matthei. 21°. Marci. xj°. Luce. 19°. et Joannis. 12°.

H

Tertiadecima prophetia: quod messias deberet habere nomen Jesus: habetur Abacuch. 3°. ubi dicit propheta. Ego autem in domino gaudebo et exultabo in deo Jesu meo. Item quod appellaretur christus ibidem habetur: ubi dicit propheta deo patri. Egressus es in salutem populi tui in salutem cum christo tuo. Quartadecima quod debebat adorari a magis cum muneribus: habetur Esai. 60. ubi loquitur de stella que apparuit in natiuitate christi: de qua prophetatum fuerat Nume. 24°. ubi dicitur. Orietur stella ex Jacob etc. que stella duxit magos in hierusalem ut habetur Matthei. 2°. Dicit ergo propheta ubi supra. Surge illuminare hierusalem: quia venit lumen tuum et gloria domini super te orta est: et ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in splendore ortus tui. Et infra. Inundatio camelorum operiet te: dromedarij madian et epha. Omnes de sabba venient aurum et thus deferentes: et laudem dño annunciantes. Et psalmo. 71°. dicitur. Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabum et sabba dona adducent. Venerunt autem isti reges a tharsis usque ad portum proximum hierusalem per naues: quia vero per aliam viam reuersi sunt in regionem suam: monitu diuino. Matthei. 2°. Ideo herodes comburi fecit naues eorum et ita intelligitur illa prophetia psalmiste. In spiritu vehementi conteres naues tharsis: secundum Nicholaum de lira. Decimaquinta prophetia de fuga xpi in egyptum habetur Esaie. 19°. ubi dicitur. Ascendet dominus super nubem leuem: et ingredietur egyptum. Et de eius reuersione habetur. Osee. xj°. ubi dicit deus. Ex egypto vocaui filium meum: et Numeri. 23°. Deus ex egypto vocauit eum.

I

Decimasexta prophetia de mirabili sapientia christi habetur Esaias. xj°. ubi dicitur Egredietur virga de radice Jesse: que fuit virgo maria: et flos de radice eius ascendet scilicet christus et requiescet super eum spiritus domini spiritus sapientie et intellectus: spiritus consilij et fortitudinis: spiritus scientie et pietatis: et replebit eum spiritus timoris domini. Hoc autem impletum fuit in christo ut habetur Lu. 2°. ubi dicitur. Stupebant autem omnes super prudentia et responsis eius: et Joan. 7°. dicitur. Nunquam locutus est sic homo in israel. Decimaseptima prophetia habetur Esa. 35° de miraculis messie ubi dicitur. Ecce deus noster veniet et saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum: et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorum. Hoc enim adimpletum est in christo: ut habetur Matthei. xj°. ubi dicitur. Joannes autem cum audisset in vinculis opera christi mittens duos de discipulis suis: ad certificandum eos de prophetia Esaie impleta ait illis. Tu es qui venturus es an alium expectamus? Et respondens Jesus ait illis. Euntes renunciate Joanni que vidistis et audiuistis. Ceci vident: Claudi ambulant: Leprosi mundantur: Surdi audiunt: Mortui resurgunt: Pauperes euangelizantur et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Et quod

ipse dominus plura miracula fecerit et diuersa: patet. Nam Matthei.4°.dicitur. Circuibat Jesus villas et castella sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo: et abijt opinio eius in totam syriam et obtulerunt ei omnes male habentes: varijs languoribus. Et tormentis oppressos: et qui demonia habebant: et lunaticos: et paraliticos et curauit eos omnes. Similiter habetur Luce.4°.vbi dicitur: quod omnes qui habebant infirmos varijs languoribus detentos afferebant eos in hierusalem et curabantur ab eo. Item Luce.6°.dicitur quod virtus de illo exibat et sanabat omnes. Decimaoctaua quod messias cognosceret secreta cordis habetur Sapien.6°.vbi dicitur. Omnes cogitationes notitias ipse scrutabitur quod adimpletum fuit in christo: vt habetur Luce.7°. vbi dicitur: quod cognouit murmurationes simonis leprosi que faciebat in corde suo. Decimanona prophetia de tentationibus Jesu christi habetur zacha.3°.vbi dicitur. Vidi iesum sacerdotem magnum. Et sequitur: sathan stabat a dextris eius: vt aduersaretur ei: et hoc impletum fuit in christo. Mat.4°.vbi dicitur. Ductus est Jesus a spiritu in desertum: vt tentaretur a diabolo. K

Vigesima de paupertate eius habetur. ps°.87°.vbi dicit Dauid Pauper sum ego quod non potuit verificari de ipso cum esset diues quando dixit predicta verba: et ps°.68°.iterum ait. Ego sum pauper et dolens. Et hoc verificatum fuit in christo qui pauper fuit: et habuit discipulos qui omnia dimiserunt. Matthei.16°. elegit quoque ad apostolatum pauperes piscatores quibus dixit Matthei.4°.Venite post me: faciam vos fieri piscatores hominum: et hoc prophetatum fuerat Jere.16°. vbi ipse predixerat. Ecce ego mittam piscatores multos et piscabuntur eos. L

Vigesima prima prophetia quod messias debebat viuere in terra sine domo et habitatione propria habetur Jere.14°.c°.vbi dicit propheta deo incarnando. Quare quasi colonus futurus es in terra: et quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus? Et hoc adimpletum fuit in christo qui de seipso dixit Mat.8°. et Luce.9°.Vulpes foueas habent: et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Vigesimasecunda prophetia de iusticia messie habetur Esa.xj°.vbi dicitur: erit iusticia cingulum lumborum eius: et Jere.23°. Faciet iudicium et iusticiam in terra: et hoc adimpletum fuit in christo dicente. Matthei.22°. Reddite que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo: et Matthei.21°.c°.vbi cum magna iusticia eiecit ementes et vendentes in templo. M

Vigesimatertia prophetia de humilitate et mansuetudine messie habetur Esa.42°.vbi dicit deus. Ecce seruus meus: suscipiam eum: electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus proferet: non clamabit: neque accipiet personam: nec audietur vox eius foris: non erit turbulentus: et legem eius insule expectabunt. Et hoc adimpletum est in christo: qui Matthei.xj°.dixit discipulis. Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. Vigesimaquarta quod debebat predicare iudeis: et ab eis contemni predicatio eius: habetur Esa.65°.vbi dicitur. Tota die expandi manus meas ad populum contradicentem mihi: et Jeremi.7°.c°. Non audierunt nec inclinauerunt aurem suam. Hoc enim verificatum fuit in christo: quando dixerunt iudei Joannis.9°. Tu testimonium dicis de te ipso: testimonium tuum non est verum. Vigesimaquinta de multiplicatione fidelium: et imperio christianitatis habetur Esa.9°.vbi dicitur. Multiplicabitur eius imperium: vsque in sempiternum: et Dan.2°.c°. In diebus illis suscitabit deus celi regnum aliud quod non dissipabitur in eternum: quod non potest intelligi de aliquo imperio temporali: sed solum de imperio christi: qui dixit. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra: Matth.vlt°. Vicesimasexta: quod debebat conuersari inter homines: habetur Baruch.3°.c°.vbi dicitur. Hic est deus noster: et non extimabitur alius aduersus eum: hic adinuenit omnem viam discipline: et tradidit illam Jacob puero suo: et Israel dilecto suo: post hec in terris visus est: et cum hominibus conuersatus est. De hoc quoque ait dominus Esa.52°. Propter hoc sciet populus meus in die illa nomen meum: quia ego ipse qui loquebar: ecce adsum. Quod autem iudei teneantur dimittere ritus antiquos testamenti veteris: et accipere cerimonias legis noue euangelice: statim post illa verba subinfert Baruch propheta: in principio sequentis capituli. Hic liber mandatorum dei: scilicet datus ab isto deo incarnato: de quo supra dixit. Et lex que est in eternum: scilicet euangelica: omnes qui tenent eam peruenient ad vitam: qui autem dereliquerint eam in mortem. Conuertere iacob: et apprehende eam hec ibi. Multe sunt alie prophetie: de passione et morte saluatoris: que in die parasceue ponentur. Vigesimaseptima: quod debebat instituere sui corporis et sanguinis sacramentum: ut patuit Matthei.26°. Luce.22°. et Marci.14°.habetur Esa.25°. vbi dicitur. Faciet dominus in monte hoc: scilicet syon conuiuium cunctis gentibus: et Zacharie.2° dicitur. Quid est bonum: et quid est pulcherrimum

nis frumentū electorum ⁊ vinum germinans ꝟgines. ⁊ Sap.6°. Sapientia edificauit sibi domū miscuit vinū ⁊ posuit mēsā. ⁊c. Uigesimaoctaua ꝙ debet ꝑdicare ⁊ docē de regno dei vt patuit Matthei.4°. ⁊ Luce.9°. habetur Esa.2°. vbi dicitur. Uenite ascendamus ad montem dei ⁊ docebit nos vias suas: quod adimpletum fuit in ipso domino docente in monte. Matthei.5°. predicatio quoqꝫ eius prenunciata fuerat Esaie.61°. vbi ait propheta in persona eius. Spiritus domini super me ad annūciandū mansuetis misit me ⁊c. Uigesimanona de eius ascensiōe ad celos habetur. ps°.46°. vbi dicitur. ascēdit deus in iubilatione ⁊c. ⁊ ps°.67°. Ascendit super celū celi ad orientem: ⁊ Michee.2°. Ascendit iter pandens ante eos. Ipse enim dominus qui assumptus est in celum, vt habetur Matthei.28°. ⁊ Actuum p°. dixit apostolis suis Joannis.14°. Uado parare locum vobis locum. Trigesima ꝙ debebat mittere spiritum sanctum suis fidelibus vt patet Actuum.p°. habetur ps°.113°. vbi illi inquit Dauid. Emitte spiritum tuum ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre: ⁊ Johelis.2°. Ipse ait. Effundā de spiritu meo super omnem carnē ⁊ prophetabunt filij vestri. Multas alias ꝓphetias pertranseo causa breuitatis. Maxime de resurrectione eius de qua dicam in die suo: ⁊ de sacramentis ab eo institutis inter que baptismus obtinet principatum. De aqua enim baptismali ipse predixerat Ezechielis.36°. vbi ait. Effundam super vos aquam mundam ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

Uerum quia iudei indurati nolunt conuer ad legem euangelicam nec eam apprehendere: ex supradictis prophetijs moti dicamꝰ eis illud quod canit ecclesia in sequentia natiuitatis domini dicens. Si non suis vatibus credāt vel gentilibus: sibillinis versibus: hec predicta. Dic ergo beatꝰ. Thom.2ª.2ᵉ.q.2ª.ar°7°. ꝙ multis gentilium facta fuit reuelatio de christi incarnatione: de quibus aliqua dicemus in.7ª. parte marialis nostri: sermone p°. ⁊.5°. in fine. Unde Job q̄ fuit de populo gētili dicit.19°.c°. sui libri. Scio ꝙ redemptor meus viuit: ⁊ in nouissimo die de terra surrecturus sum: ⁊ rursum circundabor pelle mea ⁊ in carne mea videbo deum saluatorem meum quem visurus sum ego ipse: ⁊ oculi mei conspecturi sunt: ⁊ non alius: reposita est hec spes mea i sinu meo. Et loquebatur Job more prophetico de futuris: tanꝗ̄ de preteritis maxime quia debebant in proximo fieri. Dicit quoqꝫ beatus Thomas vbi supra inueniri in historijs romanorum. Quod tempore Constantini Augusti ⁊ helene matris eius: inuentum fuit quoddā sepulchrum in quo iacebat homo laminam auream habens in pectore in qua scriptū erat. Xps nascetur de virgine ⁊ credo in eum. O sol helene ⁊ Cōstantini temporibus iterum me videbis. In cronicis quoqꝫ regū castelle dicitur ꝙ apud Tolletum sub quoddam saxum inuentum est liber vetustus qui scriptus erat littera hebraica: greca: ⁊ latina: ⁊ in illo dicebatur. Christus filiꝰ dei nascetur de maria virgine: ⁊ pro salute hominum patietur.

Secũdum signum est propter deum temporalia contemnere. Quomodo enim in deũ credit: qui solicitudine nimia temporalia querit? Cum ipse dicat Matthei. 6°. Nolite soliciti esse aĩe vestre quid mãducetis: neque corpori vestro quid induamini. Scit enim pater vester quia his oĩbus indigetis. Primum ergo querite regnũ dei et iustitiam eius: et hec omnia adijcientur vobis. Qui ergo nimis soliciti sunt de acquirendis diuitijs: maxime religiosi nõ sunt veri fideles. Cum dicat dñs Matthei. 6°. Nõ potestis deo seruire et mammone: vbi glosa inquit. Mammone seruire: deum negare est. E cõtra autem signum est magne fidei parum curare de temporalibus bonis: sed sperare in domino: iuxta illud propheticũ Iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet: et hoc faciunt veri religiosi dicentes illud apostoli p°. ad Thi. vltimo. Habentes alimẽta et quibus tegamur his cõtẽti sumus. Et hanc magnam fidem habuit Moyses de quo dicit Paulus ad Hebr. xj°. Fide Moyses grandis effectus est: negauit se esse filium filie Pharaonis: magis eligens affligi cum populo dei: quam temporalis peccati habere iocunditatem: maiores diuitias existimans thesauro egyptiorum improperiũ xpi. F

Tertium signum est in aduersis de deo confidere: sicut fecit Ionathas vadẽs cum solo armigero in exercitu inimicorum: vt eos interficeret dicens. Nõ est difficile domino saluare in paucis: sicut in multis. primi Re. 14°. Et idem dixit Asa rex Iuda secũdi Parali. 14°. et Iosaphat eiusdem libri 20. et Iudas machabeus primi Machab. 3°. hãc etiã mirabilem fidem habuit Dauid vadẽs in nomine domini cũ baculo cõtra philisteum: primi Regum. 17°. et Esdras magis confidẽs in oratione quam in cõductu regum: primi Esdre. 8°. et socij danielis dicẽtes. Quod deus poterat liberare eos de camino ignis ardentis. Danielis 3°. G

Quartum signum magne fidei est deo ad lõgam credẽtiam bona sua tradere. Magni enim principes: magnam et longam volũt credẽtiam. Et ideo signum est parue fidei: cum benefaciens vult sua benemerita statim a deo remunerari. Contra quem dicitur Eccli. 20. Hodie feneratur quis et cras expetit: odibilis est homo huiusmodi: et Prou. 20. c°. scriptum est. Hereditas ad quam festinatur in principio: in nouissimo benedictiõe carebit. Ideo canit propheta. Expecta dominum: et viriliter age: et confortetur cor tuum et sustine dominum. H

Quintum signum magne fidei est in postulatione nõ deficere: licet nõ ita cito exaudiamur. Et ideo laudatur Cananea que totiẽs repulsa non destitit clamare di. Miserere mei fili dauid. Matthei. 15°. Quãdo ergo sumus in aliqua tribulatione signum est magne fidei si de deo nõ desperemus: licet nõ ita cito liberemur. Et hãc fidem habuit beatus Iob dicens. 13° sui libri c°. Etiam si me occiderit in ipso sperabo. Sine hac fide nullus potest ingredi regnum celorum. Omnes enim sancti per hanc fidem gloriam celestem cõsecuti sũt: in tribulationibus et in infirmitatibus nõ deficientes: de quibus ad Hebr. xj°. dicitur. Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones: obturauerũt ora leonum: extinxerũt impetum ignis: effugauerũt aciẽ gladij: conualuerũt de infirmitate: fortes facti sũt in bello: castra verterũt exterorum. etc. I

Sextum signum magne fidei est oẽs articulos fidei non timere: cõfiteri etiam vbi est periculum mortis. Et ideo dicit Tho. 2a. 2e. q. 3°. ar° 2°. quod quotiẽscunque aliqui tacẽdo et nõ manifestãdo se esse christianos: cognoscerent quod ex hoc subtraheretur honor debitus deo vel proximo: damnũ infidelitatis sequeretur: vtputa. Si quis interrogaretur de fide et taceret ac ex hoc crederetur quod non haberet fidem: vel quod fides non esset vera: vel alij propter taciturnitatem eius auerterẽtur a fide talis peccaret mortaliter. Et hoc est quod inquit apostolus ad Roma. x°. Corde creditur ad iustitiam: ore autem cõfessio fit ad salutem. Ideo in c°. firmiter. de summa. tri. et fi. ca. dicitur firmiter credimus: et fideliter confitemur. Quapropter Matthei. x°. dicit dominus. Qui me cõfessus fuerit coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo. K

Septimum magne fidei signum est ad bono rem dei multa bona facere. Cum enim fides sit in anima: non potest cognosci a nobis q̃ quis habeat magnam aut paruam fidem nisi per actus exteriores per quos inferiores cognoscũtur vt ait Aristoteles in .2°. Priorū: et in .2°. de anima inquit. Habitus cognoscuntur per actus. Et in 4°. Metha. ait. Opus bonum et malum ab extra idicat quale sit in anima: et .4°. Ethi. Qualis quisq3 est: talia dicit et operatur et sic viuit. Et in 12°. Metha. Actus specificat habitus. Et in p°. de anima etiam dicit. Anima simplex et intellectualis cognoscitur per motum et sensum: et per operationem sui corporis. Et ibidem. Accidẽtia magnam partem cõferunt ad cognoscendū quod qd est: et .27ª. q. pª. c°. nec aliqua. dicit glossa. Per exteriora interior volũtas dignoscit: facit. §. ceruos. insti. de re. di. l. naturalem. §. in his ff. de acqui. re. do. l. Fulcinius. §. illud sciendū. ff. ex quibus cau. in pos. eatur. Et Ambrosius in libro de officiis ait. Habitus enim mẽtis per statū corporis cognoscit. Prosper quoq3 in libro Epigramathum: epigramathe .22°. inquit. Ex operũ specie clarescũt intima cordis. De actibus enim exterioribus habent homines iudicare. Cle. exiui de paradiso. §. cupientes. de. ver. signi. Quãdo igitur quis non bene operatur: signum est q̃ nõ est verus fidelis. Scriptum est enim Jacobi. 2°. Fides sine operibus mortua est: transumptiue in c° fertur. et c°. sicut vrgeri. et. §. opponitur. p°. q. pª. et de peni. di. 2°. c°. si enim. et di. 3ª. §. illud. et de sacra vncti. c°. vnico. §. quia vero. Ex quibus omnibus colligit quidam predicator q̃ aliqui sacro baptismate renati: habent fidem viuam sed tenuem: ac macram: quia cum fides viuat ex bonis operibus: ipsi eam pascunt tenuissimo cibo: et potu spirituali: et vilissima refectione: non dantes ei nisi modicum aque et panis ordei: aut milij: vel similaginis: seu fulfuris: idest modicis et parui meriti operibus eam cibantes. Alij vero habent fidẽ viuam et pinguem: quia eam optime pascũt abũdantissimis ferculis: et delicatissimis cibarijs: idest multis et maximi meriti operationibus. Alij aũt habent fidem mortuam: quia illam nullis operibus bonis pascentes mori fame permiserunt. Sed alij istis deteriores non solum fidẽ suam spiritualis cibi inedia extingunt: sed etiam iniquis actionibus tanq̃ venenosis cibarijs eam prefocantes interimunt. Et isti licet temerarie nomẽ sibi christianitatis vsurpent: xpi tñ cẽsẽtur inimici. Et io ingt Paulus ad Thi. p°. de talib' xpianis. Confitentur ore se nosce deum: factis autem negant. Super que verba Augusti. inquit. Multos in christianis inuenimus antichristos: qui nõ verbis et corde: sed tñ factis Christū negant. Talis est fides non christianorum: sed demonum: hec ille. Eapropter dicit Magister sen. et omnes Theologi in .3°. di. 23ª. et Alexã. de ales in .3ª. parte sũme in tractatu de .7°. precepto decalogi. q. 5ª. q̃ aliud est credere deo: aliud credere deum: aliud credere in deum. Credere deo: est credere vera esse que dicit: qd etiam mali faciunt. Credere deū: est credere illum esse: qd etiam demones credũt: et contremiscunt. Credere in deum: est credẽdo amare et ei vniri: ac illius amore bene operari. Ideo Gregorius in quadam omelia inquit. Ille veram fidem habet: et vere credit: qui exercet operando qd credit. E contra vero de non bene operãtibus dicitur Jacobi 2°. Sicut corpus sine spiritu mortuum est: ita sine operib' fides. O igitur maledicti peccatores dicite mihi. Nũquid vos estis christiani? Vultis q̃ ego respõdeam pro vobis? Clamans cũ lachrymis dico: q̃ nõ estis fideles Christi: sed diaboli filij. Scriptum est enim Joãnis. 8°. Cuius opera quis facit: huius et filius est. Si desideras itaq3 cognoscere fideles ab infidelib': ad opera respice. Ait enim dñs Matthei. 7°. Ex operibus eorum cognoscetis eos. Ideo dicitur prime Joãnis. 2°. Qui dicit se in Christũ credere: debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare. II

Fidelis ergo christianus cognoscitur triplici signo principali. Primum dicitur immitationis. Tenẽtur enim omnes christiani immitari ipm̃ Christũ magistrũ suum: q ait Joã. 13°. Exẽplum dedi vobis ut queadmodum ego feci ita et vos faciatis: et eiusdem euãgelij .14°. c°. etiam dicit. Qui credit in me opera que ego facio: et ipse faciet: et maiora horum faciet: qd dictum intelligitur nõ solum de operibus miraculosis: sed etiam de virtuosis. Videamus ergo que virtuosa opera Christ' nobis immitãdo proposuerit: et que virtutis exempla nobis dederit: ut intelligamus: q̃ cum christianus a Christo dicat. c°. vnico. §. quia vo. de sacra vnctio. Eū tenemur q̃tum possumus imitari. Dedit autem hic dux: preceptor: et doctor noster. p°. exẽplum obediẽtie: iuxta illud ad Philip. 2°. Christus factus est pro nobis obediẽs: vsq3 ad mortem: mortem autem crucis: et Joãnis .13°. ipse dicebat. Sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Unde in horto tẽpore passionis dicebat patri illud Matthei 26° Fiat non sicut ego volo: sed sicut tu: dic de guttis sanguinis fluentibus in terram ex representatione passionis: quã potius voluit sustinere: q̃ obe-

dientiam in aliquo preterire. Unde Bernar. ait Christus ne perderet obedientiam perdidit vitam Non est ergo verus obediens: qui non desiderat lambere illum sanguinem in terra effluentem etc. practica tuo modo. Sed [redacted] dicit Paulus ad Hebr. 12°. Nos mundum usque ad sanguinem restitistis De ipso etiam saluatore nostro dicitur Luce. 2°. Et erat subditus illis. Humilitatis quoque exemplum dedit nobis dicens Matthei. xi°. Discite a me quia mitis sum: et humilis corde. Item patientie: unde Esa. 53°. de ipso dicitur. Tanquam agnus coram tondente se obmutuit: et non aperuit os suum. Et ideo dicit nobis Luce. 21°. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Ipse autem humiliter et patienter opprobria: et contumelias ac aduersa sustinuit: ut nos humilitatis et patientie haberemus exemplum: ut dicitur in c°. dominus noster. 63ª. di. Castitatis etiam exemplum dedit. Unde Apoc. 19°. de eo dicitur. Erat scriptum in femore eius rex regum: et dominus dominantium. Et ideo dixit nobis Luce. 12°. Sint lumbi vestri precincti. Item paupertatis: dum ait Matthei. 8°. et Luce. 9°. Vulpes foueas habent: et volucres celi nidos. Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet: et dum voluit reclinari in presepio etc. Luce. 2°. pacificabilitatis quoque dum ait Joannis 14°. Pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis. In persona autem eius inquit ps. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Item dedit nobis exemplum remissionis iniuriarum: dum Luce. 22°. ait. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Item consolationis afflictorum: dum post resurrectionem suam per dies quadraginta apparens discipulis consolatus est eos. Actuum. p°. Multa quoque alia opera virtuosa ostendit nobis: de quibus dicam in 2ª. parte principali huius operis sermone. 34°. vide ibi. Si ergo cuius opera quisque facit: eius et filius est: Joannis. 8°. profecto qui non facit opera Christi sed diaboli: non christianus sed diabolicus appellari debet: secundum Ambrosium super Joannem: unde et Augustinus in libro de doctrina christiana ait. Miser est qui se aduocatum litteras nescientem audeat confiteri. Quis tam insanus ut se militem confiteatur cum nec dum sciat arma gestare? Nemo enim quodcunque nomen sine causa sortitur. Sutor vel artifex dicitur qui illius artis ministerium nouit. Quomodo christianus appellari possit in quo nullum christianitatis signum apparet? Christiani enim nomen: nomen est humilitatis: patientie: castitatis: et asperitatis: penitentie: paupertatis: et obedientie. Christianus omnino non est qui non facit opera Christi: hec ille. Differunt enim secundum Philosophum. 2°. Ethicorum. in primis ea que habemus a natura ab his que habemus ab arte: quia in his que habemus a natura potentie precedunt operationes: nam multum videre non tribuit visum: sed potentia eius. Sed in his que habentur ab arte: operatio tribuit habitum. Citharista enim fit per citharizare. Et sic christianus per christiane viuere. Ideo Ambrosius in c°. cauete. 22ª. q. 5ª. inquit. Mendacium est se christianum dicere: et opera Christi non facere. facit lex 2ª. §. seruius. ff. de origi. iu. di. Turpe est patritio et nobili: et causas orantibus in quo versatur ignorare. Veniamus ergo ad practicam Ubi nunc sunt veri christiani? O superbe quomodo christianus appellari potes: cum christi humilitatem non immitteris? O luxuriose: concubinarie: fornicator: et sodomita: quomodo vos christiani estis: qui contra Christi doctrinam: carnales delectationes amplectimini? O usurarie: auare: raptor: O filij inobedientes: o qui precepta dei contemnitis. O vos qui odium in corde portatis. O guelphi: et gib linj: et alij partiales: animarum vestrarum proditores. O vindicatores: quomodo vos omnes christiani dici potestis: qui Christi doctrinam malis operationibus vestris improbatis? O vos qui nunquam iniuriam remittitis: cum magister vester Christus dicat Joannis. 13°. In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis si dilectionem ad inuicem habueritis: profecto vos non discipuli Christi sed diaboli estis. Nam magister vester a discipulo traditus: a iudeis persecutus: alapis cesus: flagellis percussus: depillatus: consputus: irrisus: toto corpore laceratus: denudatus: spinis coronatus: cruci affixus: aceto et felle potatus: omnibus membris destitutus: crudelissime tractatus: morti propinquus: et mala pro bonis et beneficijs collatis recipiens: iuxta illud quod in persona eius inquit psalª. Retribuebant mihi mala pro bonis: et odium pro dilectione mea. Quid dicit? quid clamat? [redacted] cor induratum? An forte vindictam: vel maledictionem ipsis inimicis suis minatur? Certe non: sed pro eis patrem suum deprecatur. Tu autem cor lapideum: tigride crudelius: et incudine durius: tu cor obstinatum: cor marmoreum: cor adamantinum: cor diabolicum: inuidiam contra proximum retines: iniurias remittere recusas: et nunquam parcere statuisti vel iurasti. Profecto aut vitas mendax est que mentiri non potest aut vos perfidi peccatores: non estis discipuli christi: et per consequens nec christiani: sed autem impossibile sit hominem assimilari christo deo: similitudine equalitatis tamen possumus ei assimilari assimilatione immu

tationis pro modulo humano fragilitatis nostre᷑m beatum Bonauēturam.in.2°.dist.5ª.ad qđ hortatur ipse dominus dicens: Matthei.5°. Estote perfecti: sicut et pater vester celestis perfectus est:idest estote perfecti vt homines sicut ipse perfectus est:vt deus. Qđ vero sceleratissimi peccatores christiani recte nūcupari non possint:pbatur per dictum sancti Tiburtij martyris: qui dixit Fabiano iudici de quodam malo christiano nomine torquato. Diu est q̄ torquatus christianum se esse mētitur.Uirtus enim ipsa nominis sancti grauiter fert:et moleste suum nomen a nō suis moribus vsurpari.Re vera eniz illustrissime hoc christianum vocabulum diuine virtutis est sectatorū:scilicet christi:qui vere philosophi facti sunt:et qui ob terendas libidines fortiter dimicarūt.Ne credas illustrissime:hunc christianuz esse:qui in lenocinio sui moliēdo capitis fimbrias emittit:qui tōsorem diligit: qui scapulas molliter gestit: qui flurum gressuuz improbo visu distēdit:qui viros diligēter agit:feminas diligētius intuetur. Nunq̄ tales pestes Christus dignatus est habere seruos:hec ille. Patent etiaz predicta per ea que legūtur de sancto Hieronymo:cui legēti libros Ciceronis cum nimia auiditate:vt ipse refert dictum fuit. Ciceronianus es:nō christianus:de quo habet in.c°.legimus.37ª. dist. Nomē ergo christiani neminem saluum facit:sed imitatio operū Christi.

Secūdum signuz veri christiani dicitur supportationis. Quilibet enim quāuis iustus et innocēs:q̄scūq̄ penas et tribulatiōes tenet tollerare amore Jesu christi:qui tāta pro nobis tollerauit:vnde Grego.in Mora.ait.Si iusta placere deo scimus:pati autez nulla nisi que deo placuerint possumus:iusta sunt cuncta que patimur:et valde iniustum est:si de iusta passione murmuramus:hec ille.Ad tollerādas autem passiones nos hortatur Petrus apostolus exemplo Christi dicēs:prime canonice sue.2°.c°.Christus pro nobis passus est:vobis relinquēs exēpluz:vt sequamini vestigia eius.Quod etiaz monet Paulus ex expectatione premij:qđ dabit patiēter tollerātibus aduersa dicens:ad Roma.8°. Non sunt cōdigne passiones huius temporis ad futuram gloriam:que reuelabitur in nobis.Debemus ergo seruare ꝯsilium:qđ datum fuit Enee:vt refert Uirgilius.5°.Enei.vbi dicit. Nate dea:quo fata trahūt retrahūtq̄ sequamur. Quicquid erit:superāda omnis fortuna ferēdo est. Et eniz inquit Jacoponus noster. La patiētia giamai non se troua. Se nō ali colpi e le gran batalie. Uirtu non cōbatuta pocco vale. Etia dūcha lhomo fermo e non se moua. Che senza pena a virtu non si salle. Tāto lhomo e bono quāto sa patir male. Non enim ad patriā celestem peruenitur corrigādo:et sensualitates sequēdo:sed mala tollerādo:vnde Actuum.14°.dicitur. Per multas tribulatiōes oportet nos intrare in regnū celoꝝ.

Tertium signuz veri christiani dicitur obseruationis. Pro cuius meliori declaratōe est sciēdum: q̄ querunt doctores:an promittens aliquid affirmatiue:vel negatiue:teneat sub pecca[redacted] mortali ad promissi solutionem.Uerū q2 inquit Ari.2°.elen. Qđ ad omne quesitum respōdetur:vel per interēptionem:vel per distinctionez. Jdeo circa hoc distinguēdum est:s᷑m Ricar.in.4°.di.38ª.et in suo quolibet:et beatum Thomam 2ª.2ᵉ.q.89ª.et.110ª.et Hosti.in sūma.in ti.de iureiurā.q̄ aut promissio est solēnis:aut nuda:et simplex. Solēnis obligat:et de ea oritur actio in foro iudiciali. Si autē est nuda:aut promittēs tempore promissionis nō intēdebat soluere:licet pmitteret:et tūc de tali promissione non oritur obligatio in foro cōscientie.Et facit cap.lm:litteraturaz extra de voto:nisi forte per accidēs si cederet in detrimētum eius:cui promissum est.Aut promittēs intēdebat se obligare:et tūc concludūt q̄ talis promissio obligat in ꝯscientia obligatione necessaria:si vult saluari.12ª.q 2ª.c°.q̄cūq̄.et.q.5ª.c°.quia Joānes.et.27ª.q.pª.c°.hec vero.et.22ª.q.5ª.c°.iuramēti.vbi dicitur. Qđ inter iuramētuz et simplicē loquellam:deus nō facit dāiam:qđ est intelligēdum:s᷑m Joā.an.in.c°.p°.de pac.Ut cōparatio sit in genere:non in quātitate.i.q̄ vterq̄ peccat mortaliter:sed tamē grauius frangens iuramētum.Et idem dicit Abbas siculus. Et de hoc est glosa solēnis in ipso.c°.Et facit ad predicta textus in.c°.noli.23ª.q.pª.vbi dicitur. Fides quādo promittitur etiam hosti cōtra quem bellum geritur:vsq̄ ad mortem attendēda est. Et ī c°.ita ne.32ª.q.5ª.etiam dicitur. Tāta debet eē fidelium cōstantia:vt potius vita:q̄ fides auferatur. De qua dicit in.l.i.in pn.ff.de pac. Nihil sic cōgruit fidei humane:q̄ cōuenta seruare.Et in c°.3°.de pac.Scriptum est.Studiose oībus agēdum est:vt que promittuntur opere cōpleantur facit etiam ad predicta capitulum:sacerdos.pª. q.2ª.vbi dicitur.Expedit mihi magis mori: q̄ vt gloriam meam quis auferat. Sacri autez canoniste.c°.primo.de pactis. aliter distingunt dicentes. Quod est quoddam pactum nudum:et qđdam vestitum. Est aūt vestitum aliqñ stipulatione:que fit p̄cedēte interrogatiōe:et subsecuta

responsione. ut in. l. i. z. §ᵃ. ff. de verbo. obligatio. z instit. eodem. in prin. Quandoqz ex cirographo ut in ti. de litterarum obliga. Quādoqz consensu ut in cōtractibus iurisgētium: qui solo consensu perficiūtur. ff. de iusti. z iure. l. ex hoc iure. Quandoqz interuētu rei: ut si do tibi decem: ut pro me aliquid facias. Nudum autem pactū stat in meris finibus conuentionis: in qua non intercessit aliquid extrinsecum. Et ponitur regula de iure ciuili: q ex nudo pacto nō potest agi: sed excipi: quia oritur obligatio naturalis per cōsensum: ut in. l. iurisgētium. §. igitur. ff. de pac. vbi dicitur. Igitur nuda pactio obligationem nō parit: sed parit exceptionem. Fallit tamē etiam de iure ciuili in aliquibus casibus. Sed Ioā. andre. vbi supra dicit q cum illi casus non videātur habere magnam rationem specialitatis: idem deberet esse in omni pacto. De iure autem canonico communiter tenetur: q ex nudo pacto datur actio: per ipsum capitulum primū. Nam vbicūqz ius approbat conuētionē semper datur actō ex illa: ut in. l. legitima ff. de pac. Sed ius canonicum approbat hoc pactum quātumcūqz nudum. Ergo ex eo pōt agi: maxime cum habeat cōcursum iuris diuini dicēte psalmista. Que procedūt de labijs meis nō faciam irrita. Preterea vbicūqz ius mādat aliquid fieri: semper datur actio z exceptio. ut in. l. vnica. ff. de cōdi. ex le. z in. l. statuas. ff. d acquirē. re. domi. z notat glo. in. cᵒ. cum liberum. de sepul. z in. cᵒ. si canonici. de offic. ordi. libᵒ. 6ᵒ. Sed ius canonicum mādat seruari ista pacta: ergo datur actio z exceptio. Et hanc opinionem tenet glo. z Hosti. ac Ioā. and. z Anto. de butri. z Archid. 12ᵃ. q. 2ᵃ. in. cᵒ. quicūqz suffragio. Et idem tenet Panor. lz autem Inno. in. cᵒ. nouit. de iudi. videatur velle: q nō detur actio: sed officij iudicis imploratio: tamē etiam fm eum cōcluditur: iudicem ecclesiasticū posse etiam laicos precise cōpellere ad nudi pacti obseruātiā.

Notādum tamē multos esse casus in quibus nō tenetur quis ad promissionem etiā quomodocūqz firmatam. Primo si cedat in detrimētum anime vel corporis: vel sequatur peccatū mortale aut veniale. Tūc enim non obligat promissio: nec votum: nec iuramētum: nec pactum: nec cōsuetudo: nec lex: nec preceptum: nec aliud vinculum. cᵒ. quintauallis. de iureiur. z. cᵒ. i malis. ac. cᵒ. inter cetera. 22ᵃ. q. 4ᵃ. z. l. pacta. C. d pac. vbi dicitur. Pacta que contra leges cōstitutionesqz: vel contra bonos mores fiunt: nullam vim habere indubitati iuris est. Secūdo non obligatur: quādo obseruatio est in detrimētum superioris. Unde dicit Geminianus in. cᵒ. animarū. de sepulturis. libᵒ. 6ᵒ. Quod ille qui facit actum ex precepto superioris: quē iurauerat se non facturum non dicitur venire contra iuramētum. Unde si iuraui non exire domum: exire possum citatus a iudice. Et similiter nō tenet promissio vxoris in mariti detrimētum: z idem de alijs similibus est dicēdum. Tertio non obligatur quis ad seruādam promissionē. Si tēpore solutionis immutate sunt cōdiciones personarum: negociorum: z tēporum. Dicit enim Seneca in libᵒ. de beneficijs: q ad hoc vt homo teneat facere qđ promisit requirit: q omnia immutata permaneant. Unde si alicui promisi dare gladium: z efficiatur furiosus non teneor [illegible] dare. 22ᵃ. q. 2ᵃ. cᵒ. ne quis. Item frāgenti fidem mihi: nō teneor fidem seruare. cᵒ. sicut. z. cᵒ. peruenit. el. 2ᵒ. de iureiurā. Item si quis alicui promittat dare filiam suam vxorem: z illa non cōsentiat nō tenetur: cum alienum factum precise promitti non possit. cᵒ. ex litteris. de spon. Item [illegible] facultas desit: puta quia quis iurauit reddere pecuniam: z tēpore solutionis non potest. cᵒ querellam. de iureiurā. Item quādo promissio est cōdicionalis z non venit cōdicio. cᵒ. peruenit. el. 2ᵒ. de iureiurā. Item quādo ille cui promitit remittit. cᵒ. pᵒ. z. cᵒ. sicut. de iureiur. Legitimo autē impedimēto cessante z alterius preiudicio: promissio de re licita legitime facta obligat in foro consciētie. Sed quorsum hec tam lōga? non ob aliud nisi vt intelligatur quantum sit erga deum christianorum obligatio. Qui tamen ea que in baptismo promiserūt non attēdunt: nec obseruant. Omnes enim in iniquitatibus concepti nascuntur filij ire ad Ephesi. 2ᵒ. Sed quia sine fide christiana saluari nemo potest: portatur ad ecclesiam baptiçādus rogatus patrinis comitatus. Cui Christi vicarius sacerdos obuiā veniēs inquit. Quid queris? Et patrini in persona eius dicunt. Uolo effici christianus. Et ille inquit. Abrenūcias diabolo z operibus eius? Et ille respōdet. Abrenuncio. de cōsecra. di. 4ᵃ. cᵒ. primum. Et iterum interrogat sacerdos dicēs. Abrenūcias mundo z pōpis eius? Mūdus autem fm Alexᵐ. de ales in 2ᵃ. parte sūme. in prin. dupliciter accipitur. Primo pro ipsa creatura: z sic homo ea vti potest ad necessitatē suam: nec ei renūciare tenetur. Secūdo accipitur pro mundana conuersatione. De qua dicit pᶜ. Ioā. 2ᵒ. Omne quod est in mundo aut est concupiscētia oculorum: aut concupiscentia carnis: aut supbia vite: z huic mundo renūciare tenetur z pōpis eius: que sunt diaboli possessiōes. Sicut patuit per exēplum illius iuuenis vanitati

exhortatus a confessore vt relinqueret pompas di-
xit. Tollat diabolus quod in me suum est. Et sta
tim venit diabolus: et oīa eius iocalia asportauit.
Respondent ergo patrini pro baptizando ad in
terrogationem predictam sacerdotis dicentes in
persona eius. Abrenuntio et tunc dicit sacerdos
Memor esto sermonū tuorum et a corde tuo nū-
q̄ abscedant: quasi dicat. O anima que ad sacra
mentum baptismi venisti: ecce domin⁹ iesus xp̄s
redemptor tuus brachijs in cruce extensis te su-
scipere teq̄ȝ amplecti paratus est: sed cum his pa
ctis q̄ inimicie suis renuncies ex corde. Anima
autem ipsa sponte et voluntarie promissionem fa-
ciens in presentia testium vocatorum et rogato-
rum in manu sacerdotis loco notarij stipulantis
profitetur dicens. Abrenuncio: idest accepto q̄-
cunq̄ȝ pacta et consuetudines domini et saluato-
ris mei Jesu christi et ea vsq̄ȝ ad mortez seruare
promitto. Quibus peractis cathecizatur et bapti-
zatur: et in numero fidelium ascribitur: et omniuȝ
ecclesie meritorum particeps efficitur. O contu-
max anima: seruasti promissionem tuam vsq̄ȝ
adhuc? Ecce quanta est promissio tua: q̄ solem-
nis: q̄ licita: q̄ iusta: et q̄ sancta professio. Et iō
preparet se vnusquisq̄ȝ seuero imperatori et iu-
stissimo redemptori rationez de infideli obserua-
tione promissi districtissime redddere. Unde Au
gustinus in c°. scimus. 12^a. q. p^a. ait: videat vnus-
quisq̄ȝ ne policitationez suam irritam faciat: sed
quod deo promisit fideliter custodiat ne damna
tionem sed premium acquirat. Grauius enim
puniūtur qui votum fecerunt et non seruauerūt
et qui fidem acceperunt et in malo finierunt: q̄
qui sine voto et fide mortui sunt: hec ille. Et Ber. in
quit. Melius est fidem non agnoscere q̄ post
agnitam recalcitrare: et Hieronymus dicit. Heu
heu quot sacro renati baptismate christiano fū-
guntur nomine: quibus melius foret non fuisse
christianos: est enim gehennalis pena paganorū
multo minor q̄ malorum christianorū p^e. Pe
tri. 2°. dicitur. Melius fuisset illis non cognosce
re viam iustitie q̄ post agnitionem retrorsuȝ cō
uerti ab eo quod illis traditum est sancto man-
dato. Contigit enim illis illud veri prouerbium.
Canis reuersus ad suum vomitum: et sus lota in
volutabro luti. Et iterum ibidem dicitur. Facta
sunt eis posteriora deteriora prioribus. Facit ad
predicta exemplum de capite pagani inuento in
deserto a beato Machario: de quo dicam in. 2^a.
parte principali huius operis. Sermone 21°. par
te. 2^a. Adulti enim tenentur ad ea que pro ipsis
patrini eorum spoponderunt de conse. distin. 4^a.
c°. paruuli. vbi glo. ait: dignū est vt qui per aliuȝ
liberātur: per aliū etiam obligētur. Si autem in-
ter mercatores fallens fideȝ grauiter peccare cre
dit̄. vnde in. l. p^a. ff. de consti. pecu. dicitur: q̄ gra-
ue est fidem fallere. Quid dicendum est de ma-
lis christianis qui deo fidem frangūt? Ideo dicit̄
in c°. viduas. 37^a. q. p^a. Si inter homines solēt
bone fidei cōtractus nulla ratione dissolui: quan
to magis policitatio quam cum deo quis pepigit
sine graui vindicta solui nō poterit? Et idē quasi
habet̄ in c°. ananias. 17^a. q. p^a. Consideret ergo
vnusquisq̄ȝ vitam: suam et videat quod fide pro
testatur operibus obseruat. Ait enim Greg. super
Marcū. Tūc veraciter fideles sum⁹ qd̄ sum⁹: si
qd̄ labijs p̄mittim⁹: operib⁹ implem⁹. In die qp
baptismatis oībus nos antiqui hostis operib⁹
oībusq̄ȝ pompis abrenūciare promisimus. Ita-
q̄ȝ vnusquisq̄ȝ vestruȝ ad ꝯsiderationē sue mentis
oculos reducat: et si seruat post baptismum qd̄ an
spopondit: certus quia fidelis est gaudeat. Sȝ
si quod p̄misit minime seruauit: studeat cito plā
gere quod errauit. Augustin⁹ in libro de vita xp̄i
ana īquit. Nec quisq̄ȝ iudicet se xp̄ianū: nisi q̄ do-
ctrinā xp̄i sequit̄: et immitat̄ exemplū. An tu illū
xp̄ianū putas cuius nūq̄ pane saturat̄ esuriēs?
Cuius potu nullius sitis extinguit̄: cuius mēsaȝ
nemo cognoscit: sub cuius tecto nec aduena: nec
peregrinus aliquādo succedit: cuius nemo nudus
tegitur vestimētis: cuius pauper nullus fouet̄ au
xilio: cuius bonum nemo sentit: cuius misericor
diam nemo cognoscit: qui in nullo immitatur bo
nos: sed irridet potius et subsanat? Absit vt huius
modi xp̄ianus dicatur. Absit vt dei filius possit
appellari qui talis est. Christianus est qui vitaȝ
sequit̄ christi: qui in oībus misericordiam facit:
qui omniū mouet̄ iniuria: qui opprimi pauperē
se presente nō patit̄: qui miseris subuenit. Qui ī
digentibus succurrit: qui cū merentibus meret:
qui dolorem alterius quasi proprium sentit. Qui
ad fletibus prouocatur alienis: cuius domus co-
munis est omnibus: cuius ianua nemini claudi
tur: cuius mensam pauper nullus ignorat: cuius
omnes bonū norunt et nemo sentit iniuriam: qui
deo die noctuq̄ȝ seruit: qui in desinenter eius pre
cepta meditatur et cogitat: qui pauper mundo ef
ficitur vt deo locuplex fiat. Qui inter omnes ha-
betur inglorius: vt coraȝ deo et angelis gloriosus
appareat: qui in corde suo nihil simulatum vide
tur habere nec fictum: cuius simplex et immacu
lata est anima: cuius conscientia fidelis et purat
cuius tota mens in deo est: cuius omnis spes in
christo est: qui celestia potius q̄ terrena deside-

rat: qui humana sprevit vt possit habere diuina. Nam his qui hoc seculum diligunt: ⁊ qui in presenti tempore gloriantur ⁊ complacent Apostolus inquit. Nescitis quia amicitia huius mūdi inimicitia est dei: ⁊ quicunqꝫ voluerit amicus eē huius seculi: inimicus dei cōstituet̄: hec ille. Nō ergo gloriet̄ malus christianus: quia licet in numero christianorum reputetur: est tamen extra ecclesiam quo ad meritum. Unde pᵃ.q.pᵃ.in c°. vt euidenter .dicitur. Is quem sacerdos in eccle[illegible] tollerat: est tamen extra ecclesiam si nō est corpꝰ eiꝰ: cuiꝰ caput est christꝰ. Imo talis falsus christianus est peior īfideli: quia peccata facta ex cer[illegible] scientia sunt grauiora peccatis per ignorātiam ppetratis.6ᵃ.q.pᵃ.c°.quero. Cuiusmodi sūt multa peccata infidelium. Item infideles patēter inimicantur fidei christiane. Isti autem mali christiani latenter. Inimicus autem domesticus peiꝰ facit q̄ꝫ apertus: nec est deterior amicus: q̄ꝫ fictus nec odium grauius: q̄ꝫ familiaris inimici: cū sit vt ignis in sinu: ⁊ serpens in gremio: ⁊ mus in pera: c°. ⁊ si iudeos.de iudeis.

De deuiatione hereticorum a fide.

P

Ertia pars nostri sermonis dicitur. Deuiatio scilicet a fide vera ꝑm enim beatum Thomam in tractatu de articulis fidei. Tota fides catholica circa diuinitatem ⁊ humanitatē christi versatur. Et ideo Ioannis.14°.dicit dominus. Creditis in deuz ⁊ in me credite. Ideo videamus hereticoꝝ errores quibus deuiāt a fide. Et licet sint quasi innumerabiles: tamē solum aliquos maiores ⁊ peiores ponemus: incipiēdo ab erroribus versātibus circa humanitatē Christi. Primꝰ ergo error fuit Carpochratis: ⁊ Ebionis: qui dixerūt christū fuisse purū hominez. Cōtra quos ad Roma. 8°.dicit̄. Ex quibus Christus ꝑm carnem super omnia benedictus deus. Amen.

Q

SEcūdus error fuit Manicheorum qui dixerunt christum nō habuisse verum corpus sed fantasticuz. Contra quos est sentētia Christi Luce vltimo c°. vbi reprehendit discipulos: qui conturbati existimabant spiritum se videre dic. Palpate ⁊ videte: quia spiritus carnē ⁊ ossa nō habet: sicut me videtꝭ habere: ⁊ Matthei.14°. vbi discipulis videntibus euz ambulātem supra mare: ⁊ credētibus q̄ esset fantasma Christus dixit: habete fiduciā. Ego sum: nolite timere. Et ex hoc errore ꝯcludebant ipsi maledicti manichei: q̄ in veritate xp̄s nō est passus mortem cum haberet corpus fantasticū ꝑm eos. Contra quos Esa.53°.dicit Vere lāgores nr̄os tulit ⁊ dolores nr̄os ipse portauit. Et ibidē scriptū est. Tanq̄ꝫ ouis ad occisionē ductus est. Et in hoc errore etiam fuit Gallanus q dixit Christum solum habuisse vnam naturam incorporalem ⁊ immortalem: ⁊ licet ostenderet se esse corporeum ⁊ passibilem: ⁊ hunc errorem tenent mauri ⁊ sarraceni. Contra quem est illa sententia apostoli dicentis. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est.pᵉ. Pe.3°. Tertius error fuit Valentini qui dixit Christuz celeste corpus attulisse: nihilqꝫ de virgine assumpsisse: sed per illam tanq̄ꝫ per riuum ⁊ fistulam sine vlla de illa assumpta carne transisse. Contra quem dicitur ad Gala.4°. Misit deus filium suum factuz ex muliere.

R

QUartꝰ error fuit Euticij qui posuit in Christo vnam naturam compositam ex diuinitate ⁊ humanitate. Contra qd̄ est illud ad Phi. 2°. Cum in forma dei esset formam serui assumpsit. Ubi manifeste apparet esse in eo duas naturas: scilicet diuinam ⁊ humanaz. Quintus error fuit monetelitarum dicentium in Christo esse solum vnam voluntatem. Contra quod Matthei 27°. dixit dominꝰ Jesus patri suo. Uerumtamē non sicut ego volo: sed sicut tu: vbi manifeste demonstrat in ipso fuisse duas voluntates: vnam humanam: ⁊ vnam diuinam: que est communis patri ⁊ filio.

S

SExtus error est Nestorij: qui dixit Christū deum perfectum: ⁊ hominem perfectum: ita tamē q̄ alia est persona dei: alia hominis in Christo: Et q̄ nō est facta vnio dei ⁊ hominis in vna ꝑsona Christi: sed solum comunicatio gratie: ita q̄ negat beatam virginem esse matrem dei: sed dicit esse solum matrem hominis Christi. Cōtra quod est illud Luce p°. Quod ex te nascetur sanctum: vocabitur filius dei.

M

SEptimꝰ error est Caupochratis qui habuit etiam hunc errorem: q̄ Christus natus sit ex Maria ⁊ Joseph. Cōtra quod est illd̄ Matthei p°. Anteq̄ꝫ conuenirent inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Octauus error est Claudij qui dixit: q̄ postq̄ꝫ virgo peperit Christuz plures alios filios genuit ex Joseph. Cōtra quod est illud Ezechielis. 44°. Porta hec clausa erit in eternum: ⁊ non aperietur: ⁊ vir non transibit per eam. Nonus error attribuitur Origeni scilicet q̄ Christus iterum est passurus pro salute demonum ⁊ allegat illud psalmiste. Homines ⁊ iumēta saluabis dn̄e: itelligēs per iumēta demones ꝑ quibꝰ dicebat dēbē xp̄z iterū pati. Cōtra qd̄ ē illd̄ ad

Ro. 6°. Xps resurgens ex mortuis iā nō moritur mors illi vltra non dominabitur. V

Decimus error est solētianorū dicentium: saluatorem nostrum non sedere ad dexteram patris. Cōtra qd est illud Marci vlt°. Dominus quidē Jesus postq̄ locutus ē assumpt⁹ est in celum: & sedet a dextris dei. X

Circa essentiā diuinam sunt etiā plures errores hereticorū: qui fecerūt contra sententiam Dionisij in lib°. de diuinis noībus. c°. 2°. vbi ait. Theologia quedam nobis tradidit vnitiue: quedam xo distinctiue. Et nec vnita licet diuidere: nec discreta cōfundē. s. vnitatē deitatis & trinitatē psonarū. De qua inqt Augu. in p°. de trini. Cum querit vnitas trinitatis: nec periculosius alicubi errat: nec laboriosius aliquid querit: nec fructuosius aliquid inuenit. Et ideo de hac re summa: & excellētissima cum modestia: & timore agēdum est: & attētissimis auribus atq̄ deuotis audiendū: hec ille. Jn quib⁹ verbis tria tangit. Primo periculositatē dum ait: nec piculosius alicubi erratur. Sicut enim ille qui fixis oculis: vult ituer i solem: qualis sit ponit se in periculo incurrendi cecitatē: ita ille qui curiose vult inuestigare misterium trinitatis ponit se in periculo incurrēdi in heresim: & in cecitatem mētis. Quia Prouerbi. 25°. dicit. Scrutator maiestatis opprimet a gloria. Et ideo dicit Eccle. 3°. Altiora te ne quesieris: & forciora te ne fueris perscrutatus. Scdo tāgit difficultatem dum ait: nec laboriosius &c. Dicit enim Dionisius in li°. de diuinis noībus. Trinam dei vnitatē: neq̄ dicere: neq̄ cogitare ē possibile: & Prouer. 3°. inqt Salomon. Quis ascēdit in celum? scilicet ad perscrutādum misterium trinitatis: q̄si dicat: nemo: & Sapiētie. 9°. iterum ait. Difficile extimamus que in terra sunt: & que in prospectu sunt inuenimus cum labore. Que autē in celis sunt: quis inuestigabit? quasi dicat: nullus. Et ideo Eccle. p°. inquit diuina sapiētia. Altitudinem celi: idest sanctissime trinitatis: que dicit celum: q: eius immēsitas omnib⁹ est celata quis dimensus est? scilicet suo ingenio comprehendēdo. Respōdet autem eadem sapiētia Eccl. 24°. Girum celi circuiui sola: q: ipsa sola perfecte cōprehendit suam eternam deitatē. Et ideo dicit Augusti. ad here. Sufficiat nobis de misterio trinitatis scire quātū nobis Christus p̄dicauit & docuit: & Ambr. inqt. Mihi est impossibile scire generatiōis diuine secretū. Mens deficit: vox silet: non mea tm̄: sed etiam angelorū. Unde ecclesia canit in officio trinitatis. Caligat hic scrutinium: non sufficit ingeniū: tam ardua rimari. Ait enim Auicena. 9°. Metha. sue. c°. vltimo. Operatio intellectus nr̄i ad supiora est: sicut oculi ceci ad colores: & aures surdi ad auditum. Et auctor in libro de causis dicit. Prima causa est superior omni narratiōe: & Plato in suo Thimeo ait. Genitorem veritatis: tam difficile est inuenire: q̄ inuentum impossibile est effari. Jn quibus verbis affirmat: q̄ deus genuit veritatem: idest filium suum: qui ait Joannis. 14°. Ego sum veritas. Transumptiue in caplō. si consuetudinem & c°. qui contēpta. 8°. distinc. Salomon quoq̄ Prouerbio. 30. inquit. Tria sunt mihi difficilia: quia trinitatis misterium intelligere perfecte nō potuit. Et ideo inquit Dionisius in li°. de di. no. Non est audendum dicere aliquid nec cogitare de supersubstātiali occulta diuinitate preterea que diuinitus nobis ex sacris eloquijs sunt expressa: & Bernar. in sermone de trini. inquit. Jnquirere de trinitate peruersa curiositas est. Credere & tenere sicut sancta ecclesia tenet fides & securitas est: videre autem eam sicuti est perfecta: & summa felicitas est. Hilarius insuper in libro de trini. Predicta de difficultate cognitionis sancte trinitatis approbās dicit. Non putet homo sua itelligentia sacramētum generationis: & processionis se posse consequi. Ad predicta etiam confirmanda adduci possent plura exempla. Primū est de beato Augustino de quo legitur: q̄ cum vellet in libro suo de trinitate describere misterium trinitatis diuine: quendam puerulum in littore maris inuenit: qui cum quodam cocleari argenteo aquam maris in quandam paruam foueam refundebat dicens: se velle totum mare in illam foueam includere. Cui cum Augustinus dixisset non posse hoc fieri cum mare sit magnum: & coclear modicum ac fouea parua. Respondit ipse qui erat domin⁹ Jesus. Facili⁹ est mihi hoc agere: q̄ tibi id quod cogitas adimplere. Cogitas enim in libro tuo misterium trinitatis comprehendere. Cum liber tuus sit parua fouea ad recipiendum: ingenium tuum modicum coclear ad inquirendum: & trinitas ipsa immensum pelagus ad exhauriendum. Et his dictis disparuit. Secundum exemplum legitur in libro de vita & moribus philosophorum: vbi dicitur. Quod quidam philosophus nomine aristodem⁹ multis annis in solitudine stetit: & cōtinue inuestigauit naturam apis: nec intelligere eam perfecte potuit. Minus ergo trinitatis eterne maiestatē qs poterit indagare? Tertium exēplum est qd narrat Tulius in li°. de natura deorū: vbi ait. Quod quidam rex quesiuit ab vno philosopho: quid es-

fiet deus. Philosophus aũt inducias triũ die/
rum petijt respõdendi. Et expleto triduo: alterum
aliud triduũ postulauit. Et post maiorem termi
num ad quesitũ non rñdit. Cui rex ait. Ut video
me deludis. At ille. Dñe mi, non. Quia deus est
tam immensus: ꝙ quãto plus de eo cogito: tanto
plus deficio. Et qd rñdeam nescio. Tertio tangit
Augu. in verbis ꝑdictis fructuositatē trinitatis
cognite dum ait: nihil fructuosius inuenitur. In
alias aũt vtilitates quattuor ꝯsequnt̃ illi qui de/
uote colũt sanctissimã trinitatem per fidē cogni/
tam. Prima dicit̃ eleuationis. s. ad celestia cõtẽ
plãda: et terrena despicienda: iuxta illud Esa. 40
Quis appendit trib⁹ digitis molem terre? quasi
dicat: nullus nisi deus trinus in sua potẽtia. Sa/
pientia et mĩsericordia: qbus quasi tribus digitis
molem terre: idest põderositatem corporis appẽ
dit sursum eleuãdo ad ꝯtẽnendū terrena: et sup
na speculãda. Et sic appensus et eleuatus erat sã/
ctus Augu. de quo legit̃: ꝙ cum libros de trinita
[redacted] scriberet: et quedam vidua tribulata ad eũ va
dens ipsū salutasset: ipse ei nihil rñdit. Unde il/
[redacted] tristis recessit. Sequenti vo die cum eius mis/
sam audiret: facta est in extasi mentis: et rapta in
celũ ibidem vidit Augustinū facie inclinata de
trinitate disputãtem. Factaqȝ est vox ad eã dicẽs.
Cum ad Augustinū iuisti: tũc de trinitatis glie
attentissime disputabat. Et ideo ꝙ ibi fueris nõ
aduertit. Secũda vtilitas dr̃ propulsionis. s. ad/
uersitatem. Nam sicut Joãnes damascenus li°.
4°. Cũ apud cõstantinopolim grauis pestis eẽt:
de medio populi: qdam puer in celum rapt⁹ can
ticũ sancte trinitatis. s. Sãcte deus: sancte fortis:
sancte et mĩsericors saluator: miserere nobis ab an/
gelis est edoctus. Qd cum rediens decãtasset co/
rā populo: mox oĩs pestilentia est effugata. Ter/
tia vtilitas dicit̃ expulsionis. s. demonum. Nam
legit̃: ꝙ cū apud ꝯstãtinopolim: qdam magus
duxisset vnũ fidelem notariũ ad ꝯspectum ma/
xime multitudinis demonū. In qua erat vnus
sedẽs in throno: tanꝗ̃ ꝑnceps: et ille demon īter/
rogasset ipm notarium: an seruus eius fieri vel/
let: notarius ipse signãs se signo crucis respondit.
Ego sum seruus sanctissime trinitatis. Et statī
illa multitudo demonũ disparuit. Et iste due vti
litates tãgunt̃ Exo. 5°. vbi Moyses inqt. Deus
hebreoꝝ vocauit nos: ut eamus viam triũ dierũ
in solitudine: idest per fidem trinitatis et in hac
vita in qua ꝑegrini sumus: seruiamus: ne forte
accidat nobis pestis: aut gladius. Per pestē au
tem põt intelligi tentatio a carne: per gladiū vo
tẽtatio ab hoste. Quarta vtilitas dicit̃ ꝯuersiõis
s. maloꝝ. Refert nãqȝ Bonifaci⁹ in libro suo: quẽ
scripsit ad comitissam maltildam: ꝙ cum qdam
archiepũs obrucinẽsis simoniacus: per testes con/
uinci nõ posset: preceptũ est ei a quodam legato
pape viro sancto: ut versiculum trinitatis diceret
s. Gloria patri et filio et spũi sancto. Et cum ille sã
ctã trinitatem: et maxime spūm sanctū noiare nõ
posset: deprehensus: et cõuictus de crimine: humi
liter peccatũ suum cõfessus est ac penitẽtiā petijt
et se emendauit. Istum aũt versiculũ fecit Syno
dus Nicena. Beatus aũt Hiero. et postea Gre
go. ordinauit: ut in fine psalmoꝝ diceret̃. Legit̃
autem ꝙ cum qdã vir sanct⁹: cum alijs psallen
tibus esset in ecclesia: vidit beatã virginẽ illuc ad
uenientem: et ad gloria pãi profunde se inclinãtem
qui cum eã de hoc interrogasset: rñdit ꝙ quãdo
cũqȝ ille versiculus trinitatis ab ecclesia dicit̃: to/
[redacted] curia celestis sancte trinitati: se inclinat: et eã
specialiter reueret̃. E cõtra vero legit̃ de quodam
religioso: qui nunꝗ̃ se inclinabat ad gloria pãi.
Cum aũt mortuus esset: hec ei est assignata peni
tẽtia. s. ꝙ vsqȝ ad diem iudicij: stet sup vna altis/
sima colũna in medio maris eleuata: et semp qñ
dicit̃ in ecclia: gloria patri: illa colũna iclinatur
valde profunde: et [redacted] videt̃: ꝙ debeat in abyssum
demergi. Multa quoqȝ alia miracula et signa fa
cta sunt in testimoniũ sanctissime trinitatis. Nã
vt refert Eusebius: in die natiuitatis xpi: tres so
les in oriente apparuerũt: qui paulatim in vnū
solem sunt redacti: de qbus videt̃ facere mentio
nē Virgili⁹. 3°. eneidi di. Tris adeo incertos ce/
ca caligine soles. Erramus pelago et c. Aliud aũt
ponit Eutropius. s. ꝙ dū qdã arrianus quẽdã
baptiçaret: et formā trinitatis ꝑuerteret: mox aq̃
disparuit. Ipse enim hereticus dicebat. Ego te ba
ptiço. In noie patris per filiũ: in spiritu sãcto: vo/
lens per hoc ostẽdere: ꝙ filius et spũs sanct⁹: non
essent patri equales. Uiso aũt miraculo: ad gre/
miũ ecclesie catholice cõfugit. Refert etiā Sigil
bertus: ꝙ circa annos dñi. 550. Cū intra gallias
arrianã heresis pullularet: que filium et spm scm
minores patre affirmat in vrbe nastensi: a se va/
sacensi: dum epũs eiusdẽ vrbis missam celebraret
vidit tres guttas clarissimas de celo descendere
que sup altare se ponentes: et ad inuicem appro/
pinquãtes: vnã gẽmam pulcherrimã effecerunt:
quã cum in medio cuiusdã auree crucis [redacted] qua
multe gẽme erãt posuisset: ille tãtā eius excellen/
tiā: nõ ferẽtes de cruce protinus ceciderũt. In im
mũdis aũt hoibus videbat̃ obscura: et horribilis
Mũdis vero et puris delectabilis: et clara: mul/
tisqȝ infirmis prestitit sanitatem: et adorãtibus
ipsam

ipsam crucē aucti virtutē: τ ideo Ricar. in p°. de trini. ait. Utinā attēderent iudei: vt unam aduerterent pagani cū quāta ꝯscientie securitate ꝓ hac fide trinitatis ad diuinum iudicium poterimus accedere. Nōne cum omni confidentia deo dicere poterimus. Dn̄e si error: est a teipso decepti sumus. Nam hec fides tantis signis τ prodigijs cōfirmata est que non nisi per te fieri possunt: τ certe a sūme sanctitatis viris est nobis tradita: atq₃ summa τ autētica attestatione probata: te ipso cooperante: τ sermonem confirmante: sequentibus signis: hec ille. Licet autem Philosophi nō cognouerit perfecte misteriū diuinarū psonaꝝ per propria que sunt paternitas: filiatio: τ processio: ſm illud Apl̄i. p°. ad Cori. 2°. Loquimur dei sapiētiā quā nemo principū hui⁹ seculi nouit: idest Philosophoꝝ: ſm glosā tn̄ cognouerūt q̄dā eēntialia attributa: que appropriant̄ diuinis psonis sicut potētia approp̄at̄ pr̄i: sapiā filio: τ bonitas spūi scō. Ipsi enim philosophi cognouerunt deū p creaturas: q̄s ipse fecit: iuxta illud Macrobij. in li°. de somno Scipionis dicētis. De⁹ q prima cā vocatur: oīum que sūt: dn̄s τ origo ē. Et iō vidētes magnitudinē: pulchritudinē: τ bonitatem creaturaꝝ deuenerūt ī cognitionē creatoris dei. s. q sit potētissimus: sapientissim⁹: τ optimus artifex: τ hoc ē qd ait Salomon Sapie. 13°. A magnitudine speciei τ creature cognoscibiliter poterit creator hoꝝ videri: τ ad Roma. p°. inquit Paulus. Inuisibilia dei per ea q̄ facta sūt intellecta cōspiciuntur: sēpiterna quoq₃ virt⁹ eius τ diuinitas: vnde Ambro. τ Augusti. quos refert Magister i. p°. di. 3°. dicūt: q philosophi cōsiderātes celū τ terrā τ alia mirabilia creata: cognouerūt illū eē sup oēm creaturā: q ea fecit que nulla creatura facere pōt: vel destruere. Itē ex creaturarum eternitate: vt est celorum τ planetarū: ac stellarum cognouerunt eternitatem creatoris: τ ex eoꝝ magnitudine ei⁹ oīpotētiā. Et ex eoꝝ ordinatione τ gubernatione eius sapientiā τ bonitatem. Et sic cognouerūt in deo trinitatem perfectionū. Unde Ari. in 12°. Metha. ait. Dicim⁹ deum esse animal sempiternum: bonum τ optimū cuius duratio in infinitum est: in quo est summ⁹ intellectus: summum intelligibile τ intelligere: sūmaq₃ voluntas: sūme voluptuosa τ gaudiosa. Ubi eius Comentator comento. 37° probat τ affirmat q in deo est intellectus: τ voluntas: τ actus eorum: τ in fine dicti comenti replicat q ī deo est trinitas perfectionum: adiungens q quidam putauerunt esse trinitatem suppositorū vt Plato τ multi alij: sed ipse comentator eam negat: in quo [illegible] Hereticus cēsendus. Idez quoq₃ Aristo. p°. de celo τ mundo ait. Omne τ totum ponimus super tria. Per hunc enim numerum adhibuimus nos ipsos magnificare deum vnū eminentem proprietatibus eorum que sunt creata. Plato etiā incipiens librum quē fecit de mūdi creatione dicit. Unus: duo: tres. Deinde ꝓsequitur librū suum. Per hoc ut ait. Fran. de Mairo. in sermone de trini. quasi intēdēs: q trinitas ē principiū totius vniuersi: dicit quoq₃ Augu. 7°. confessionū: se legisse in libris Platonis totū illud Joannis p°. In principio erat verbum τc. vsq₃ ibi. Fuit hō missus a deo. Et idē euangelium posuit Platonicus ei⁹ discipulus in li°. quem cōposuit: vsq₃ ad verbū caro factum ē: τ si nō ordinate saltem in sententia: vt idez Augu. refert. Qui etiam inqt. x°. de trini. c°. 3°. τ. 13°. q Porphirius q fuit philosophus paganus: confessus ē scām trinitatem: τ appellauit paternū intellectum deū filiū: τ horum medium amorē spiratū. Et. 2°. de tri. c°. 6°. etiam ait Augu. q Plato q tantis seculis ante puerperiū virginis fuit: summe trinitatis atq₃ vnitatis predicator in gentib⁹ extitit: vnde vnitatez ac trinitatē predicans cursu mirabili: oculoq₃ clarissimo dilucidauit: quesiuit: inuenit: τ prodidit patrem deū: paternantez mentem: τ vtriusq₃ amorem mutuum: τ vnam summaz equitrinam: τ indiuisā deitatē: nō solū oportere credi docuit: sed ita esse ratiōe conuicit. Trimegistus etiā inquit. Monas gignit monadem: τ in se suum reflectit amorē: idest pater de⁹ gignit filium deū: τ in se habēt spiritū scm̄. Ista tamē verba a quibusdā attribuunt̄ Porphirio philosopho. Hermes quoq₃ philosophus vt refert Augu. in li°. contra qnq₃ hereses fecit librū qui dr̄ verbum perfectū: in quo sic ait. Hic fili⁹ benedicti dei: τ Auicena. x°. sue Metha. c°. 13°. Plura dicit de spū scō. Ex qbus patet trinitas diuinaꝝ psonaꝝ. Uera est enim illa poetica sententia. Numero deus īpare gaudet. Hoc autem misteriū trinitatis credidit Noe quādo in archa saluatus ē. Gen̄. 7°. idest in celesti gloria: cum tribus filijs: idest cū fide sancte trinitatis: credidit etiā Abraham dn̄ vt dr̄ Gen̄. 18°. tres vidit scilicet personas diuinas: in corporea imagine sibi apparentes: τ vnū. s. deū adorauit. s. in illis trib⁹ psonis. Isaac quoq₃ idē credidit qn̄ effodit tres puteos: vt dr̄. Gen̄. 22°. Jacob etiaz credidit qn̄ vidit scalam triū graduū. Gen̄. 28°. Joseph quoq₃ credidit qn̄ vidit tres palmites in vna vite. Gen̄. 40. Credit etiam Moyses qn̄ tres solemnitates ꝑcipuas instituit: ad quas conuenire de-

Secunda ratio dicitur dilectionis. Nam vt dicit. 9°. Ethicorū amor debet esse reciprocus: ⁊ Leui. 19°. preceptum est. Diliges amicū tuum sicut teipsum. Sed dicite o filij quis est qui vos magis in hoc mundo amet? Profecto clarū est veram esse sententiam que ponitur in. l. cum furiosus. C. de curato. furio. §. ꝙ nullus affectus vincit paternum: nec etiam maternū. Et dicit in. l. videamus. ff. de in litem iurando. Ideo dicitur in l. si quidem. §. fi. ff. quod me. cā. ꝙ parētes magis diligūt filios: ꝙ̄ seipsos. Patuit exēplū d̄ amore paterno erga filiū: secundi Re. 18°. c°. Cū enim Absalon temptasset prem suum Dauid de regno expellere: ac Dauid cōtra eum mouisset exercitū Ipseqꝫ Dauid remansisset in porta ciuitatis: precepit Ioab ⁊ Abisai: quibus commissa erat sūma belli dicens. Seruate mihi puerum Absalon. itaqꝫ egressus est populus contra Absalon ⁊ suos in campum: ⁊ factum est prelium: debellataqꝫ ē ab exercitu Dauid: gēs Absalōis. Accidit autem [redacted] Absalon occurreret seruis dauid sedēs mulo: cūqꝫ ingressus fuisset mulus subter cōdensam quercum: adhesit caput eius quercui: ⁊ illo per capillos suspenso: mulus cui insedebat pertransiuit. Quod cum nunciatum fuisset Ioab: tulit tres lanceas in manu sua: ⁊ infixit eas in corde absalonis. Cumqꝫ adhuc palpitaret concurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab: ⁊ interfecerunt eum. Cum vero nūcius curreret ad Dauid qui sedebat inter duas portas: ⁊ speculator diceret: video quendam venientē: dixit Dauid. O si bonus est iste nuncius? Et appropinquans nuncius ad Dauid: ait. Salue rex. Benedict⁹ dominus deus: qui disperdit omnes cōtrarios regi meo Et ait rex. Estne pax puero absaloni? Qui respondit: ꝙ mortuus erat. O Dauid pater pijssime: O genitor cordialissime: O paterni amoris affectio immensa: non cogitauit absalonis rebellionem: non dixit: volebat filius meus surripere regnum meum: non dixit: merito interfectus est ⁊ punitus: sm nequitiā suā. Imo paterno amore deuictus: constrictus est amarissimas lachrymas fundere: ⁊ ascendit cenaculum porte: ⁊ fleuit: ⁊ sic loquebatur. Fili mi absalon: absalon fili mi: quis mihi tribuat: ut ego moriar pro te? absalon fili mi: fili mi absalon. O crudeles filij: considerate immensitatem amoris: quo vobis afficitur: pater ⁊ mater: ⁊ honorate eos. Ait enim Hieronymus: vbi supra: cuilibet vestrū. Sit tibi gra[redacted] vita illorum: quibus charior est vita tua: ꝙ̄ propria: redde amoris vicem colende pietatis. ¶

Tertio ꝙ debeatis diligere ⁊ honorare parentes ostendit exemplo brutorū: ⁊ irrationabilium animaliū. Ipse etenim seuissime fere: ⁊ aīalia siluestria: serpentes feroces: volucresqꝫ rapaces: ad parentes suo modo pietatem exhibent ⁊ amorem. In libro etiam de aīalibus legitur: ꝙ filij balach cuiusdā auis: cibant parentes suos in senectute. Et filij moroth alterius auis: cibant parentes: nō solum in senectute: sed quādocūqꝫ indigent. De ciconia quoqꝫ in libro eodem legit Qd̄ senescens pater: aut mater eius: ab ea nutritur: alis fouetur: ⁊ ciconia filia quecūqꝫ potest beneficia parentibus indulget: quia ut dicit Ambrosius in exameron. Omelia. 5°. Auis pia romanoꝝ antiquo more appellari solebat. Coruus etiā quādo senio deplumat: eum filij sui plumis ⁊ pēnis suis vestiunt. Elephas quoqꝫ senio grauatus: atqꝫ ex dbilitate cadens clamat: ad cuius vocem iuuenes elephantes currūt: ⁊ eum de terra eleuāt. Ecōtra do canes rabidi: dum parui sunt: ⁊ lacte matris viuūt diligūt eam: etqꝫ ad-

herent: sed q cito sunt maiores facti: et habent acutos dentes: si os in medium proijciatur: illud de ore patris ac matris eripere conant et contra eos insurgunt: ut ergo non simus sicut canes rabidi: debem⁹ esse parentibus nostris obsequētes et gratiosi. Ad hoc etiam nos incitare debet exemplum gentilium. Refert enim Ualerius libro. 5°. q quedaz mulier romana: capitali sententia damnata a ptore: in carcerez posita est ut fame moreretur. Custos aūt carceris concessit filie ut eam visitare posset: diligenter tamē obseruans ne quid ad eaz afferret: que mulier damnata cum multis dieb⁹ superuiueret: dictus custos admirat⁹ obseruauit filiam: et inuenit q matrem suo lacte sustentabat que nouitas: matri remissionez ipetrauit. Et subiungit prefatus doctor. Hoc contra naturam factum crederetur: nisi diligere parētes prima lex nature esset. Exemplū etiam simile quasi per omnia refert Solinus de quodam patre sene et grandeuo: taliter a filia i carcere sustētato. Refert quoqz in eodem libro. Ipse Ualerius: de alia que patrem suum pre infirmitate et senectute comedere non valentem: velut infantem pectoris sui alimonia enutriuit: quod cum fuisset cōpertum: in memoriam tanti preconij corpus femine fuit a corruptōe pseruatū: aromatibusqz et mirra psecratū

¶ Pars. 3ª. s. ad qd teneāt filij parētib⁹ suis. R

Ertio principaliter hic querit: ad quid specialiter tenent filij erga patrē suuz et matrē: et respōdeo sm Alexandrum de ales in 3ª. parte summe: super hoc pcepto: q ad sex tenent filij parentibus. Primo n. tenent eos diligere: quod sic probatur: scriptuz est Deuterono. 6°. Matthei. 22°. Mar. 12°. Luc. x° 23ª. q. 4ª. c°. ea vindicta circa finē et c°. debet homo. et eadem cā. q. 5ª. c°. si non licet. de pe. di. 2ª. c°. charitas. et de sacra unctione c°. vnico. §. hoc vnguento. vbi dicitur diliges proximum tuum sicut teipsum. Sed o fili: quis est tibi magis proximus patre? qui cuz filio censetur esse vna et eadem persona. l. fi. C. de impuberum. et ali. sub. Et ideo dicit Ugo in libro de sacra. Primum preceptuz secūde tabule ad patrem pertinet hominem: sicut primum prime tabule ad patrē pertinet deum: utrobiqz paternitas preponitur: vtrobiqz principij dignitas honorat. Sicut ergo sup oīa deū amare debem⁹: ita sp oēs hoīes parētes nros diligē tenemur: et amorē cordis etiā opib⁹ ōmōstrare: ut dicere possimus cum domino Jesu illud Joānis. 14°. Ut cognoscat mundus quia diligo patrez. etc. Et notādū est q appellatione parentum itelliguntur oēs ascēdētes et n solū pr et mr: sz et auus et auia et reliq et appellatione liberorū itelligūtur nō soli filij et filie: sed etiam omnes nepotes et descēdentes vt in autētico. vt liceat matri et auie. §. illud quoqz coll. 8ª. et l. appellatiōe pris. et l. liberoz appellatione. ff. de verbo. signi. sed heu: heu: heu: qa hodiernis temporibus raro inuenitur pietas et amor filiorum erga parentes: imo q plurimi maledicti et crudelissimi filij: parentibus suis mortez desiderant: vt eorum numos accipere possint. Et alius dicit: q diu viuet iste maledictus senex: alius quando morietur ista maledicta vetula? Ita q verificatum est illud Ouidij in p°. Methamor. dicens. Filius ante diem patrios inquirit in annos. Victa iacet pietas. Sed o filij: nolite tales esse: sed imitamini pium Eneam: de quo refert Uirgilius. 2°. Eney. q cum pater suus Anchises rogaret eum: vt aufugeret ab hostibus se relicto neqq assētire voluit. Vn ipse Eneas dicit eo.

Rursus in arma feror mortem miserrim⁹ opto.
Nam quod consilium: aut que fortuna dabatur
Mene efferre pedem genitor te posse relicto
Sperasti: tantumqz nephas patrio excidit ore.
Alterum in alterius mactatos sanguine cernaz

qsi dicat tecū poti⁹ pr volo mori: q sine te viuē. S

Ecūdo debēt filij timē parētes. Scriptū est enim Leui. 19°. vnusquisqz patrem suum et matrem suam timeat. Nō ut efficiatur: debent patres taliter conuersari cum filijs scilicet grauiter: et honeste: ac exemplariter: vt reuereantur: nimia enim familiaritas contemptum parit. ff. de officio presidis. l. obseruandum. Debēt ergo ita conseruari superiores cum inferioribus: ne contemptibiles videantur. ff. de officio proconsulis. l. nec quicquam. §. circa aduocatos. et 86ª. di. c°. quando necessitas. Similiter debent patres seruare illō Ecclesiastici. 33°. vt possint timeri: ait enī sapiēs vbi. s. Ne des ptātē filio sup te in vita tua et ne dederis alijs possessionem tuaz: ne forte peniteat te: et postea deprecceris pro illis: hec ille. Unde Jacobus bñuētanus. 55°. c°. sui libri inquit. Dū retinere potes dñatū nō dabis vlli. Te viuente tuū nulli pbebis honorē. Sz tibi pserua char⁹ vt esse qas. De his duab⁹ obligationib⁹. s. amandi et timēdi: ait Hierony. vbi supra. Prebeat paritib⁹ amor: mixtaqz formido T

Ertio tenēt eis obedire. Vn ad Ephe. 6°. dic apls. Filij obedite parentib⁹ vris in dño: hoc .n. iustū ē: vn habet i puerbijs philosophoz. Socrates dicebat: filio modesto nunq videt graue qd pr iubet. et ad Col. 3°. dr. Filij obedite parētib⁹ vris p oīa. s. honesta: sm Alex. de ales in. 3ª. parte summe super hoc precepto. Quarto tenent illos

honorare ⁊ reuereri: vnde Aristo. 9°. Ethico. ait. Filij debent parentibus honorem. Solon quoq; Philosophus: in suis legibus dixit. Deum honora: parentes reuerere: non tamen quẽlibet honorem tenẽtur filij exhibere parentibus: sed ſm illorum statum: ⁊ cõditionem. Sed heu: quia quasi nullus honor: ac nulla reuerentia hodiernis tẽporib⁹ habetur parẽtibus. O ingrati filij: an nescis ꝙ honor parentis est tuus? Ecclesiasti. 3°. Ideo Ambrosius super Matth. xi. 15°. c°. inquit. Primus gradus pietatis ẽ: ut quos auctores tibi deus voluit: honores obsequijs: abstineas cõtumelijs: nec vultu ledẽda est pietas parẽtũ. Quinto tenẽtur filij non cõtristare vnq̃ parentes: factis: vel dictis: aut signis: vel quocũq; alio modo: sed debent eos semper cõsolari in omnib⁹ tribulationibus: ſm possibilitatem suam: vnde Eccle. 3°. dicit. Fili suscipe senectam patris tui: ⁊ non cõtristes eum in vita ipsius: ⁊ si defecerit sensu: veniã dato: ⁊ ne spernas eum in virtute tua: que verba sunt multum põderãda. Primo enim dicit suscipe: idest amoroso affectu: ⁊ gaudioso osculo: ⁊ amplexu cõsolare. Secũdo dicit senectam multũ siquidem alijs: sed multo magis sibi tediosam: ⁊ laboriosam. Et ideo Thobias. 5°. c°. sui libri: vocat filium suum baculũ senectutis sue: q̃a in senectute filius debet esse baculus patris sui. O q̃ dulce vocabulũ pater: aut mater: o q̃ gratũ verbũ filius: aut filia: hinc Hieronymus: vbi supra Mater ⁊ filia: nomina pietatis: officiorũ vocabula: vincula nature: vnde dicitur in. l. liberorũ. ff. de verbo. signi. ꝙ nullum nomẽ dulcius est: q̃ nomẽ filij. Tertio subditur in predicta auctoritate patris tui: vel extranei: nõ inimici: sed illi⁹ qui te genuit: nutritoris tui: ⁊ cordialis dilectoris tui: vnde Hieronymus: de honore parẽtũ ait: foueatur parẽtum senectus: ⁊ factis eorũ vicissitudo reddat: videant liberi vestri: quid faciãt: vicem similem reddituri. Quarto subinfert. Et nõ contristes eũ in vita ipsius: nõ inquam cõtristes factis: nõ signis: nõ modis: nõ verbis: vnde Hierony. vbi supra. Nemo aspis verbis patris ledat affectum sonet qcqd lingue dixerint filiorũ: qđ parentes delectat audire. Quinto subdit: ⁊ si defecerit sensu veniã dato. i. si nõ recte fecerit aliqua: vel dixerit ridicula: siue puerilia ⁊ stulta: non irrideas eũ nõ dicas iniuriã: vnde Hiero. vbi supra. Habet quãdam senectus infantiam: quasi dicat: recole puerilia infantie tue: ⁊ recole in eis patiẽtiam erga te: quãdo enim tu fiebas: turbabas domum inquietabas dormientes: ⁊ alia faciebas quibus infantilis etas solet esse molesta. Ipsi tibi alludebant: blandiebantur: ꝙ ut a planctu reuocarent ⁊ miserias suas patienter tollerabant. Noli ergo irridere patrem tuum: sicut cham: qui maledictus fuit a Noe patre suo: quia dormiẽtem eũ discoopertum irrisit Genesis. 9°. Sexto concluditur. Et ne spernas eum in virtute tua. Multas nanq; naturales virtutes habet iuuentus: que inexperta malis: pauperes senes talibus carentes despicit: ⁊ contemnit. Noli igitur o fili iuuenis spernere patrem tuum senem: tu sanus infirmum: tu fortis illum debilem: tu iocundus: illum tristem: tu sensibus vigens: illum cecum: fetidum: ⁊ dentibus priuatum. Ideo dicitur Ecclesiastici octauo. Ne spernas honorem in senectute sua: etenim ex nobis senescunt: ⁊ Prouer. 16°. dicitur. Corona dignitatis senectus.

VLtimo pro nunc dico: ꝙ tenentur filij subuenire ⁊ seruire parentibus in omnibus necessarijs: ſm possibilitatem suam: vnde scriptũ est Ecclesiastici. 3°. c°. Qui timet deum honorabit parentes: ⁊ quasi dominis seruiet his qui se genuerunt in opere ⁊ sermone: ⁊ in omni patientia. In quibus verbis consideramus tria seruitia: scilicet primo operis dum dicit: in opere: vnde Hieronym⁹: vbi supra ait. Exsolue fili quod debes: ⁊ officia debita qualicunq; exhibe famulatu: quia parentibus non potest reddi quod debetur. Primo itaq; in mane cum de lecto surgit pater: considera o fili si aliquid necessarium sit ei ut calefacere pãnos in hieme: si est senex: ⁊ idem dico de matre. Si est inualidus pater: vel ita senex: ut non possit se induere: adiuua illum: sustẽta illum: si opus est: adiunge te lateri eius: ⁊ intrantem ecclesiam comitare presertim in festis: si aliquando pater reuertitur domum balneatus: lutosis pedibus: siue dolore aliquo correptus: siue sudoribus madefactus: vel frigore astrictus: inter filiorum manus excipiatur: ⁊ se quisq; existimet feliciorem alijs: qui precurrit: ⁊ plura circa parẽtes facit. Secũdus modus seruiendi est oris s. cum dilectione ⁊ dulcedine: ⁊ reuerẽtia: cũ eis loqui: ⁊ rñdẽ: sicut serui faciũt cũ dñis suis: ⁊ dicere cũ Paulo Act. 9°. Dñe quid me vis facere? Tertius modus subdit cum dicit: in omni patiẽtia. s. cordis: hoc est dicẽ: ꝙ in seruitijs multis parẽtibus exhibit: nõ frangantur filij illorũ rephensionibus: improperijs ⁊ cõuicijs. Non dedignent: nõ male rñdeant: aut dure. Imo turbatos parẽtes cõtra se: humili patientia pacificare debent: ⁊ dulcibus verbis. Sic enim facere serui dominis suis solent: nam Prouer. 15°. scriptũ est. Patiẽtia lenitur princeps. Si ergo turbat⁹ est pater: vel

mater suauitate verborum placet. Nam ut dicitur Prouerbiorum .15°. Responsio mollis frangit iram: et lingua eucharis in bono homine abundabit. O filij seruite parentibus vestris: et scitote: quod si per mille annos eis serueritis: non poteritis eis debite satisfacere. Ipsi enim vos nutriuerunt de propria carne: et de propria substantia. Audite Ambrosium super Luc. 18°. dicentem. Si paueris matrem: non reddidisti cruciatus quos pro te passa est: non obsequia quibus te gestauit: non alimenta que tibi tribuit: vero pietatis affectu immulgens labijs vbera non famem: quam ipsa pro te tolerauit: ne quid quod tibi noxium esset comederet: ne quid quod lacti nocere hauriret: tibi illa ieiunauit tibi comedit: tibi illa cibum quem voluit non accepit: tibi quem noluit cibum sumpsit: tibi vigilauit: tibi fleuit: et tu illam egere patieris? Illi debes quod habes: cui debes quod es: hec ille. O maxima peruersitas filiorum: qui parentes suos non nutriunt: eis non prouident de necessarijs: profecto tales grauiter puniri debent: vnde dicit Lactantius p°. diuinarum institutio. aduersus gentes. Iustissime quidem pari vindicta parentum: ac deorum violatio expianda est. Tenemini ergo: o filij alere parentes vestros. Scriptum est enim. ff. de liberis agnoscendis. l. si quis. §. si impubes. Si impubes filius sit emancipatus: patrem inopem alere cogitur. Iniquissimum est enim patrem egere: cuius filius sit in facultatibus. et C. de alen. liber. ac paren. l. parentum. dicitur. Parentum necessitatibus liberos succurrere iustum est. X

Ad quorum declarationem notandum est: quod peculium dicitur: quasi pusilla pecunia: siue patrimonium pusillum: ut dicitur in. l. depositi. la. p°. §. peculium. ff. de pecul. Item est sciendum: quod peculium filij potest esse quadruplex: quoddam dicitur castrense: cum occasione militie aliquid in militia acquisiuit: quoddam quasi castrense: quando ex aliquo officio publico acquisiuit: ut aduocatus medicus: notarius: et huiusmodi. Similiter quod euenit clericis ex officio suo: et in his pater nihil iuris habet. Immo ipse filius: ut paterfamilias in eo censetur. ff. ad mace. l. p°. §. fi. et l. ij. et C. de inoffi. testa. l. fi. Quoddam peculium dicitur profecticium: quando ex rebus patris: vel earum occasione aduenit: et in eo nihil iuris habet filius: sed est patris insti. per quas personas no. acqui. §. p°. Quoddam est aduenticium: quando ex aliqua hereditate aduenit filio: vel alio titulo a matre: vel ab alia persona extranea: vel alijs operationibus: et laboribus filij: et in hoc seruatur proprietas filio: et pater habet vsumfructum dicto. §. p°. Tamen quod viuente patre filius non potest illud alienare: nec de eo testari. c°. licet. extra de sepul. li°. 6°. In omnibus his peculijs: etiam in quibus nihil iuris habet pater: filius etiam emancipatus tenetur sub pena mortalis peccati alere indigentes parentes: vnde. 86ª. di. c°. ceterum. ait Ambro. Ceterum dei traditio est: ut prius pascas parentes: nam iuxta dominum contumelia parentum morte luitur: quanto magis fames: que multo grauior est: hec ille. Est etiam sciendum: quod quadruplices reperiuntur filij. Quidam sunt naturales et legitimi: de honesto matrimonio procreati: extra. qui filij sint legi. c°. cum inter iohannem. Si tamen in facie ecclesie contraxerunt: credentes se legitime copulatos: vel etiam si tantum alter eorum credebat: licet sit aliquod impedimentum matrimonij inter eos: nihilominus filius pro legitimo reputatur: et succedit vtrique c°. ex tenore. extra qui fi. sint legi. Secus si clandestine contraxerunt. extra de clan. despon. c°. cum inhibitio. Ad hoc autem prodest filios esse legitimos: quia succedunt parentibus: ut in auten. qui mo. na. effi. le. §. quoniam. Alij sunt adoptiui et legitimi. Adoptari autem potest: tam masculus quam femina: dummodo sit tamen minor tempore patre adoptante: quod eius filius naturalis esse posset. ff. de adop. l. adoptio. Et filij adoptiui: sicut filij naturales: et legitimi habentur: et etiam ab intestato adoptanti succedunt. C. de adop. l. penult. et ff. eo. l. si pater. et insti. de here. que ab intesta. de se. §. item adoptiuos. Alij sunt filij naturales tantum. l. concubine: qui de soluto et soluta: que eius vxor esse possit nascuntur: qui filij legitimari possunt per sequens matrimonium inter eos: et per specialem licentiam pape: extra qui filij sint legi. c°. per venerabilem. Vel si pater offerat filium curie imperatorie: fiatque curialis: ut in auten. qui mo. na. effi. le. §. si quis igitur. col. 7ª. Aut si pater moriens nominet eum in testamento filium suum heredem legitimum: et ipse offerat postea principi testamentum: fit legitimus: ut in. d. auten. §. si vero is qui. vel si pater non habet ascendentes: tunc posset instituere naturales filios in solidum sibi heredes C. de natu. liber. auten. licet. Debent tamen naturales filij pasci arbitrio boni viri: etiam si alij filij legitimi existant: et succedant patri: dicta auten. licet. Quidam vero sunt filij spurij nati de adulterio: vel incestu: aut aliter secundum leges damnato coitu: qui ab omni beneficio excluduntur: secundum leges imperiales: ut habetur in dicta auten. licet. et in auten. ex complexu. C. de incest. nup. Episcoporum tamen interest facere ut vterque parentum: talibus filijs necessaria subministrent: secundum competentiam facultatum suarum extra de eo qui duxit in ma. quam poll. per adul. c°. cum haberet. Quilibet horum filiorum tenetur honorare

parentes: et si enim nō sint legitimi: tamen habuerunt esse a parētib⁹. Et idō ēt naturales filij debent genitores suos venerari. ff. de in ius vocādo. l. parentes. Quapropter dico cuilibet vestrum illō qō dixit Pio philosophus: vt habet in Cronica de magis philosophorum. c°. 31°. Talis fias parenti bus tuis quales optares erga te fieri natos tuos. Quod si feceritis ad vitam perueniettis eternam. Ad quam. &c.

ℭ Feria quinta post secundam dominicam in q̄dragesima de retributione bonorum et malorum filiorum Sermo vigesimusprimus. Y

Fili recordare quia recepisti bona in vita tua. Lu. 16°. Ari. li°. 8°. Ethic. c°. 3°. inquit Parētes diligunt filios vt sui ipsorum aliquid existētes. Et libro. 9°. eiusdem operis. c°. 7°. etiam dicit. Quilibet proprium opus diligit magis q̄ diligatur ab opere suo: et etiam in libro. 2°. magnorum moralium. c°. 78°. ait. Omnes ad illud quod ipsi fecerunt: quodammodo beniuoli sunt: pater igitur beniuolus est ad filium: eo ipsius existēte factore: propter quod magis pater filium amat: q̄ filius patrem. Quia enim parentes de natura sua propria dederunt filijs corpus proprium: filij autem parentibus in generatione nihil dederunt. Ideo filij non tantum diligunt parentes: sicut ab eis amant. Qui diligūt eos vt opera sua: vt carnem suam: et vt membra sua hac de causa deus non precepit patribus sicut nec precepit: homini vt diligat seipsum. Que considerans Salomon: in prouerbijs suis c°. 6°. inquit. Fili conserua precepta prīs tui: quasi dicat propter maximam dilectionem nō precipiet tibi nisi bonū. Et subdit: et ne dimittas legē m̄ris tue: liga eā in corde tuo iugiter. Z

Que tamen intelligenda sunt de bonis preceptis. Nam in his que sunt contra deum: nulli est obediendum. xj°. q. 3°. c°. non enim semper. cum octo capitulis sequentibus. Ideo dicit Ugo de sancto victore. Obedire debemus parentibus in omnibus: exceptis his in quibus dilectio prīs offenditur. et Hieronymus ad furiam inquit. Honora patrem tuum: si te a vero patre non separat. Tam diu scito sanguinis copulam: q̄diu ille suum nouerit conditorem: alioquin tibi Dauid p̄cinnes clamat et dicit. Audi filia et vide: et obliuiscere populum tuum et domum patris tui: et concupiscet rex decorem tuum. In bonis ergo obediendum est parentibus: vn̄ Thobias precipiebat filio suo: vt hr̄. 4°. c°. sui libri di. Honorē habebis m̄ri tue: oīb⁹ dieb⁹ vite tue. In cronica q̄m de magis philosophorum. c°. 3°. dī. q̄ solon: q fuit vn⁹ ex septem sapiētibus ait. Parētes reuerere: et merito enim sunt fideliores amici: quos habeat quis in hoc mūdo. Ideo dicebat Stati⁹ in lib°. theba. Prolis amor crudelia vicit pectora. Et scitote filij: q̄ magna virt⁹ est habere pietatem parentib⁹ iuxta illud Patronij poete. O maxima rerum: et merito pietas tutissima virt⁹: ut ergo vos ad hāc pietatem incitem: q2 dr̄ in comuni prouerbio: q̄ oratio breuis penetrat celū: sermonem breuem faciemus de septem retributionib⁹: quas facit deus bonis filijs pro seruitijs: que impendūt parētib⁹: et similiter breuissime ostēdemus septem terribiles punitiones: quas faciet filijs inobedientibus: et malis.

ℭ De p̄ma retributione. s. viuificatiōis. A

Est ergo sciendū quo ad primā partem nr̄e p̄dicationis: que dicit viuificationis. Ad q̄uis mors sit patienter tollerāda: vnde Aristo. in li°. de regi. p̄nci. ait. Sapiens debet gl̄iari de morte: et non dolere: et Ualerius. li°. 7°. inq̄t. Cum ab atheniensib⁹ iudicatū esset: ut Socrates hausto veneno periret: delatum sibi mortis poculū: non aliter: q̄ medicamētum immortalitatis accepit: et de mortis ꝯtemptu: vsq3 ad vite exitum libero aīo disputauit. Et plato in phedrone ait mortem philosophantib⁹ appetēdam: tn̄ ut inquit Aristo. 8°. Ethico. Oēs eam nāliter fugiūt. Et ideo si vultis fili lōgeuam ducere vitā: honora parētes. Nam scriptum est Exo. 20. c°. Honora prēm tuū: et m̄rem tuā: ut sis lōgeuus sup terram: et Deute. 5°. Honora prēm tuū et m̄rem tuam: ut lōgo viuas tpe: et bn̄ sit tibi: et Eccl. 3°. dī. Qui honorat prēm suū: vita viuet lōgior. At cōtra de his qui male tractāt parentes: dī Deuter. 21°. c°. q̄ tales debent lapidari et interfici: et Exo. 21°. scriptū est. Qui percusserit patrem: aut m̄rem morte moriat: et 31°. c°. eiusdem libri. Qui maledixerit prī: vel m̄ri: morte moriat sanguis eius in ipso erit: et Deute. 27°. Maledictus: qui nō honorat prēm suū: et m̄rem suam: et dicet oīs populus Amen. Prouer. quoq3. 20. dicit Salomon. Qui maledixerit prī: vel matri: extinguet lucerna ei⁹ in medijs tenebris: et 28°. c° eiusdem libri inq̄t. Qui subtrahit aliquid a patre suo: vel matre: et dicit hoc nō est peccatum: particeps homicide est: et Ezechie. 22°. c°. dicit. Patrem et matrem cōtumelijs affecerunt: propterea dedi eos in opprobria in gentib⁹: et vniuersis populis in derisum. Tales etiam iniquissimi filij debent a iudicibus secularibus acriter puniri: ut p̄cipitur in l. prima. ff. de obse. a libe. prestā. Ma-

lus ergo filius breuē habebit vitam: patet de Absalone secūdi Re.18°. de quo supradictū est. Legitur etiam q in cathelonia nr̄is temporibus in quadā ciuitate prope Ualentiam. Quidam ioannes nomine: annorum decem et octo: parentibus inobediens: latro effectus suspensus est: et postq̄ mortuus fuit cum adhuc esset in patibulo: paulatim emisit barbam magnam: qui ante penitus erat imberbis: mutauit faciem: capilli eius creuerunt cani: barba alba facta est canine: vsq ad effigiem senis nonaginta annorum. Currens autem episcopus ciuitatis spiritu sancto edoct⁹ ait. Nostis hunc iuuenem fuisse rebellem patri: et inobedientem. Scitote: q si fuisset obediens vixisset vsq ad etatem nonaginta annorum. Sed quia fuit rebellis: hoc terribile iudicium de eo fecit de⁹ vt verificetur illud psalmi. Uiri sanguinum et dolosi: non dimidiabunt dies suos.

¶ De secūda retributiōe .s. multiplicationis. B

Secūda retributio dicitur multiplicatōnis: de qua Ecclesiastici.3°. dicitur. Sicut qui thesaurizat: ita qui honorificat matrem suam: quod potest intelligi: nō tn̄ de diuitijs tēporalibus scilicet denarijs: et possessionibus: quas deus dat filijs honorificantibus parentes suos: sed etiam de bonis temporalibus: vt formositate: sanitate: et fortitudine: insuper et de spiritualibus vt scientia: ratione sensata: ac maturitate: et virtutibus. At cōtra est de filijs qui nō bene tractant parentes suos. Illis enim deus dat maximam paupertatem. Unde scribitur Ecclesiastici.41°. Filiorū malorū pibit hereditas: et cū semine eorum hereditas opprobrij. Et iterū Ecclesiastici.7°. habetur. Generauit filium qui in summa egestate erit. Et ideo in autentico: vt cum de appel. cognoscitur. §. causas. col'.8ᵃ. assignantur cause: quibus filius amittit hereditatem paternā quas etiam ponit glo". in c°. quintanall'. extra de iureiu. et sunt iste. Si parentes verberauit: Si inhonestam iniuriam eis ingessit: Si in fama eos lesit: Si cum malis conuersatus fuit: Si maleficus efficitur: Si vite eorum insidietur: Si cū cōcubina patris: vel nouerca carnaliter peccauit. Si delator et accusator contra eos fuerit. Si pro patre fide iubere noluit: Si testamentum facere illum prohibuit: Si contra voluntatem patris cum arenarijs conuersatus fuit: nisi forte pater eius sit huius conditionis: si filia vitam luxuriosam duxit propter quod a matrimonio impediat: si parentibus furiosis remedium non adhibuit: si parentem captiuum: cito non liberauit pro posse. O benedicte deus: q̄ pauci inueniuntur filij: qui digni sint hereditate paterna: hodierno namq tempore rarissimi inueniuntur: qui debitum suum erga parentes faciant: sed dicet quis: ego facio reuerentiā patri meo: nō sufficit hoc o fili: nisi postea illi subuenias in necessitatibus suis. Ait enī Hie. super Matth. Honor in scripturis: nō tn̄ in salutationibus: et officijs defferēdis: quantū in elemosynis: ac munerum obligatione sentitur. C

Et ideo si casus contingat: q filius cū vxore et duobus filijs habeat etiā patrē et matrem: nec habeat panem: vel cibum alium: ad sustendandam vitam: nisi pro quattuor personis: tenetur potius sustentare parētes: et permittere mori filios: q̄ econtra: s̄m Theologos et do. precipue Hieronymum et Ambro. et habetur in.3°. sen. di.39ᵃ. et hanc questionem mouet sanctus Bonauentura ibidem ar°. p°. q.4ᵃ. et ita determinat Cynus in.l.2ᵃ. C. de patribus. qui fi. dif. D

Et de hoc q debeamus seruire parētibus vsq ad mortem: dedit nobis exemplum dominus noster Jesus christus: qui vt scribitur Joan.16°. commendauit matrem suam Joanni: et inde dixit matri. Ecce filius tuus: scilicet Joannes: quasi dicat: s̄m Nicolaum de lira ibi. Usq nunc fui tibi ad obsequium: de cetero Joannes erit loco mei. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua: quasi diceret. Deputo te ad eius obsequium. Super que verba Chrisostom⁹ inquit. Docet nos Christus vsq ad mortis vltimā respirationem honorare parentes: et eorū diligētiā habere. Sed quid dicam de diabolicis filijs hodierni tēporis qui nō solū nō habēt curam parētū: imo sunt eis peruersiores: q̄ extranei et inimici: eos nō diligūt imo odio habēt: et nō possūt eos nisi toruis oculis aspicere: nō obediūt eis: imo vident studiose omnia contra eorum voluntatem facere: nō honorant: nō faciunt reuerentiā illis: sed irrident: et paruipendunt: et illos fatuos existimant et appellant dicentes: q plura sciunt iuuenes q̄ senes: et q qui senescit stultus efficitur: non consolāt eos in tribulationibus: imo afflictis afflictionem augēt ꝯtumeliosa ꝯtra eos v̄ba p̄ferūt: nō fuiūt illis: ꝯtēnāt eos: et in necessitate mori patiūt: p̄fecto si īperiales leges s̄uarent: multi p̄nis h̄ditatib⁹ p̄uarent: sed qd dicā de illis qui parētib⁹ mortē īferūt: Heu horribile facin⁹. O sceleratissimum flagitiū: O diabolica crudelitas: qn̄ fili⁹: veneno vel gladio: vel alio mō parētes īterficit. Nr̄is nāq tp̄ib⁹ ī ciuitate barri. s. 1470. īuēt⁹ fuit fili⁹ qui occiderat propriam matrem. O sathanici filij crudeliores tigrib⁹ et leonib⁹. Nō. n. reperit aliq belua tam fera que sic male suos possit tractare

quis vtatur vita decora impassibilis est. Debetis ergo viuere morigerati: et nō esse dissolutiui deordinatis comestionib⁹: et ducere vitam ordinataȝ: et omni honestate ac virtute decoram. Ait eni Inno. in c°. venerabilis. de preben. et digni. Non loci aut generis: sed vtutū nobilitas viteqȝ honestas: gratum deo faciūt et idoneū seruitorē. M

Septimū remediū est euitatio ɔtagionis. Dicūt eni medici ꝙ pestis est morb⁹ contagiosus: et ꝙ hō dȝ cauē a ɔuersatiōe cū a morbatis: et nō tāgere res eorū. Qui eni tetigerit picem iquinabitur ab ea Ecclesiastici. 3°. Ego autem dico vobis: ꝙ cauere debetis a consortio malorum: qa sciptū est. 28ᵃ. q. pᵃ. c°. sepe. Sepe malorū consortia etiā bonos corrūpūt. Ideo seruate preceptum apli. pᵉ. ad Cor. 5°. di. Ne cōmisceamini cum fornicarijs. Moyses quoqȝ dicit vobis Numeri. 16° Recedite a tabernaculis hominū peccatorum: et nolite tāgere que ad eos ptinēt ne inuoluamini in peccatis eorum. N


Octauū remediū est elōgatio corruptionis. i. a loco vbi corrupt⁹ est aer. Unde medici dicere solent. Fuge: fuge [illegible] cito ac lōge vade. Jō dico vobis illud Ecclesiastici. 21°. Quasi a facie colubri: fuge peccatum. Nonum remediū: est tardatio reuersionis ad locum pestiferum donec cessauerit pestilētia. Sic ego dico vobis: nolite reuerti amplius ad locū pestiferū peccatorū. Dixit eni [illegible] uator nr̄. Joā. 5°. paralytico curato. Uade et amplius noli pecare: idē dixit adultere. Jo. 8°. Thobias quando dixit filio suo. Thobie. 4°. Omnibus diebus vite tue: deū in mente habe: et caue ne aliqn̄ consentias peccato. Faciaȝ ab hoc cᵐ. ille penitentiaȝ: et cᵐ. nihil prodest: et cᵐ. inanis. de. pe. di. 3ᵃ. O igit̄ pessimi peccatores: si vultis fugere pestem: et alia flagella: accipite ista remedia: et facite hāc receptā quā vobis nūc dabo. Accipite quantum plus potestis de amaritudine mētis ɔtra peccata commissa: et de vera cordis cōtritione: anna magis libram ꝙ̄ vnciā: et predicta misceatis cuȝ aqua lachrymarū faciēdo sirupū et bibēdo illum et faciatis vomitū per nudā cōfessionē et purgabitur pestiferū venenū delictorū. Tūc remanebit totus leuis et cōsolatus spūs vester qui erat aggrauatus: et apostema pestiferū peccatorum euanescet. Deinde recipite suauissimū et refrigeratiuum electuariū corporis et sanguinis dn̄i nr̄i Jesu xp̄i post hec vngite partes sēsuales oleo scō: que vnctio ordiata est ab ecclia ad sanitatē aīe corporis. Jacobi. 5°. Hoc eni est melius remedium totius mundi. Quo non solum recipitur sepenumero [illegible] nitas in p̄sēti: sed etiaȝ immortalitas in futuro seculo. Quā nobis cōcedere dignet̄ ipse dn̄s nr̄ Jesus christus: qui cū patre et spiritu sācto per infinita seculorū secula viuit et regnat deus. Amē.

¶ Explicit prima pars sermonum predicabiliū quod Rosariū appellatur.

Registrum huius prime partis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y ȝ et ɔ ꝑ aa bb cc dd ee ff gg

Omnes sunt quaterni preter gg qui est duern⁹.



Impressum Venetijs per Georgiuȝ Arriuabenis sub anno domini nice incarnationis. 1498. p̄die kalēdas Junias.

Secunda pars rosarii de Bustis.

1 In nomine domini nostri Iesu xpi: ⁊ beatissime virginis Marie. Incipiũt rubrice partis secũde quadragesimalis: qđ rosariũ sermonũ nuncupatur. Hec aũt pars icipiẽs a dñica de passione ptendit vsqꝫ ad secundã feriã post pentecostem inclusiue.

conscientie fructificatione: ac contrarsatione: scilicet peccati mortalis: quod lepre assimilatur: et ibi de regulis cognoscendi peccatum mortale: et in vltima regula ponitur de fraterna correctione. In exordio autem sermonis ponuntur .12. leges peregrini. Sermo trigesimustertius.

¶ In ascensione domini qualiter xps ascendit in celum per viam quadraginta virtutum: quas nobis ostendit exemplo suo. s. humiliationis: obeditionis: dilectionis: priuationis. s. temporalium saltem quo ad affectum. custoditionis. s. castitatis: orationis conuersationis. s. cum bonis: superationis. s. demonum et temptationum: tollerationis. s. tribulationum: mortificationis. i. penitentie: locutionis: accessionis. s. ad ecclesias: veridictionis: iudicationis vt. s. non iudicemus proximum de occultis: discretionis: ostensionis. s. boni exempli: recordationis. s. mortis: operationis. s. bone: prelationis. s. quo debeat officium exerceri: sanctificationis: iustificationis purificationis: miserationis: gratificationis: lachrymationis: receptionis: glorificationis: doctrinationis: ministrationis: adimpletionis: separationis: attentionis: vitationis. s. dignitatum huius seculi: confessionis: communionis: abnegationis: remissionis: profectionis: scilicet de bono in melius: saluationis: ac correctionis fraterne: et perseuerationis. Sermo trigesimusquartus.

¶ Eodem die post prandium de sacomano paradisi: et de bono milite. Sermo trigesimusquintus.

¶ Dominica infra octauam ascensionis de mortis quiditate: vtilitate: generalitate: et terribilitate. Sermo trigesimussextus.

Eodem die post prandium de excommunicationis diffinitione: inflictione: iustificatione: obseruatione: malignatione: participatione: et absolutione. Sermo trigesimusseptimus.

¶ In die pentechosten de spiritus sancti veritate: processionalitate: personalitate: nominatione: cognitione: apparitione: donatione: operatione: et dispositione. s. ad recipiendam eius gratiam. Sermo trigesimusoctauus.

¶ Feria secunda de amore dei erga peccatores. Ubi ponuntur duodecim signa diuine dilectionis erga illos. Sermo trigesimusnonus.

¶ Feria tertia de duodecim excellentijs diuini amoris. Sermo quadragesimus et vltimus.

Absentatio christi a matre cum ire vellet ad passionem fuit valde dolorosa. sermo. 15°. parte 5ª. per totam.

Absinthium significat contritionem et penitentiam. sermo. 9°. parte 2ª. O.

Absolui ab excommunicatione pot quis post mortem qui in morte ostendit signa contritionis. sermo. 37°. p. 5ª. L.

Absolutio excommunicationum ad quos spectat. Eodem sermo. parte 7ª. per totam.

Accidia quid sit et quid mali faciat. sermo. 7°. p. 3ª. M.

Accidens sine subiecto potest deus esse conseruare et ab eo sequestrare sicut facit in hostia consecrata. sermo. 13°. par. 2ª. O.

Accusatio xpi coram pilato. ser. 15°. par. 8ª. P.

Adoptiui filij succedunt adoptanti. sermo. 7°. p. pª. V.

Aduocati esse non possunt multe persone. sermo. 29°. parte. 4ª. P.

Aduocatis dantur consilia que seruare debent. Eadem parte per totam.

Aduocati quales esse debent. Ibidem.

Aduocare volens debet studuisse per quinque annos et esse probatus a doctoribus. Ibidem. Q.

Aduocatorum salarium. Ibidem. X.

Aduocatum debet iudex dare non habenti. Ibidem. Z.

Aduocatorum fallacie et deceptiones. Ibidem. A. et. B.

Aduocatorum dignitas. Ibidem. C.

Adulationis peccatum. sermo. 4°. parte. 2ª. O. et sermo. 31°. par. 2ª. H.

Adulatores sunt euitandi quadruplici ratione. sermo. 4°. parte. 2ª. O.

Affectionis et sanguinis habenda est ratio. sermo. p°. in exor.

Affectio inordinata damnabilis est marie in predestis. sermo. 26°. p. pª. T. vsque in finem illius partis.

Agens requirit dispositionem bonam patientis. sermo. 3°. parte. 2ª. in prin.

Agnum pascalem non poterant comedere quattuor genera personarum. sermo. 14°. parte. 3ª. N.

Agni pascalis caput et pedes cum intestinis comedi debere cur precipit deus. Ibidem. R.

Agriculture exercitium qualiter fieri debetur. ser. 32°. parte. pª. G. la. 2ª.

Alteratio rei quomodo reddat venditionem nullam. sermo. 32°. parte. 3ª. B.

Aliqui homines sunt pauperes aliqui diuites et alij nec diuites nec pauperes. sermo. 30. par. pª. M.

Altitudo et magnitudo celorum. ser. 2°. par. 2ª. Y.

Aliud est corripere. aliud corrigere et aliud monere. sermo. 33°. parte. 3ª. G. el. 2°.

Ambitio quid sit. et quomodo sit peccatum. sermo. 9°. parte. 2ª. H. et. K. et sermo. 26°. parte. 4ª. C. circa medium.

Ambitio totum mundum conturbat. sermone 31°. parte prima.

Ambitio est detestanda ibi. N.

Amicitie commendatio. sermo. 5°. par. 3ª. X. et. par. 4ª. S. vsque ad. X.

Femine

Finis.

¶ Incipit secunda pars quadragesimalis: editu per fratrem Bernardinū de Busti ordinis minorum: ac verbi dei predicatorem: quod Rosariū sermonum appellatur.

A



Solēt generosi ciues: hi qui nouam ptrahere amicitiam vel antiquam confirmare affectant: aliqd ad amoris inditiū suis amatoribus ac beniuolis elargiri. Ait. n. Ouidius. 2°. de arte amandi. Aurea nūc vere sunt secula: plurim⁹ auro Uenit honos: auro conciliatur amor. vnde vulgaris est sententia ꝙ ex datione ac receptione munerum: conseruatur, atqꝫ corroboratur amicitia. Ea propter eximi⁹ ille patriarcha Jacob: anteqꝫ ad fratris sui Esau aspectum accederet: cum de Mesopothamia reuerteretur: ei dona nō modica premisit: vt ad amorem sui: illius animū inclinaret: vt Gene. 32°. habet. Unde ut sequēti caplo scriptū est: cum ei obuiam Esau accessisset interrogauit illū quare tot sibi munera transmisisset: Cui Jacob respondit. Ut inuenirem gratiam coram domino meo. Que munera suscipiens Esau fratrem suum Jacob magis qꝫ antea dilexit. Qua instructus experientia patriarcha predictus: cum post nō nulla temporum curricula: filios suos in egyptū mittere statuisset: vt in conspectu principis terre illius gratiam inuenirent: precepit eis illud Genesis. 43°. dicens. Sumite de optimis terre fructibus: et defferte viro munera. Tertij qqꝫ. Reg. x°. c°. dicit. ꝙ cum regina Sabba Hierusalē ingressa esset: vt videret Salomonem: atqꝫ ei⁹ sapientiam audiret: centum ac viginti talenta auri illi obtulit: et aromata multa nimis: gēmasqꝫ preciosas: quod proculdubio ad amoris effecit augmentum. Que omnia ego considerans cupiensqꝫ iādiu contractam vobiscum amicitiam ampliare: atqꝫ singularem erga vos dilectionem: qua vobis afficior: aliquibus beniuolentie inditijs demonstrare deliberaui pro complemento incepti operis quedam etsi non inaudita: perutilia tamen ac necessaria documenta vobis tradere: sperans nostris in sermonibus poeticum illud adimpleri. Oratij in poetria dicentis. Decies repetita placebunt.

¶ Dominica de passione: de morientiū religiosa sepelitione: atqꝫ de eorundem testamētaria dispositione. Sermo primus.

B

Abraham mortuus est: et propterea Joānis. 8°. c°. et in euāgelio occurrentis dominice. Sententia est iurisperitorum quā notant in. l. si dom⁹. §. qui confitetur. ff. de lega. 1°. et in. l. aurelius. §. titius. ff. de li. le. et in. l. si seruus. in fi. ff. de ser. expor. dicentes: ꝙ affectōis et sanguinis habenda est ratio. Qua ex re cōcludi potest licitum esse: mortē amici sui deflere: dūmodo ille fletus non excedat limites rōnis: et rō consentiat voluntati diuine. Unde vt dicitur Gen. vltimo. Duodecim patriarche cum magnis lachrymis sepelierunt Jacob patrem suum. Similiter scriptum est Actuum. 8°. ꝙ sepelierunt Stephanum viri timorati: et fecerunt planctum magnū super eum. Dominus quoqꝫ noster Jesus christus Lazarum mortuum fleuit. Unde dicebant iudei hoc videntes. Ecce quomō diligebat eum: vt habetur Joānis. xi°. Amicus. n. debet communicare et sētire pmoda et icōmoda amici sui. ff. fami. her. l. item ex diuerso. in fi. Laudabile igitur et deo gratum est ad funera defunctorum accedere: et eorum consanguineos atqꝫ affines de illorum obitu dolentes et afflictos consolari: et hoc est quod inquit sapiens Eccle. 7°. Ne desis plorantibus in psolatione. Super quibus verbis: duas psideratiōes faciemus. Prima dicetur religiose sepelitionis: Secunda appellabitur testamentarie dispositionis.

¶ Pars prima de morientium religiosa sepelitione.

C

Pro expeditione prime partis queruntur septem dubia. Primo vtrum cōgruum sit et laudabile mortuos sepelire: Et respondent quidā ꝙ non. Ait enim Seneca in li°. de remedijs fortuitorum. Si nihil sensio: non pertinet ad me iactura corporis in sepulchro: si sentio: sepultura mihi tormentū est. Et Tulius in tusculā. qōnibus dicit. Quod Socrates et Anaxagoras crediderunt sepulturas esse superuacuas: nihilqꝫ mali aut honesti [illegible] iacere cadauer inhumatum: quem ritum eē seruant Caspij. Diogenes insuper Cinicus iussit se inhumatum proiici volucribus: canibus: et feris dicens. Quid ferarum mihi nil sentienti oberit laniatus. Refert quoqꝫ Eusebius pamphili in primo de Euāgelica preparatione: ꝙ hirca[illegible] corpora defunctorum rapacis generis auib⁹ proijcere consueuerunt. Anchises etiam pater Enee videbatur parum curare de sepultura dicens: vt habetur in 2°. Eneydos. Facilius iactura sepulchri. Et Lucanus libro 7°. sui operis i-

quit. Celo tegitur qui non habet vrnam. Sed ptra pdicta q sint irrationabilia: e ois scriptura tā scōꝝ q̄ moraliū phōꝝ. Naz Geñ.23°. laudat Abrahā de pietate: qz sepeliuit Sarrā vxorē suaz mortuā in Ebron: in terra Chanaā: in spelunca duplici. Et Geñ.25°. ꝛ.13ª. q.2ª. c°. ebron dr: q Jsaac ꝛ Jsmael sepelierūt abraham prem eorum in eadē speluca. Et Geñ.35°. hr: q Esau ꝛ Jacob sepelierūt Jsaac prem suū: ꝛ posuerūt in eadē speluca: vt et dicit in eodē c°. ebron. Scriptuz quoqz est Geñ.49°. Quod Jacob i extremo vite sue: pcepit filijs suis dicēs. Ego congregor ad pplm meū: sepelite me cū pribus meis i speluca duplici: que est in agro Ebron in terra Chanaā quā emit Abrahā. Jn qua sepultus est Adam ꝛ Eua: Abrahā ꝛ sarra: Jsaac ꝛ rebecha: Jacob ꝛ Lia: ꝛ postea Joseph filius ei⁹ vt ibidē dicitur. Et Josue vltio hr qualr eo mortuo sepelierūt [illegible] filij israel i finibus possessionis sue. Jbidē etiam dr: q ossa Joseph que tulerant de egypto: sepelierunt in Sichen. Jtē q Eleazarū filiū Aaron sepelierunt in Gabaath: fratres ꝛ filii eius. Judicum quoqz.16°. fit mentio de sepultura Sansonis. Et primi Reg.25°. de sepultura Samuelis Et primi Macha.9°. de sepultura Jude machabei. Et secundi. Reg.2°. dixit dauid viris Jabes Galaath. Benedicti vos a dño qui fecistis misericordiā hanc cū dño vr̄o Saul ꝛ sepelistis eū. Thobias qqz laudat qz sepeliebat corpa mortuoꝝ vt hēt ei⁹ p°. ꝛ.2°. c°. Et pcepit filio suo ut eū mortuū sepeliret: ꝛ vxorē suā mrēzeiusdē filij pe eū Thob.4°. Laudat qqz Judas machabe⁹ iterfectoꝝ corpa sepeliēs. scdi Mach.12°. ꝛ discipuli Joānis eum sepeliētes. Marci.6°. ꝛ Matth.14°. Saluator quoqz nr̄ vnguētū sepulture sue fuari iussit. Joānis.12°. Cōmēdat et Joseph ab arimathia cū Nichodemo qz Christū sepelierunt Matthei.28°.

Leges qqz ciuiles approbāt ꝛ puilegijs decorāt sepulturas mortuoꝝ. vñ i.l. ossa. i pn°. ff. de reli. ꝛ sūpti. fu. dr: q si ossa mortui sepeliant i agro alieno: nō pōt dñs agri eijcē illa nec extrahē sine licētia pncipis vl pōtificū: aliter ꝯ eū potest agi actiōe iiuriaꝝ. Et i.l. sūt psone. circa finē eo. ti°. igt iuriscō sult⁹: q pp publicā vtilitatē: cadauera mortuoꝝ sepeliūt. Quapp dicit glosa i c°. alias. §. nūc añt.21ª. di. q si qs mādaret corp⁹ suū nō sepeliri: sicut fecit Marcellin⁹ papa in ꝯtestationē idolatrie cōmisse: nō ē iplēdū ei⁹ mādatū. Et idē hētur i.l. qdā. ff. de ꝯdi. isti. Ad officiū ergo pietatis ptinet mortuos sepelire. Ea ppter Valeri⁹ maxim⁹ li°.5°. ti°. de igratis: reprehēdit atheniēses q Melciadē i carcere mortuū sepeliri nō pmiserūt: nisi Cimo ei⁹ filr⁹ carcerē p eo itrasset. Vñ sic iqt idē Valeri⁹. Nec te Cimo silētio iuoluā: q pri tuo sepulturā volūtarijs vinculis emere nō dubitasti. Et i li°. p°. ti°. de somnijs: pdict⁹ Valeri⁹ narrat qliter Simonides poeta peregre vadēs: cū nauis i qua erat applicuisset [illegible] litt⁹: ꝛ corp⁹ ihumatū iacēs vidisset sepulture tradidit. Quo beneficio is q sepult⁹ fuerat mot⁹ nocte sibi i sōnis apparuit: eūqz ne pximo die nauigaret amonuit. Qui sōnio parēs i terra remāsit. Jlli vo q inde recesserūt: nauigātes i ei⁹ cōspectib⁹ procellis ꝛ fluctibus absorti sūt ꝛ suffocati. Et ipse letat⁹ est: quia vitam suā magis somnio q̄ naui cōmiserat. Jdem quoqz Valeri⁹. li°.5°. ti. de humanitate comēdat Cesarez: qui caput sui hostis pōpei sibi per regē egypti destinatū: honorifice cremari ꝛ sepeliri fecit: fleuitqz vidēs illud: de quo Franciscus petrarcha in suis triūphis ait. Cesar da poi chel traditor de egypto. Li fece el dono de honorata testa. Pianse cō gliochij lachrymosi e mesti. Jdez et Valeri⁹ ibidē laudat affricanū Annibalez q successiue tres rō anos duces: Paulum. s. gracchum ꝛ marcellum hostes ipsius honorifice fecit sepeliri.

Secundo queritur quare corpora mortuoꝝ sepeliuntur? Et respondet Ric. in 4°. dist. 45ª. ar.6°. q.2ª. q propter tria. Primo ppter astruendam futuram resurrectionem: propter quam Paulus appellat mortuos dormientes. pª. ad Thesa.4°. vt ergo subleuet spes ad resurrectionē vere fiendam: corpora sepulture traduntur. De qua resurrectione dicitur. Dañ.12°. Qui dormiunt in terre puluere euigilabunt. Alij in vitam eternam: alij vero in opprobrium sempiternum. Dicuntur autem mortui dormientes trib⁹ de causis. Primo: propter spem resurrectionis: qz sicut de dormiente est spes q debeat euigilare: ꝛ sic de mortuo est spes q debeat resurgere: ꝛ ideo ait apostolus prime ad Thesalo.4°. Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt non contristemini: sicut ꝛ ceteri qui spem non habent. Scdo propter facilitatem resurrectionis. Ait. n. Aug. Dominus tanta facilitate excitat de sepulchro: quanta tu excitas dormientem de lecto. Tertio: ppter meliorationem imutationis. Sicut eniz dormientes surgunt meliorati: idest in melius mutati: sic ꝛ mortui boni resurgent in melius muti. Unde pª. ad Cor.15°. ait Paulus. Seminat in corruptione: resurget in incorruptionem. Et ideo nemo debet nimiuz ꝯtristari de morte amici

eorum cum eos non amittamus: sed premittamus. c°. quam est preposterum. 13ª. q. 2ª. vnde dicitur: quia qui nimis tristatur de suorum morte: videtur desperare de futurorum bonorum resurrectione. c°. habent. 13ª. q. vltª. et c°. vbicunque. eadem questione et ci vbi etiam dicitur: quod talis contristatio et luctus inordinatus: prouenit ex pusillanimitate. Secundo sepeliuntur corpora defunctorum: propter amouendum horrorem. vnde Quintilianus li. 5°. declamationum ait. Ad operiendum feditatem: subtrahendamque dolori materiam: mortuus viuentium causa sepelitur. F

Tertio sepeliuntur defuncti propter meritationem: vt illos sepelientes propter talem misericordiam magnam in celesti gloria retributionem mereantur: vt inquit Aug. p°. de ciui. dei. c°. 14°. G

Tertio queritur: vtrum prosit in charitate morientibus ecclesiastica sepultura: qui habent aliquid purgabile? Et respondet Ric. in. 4°. di. 45ª. ar. 6°. q. pª. quod sic: non per se: sed per accidens. Et hoc propter tria. Primo propter inspicientium excitationem: inquantum proximi et amici ipsorum mortuorum conuenientes ad ecclesias in quibus sepulti sunt: et inspicientes sepulturam eorum de his recordantur: et deum pro illis deprecantur. Et hoc inquit Grego. in. 4°. dialogorum: et habetur in capitulo. cum grauia. 13ª. q. 2ª. Ideo locus sepulture dicitur monumentum: eo quod moneat mentem. scilicet ad orandum pro defunctis. vt inquit Aug. in libro de cura agenda pro mortuis. Et secundum hoc potest intelligi illud poeticum quod refert Glosa in ca°. vbicunque. 13ª. q. 2ª. Melius ossa cubant manibus tumulata suorum. Dicit autem quilibet mortuus illud Eccle. 38°. Memento iudicii mei: sic enim erit et tuum. Mihi heri: tibi hodie. H

His ita declaratis querit̃ utrũ hõ teneat̃ ad faciẽdũ elemosynã sub pena pcti mortalis. Clarũ est. n. q̄ semp quis peccat saltẽ venialr qñ põt subvenire pximo idigẽti et nõ subvenit ṡm oẽs doctores. Nã homo hoi obsequiũ et officium debet. l. in comodato. §. sicut. ff. como. l. si nõ sortẽ §. libertus. ff. de cõdi. inde. et. l. servus ea. ff. de servis expor. et Rñdeo ṡm Ricar. in. 4°. di. 15ª. et communiter oẽs Theo. in e. di. q̄ cũ pceptũ de elemosyna sit affirmativũ: lz obliget semp: nõ tñ obligat ad semp: sz pro loco et tpe ṡm doctrinã datã a theologis de pceptis affirmativis ut hẽtur per Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 150ª. ar. 2°. i solutiõe scdi. ar. et p scm̃ Bona. in. 2°. di. 29ª. in qõnib⁹ circa lraz. et Scotũ in. 3°. di. 9ª. et Ricar. in. 4°. di. 26ª. ar. 3°. q. 3ª. et Alexã. de al. in. 3ª. pte sũme: in explanatiõe decalogi. c°. p°. Et iõ iquit Ricar. nt̃ ubi supra q̄ ɔsiderãda ẽ facultas hñtis et miseria idigẽtis. Si enĩ hõ hz aliqd qd nõ sit necessariũ sustẽtatiõi sue nature: nec illorũ quib⁹ tenet̃ subvenire: sicut est uxor: filij: servi et ancille: et sit cã necessitatis seu notabil' idigẽtie ex pte illi⁹ cui dãdũ ẽ: ita q̄ imineãt pbabilia signa extreme necessitatis: nũc tenet̃ subvenire idigẽti ex pcepto. Si xᵒ hõ hz aliqd supfluũ nõ tñ sustẽtatiõi nãe sz ẽt decẽtie sui status: tenet̃ de illo facere elemosynã paupib⁹: ẽt si nõ inveniant̃ q sint ɔstituti i pdcã necessitate. Cõclusio ergo ẽ q̄ i casu extreme necessitatis: vl' qsi qs tenet̃ subvẽire idigẽti qñ põt: ut iquit Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 32ª. Et hẽtur i sũma ɔfes. li°. 3°. ti°. 8°. q. 4ª. Ad hoc. n. qsqz tenet̃. Pmo lege divina. Unicuiqz. n. de⁹ mãdavit de primo suo. Eccl. 17°. Ide⁹ charitas est et q manet i charitate i deo manet et de⁹ i eo: p° Joã. 4°. Et iõ q nõ facit opera charitatis ɔtrius est deo ut dĩ i. c°. abijt. xiª. q. 3ª. Scdo ad hoc tenet̃ lege nãli: q̃ dicit ut qsqz faciat alteri qd ɔsiderat fieri sibi: Thobie. 4°. et hẽtur i. c°. humanũ gen⁹. di. pª. Et iõ btũs Job hortat̃ nos ad miam exẽplo oium creaturarũ dicẽs sui libri. c°. 12°. Interroga iumẽta et docebũt te: volatilia celi et idicabũt tibi: loquere terre et rñdebit tibi: et narrabũt tibi pisces maris. Pmo igitur nos mittit ad iumẽta. Et istud pz i elephãtibus: qz si un⁹ cadit ceteri currũt ad sublevãdũ eũ: pz ẽt i equab⁹: qz si mr̃ uni⁹ pulli morit̃: alie suscipiũt filiũ ad nutriẽdũ. Deide mittit ad volatilia et istud pz in ciconijs q̃ parẽtes senes i nido collocãt et nutriũt. Itẽ i aqla q̃ predã sola nõ comedit: sz avib⁹ se sequẽtib⁹ partẽ dimittit: pz etiam i chobar: de quo dicit phũs i li°. de aialib⁹ q̄ aqla qñ tres pullos hz nimis gravat̃ i pascẽdo illos: et iõ unũ a nido eijcit: et avis que arabice dĩ chobar eũ suscipit ad nutriẽdũ: deide mittit ad terrã: de qua iquit Ambro. Noli eẽ deterior i sensibili elemẽto. Terra illos fruct⁹ quos affert nõ suis usib⁹ vẽdicat: sz tuis ministrat obsegijs. Tu vero fruct⁹ illi⁹ invadis et tibi soli ɔcludis. Deide mittit ad pisces. Et istõ pz i delphinis q hoies mortuos i mari ad littus portãt: patet ẽt i ɔchis marinis q̃ semp sũt clause. Quidã aũt piscis ad eas pastũ defert: ad cui⁹ tactũ ille se apperiũt: q pastũ in eas pijcit et recedit. Albert⁹ aũt i tractatu de ɔtutib⁹ policitis i. c°. de misicordia diffusius declarat pdicta dicẽs. Hec ɔtus nobilissima medullitus sic ẽ nature ipressa [redacted] eã doceat et õndat ois natura creata sive sit celestis vl' terrena. Nam ut taceã de divina misicordia qua plena ẽ terra: et de misicordia angelica ad humanã naturaz veniam⁹ ad aliã. Nã corpa celestia q̃uis nõ vivãt: nec sentiãt nec itelligãt: nob̃ tñ ifluere nũq̃ cessant nos

cessant res vite necessarias gnando: ⁊ eas quan
tũ necesse ẽ ↄseruãdo. Itẽ planete ⁊ oẽs stelle no/
bis nõ cessant fulre nocturnas tenebras repellẽ
do: aerẽ depurãdo: vniuersa illũinando: frigida
calefaciẽdo: nimis calida frigore tẽperãdo: sicca
nimis humectãdo: ⁊ nimis humida vt expedit
dessiccãdo. Itez qs vlla exprimere lĩgua posset:
quãta nobis auxilia ferat ignis sine quo hõ viue
re nõ posset? Itẽ aer quo ad momẽtũ carere nõ
possum⁹. Quis enũciet vtilia aquaꝝ: mariũ: ⁊
fluminũ: fontiũ ⁊ puteoꝝ. Quis dicere possit ver
bo quãta nobis grana terra gignit? Mũera si po/
tes aues aeris: ⁊ fruct⁹ ⁊ gña ⁊ aĩalia terreni cor
poris. Itẽ ↄsidera quãta sit mĩsicordia ĩter mun
dani corporis mẽbra ĩter se tã distãtia: tã diuersa
dum superiora influũt media: mediaqꝫ ĩ infima:
⁊ omnia mutuo sibi sunt seruiẽtia. Nã luna lu/
men quod a sole recipit terris ĩfundit. Itẽ terra
oẽ qd̃ ꝟtute celestis influẽtie gignit aĩalib⁹ tribu
it: similiter aqua ⁊ aer facit. Ulterius ↄsidera mi
noris mundi membra in quibus ꝑfecta apparet
misericordia: dum vnum mẽbrum sic totũ alte/
ri se impendit ꝙ gladijs pro alijs se exponit: pro
alio sponte se vulnerari facit: ꝙ taz sollicite vnũ
alteri seruit: ⁊ ꝙ vnum de altero vindictam nõ
expetit. Mirabile valde: qꝛ nunq̃ꝫ inter eiusdez
corporis mẽbra vlla oritur discordia: vlla ad al/
terũ inuidia: vlla respectu alterius arrogãtia: sed
semp cõpassio pia ⁊ misericordia vera ex ĩtimis
medullaꝝ creata. Nam cor mẽbroꝝ nobilissimũ
creatione primũ: carne solidũ: motu cõtinuũ: vir
tute ꝑmaximũ oĩbus mẽbris corꝑis vitã admi/
nistrat ⁊ motum. Itẽ oĩa corꝑis mẽbra cordi sũt
seruiẽtia ⁊ ei obtẽperantia: ⁊ dolenti cõdolentia
⁊ mortificato ↄmoriẽtia: ⁊ est notabile ꝙ ↄsi cor
pora superiora ⁊ celestia nulla ab inferioribus ⁊
terrenis recipiant seruitia: ipsis tñ influere nũq̃ꝫ
cessant queqꝫ bona. Item aĩa influit in corpus
sensum ⁊ vitam quãuis ab eo multum sit ꝑgra
uata. Imo aĩa in tm̃ corpori suo cõpatitur vt
corpore inciso ipsa nõ incisa doloris gladio perfo
retur: ⁊ que nunq̃ꝫ comedit: nunq̃ꝫ bibit ⁊ nũq̃ꝫ
dormit. Ista tamẽ corpori ĩdigenti appetit. Qui
bus subtractis corporis ↄpassione tabescit. Nõ
ergo dei se credat eẽ qui hac tanta caret virtute.
Nec diuino igne se credat ardere: q cor piũ se in
uenit ad proximũ nõ habere. Nam constat ꝑ se
ꝙ ferrũ est durius humano corde: nec min⁹ cõ
stat eternum ac diuinũ ignẽ hoc creato igne po/
tentiorẽ existere: imo ipsuz in virtute in infinitum
excedere. Et tñ hic materialis ignis dũ in ferruz
agit: ipsum vtiqꝫ molle facit: ⁊ si eius actio fuerit
fortis ipsum dissoluẽs penitus liq̃facit. Igit̃ mul
to magis cor qd̃ diuinus ignis ĩcẽdit: duꝝ vtiqꝫ
esse negt: sed totũ pietate liquescere ĩcipit. Ergo
tu q cor duꝝ ⁊ nõ piũ hẽre te sentis: scias certis/
sime ꝙ in te diuinũ ĩcendiũ nõ existit. Nõ eniz
põt esse cor ferreũ vbi diuinũ ardet incẽdiũ. Fer
ro ergo durior eẽ cognoscit̃ q proximo suo patiẽ
ti nõ ex toto corde cõpatit̃: nec cũ infirmãte non
infirmat̃. Itẽ nobilior ⁊ potẽtior est sanguis hu/
manus q̃ꝫ hircin⁹. Sed adamas hircino sãgui/
ne rumpit̃. Ergo cor illud adamãte est duri⁹ qd̃
humano sanguine nõ molit̃. Et hoc de sanguĩe
redẽptoris verũ eẽ ostendit̃. Itẽ maior est ↄiunctio
mẽbroꝝ spũaliũ in corꝑe spũali: q̃ꝫ corꝑaliũ in
corporali: qꝛ corpus spũale ẽ lõge nobilius corpo
rali. At vbi maior vnio: maior est cõpassio: qꝛ ñ
est aliud dolor: teste phõ: q̃ꝫ partiũ diuisio. Et iõ
dolorosius sepant̃ que fortius vniũtur. Ergo ma
ior ẽ cõpassio mẽbri spũalis ad spũale q̃ꝫ corpo
ralis ad corꝑale. Sed oĩo est ĩpossibile vt patiat̃
mẽbrũ aliqd̃ corꝑale sine oĩum alioꝝ ↄpassione.
Ergo magis est ĩpossibile si dici valeat in spũali
corꝑe. Est ergo certissimũ nec ducendũ ĩ dubiuz
ꝙ qui dolorẽ fratris sui nõ sentit: mẽbrũ spũalis
corꝑis nõ existit: qꝛ nec mẽbruz paralyticũ vel a
corpore oĩno precisum est doloris corporis sensi/
tiuum. Rideãt ergo miseri qñ audiũt proximuz
cecidisse. Nã hoc est signũ certissimũ qd̃ sũt mẽ/
bra diaboli ⁊ nõ Christi: mia. n. ẽ medulle simil/
lima que ẽ ossiuz duriciei vngitiua ⁊ mitigatiua
ac ariditatis tẽperantiua. Nũc aĩalium ponãtur
exẽpla. Nam passeres filios nutriunt alienos si
cut ⁊ suos: ⁊ si vn⁹ sit captus ab alijs ei toto pos
se succurrit̃: ⁊ ab eis in ipsis vinculis enutritur.
Itẽ colũba filios aliaꝝ nutrit: ⁊ si vna aliã erran
tẽ ĩuenerit: eã ad se reducit ⁊ recolligit. Itẽ quod
magis est: falco auis prede: cui deberet eẽ nãliter
cor crudele: filiũ quẽ aquila abijcit ex pietate re/
colligit: ⁊ cũ filijs suis in nido ponit ⁊ vt propriũ
nutrit. Itẽ lupa fera crudelissima voracitati ⁊ ra
pacitati assueta ĩuenit̃ ad ĩfantulos eẽ pia. Naz
si puerũ vagientẽ a matre derelictũ ĩueniat: ipsũ
vt dicit̃ nutrit ⁊ lactat. Unñ Aug. ꝟm vnã opinio
nem dicit ꝙ Remus ⁊ Romulus vrbis romãe
ↄditores: quos mater qꝛ virgo credebat̃ proiecit
lupa nutriuit: quãuis alij dicãt ꝙ fuit quedam
meretrix sic vocata a qua meretricum loca dicta
sunt lupanaria. Item Leo seuissima fera nescit
hoĩ quasi irasci: maxime si ab eo lesus nõ fuerit:
sed ad hominẽ nãliter pius existit: quẽ si aspera
fames nõ coegerit prostratis hoĩb⁹ parcit. Et si
captiuos hoĩes obuios habuerit: illesos abire ꝑ

mittit ⁊ eos p desertū associās viā illis ostendit. Sed proh dolor quia parcit homini leo: ⁊ non parcit homini homo. Plorat cocodrillus natura sceuissimus postq̄ hominem occiderit: sed ridet homo natura mansuetus postq̄ suos proximos vulnerauerit: vel ad mortem adducit. Elephas si hominē in deserto inuenerit: primo ne eum terreat aliquantulū de via se subtrahit ⁊ gressum figit: deinde paulatim ipsum precedit ⁊ illi viam ostendit. Et si draco illis occurrerit pro defensione hominis se draconi opponit ⁊ eum pro posse defendit. Uide porcorū clemētiam ad alios: nam dum vnus clamat omnes ad illum iuuandum accellerant. Itē nota admirabilem pietatem quorundam auium ad parentes. Est enim ciconijs eximia erga filios pietas: ⁊ similiter filiorum ad parentes. Nam quantum expendunt temporis in filijs educandis: tantum dum senescunt ab eis vice reciproca adiuuantur. Cornices quoq̄ cum genitores suos pro senectute a pēnis nudari cōtingit: eos fouent pennis proprijs ⁊ eis sollicite querunt escam: eosq̄ tam diu pascunt donec pennas et vires ad volandum ressumunt. Quo facto ipsos parentes suis alis subleuant ⁊ ad volandum excitant: ut in pristinos vsus membra dissueta reducant. Upupa auis cum ita senescit ut videre ⁊ volare non possit: pulli eius euellūt sibi pennas inualidas ⁊ liniunt [illegible] oculos quibusdam herbarum succis: ⁊ suis [illegible] fouent sub alis donec penne eius creuerint ⁊ visum receperit ⁊ ad pristina officia redierit. Glires quoq̄ longi mures admirabili pietate genitores suos in senectute adiuuant: quibus alimenta sollicite administrant. Ecce quāta viget pietas ī brutis que vtinam inueniretur in nobis: ut releuaremus necessitatem [illegible] proximis. Nam misericordia est oleo simillima cuius virtus est ciborum conditiua: vulnerū curatiua: ⁊ dolorum mitigatiua: ⁊ semꝑ loci superioris appetitiua. Quia misericordia opera nostra dulcorat: vulnera anime curat: dolores omnes mitigat: ⁊ ad eterna premia sursum leuat: vnde notabile valde est ꝙ dominus de monte oliueti celos ascendit: in quo intelligi voluit ꝙ nemo nisi filius misericordie fuerit in celum ascendere poterit: ⁊ ideo in fine mundi de solis operibus misericordie iudicabit: hec ille. Qui etiam in eodem. c°. in principio ait. Misericordia est virtus nobilissima omni homini necessaria: q2 omnino nulli salus est sine ipsa. Ipsa est enim virtus diuine iracūdie placatiua. Ignis sine sempiternalis incendij extinctiua: peccatorum rubiginis abstersiua: ⁊ misericordie proximi releuatiua. Predictus etiam doctor in. c°. sequenti inquit. Misericordie opponitur imisericordia: duricia: crudelitas: ⁊ sceuitia: quibus plena est hodie omnis terra. Sunt enim corda hominum lapidibus duriora que licet sint valde solida: ferro tamen frangi possunt vel alia forti materia. Ualde durus est adamas: sed sanguine rūpitur hircino: ⁊ inter plumbum positus frangitur si maleo feriatur. Ualde forte est ferrum: sed si a strutione degluciatur sui stomaci calore digeritur. Que est ergo duricia hominis: ut nec percussa dometur: nec Christi sanguine diuidatur: nec diurno incendio maturetur? Uere misericordia hodie recessit ab aula: ⁊ regnat crudelis duricia mortalisq̄ sceuitia: sub iustiniana clamide paliata: sub pelle enim ouina crudelitas lupina tenetur inclusa. Similiter murilegus si murem ceperit cum eo ludendo se amicum ostendit: sed qualem ad eum animum mente gerat post ludum aperit: quia eum confractis carnibus ⁊ ossibus totū rodit. Lupus quoq̄ si puerum inuenit: prius cum eo ludit ac pietatem ostendit: sed vltimo eum occidit ⁊ comedit. Cocodrillus etiam prius lachrymas fundit quando hominem occidit: sed post lachrymas eum deuorare non desinit. Tanta etiā hodie est humana crudelitas ut nec ad suos habeat pietatem. Sunt enim multi similes aquile: que filium de nido abijcit ⁊ ei alimenta non tribuit: quod mulieres quedam faciunt dum filios suos proijciunt: ⁊ bestijs deuorandos exponunt. Porca etiā est tante crudelitatis ꝙ quādo multos filios parit: omnes preter primum aliquando comedit: quod etiā alique mulieres fecerunt: que sicut historie referunt proprios filios comederunt. Scorpio quoq̄ postq̄ multos filios genuit quasi omnes occidit ⁊ comedit: sed dū vnus ex filijs sagacior ceteris q̄ hec perpendit: super matrem ascendit: ⁊ in vltionē fratrum sanguinis eam occidit. Item attende crudelitatem humanam. Est enim generale in auibus ꝙ nulla auis quantumcunq̄ predalis auem sue speciei comedit. Unde accipitres accipitribus parcunt: ⁊ falcones falcones non comedunt: ⁊ idem bestie faciunt: sed homines se inuicem deuorare non desinunt: vnde narrat Hiero. se vidisse gentem scotorum carnibus vesci humanis: ⁊ cum haberent greges porcorū

et armenta omnium: illis dimissis incidebant matres pastorum et mamas mulierum: et illis in cibum pro delitiis vtebantur. Crudelitas etiam humana non solum proximorum filios non pascit sicut facit natura bruta: sed inueniuntur femine et non pauce que occulte fornicantes dum nolunt videri grauide filios dum adhuc in ventre sunt: quibusdam medicinis vel herbarum succis occidunt: vel postquam pepererunt eos interimunt: quod bruta non faciunt. Nam Aper quamuis sit crudelis: filios tamen in tantum diligit quod pro eis morti se exponit: et crudelissimo morsu eorum inuasores inuadit. Et hoc idem facit leena quamuis sit crudelissima fera. Lupus quoque portat super se filios quando eum oportet fugere venatores. Item simia miro modo filios diligit: et quando venatores fugit: vnum super se ponit et alium quem magis diligit portat in brachijs. Sed homines nostri temporis sequuntur naturam canis. Nam quando aliquis canis percutitur: ab alijs omnibus laceratur. Sic et modo si quis cadat non solum alij eum non iuuant: sed omnes ei insultant et clamant ut pereat: hec ille. Ex quibus omnibus patet quod qui proximo non miseretur beluis et irrationabilibus animalibus: ceterisque creaturis deterior reputatur: quia contra naturalis legis instinctum operatur. Tertio principaliter dico quod ad misericordiam proximo exhibendam quisque tenetur lege Mosayca. vnde Deuteronomij. 15°. dicit Moyses. Precipio tibi ut aperias manum tuam egeno et pauperi. Quarto ad hoc tenetur lege euangelica dicente domino Luce 12°. Vendite que possidetis et date elemosynam. Et Luce sexto Omni petenti te tribue. Et Matthei quinto. Qui petit a te da ei vbi dicit glo. Si deest facultas da affectum: obsequium vel verbum. Et Luce sexto dicit Saluator. Quod superest vobis date elemosynam Si enim ad hoc non teneretur quis sub pena peccati mortalis quando in necessitate extrema est proximus: non diceret dominus in iudicio illud Matth. 25°. Ite maledicti in ignem eternum. Esuriui enim et non dedistis mihi manducare etc. Quinto quisque tenetur lege apostolica. Scriptum est enim pe. Joan. tertio. Qui habuerit substantiam mundi huius et viderit fratrem suum necessitatem habere: et clauserit ab eo viscera misericordie: quomodo charitas dei manet in illo? quasi dicat: nullo modo manet. Sexto quis tenetur ad hoc lege canonica dicente Ambrosio in capitulo pasce. 86ª. dist. Pasce fame morientem: si non paueris occidisti. Septimo quis tenetur ad hoc lege ciuili. Scriptum est enim in l. necare. ff. de libe. agno. Necare dicitur qui alimenta denegat. Que omnia sciens Ambrosius inquit in capitulo. sicut hi. 47ª. distin. Non minoris est criminis quam habenti tollere: cum possis et abundans sis indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines. Viduarum indumentum quod tu recludis. Miserorum redemptio et absolutio pecunia quam tu in archa fodis: tot ergo scias bona inuadere quot posses prestare. Et in eodem capitulo etiam dicit. Nemo proprium dicat quod comune est: plus quam sufficit ad sumptus violenter obtentum est. et i. c°. primo. 42ª. distin dicitur. Aliena rapere conuincitur qui vltra necessaria sibi retinere probatur. Dicit tamen Tho. in quadam questione de quolibet quod quis non obligatur sub precepto querere positos in necessitate: quia esset nimis onerosum: sed sufficit satisfacere eis quando quis cognoscit necessitates eorum: tunc enim tenetur eis prouidere. Unde Chrisostomus super Matth. inquit. Quando venis ad ecclesiam ad orandum: munera tecum in manibus porta. Infirma est enim oratio que elemosynarum largitate non est munita. Date ergo elemosynam o auari: quia inquit Augustinus in quodam sermone. Quicquid pauperibus dederimus ipsum integre possidemus. et Thobie quarto dicitur. Fiducia magna est coram summo deo elemosyna omnibus facientibus eam.

¶ Pars tertia huius sermonis de conditione elemosyne.

T Ertio circa elemosynam dico quod ad hoc vt sit deo grata debet fieri cum nouem conditionibus et circunstantijs. Prima dicitur Gratiositatis: idest cum hilaritate et suauitate et leto animo. Scriptum est enim Ecclesiastici trigesimoquinto. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Et secunde ad Corinthios. 9°. inquit Apostolus. Non ex tristitia aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit deus: quod etiam habetur. 32ª. questio. 6ª. §. et his. vbi dicitur. Ad bonum autem quisque inutiliter cogitur: cum coacta sacrificia deus aspernetur. Ideo Hieronymus ad Julianum loquens de illa vidua de qua

habetur Marci.12°.et Luce.21°.inquit. Pau percula vidua duo era misit in gazophilatium et quia totũ contulit quod habebat:omnes dicitur in oblatione munerũ dei superasse locupletes:quoniã non pondere suo:sed offerentium voluntate pensatur. Debet etiã fieri elemosyna cũ cõpassione et affectu ad pauperes:ut inquit Alexan.de ales.in.3ª.parte sũme.in tractatu de preceptis beneficẽtie iuxta illud Esaie.58°. Cũ effuderis esurienti animam tuã etc. Sicut faciebat beatus Job qui ait sui libri.30.c°. Flebam super eum qui afflictus erat:et anima mea cõpatiebatur pauperi. Cũ benignitate itaque fieri debet elemosyna:et non cũ asperitate. Ideo dicitur Eccle.4°. Inclina pauperi aurẽ tuam sine tristitia:et ibidem. Congregationi pauperũ affabilem te facito. Et in eodem.c°.etiã scriptum est. Nonne ardorẽ refrigerabit ros: sic et verbum melius quam datũ. Contra quod faciunt quidã: de quibus Greg.in quodã sermone inquit. Sunt nonnulli qui mox ut ab egenis fratribus fuerit necessaria postulata prius in eos contumeliosa verba iaculantur:qui et si rebus ministeria pietatis efficiunt:verbis tamen cõtumeliosis humanitatis gratiã perdunt. Ita ut plerũque videantur iniurie illate satisfactionem exoluisse:cũ post contumelias dona largiũtur:hec ille. Ideo Ecclesiastici 20.dicitur. Datũ insipientis non erit vtile tibi:exigua dabit et multũ improperabit: et apertio oris illius inflãmatio est:et odibilis est homo huiusmodi. III

Secunda conditio elemosyne dicitur celeritatis. Non enim debetis dare repulsã pauperibus quia scriptũ est. Prouer.28°. Qui despicit deprecantẽ sustinebit penuriã:velociter ergo dare debemus quod petitur: vnde Prouer.3°. dicit Salomon. Ne dicas amico tuo vade et cras dabo tibi cũ statim possis dare. Ait enim Seneca li°.2°.de beneficijs. Ingratũ est beneficium quod diu inter dantis manus hesit. Et ut ait Macrobius li°.2°.saturnaliũ. Pars beneficij est si quod petitur cito neges. Quapropter dicit Seneca vbi.s. Nihil carius emitur quam qd multis precibus cõparatur. Et Ecclesiastici. 4°.c°.inquit sapiens. Cor inopis ne afflixeris: et ne protrahas datũ angustiãti. Et de hoc gloriabatur Job.31°.c°.sui libri dicẽs. Non negaui qd volebãt pauperibus:et oculos vidue spectare nõ feci. Cõtra qd faciũt multi qui pauperibus ad ostia eorum pulsantibus et clamãtibus diu nihil rñdent:et demũ dicũt. Ite cũ deo:qd quidẽ verbũ licet i se sit bonũ nõ tamen quod vadãt sine pane: et alijs necessarijs bonũ est eis.nec illis qui eos taliter licẽtiãt:vel post multas preces aliquid dant. Et ideo qui vult deo placere debet quam primum potest quod postulat pauperi dare:et postea mittere eũ cũ deo et omnibus sanctis. Nã Aug. in li°.quinquaginta omeliarum omelia.40ª.dicit. Perfecta misericordia est ut ante occurrat esurienti cibus quam roget mendicus. Non est perfecta misericordia si precibus extorquetur. Quantum vero placeat deo cito facere elemosynam patet per exemplum quod legitur de quadam muliere valde deuota et pia:que cum esset in ecclesia in qua cantabatur missa:accessit ad eam pauper quidam nudus frigore et algore grauiter cruciatus elemosynam petens:quem cum mulier aspexisset:cogitauit quod si pro veste accipienda iret domum:perderet missam. Si autẽ missam finiri expectaret: pauper algore cruciaretur. Qua de re ad angulum quandam ecclesie perrexit:clamque se pelliceam exuit et pauperi dedit. Mirabile dictu:cum per tractum temporis stetisset in exuendo vestes et remittendo: postea ad missam rediens inuenit sacerdotem dicere eadem verba et esse in eodem passu in quo erat quando discessit pro facienda elemosyna. Estote ergo veloces in dãdo pauperibus quod petunt:quia dicitur in cõmuni Prouerbio. Qui cito dat bis dat: vt nota.in.§.item si ille.insti.de fideius.et in.§.plus autem.insti.de acti. Ad hoc etiam faciendum natura nos inuitat que quando aliquod membrum leditur:statim ad eius adiutorium mitit sanguinem ad locum lesionis. Et ideo similiter debet homo quando videt indigentiam proximi:statim ei necessarium subsidium subministrare. Ait enim Seneca libro.4°.de beneficijs.gratissima sunt beneficia hoi facilr occurrẽtia et facilia: vbi nulla mora est nisi recipientis verecundia. Sic autem non faciunt qui anteque pauperi petenti denarium offerant:decies vultum auertunt. Et ideo inquit idem Seneca. Vidi quod non tulit gratis qui cum precibus accepit. Molestum enim verbum est et onerosum demisso vultu dicere rogo. Et propterea dicitur Ecclesiastici.14°. Ante mortem benefac amico tuo:idest noli expectare ut moriatur vel deficiat in necessitatibus: sed statim et citissime subueni illi. Et sequitur idem Sapiens ibidem. Secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Exporrigens idest celeriter porrigens. Ait enim Augustinus. Qui dat ut careat tedio interpellantis:non ut reficiat viscera indigentis:et rem perdit et meritum.

Debet igitur elemosynam faciens imitari illam mulierem fortem de qua dicitur Proverbio. vltimo. Manum suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperes. In quibus verbis promptitudo τ celeritas elemosyne designatur.

V

TErtia conditio dicitur charitatis. Nihil enim prodest ad vitam eternam elemosyna: nisi fiat in charitate ut inquit beatus Tho. p°. F. q. vltima. ar°. vl°. τ in 3ª. parte. q. vltª. ar°. 5°. τ in. 4°. senten. distin. 17ª. ar°. 8°. Ideo inqt. Aug. 21°. de ciuita. dei. c°. 27°. Qui facere vult pro peccatis suis elemosynas: prius eis incipiat facere in seipso. Et ideo in communibus sermonibus sermone. 23°. ait. Elemosyna tunc animam liberat: si criminosus mortifera peccata iam deserat. Et in. c°. in grauib⁹. 3ª. q. 7ª. dr̄. Dona iniquorum non probat altissimus: nec respicit in oblationibus eorum: nec in multitudine sacrificiorum: eorum propitiatur peccatis. Et idem dicendum est de alijs partibus satisfactionis: que nihil iuuant ad premium essentiale vite eterne sine charitate. Unde elemosyne facte in statu gratie sunt tanq̄ mel: sed facte in peccato mortali sunt sicut fel. Orationes quoq̄ facte in gratia sunt tanq̄ vinum optimum: facte vero in peccato mortali sunt sicut acetum: similiter ieiunia facta in gratia sunt sicut balsamum: sed facta in mortali peccato sunt sicut absinthium hec autem intelligenda sunt comparatiue: plus enim valent elemosyne: orationes: τ ieiunia vnius diei facta in charitate: q̄ centum annorum in peccato mortali τ ideo dicit sapiēs Eccle. 30. Miserere anime tue placens deo.

X

QUarta conditio elemosyne dicitur largitatis. Unde laudatur Zache⁹ qui dimidium bonorum suorum dedit pauperibus Luce. 19°. Ideo Thobie. 4°. dicitur. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. Hic autem oritur dubium: vtrum liceat oia distribuere pauperibus amore dei. Et respondet Alexan. de ales in. 4ª. parte summe: q̄ licitum estimo valde meritorium. Unde Augustin⁹ in libro de Ecclesiasticis dogma. ait. Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare: sed melius pro intentione deum sequendi insimul omnia donare. τ ablata sollicitudine egere cū Christo: hec ille. Onustus eni diuitijs non potest pauperem christum seq c. sochrates 12ª. q. 2ª. Quia igitur medium sapit naturam extremorum p°. Phisy. cum pauperes nascamur τ moriamur vita nostra que est medium inter principium τ finem: debet etiam in paupertate foueri: τ maxime quia vita nostra est continua colluctatio cum diabolo: ut dicitur [redacted] Ephe. 6°. qui est nudus q̄tum [redacted] bona temporalia: τ ideo etiam nos debemus denudari [redacted] volumus victoriose cum ipso luctari. Unde Grego. inquit. Nudi ergo cum nudo luctari debemus: quia si vestitus quisq̄ cum nudo luctetur: citius ad terram deijcitur: quia habet vnde teneatur. Serpēs enim ut dicit Magister hysto. hominem nudum fugit: sed insilit in vestitum. Et similiter diabolus serpens antiquus pauperes fugit: τ in diuites tentatione sua insilit: qui enim volunt diuites fieri incidunt in tentatione τ laqueum diaboli: prime ad Thimo. 6°. Opus igitur magne virtutis τ perfectionis est omnia ex charitate pauperibus elargiri τ christum pauperem sequi: ipso dicente Matth. decimo. Quecunq̄ habes vende τ da pauperibus: vbi glo. ait Omnino omnia: non partem ut Ananias. Ideo apostoli hoc fecerunt qui relictis omnibus secuti sunt eum. Unde Matth. 19° τ Mar. x°. τ Lu. 18°. dixerūt Christo. Ecce nos reliquimus omnia [redacted] secuti sumus te. Petrus quoq̄ Actuum. 3°. dicebat. Argentum τ aurum non est mihi: ex quibus omnibus concluditur q̄ large τ abundanter sunt facienda elemosyne: propterea inquit. Paulus. secunde ad Cor. 9°. Qui parce seminat: parce τ metet: qui autem seminat in benedictionibus: de benedictionibus τ metet. Super quib⁹ verbis dicit Alexāder de ales. Nota q̄ elemosyna semini comparatur decem rationibus. Prima quia semen occultatur in terra vt fructificet. Matth. sexto. Te autē faciente elemosynam nesciat sinistra tua τc. Et Ecclesiastici. 29°. Conclude elemosynam in sinu pauperis τc. Secunda quia bone terre committitur: τ sic elemosyna bonis pauperibus: Thobie secundo. Uade: adduc aliquos de tribu nostra timētes deum τc. τ. 4°. c°. Panē tuum τ vinum tuum super sepulturam iusti constitue: τ noli ex eo manducare τ bibere cum peccatoribus. Et Ecclesiastici duodecimo dicitur. Da misericordi τ ne suscipias peccatorē. Da bono: τ ne receperis peccatorē. Bene fac hūili: τ ne dederis ipio. Sicut autem quando quis non inuenit terram bonam: tamen in mala seminat. Sic bonis non inuētis: ēt malis tribuitur elemosyna. Luce sexto Omni petēti te tribue. Tertia quia sicut semē

aqua irrigatur ut crescat:sic elemosyna compū
ctione ꝛ lachrymis compassionis. Job. 30. Fle
bam super eo qui afflictus erat:ꝛ compatieba/
tur anima mea pauperi. Et Isa. 58°. Cum effu
deris esurienti animam tuam ꝛc. Et sicut plu
uia qua semen irrigatur celitus venit: sic dono
dei ꝛ inspiratione fit elemosyna. Quarta quia
cum iacitur semen perdi videtur: sed tempore
congruo multiplicatur ꝛ recipitur:ꝛ sic elemosy
na. Ecclesiastici.29°. Perde pecuniā propter
fratrem ꝛ amicum:ꝛ ne abscondas eam sub la/
pide in perditionem:ꝛ proderit tibi. Nam ele/
mosyna viri quasi sacculus cum eo:ꝛ postea re
surget ꝛ retribuet illi retributionē in caput eius
Quinta quia sicut semen in vno anno semina/
tur ꝛ in alio colligitur:sic elemosyna in hoc an/
no gratie seminatur: ꝛ in anno glorie inuenie/
tur. Ecclesiastes xi°. Mitte panem tuum super
transeuntes aquas:quia post multa tempora in
uenies illum. Sexta quia magis preciosa semi/
na in anno quo seminantur non colliguntur:
sed in alio:sed viliora in eodem. Et similiter ele/
mosyne facte in charitate ꝛ ex charitate: in pre/
senti vita non remunerantur integre:sed in futu
ra:facte vero in mortali peccato remunerantur
in presenti totaliter Matthei sexto. Amen dico
vobis receperunt mercedem suam. De aliis au/
tem Ecclesiastici.36°. Da mercedē domine su
stinentibus te. Septima quia semen gelu com/
pressum ꝛ retardatum magnam fructuum co/
piam facit:sic elemosyne gelu aduersitatis ꝛ tri/
bulationis cōpresse. Unde ut patet Exo. primo
Filii israel quanto magis opprimebantur: tāto
magis multiplicabātur ꝛ crescebant. Octaua
quia agricola de parte seminis viuit: ꝛ aliam
reseruat ad seminandum: sic ſm Ambrosium
super secundam epistolam Pauli ad Cor. 9°.
c°. Elemosyna partim remuneratur hic:ꝛ par/
tim in futuro. prime ad Thi. 4°. Pietas ad om
nia valet promissionem habens vite que nunc
est ꝛ future. Nona quia sicut semen non in vno
tm̄ loco iactatur:sed per multa loca dispergitur
ita elemosyna. Unde psalmista ait. Dispersit de/
dit pauperibus: ꝛ hec est contra auaros qui ni/
hil de suo dispergunt sed congregant aliena. A/
bacuch. secundo. Veh qui multiplicat non sua
ꝛc. dicit etiam dedit:idest donauit:non vendidit.
Luce sexto. Mutuum date nihil inde speran/
tes: pauperibus:non diuitibus. Decima quia si/
cut tria impediunt semen ne fructificet scilicet
cum seminatur secus viam: vel super petrosa ꝛ
vel inter spinas. Matthei.13°. Sic elemosynā
tria impediunt: scilicet duricia cordis. cum sine
compassione cordis: imo cum amaritudine da/
tur: quod notatur per petras. Item inanis glo/
ria: ꝛ hoc notatur in via: vbi fit conculcatio a
transeuntibus. Item peccata propria rodentia
conscientiam eorum a quibus fiunt quasi spine
vel cum ex diuitiis male acquisitis fiunt de alie
no: quia diuitie spine sunt: hec Alexan. vbi su/
pra. Danda est ergo abundanter pauperibus
elemosyna quia ait Chriso. super Mattheum
Elemosyna amica dei semper ante eius regale
solium consistit:ꝛ semper ei propinqua est. Et
pro quibuscunq; voluerit facile munus gratie
impetrabit: vincula peccatorum ipsa dissoluit:
fugat tenebras:et extinguit ignē inferni. Mul/
cum multa fiducia porte celi aperiuntur ꝛ ve/
luti regina intrante nullus ianitorū: nullus cu
stodum qui assistunt audet dicere quid queris?
Aut vnde venis? Sed omnes eam e regione su
scipiunt: hec ille. Aimo ait inquit. Sicut calor
solis ꝛ humor pluuiarum omnibus communiter
tribuitur a deo: sic que in terra nascuntur: com
muniter dispensentur ꝛ communiter vtantur ꝛc. Cy
prianus quoq; in Epistola ad fratres de ope et
elemosynis dicit: ꝙ quis non debet dimittere fa/
cere elemosynas magnas timens ne veniat ad
paupertatem. Et idem ait Augustinus in libro
de decem chordis. Et etiam in libro de elemosy
na idem ait. Metuis ne forte patrimonium de/
ficiat: si ex eo operari largiter ceperis. Quando
enim factum est ut iusto deesset subsidia: cum
scriptum sit. Non occidet fame dominus ani/
mam iustam: patent ista per exemplum scilicet
ꝙ deus nunꝗ permittit mori egestate facien/
tes largas elemosynas. Nam quidam presby/
ter Jacobus parrochianus casalis que est terra
montis briantie: cum ad eum venissent fratres
nostri petentes vinum pro quibusdā laborato
ribus incidentibus ligna pro loco nostro leuci.
Ille respondit. Nihil habeo vini: nisi quid val/
de modicum: ꝛ iam subleuatum est vas ꝛ illud
vinum est floridū: tamen volo vobis dare par
tem. Cumq; soror eius contradiceret: inquiens
ꝙ nimis modicum erat pro ipso: ipse eam repre
hendit dicens. Vade ꝛ fac elemosynam large de
illo modico quod habemus. Cum ergo misisset
ad vas ꝛ extraxisset spinaculum: ecce cum ma/
gno impetu erupit vinum non floridū sed pul
cherrimum: optimiq; odoris ꝛ saporis. Qua ꝓ
pter viso hoc miraculo illa incepit clamare. Ac/

terrent autem ille predictus presbyter et accipi ens virgam ponensque in vase reperit plusque semiplenum quod prius erat vacuum: hoc autem miraculum fecit deus ut ostenderet quantum sibi placeat facere elemosynam abundanter et propter necessitati aliquid subtrahere pro dando pauperibus. Et istud miraculum accidit a 40. annis citra. Et aliud simile exemplum euenit Rome: ubi quedam domina nomine Francisca: que nunc in sancta Maria noua sepulta est et miraculis claruisse dicitur: cum esset valde dives et grano et vino abundaret: videns pauperes egentes tempore magne caristie: misericordiam eis faciebat: et unicuique granum ac vinum distribuebat pro ut necesse habebat. Hoc autem agebat clam fratre suo qui de ipso grano ac vino multas pecunias facere credebat. Cum autem ipsa domina Francisca in faciendis elemosynis celaria grani et vasa vinaria euacuasset: predictusque frater eius qui ipsum granum ac vinum vendere disposuerat hoc reperisset: cepit valde contristari: clamare et conqueri: atque cum ea rixari. Cui domina Francisca ait. Ne contristeris frater mi. Fieri enim non potest ut ita sint vacua sicut tu dicis. Quis enim potuit ea auferre? Cumque ille magis furens affirmaret illa esse euacuata: intulit ipsa. Videamus unde exijt vinum. Et accedentes ad celam vinariam inuenerunt omnia vasa repleta optimo vino: et insuper pergentes ad granaria adeo impleta repererunt ut ostia aperiri non possent. Quo confusus frater nesciebat quid diceret. Ipsa vero domina Francisca ait illi. Ecce frater mi. Magis dites es ex elemosynis factis quam ex venditis rebus et hec potior et utilior negociatio. Et hoc miraculum publicatum est Rome. In regno quoque aragonie ciuitate Ilerda fuit nobilis valde diues domine Raymundus qui cum fratres nostros vidisset qui ad illuc predicandum accesserant pietate cõmotus illos hospitio suscepit. Quorum statu et vita plenius itellecta. Cũ i loquẽdo deuotionẽ magnã eis ostẽderet: ispirãte deo rogatus fuit a fratribus ut eis locũ diuitijs suis edificaret: promiseruntque ipsi fratres quod deus ad sufficientiã ei pecuniã cũ diuitiarum suarũ augmẽto ministraret. Quibus ipse credẽs locũ eis edificare cepit extra ciuitatẽ Crescẽtibus aũt expẽsis ut i huiusmodi cõsueuit: scrinia ducatorum eius euacuata sũt. Operarij tñ mercedem suã postulabãt. Mittit ergo Raymũdus nũciũ ut afferat pecunias: qui properans et nihil inueniens in capsis: omnia consumpta esse domino suo renunciauit: et de thesauris suis nil amplius extare: quod ille audiens ad fratres prius currens in eorum improperia prorupit dicẽs. O infideles hoies: ubi ẽ promissio quã fecistis? ecce propter vestra verba oẽs mee capse euacuate sũt. Frẽs xpo humiliter rñderũt. Ne idignemini dñe quia ut diximus ita dñs iplebit. Queratis diligẽter i capsis. Tũc cũ nũcio suo iuit Raymũdus personaliter iterumque fratribus oratibus. Mira res. Aperiẽs Raymundus scrinia propter laborãtiũ euacuata: oĩa ducatis plena iuenit. Quo viso corã fratribus prostratus culpã suã recognouit: et totũ edificiũ cu magna deuotiõe cõpleuit. Et hoc miraculũ hẽtur i cronicis ordis minorum. Ad cõfirmatiõnẽ ẽt pdictorum additur ei põt auctoritas sacre scripture. Nã Prouer. 3º. ait Salõn. Honora dñm de tua substãtia et de primitijs frugũ tuarum da paupibus: et iplebũtur horrea tua saturitate: et vino torcularia redũdabũt Refert ãt Cesarius quod cũ fres cuiusdã monasterij multũ habũdarẽt et multũ paupibus eẽnt liberales. Tãdẽ elemosynas dimiserũt et ipsi egere ceperũt: qđ cũ cuidã viro scõ referrẽt: ille ait. Duo [illegible] cij i isto monasterio 9sueuerũt hitare. s. fr date et fr dabitur vobis: sed quia repulistis primũ: scđs quoque recessit a vobis: noluit. n. sine socio suo remanere Aliđ ẽt exẽplũ recitat Gre. 2º. li º. dialogorum de bonifacio fodẽsi epo. Cui largiẽti abũdant paupibus: deus miraculose multiplicauit vinũ collectum ex paucis uuis. Aliđ miraculũ accidit i terra belinçone adhuc nõ sũt. 26. ãni. Cũ. n. eẽt i ptibus illis magna caristia: ibique essent duo fres hñtes magnã copiã frumẽti: faciebãt. n. de eo mercãtiã dixit iunior seniori. Fr da mihi ptẽ frumẽti mei ego. n. volo facere elemosynã de eo. Cui rñdit senior. Tu mihi videris stultus: mõ ita car ẽ frumẽtũ qđ valet oculũ: et vis illud pro nihilo distribuere. Vẽdamus illđ et efficiemur diuites. Rñdit ille. Nõ sum stultus: sed volo acqrere diuitias vite eterne pro terrenis rebus. Accepto ergo frumẽto suo et mẽsurato fecit fieri panẽ i magna copia: et quotidie dabat large oibus paupibus. Deide sciẽs necessitates pauperũ distribuebat frumẽtũ prout sibi videbatur: alicui dãs modiũ vnũ: alicui duos et sic pseuerauit p duos vel tres mẽses: qtidie sic distribuendo. Cũ aũt venisset tps messiũ et iam cessasset carestia: perrexit ad granariũ ut videret quãtũ sibi remãsisset de frumẽto. Audi mirabile Cũ. n. itroisset reperit granariũ totũ plenũ sicut erat prius. Faciẽsque mẽsurari frumẽtũ: tantum inuenit eẽ quãtũ erat anteque aliqd daret paupibus. Et iõ igr Cyprianus vbi. s. Si tibi fuerit copiosa

substātia ex illa fac elemosynam: si exiguum habueris: ex hoc exiguo comunica: et ne timueris cum facis elemosynam: premium bonum repo-nis tibi in diem necessitatis: quia elemosyna a morte liberat: et non patitur ire in tenebras: munus bonum est elemosyna omnibus qui faciunt eam coram deo: hec ille. De hac liberalitate laudat Hierony. Paulam in epistola ad Eustochium que cum esset nobilissime familie: magnasque haberet diuitias: tanta liberalitate omnia pauperibus est largita: vt ad egestatem pene vltimam puenire t. Grego. quoque in iii°. dialogorum laudat Paulinum episcopum: qui cū oīa pauperibus dedisset: et quid vltra daret minime haberet: seipsum cuidam mulieri donauit atque vendi permi-sit pro liberatione filij illius.

Y

SEd heu quia hodie amissa videt esse charitas iā q̄si in totum pietas exulauit: quia pauci sunt volentes nō dico multa: sed vel pauca pauperibus dare. Imo quanto ditiores: tanto minus sepe elemosynas faciunt. Unde plerunque euenit quod largiores elemosynas faciūt pauperes q̄ diuites. Et ideo sicut malum esset signum arboris que posita in terra aquis irrigua et bona non ita bene fructificaret: sicut illa arbor que est sita ī terra deserta et inculta. Ita malum et pessimū signū est diuitum: qui in vbertate diuitiarum positi minores faciunt fructus misericordie q̄ egeni et pauperes. Et ideo de illis ait dominus Matth. 19°. Facilius est camellum per foramen acus transi-re: q̄ diuitem intrare in regnum celorum.

Z

QUinta conditio dicit bonitatis: quia pauperibus debēt dari: nō dico optima: sed bona: non corrupta neque nociua. Ideo Prouer. 3°. dicitur. De primitijs frugum tuarū da pauperibus. Et Eccle. 35°. dicit sapiens. Noli offerre munera praua. Non enim suscipiet illa deus. Contra quod faciunt multi dantes pauperibus res putridas et marcidas ad comedendum: quibus īfir-mantur. Tales elemosynas abhominatur deus. Propterea Geñ 4°. dicitur. Respexit deus ad Abel et ad munera eius ad kaim autem: et ad munera eius non respexit. Et ratio fuit quia kaim mala: Abel vero bona offerebat. Quia igitur ipse deus bona et nō mala nobis donauit: idō pariformiter a nobis bona requirit. Unde Ecclesia. 35°. dr. Da altissimo s̄m datū eius: vt magis ac magis multiplicet tibi dona sua. A

SExta conditio elemosyne dicitur sinceritatis

Oportet enim quod fiat cum sinceritate cordis et recta intentione: quia plus deus pensat animum purum q̄ datum. 42ª. distin. capitulo. quiescamus. Et etiam inquit Aug. super psalmo. 25°. et magister senten. in. 4°. distin. 16ª. cap°. p°. Nam regulariter dicitur quod finis imponit nomen operi: ut ait Ambro. in libro de officijs. Unde philosophus. 2°. de anima inquit. Omnia iuste dominantur a fine. Et etiam notatur in. l. si is qui quadraginta. §. si opus. ff. ad legem falci. Qui ergo elemosynam meritoriam facere vult: rectam habeat intentionem: quia deus non ex operibus iudicat: sed ex cogitationibus et ex corde. 14ª. q. 5ª. capitulo. si quid. 22ª. q. 5ª. caplo. qui periurare. et 32ª. q. 5ª. caplo primo. Aliter autem facta elemosyna non valet: nec a deo acceptatur: ut inquit Hieronymus in caplo. odi. 24ª. q. prima. Nam non sacrificiorum magnitudinem: sed offerentium merita causasque diiudicat. 14ª. q. 5ª. caplo scriptum. et eadem causa. q. 6ª. capitulo vltimo. et de peniten. distin. 5ª. capitulo. consideret. Et idō saluator noster Matthei. 6°. ait. Cum facis elemosynam noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciunt in sinagogis et in vicis vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis: quia receperunt mercedem suā. Sed heu quia multi sunt de talibus qui nunquā faciunt elemosynam nisi propter vanamgloriam: ut boni reputētur et misericordes: aut ad alium malum finem. De quo loquens Hieronymus ī capitulo. vide. pª. q. pª. inquit. Huic operi non tam premium: q̄ pena debetur: et perfidie magis tormenta q̄ corona victorie. Idō saluator noster Matthei. 6°. ait. Te aūt faciēte elemosynā nesciat sinistra tua: quid faciat dextera tua. q. d. Noli eā publicare ex vanagloria et laude humana: neque facias elemosynā propter pompam et fastum: ne tibi accidat sicut illi diuiti de quo refert Cesarius quod post mortem suā apparuit vxori dicens se esse damnatum. De quo illa stupefacta: dixit ei. Quomodo hoc est possibile cum tantas elemosynas feceritis: et tot hospitalitates exhibueritis? Cui ille respondit. Heu mihi: quia nihil omnia ista profuerunt ad salutem et vitam eternam: quia non ex amore dei illas elemosynas et alia pietatis opera feci: sed pp vanamgloriam.

B

SEptima conditio dicitur liberalitatis. Nam elemosyna libere debet dari pauperibus. Et non eis vendi: sicut quidam faciūt: maxime mulieres quedam que feminis pauperibus elemo-

synas ideo dant: ut aliquibus seruitiis ab eis remunerentur. Aliqui etiam dant aliquid modicum pauperi quasi pro elemosyna: ⁊ postea tantum faciunt ipsum laborare ꝙ multo plus meretur. Alij vero in domo sua hospitantur pauperes ⁊ eos pascunt sub specie pietatis: sed hoc principaliter intendunt ut sibi donationem fieri faciant de aliqua vinea aut possessiuncula quam habent. Cōtra quos inquit Hieronymus ad Nepotianum. Sunt qui pauperibus parum tribuunt ut multum accipiant: ⁊ sub pretextu elemosyne diuitias querunt: que magis venatio ꝙ̄ elemosyna appellanda est. Sic bestie: sic aues capiuntur: ⁊ pisces dum modica hamo esca apponitur. Ideo Ecclesiastici vigesimonono dicitur. Super humilem animo fortior esto: ⁊ pro elemosyna non trahas eum ad seruitium tuum. Propterea Luce. 14°. ait dominus. Cum facis conuiuium voca pauperes ⁊ debiles: claudos ⁊ cecos: ⁊ beatus eris quoniam non habent tibi retribuere. Retribuetur autem tibi in retributione iustorum. Que verba exponens Leo papa in sermone de aduētu inquit. Sed dicet aliquis. Ergo amicos ⁊ parentes non debeo ad conuiuium inuitare? Vocandi sunt parentes ⁊ vicini sed rarius vocandi sunt: ⁊ non nimis sumptuosa ⁊ delicata: sed tam parua ⁊ sobria ac honesta illis debent conuiuia preparari: ut remaneat vnde possint pauperes refici. Et aliquid possit indigentibus elargiri: hec ille. Qui etiam ibidez ait. Licet expediat nobis semper facere elemosynas precipue tamen in sanctis solemnitatibus ſm vires nostras abundantius debemus erogare. Pauperes ante omnia frequentius ad cōuiuium euocemus. Non est enim iustum ut in sancta solemnitate in populo ad vnuz deum pertinente alij inebrientur. Alij vero famis pericu[illegible] crucientur. Et nos: ⁊ omnis populus vnius domini serui sumus. Uno precio redempti: ⁊ pari conditione in hunc mundum intrauimus. Similiter etiam exitu migraturi sumus. Et si bene egimus in eandem beatitudinem pariter veniemus. Et quare pauper non accipiat tecum cibum: qui tecum accepturus est regnum? Quare pauper nō accipiat vel veterem tunicam: qui tecum recepturus est immortalitatis stollam? Quare pauper nō mereatur panem tuum: qui tecum meruit accipere baptismi sacramentum? Cur indignus sit accipere reliquias ciborum tuorum: qui tecum ad conuiuium vocatus est angelorum? hec ille. Ex quibus patet ꝙ elemosyna non debet fieri expectatione retributionis: sed instinctu charitatis. Unde inquit Lactan. sexto diuina. institu. aduer. gen. capitulo duodecimo. Tenendum est omnino ut ab officio misericordie spes retributionis absit. Nam si ab homine expectetis: iam non humanitas erit illa: sed feneratio beneficij. Et ibidem etiam ait. Nihil a viro iusto faciendum est nisi quod sit beneficium. Beneficium autem [illegible] refertur interit ⁊ finitur. Nec enim id possumus habere integrum cuius precium nobis persolutū est. Seneca quoque in libro de beneficijs inquit. Nihil venali misericordia turpius.

O Ctaua cōditio elemosyne dicitur proprietatis. Non eniz debet fieri de rapina vel vsura: aut de rebus alienis nisi habita licentia expressa: vel verisimiliter intemptata: quod dico pro religiosis ⁊ filijs ac seruis ⁊ famulis: qui sine peccato faciunt aliquando elemosynam de rebus aliorum: habentes licentiam ab eis: aut verisimiliter eos esse contentos existimantes: ſm ꝙ dicit Alexander de ales in quarta parte summe in tractatu de elemosyna. Aliter autem facere elemosynam de alieno est peccatum. Et ideo dicitur Prouerbiorum tertio. Honora dominuz de tua substantia: quasi dicatur: non de aliena. Et Thobie quarto. Ex substantia tua elemosynaz fac. Et Isaie quinquagesimooctauo. Frange esurienti panem tuum. ⁊ cetera: ⁊ decimosexto eiusdem libri dicitur. Ego dominus odio habens rapinam ⁊ holocaustum: ⁊ Ecclesiastici vigesimoquarto. Immolatus ex iniquo: maculata est oblatio eius. Et ibidem. Qui offert sacrificium de substantia pauperis: quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Et ibidem habetur prima qōne prima capitulo. non est. vbi Gregorius ait. Non est putanda elemosyna si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus acquiritur. Qui hac intentione male accipit vt bene dispensetur grauatur potiusquā iuuatur. Quicquid enim in dei sacrificio ex scelere offertur omnipotentis dei non placat iracundiam: sed irritat: hinc scriptum rursum est. Honora dominum de tuis iustis laboribus. Qui ergo male tollit ut quasi bene prebeat: constat ꝙ sine dubio dominum non honorat. Ex quibus verbis concluditur ꝙ non est faciendum aliquod turpe lucrum ad hoc vt postea detur pauperibus: vt ait glosa super predicta verba: quod patet etiam trigesimasecunda questione quarta.

capitulo sic non sunt: et vigesimasecunda questione secunda. capitulo. ne quis: et in decimaquarta questione quinta capitulo. nolite. et in capitulo. elemosyna. eadem questione et causa Gregorius ait. Elemosyna redemptoris nostri oculis illa placet: que non ex illicitis et iniquitate congeritur: sed que de rebus concessis et bene acquisitis impenditur. Facit ad hoc decimaquarta distin. capitulo. quod ait. et trigesima questione prima. capitulo. nosce. et trigesimasecunda questione vltima capitulo. non solum: et trigesimatertia questiõe quinta capitulo. si dicat. et vigesima septima questiõe secũda capitulo. si tu abstines. Ideo in capitulo. forte. decimaquarta questione quinta. inquit Augustinus. Forte aliquis cogitat et dicit. Multi sunt christiani et diuites auari et cupidi. Non habeo peccatum si suum illis abstulero et pauperibus dedero. Unde ipsi nil boni agunt mercedem habere potero. Sed huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam si totum tribuat quod abstulerat: addit potius peccatum quam minuat. Facit ad hoc capitulum. qui habetis. eadem questione et causa. Non tamen ex predictis innuitur quin de male acquisitis possit fieri elemosyna quando aut sũt incerta aut non debentur alicui particulari persone. Hoc enim casu licitum est dare pauperibus. capitulo. cum tu. de vsuris. Sed hec intelliguntur quando sunt debita alicui certe persone: quia illi debent restitui: et aliter faciens non meretur sed peccat: vt inquit Augustinus libro secundo de verbis domini. ser. duodecimo. et in libro. 50. omeliarum. Omelia quarta. et in libro de vita christiana vbi ait. Abhominatur et reprobat deus quod de lachrymis: et laboribus prestatur alienis.

O

NOna conditio elemosyne dicitur modalitatis. Debet enim eam facere volens considerare quibus faciat: vt non det diuitibus: sed indigentibus. Unde ait Bernardus in quodã sermone. In vacuo liquore elemosyne fundate nõ in pleno: quia quarti Regum quarto dicitur: quod vacua vasa precepit Heliseus impleri: non autem plena. Ideo Gregorius in morali. inquit. Iniuriam facit bortis: stillam proijciens in mare. Et Isaias quinquagesimooctauo dicitur. Cũ effuderis esurienti animam tuam et cetera. Et ideo multi in hoc errant qui elemosynas inconsiderate tribuunt. Non enim omni questori et cerretano danda est elemosyna. Imo tales simulatores paupertatis: et deceptores hominum debẽt dure puniri secundum leges: et in seruitutem imperatoris redigi. l. vnica. C. de mendi. vali. libro vndecimo. Sunt enim quidam qui questorum exercent officium: et postea in tabernis et in locis inhonestis ac turpibus expendunt omnia in commessationibus: ludis: et luxurijs: et cum meretricibus: que per diuersas simulationes et adinuẽtiones ac innumera mendacia de manibus simplicium virorum ac mulierum extorserũt. Blasphemantque et irrident eos qui ipsis elemosynas fecerunt. Ideo dicitur capitulo. cum ex eo. de penitentia et remissione. Melius est cum seueritate diligere quam cum lenitate decipere. Utilius enim esurienti panis tollitur si de cibo securus iustitiam negligat: quã esurienti panis frangitur vt iniustitie seductus acquiescat: hec ibi. Mercator enim prudens pecunia sua in certis nundinis indigens non accommodat eam hominĩ qui ad ipsas nundinas non est venturus. Nec illi aduocato damus salarium: quem nobis contrarium fore dubitamus. Sic nec passim omnibus est largiẽda elemosyna. Sciẽdũ est autẽ secundum Ricar. nostrum in quarto sententiarum. distin. 15ª. articu. secundo questione octaua. et beatum Tho. in eadẽ di. quod in homine malo possunt duo considerari scilicet natura et vicium. Quo ad naturam debemus benefacere etiam malis inquãtum sunt homines: et ratione creationis sũt fratres nostri: et maxime christianis: et illis precipue qui sunt in extrema necessitate. Omnibus enim est subueniendum in tali articulo. Et ita intelligitur capitulum. pasce. et capitulum. non satis. 86ª. distin. et capitulum. quam pio. pª. q. 2ª. Imo etiam inimicis nostris debemus subuenire in tali cãu. Iuxta illud Prouer. 25°. et ad Roma. 12°. Si esurierit inimicus tuus ciba illum: et si sitierit potum da illi. Quantum vero ad vicium nullo modo debemus benefacere malis: quando videmus quod per elemosynã efficiunt̃ peiores: et perseuerant in malo. Et ideo reprehenduntur illi qui faciunt elemosynas histrionibus: et filibus turpibus personis ad fomentum peccati. capitulo. qui venatoribus. 86ª. di. Si ergo non possumus facere elemosynã oĩbus pauperibus et in necessitate existẽtibus: debemus potius benefacere iustis quam peccatoribus data pari necessitate. Et ita intelligitur illud Eccle. 12°. Da iusto: et ne dederis peccatori. Similiter debemus potius benefacere nostris quam extraneis. Unde in communi Prouer

bio dicitur. Fa bene ali toi;e po a li eltri se tu poi Hoc autem faciendum esse natura edocet. Cor enim magis et prius infundit de calore membris sibi proximis: quam remotis. Et ideo etiam nos magis et prius debemus benefacere propinquis nostris datis paribus quam alienis: et propterea inquit Seneca. Quamuis omni petenti dare debeas: tamen in beneficio spectandi sunt recipientium mores: animus: habitatio: societas: et obsequia nobis impensa. Et diuus Ambro. in. c°. ceterum. 86ª. di. ait. Ceterum dei traditio est vt prius pascas parentes. Nam si iuxta diuinum oraculum contumelia patris morte luitur: quanto magis fames que grauior est? Et in li°. de officijs idem Ambro. ait illud quod habetur in. c°. non satis. 86ª. di. scilicet. Est etiam alia probanda liberalitas vt proximos seminis tui non despicias: si egere cognoscas. Melius enim est vt ipse subuenias tuis quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere: aut alicui postulare subsidium necessitatis: hec ille. Non ergo debemus facere elemosynas illis qui nolunt laborare: nec volunt aliquid boni facere. Sed viuere appetunt solum de bonis crucifixi: cum tamen sint mali et scelerati. Ait enim apostolus secunde ad Thessa. 2°. Qui non vult operari non manducet. et notatur in. l. si et duobus. ff. de noxa. et prima questione secunda capitulo fina. quod intelligendum est non solum de corporalibus operibus: sed etiam de spiritualibus: sicut sunt opera religiosorum secundum Ambrosium super Lucam. c°. 2°. et Hieronymum super Job. et Augustinum in li°. de opere monachorum. Licet autem non debeamus esse nimis curiosi in discutiendo vitam pauperum elemosynas petentium: vt inquit Greg. in capitulo. quiescamus. quadragesimasecunda distin. Tamen ad hoc vt cum discretione faciamus elemosynam debemus considerare illud Ambrosij. in. §. ite considerada. 86ª. distinctio. vbi ait. Consideranda est etiam in largiendo etas atque debilitas: nonnunquam etiam verecundia que ingenuos prodit natales: vt senibus plus largiaris qui sibi iam nequeunt victum querere. Similiter etiam debilitas corporis est promptius adiuuanda. Tum presertim si quis de diuitijs cecidit in egestatem: et maxime si non suo vicio: sed aut latrocinijs: aut proscriptione: aut calumnijs que habebat amisit: hec ille. Quas conditiones elemosyne si obseruauerimus verificabitur in nobis illud psalmi. cxi. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Quod nobis facere concedat omnipotens deus. Amen.

¶ Feria tertia post dominicam de passione de peccato lingue sermo quartus. GG

Murmur erat de eo in turba. Joannis septimo. et in euangelio occurrentis ferie. Cum animaduerterem imperatorem dicere in. l. fina C. de donatio. Uerba superflua respuenda esse censemus. et in. §. illud vero. in prohemio digestorum. Oportet primum animas: postea linguas fieri eruditas. Et iurisconsultum hortari et dicere in. l. labeo. §. fina. ff. de suppel. lega. Nemo dicat nisi quod prius mente agitauerit. Magnum mihi desiderium in mentem venit intelligere in particulari causam horum consiliorum. Sciebam enim in generali leges esse factas ad persuasionem boni et prohibitionem mali. l. i. et l. legis virtus. ff. de legi. et capitulo. priuilegia. §. officium. tertia dist. et distinctio. quarta capitulo. facte. In hac ergo existens anxietate cepi perambulare amenissimum viridarium sacre scripture a quo collecti sunt omnes pulchri flores: non solum qui in libris christianorum reperiuntur: sed etiam paganorum et gentilium. Sperabamque aliquem reperire qui dubitationi mee satisfaceret. Et ecce visum est mihi habere obuiam Dauid prophetam cantorem spiritus sancti regalibus vestitum indumentis: qui habens citharam auream in manu: dulci modulatione sonabat et cantabat illum versiculum psalmi. 33. Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos? Cui cum ego respondissem quod hoc summe desiderabam. Ipse rursus cepit canere versiculum sequentem dicens. Prohibe linguam tuam a malo: et labia tua ne loquantur dolum. Quibus verbis ego cognoscens quod custodia lingue facit hominem pacifice viuere: et vitam quodammodo beatam ducere: consequenter cognoui causam propter quam leges imperiales prohibent eloquium superfluum et inconsideratum: et multo magis viciosum. Et ideo in hoc sermone tres perutiles considerationes faciemus ad linguam pertinentes. Prima quarum dicetur refrenationis: Secunda blasphemationis: Tertia vero murmurationis siue detractionis.

¶ Pars prima de refrenatione lingue. F

Tripliciter probatur linguam debere refrenari scilicet rationibus: auctoritatibus: et exemplis. Primo rationibus: quarum pria dicitur exemplaritatis. Que sic declaratur. Exteriora indicant interiora. §. ceruos. institu. de rerum di. et ibi glosa. l. naturalem. §. an his. ff. de acqui. re. domi. cum similibus multis. Unde ait philosophus secundo priorum. Per signa corporis nobis nota silogiçamur dispositiones anime nobis ignotas. Maxime autem hoc fit per verba que sunt note earum que sunt in animo passionum: vt iquit Aristotiles primo Perier. et auctor in li°. sex principiorum. Et ideo dicunt iuriste quod ex sermonibus et loquella cognoscitur stultus et sapiens. l. his qui. §. fina. ff. de tuto. et cu. da. ab his. l. quidam. ff. de condutio. institu. et l. diuus pius. §. fina. et alias allegatur. l. de minore. ff. de questi. Bonus ergo sermo bonam conscientiam ostendit. Et econtra. Qui male loquitur detrahendo: blasphemando: aut verba viciosa dicēdo: et huiusmodi: malam se ostēdit habere conscientiam. Unde Ambro. in sermone de moribus et vita honesta sic ait. Morem hominis lingua pandit: et qualis sermo ostenditur: talis animus comprobatur. et Augusti. ad here inquit. Uanus sermo vane conscientie est index. Quia qualis in mente talis verbositas depingitur in ore. et Jsa. 32°. dicitur. Fatuus fatua loquitur. et Eccle. 21°. scriptum est. Labia imprudentum stulta narrabunt. Uerba autem prudentum statera ponderabuntur. Tenemur ergo loqui moderate et verba edificatoria ac virtuosa vt edificemus proximum: et fugere verbositatem ac verba iniqua ne eum scandalizemus. Sicut enim per loquellam cognoscitur quis an sit theutonicus vel italicus: aut de territorio francie: et vtrum sit pergamensis aut Januensis et huiusmodi. Jta per verba cognoscitur vtrum quis sit ciuis regni celestis: an inferni. Et ideo ille qui tacet cum discretione: edificat proximos et ab eis honoratur: dicente Ecclesiastico sui libri. 21°. c°. Tacitus et sensatus honorabitur. et Prouer. 17°. inquit salomon. Stultus quoque si tacuerit sapiens reputabitur: et si compresserit labia sua intelligens. Et hoc patuit per exemplum cuiusdam stulti romani de quo refert glosa in. l. 2a°. circa prin. ff. de origi. iu. quod cum romani petissent ab athenienisibus sibi concedi legem duodecim tabularum. Ipsi athenienses miserūt Romam vnum sapiētem vt exploraret an essent digni eam recipere. Quod cognoscentes romani posuerunt quendam stultum ad disputandum cum eo: vt si vincerent haberent omnes victoriam. Si autem perderet dicere possent eum esse stultum. Et sic nō essent in derisum apud grecos. Jlle igitur grecus atheniensis volens nutibus disputare: eleuauit digitū volens per hoc ostendere quod vnus solus est deus. Stultus vero credens quod vellet dicere quod erueret illi vnum oculum: eleuauit duos digitos: et cum eis inaduertenter etiam policem: sicut fieri naturaliter consueuit. Et ex ipsorum digitorum eleuatione volebat ille stultus dicere greco quod erueret sibi ambos oculos. Jpse autem grecus per hoc intellexit quod vellet illis tribus digitis denotare trinitatem diuinarum personarum. Et tunc eleuanit palmam manus: tenens ipsam manum apertam: volens per hoc significare quod omnia nuda sunt et aperta deo. Jlle autem stultus credens quod dicere vellet. Dabo tibi maxillatam. Eleuauit pugnum: volens dicere. E [illegible] daro vno mostazone. Grecus vero intellexit quod dicere vellet: quod deus mūdum pugillo continet. Uel secreta dei iudicia nobis esse clausa ac ignota. Et admiratus de actibus istius stulti: iudicauit romanos sapientes esse: ac dignos recipere legem predictā. Et ipse stultus quia tacuit ab atheniensibus prudentissimus ac doctissimus reputatus est. Ideo Job dicebat amicis suis qui venerant eum visitare et nimis loquebantur sui libri. c°. 7°. Utinam taceretis vt putaremini sapientes. Contra autem verbosos inquit Augusti. in sermone ad heremitas. O verbose erubesce. Nam omnino cognosceris quid agis. Tua enim conditio est occulta manifestare. Nota in conuentibus predicare. Sed si nescis. sumis inaudita. Fingis scire quod non scis vt libenter audiaris a cunctis. Et in eodem sermone idem ait. Loquētes laudare non audeo: sed tacentes beatos predicare presumo. Juriste autem notant in. l. si. ff. ad legem ro. de iac. et in. l. sed et si quis. §. quesitum. ff. si quis cau. et in. l. vt responsum. C. de transac. quod ille est reprehendendus qui loquitur indistincte. Jccirco auctor libri qui dicitur Pamphilus inquit. 8°. c°. Uerbi principium finem quoque respice verbi. Et melius possis premeditata loqui. Et auctor Afro labij canit. Prouidet ante diu quid recte dicere possit Uir sapiens: stultus imeditata refert. G

Secunda ratio quare debet lingua refrenari dicitur euitabilitatis. Si enim aliquis habet leonem in domo aut aliquam bestiam ferocem tenetur claudere illam in aliquo lo-

co: vel ligare:ne extra domū fugiens alicui nocere: vt vm docto:.in.l.i.§.sed et si canis.ff.si quadrupau.fe.di. Et similiter fieri dʒ de furiosis.l.congruit.§.furiosi.ff.de offi.psi. Sed lingua nō refrenata nō mō potest afferre mortem corporalē proximo sed etiā spūalem:faciendo eū peccare mortaliter. Imo etiā īfert mortē spiritualē ipsi maledicēti:et etiā audienti.c°.non solū.xi^a.q.3^a. Item pōt īferre infamiā proximo:quā boni magis timent q̄ mortem.l.isti qdem.§.si.ff.qd me.cau. Bona aūt fama est p̄ciosior cūctis opibꝰ mundi. vt ait Alex.de ales in.2^a.pte sūme. Unde dī q melius est nomen bonū q̄ diuitie multe: Prouer.22°.et Ecc cle.41°.et notat.in.l.si qs stipulatus.in si.ff.de v.ob.et in.l.iulianus.ff.si quis ois.cau.te.et in.l.scire opoztet.ff.de tuto.et cu.da.ab his. Item mala lingua est causa multotiens q quis amittit omnia bona sua et est causa multorum bellorum et homicidiorum atqʒ depopulationum: aliorumqʒ malorum: dicente Augustino ad heremi. O lingua:tu periculum imminens luctum producis: discordias sepe spargis: procuras venenum: detractiones paris: et ad infernum qui tibi credunt conducis:et cetera. Cum igitur sit q vbi maius est periculum ibi cautius est agendum.c°.vbi periculum.de elec.li°.6°.l.i.ff.de car. edic.et in auten.de testi.§.hec omnia ver.sed et si quis.col.7^a. Ergo tanto magis lingua est refrenanda:quāto magis periculosa est: q̄ leo aut canis rapidus:aut aliqua alia bestia et quicūqʒ furiosus. Et confirmatur hec ratio sic. Quilibet tenetur vitare causam mali: vt inquit sanctus Bonauentura in.2°.senten di.25^a. in questionibus circa litteram. Et facit.l.qui occidit.§.in hac.ff.ad legem aqui.et l.pretor ait.la.2^a.§.hec autem.ff.vi bonorum rapto.et l.facere opoztere ff.de ver.sig.vnde Eccle.21°.dicitur. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Sed lingua non refrenata facit vt quis licet baptizatus: non sit verus christianus:et vt ille qui in religione votum fecit non sit verus religiosus: quia scriptum est Jacobi p°. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suā:huius vana est religio. Ergo magno studio debet ipsa lingua refrenari. H

QUapropter diuus Ambro.vbi supra ait. Retine verbum quod non edificat. Quia qui ociosum verbum non reprimit:cito ad noxia transit. Uanus sermo cito polluit mentem: et facile agitur quod libenter auditur. Hoc profe ratur ex labijs quod aures non polluat audientis. Prouer.quoqʒ.25°.dicitur. Sicut vrbs patens absqʒ murorum ambitu:ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Qua ex re inquit Gregorius in mora. Mens que nō habet murum silentij:de facili penetratur iaculis inimici. Et in comuni Prouer. dicitur q ille qui non potest refrenare os suum: est sicut domus sine ostio:in qua nullus intrare prohibetur imo omnes eius hostes ad libitum intrare possunt. Et sicut possessio non habens sepē: de qua dicitur Eccle.36°. Ubi nō fuerit sepes diripietur possessio.et Prouer. x°.ait salomon. In multiloquio non deerit peccatum. Qui autem moderatur labia sua prudentissimus est. Eccle. quoqʒ 20.dicitur. Odibilis est qui procax est ad loquendum. Et ideo Aug.ad here.inquit. Ecce lingua egredi querit:motum perquirit. Tu vero o monache per temperantiam ipsam refrena. Apone ei pesulum rationis. Circunda eam maturitate discretionis. I

TErtio probatur linguam debere refrenari ratione vtilitatis:sic arguendo. Bonūʒ est argumentum a contrario sensu.l.i.§.huius rei.ff. de officio eius cui man. est iuris.l.si procuratorem.§.si ignorantes.v.igitur si ignorauerunt.ff. man. Et tangitur de hoc in.l.conuenticulam.C. de episcopis et cle.et in.l.ij C.de condi.in ser.et.8^a. q.p^a.c°.sciendum. Sed lingua non refrenata est causa omnis mali vt supra patuit. Unde Prouer.25°.dicitur. Os lubricum operatur ruinas. Ergo si refrenata fuerit erit causa multorum bonorum. Ait enim Aristo.2°.Phisi.et.5°.Methaphisice. Idem aliter se habens est causa contrariorum. Ideo Teren.3°.dicitur. Bonum est prestolari cum silentio salutare dei nostri. et Esa. 32°. Cultus iustitie silentium:et securitas vsqʒ in sempiternum.et Prouer.13°.ait salomon. Qui custodit os suum:custodit animam suā:qui autem inconsiderate loquitur: sentiet mala. Transumptiue.5^a.q.5^a.§.sʒ aliud. K

SEcundo principaliter linguam debere refrenari probatur auctoritatibus. Ait.n. Aug. ad heremitas. Stultus valde est qui non prius verbum ducit ad limam rationis:q̄ ad linguā oris. Maxime autem hoc debent facere religiosi:dicente Hieronymo in suo testamento. In ore sacerdotis vel monachi nullum sit verbū in quo non sonet nomen christi. Quia vt inquit Ber.in quodam sermone. Inter seculares verba ociosa nuge sunt:in ore autem sacerdotis blasphemie. Dicit quoqʒ sanctus Bonauentura in.2°.sententiarum.di.21^a.ar.3°.q.p^a. Q verbum ociosum: et mendacium iocosū:ac risus dissolutus de sui

natura sunt peccata venialia. Saluator etiā no/
ster ait Matth. 12°. De omni verbo ocioso quod
locuti fuerint homines reddent rationē in die iu
dicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis. Et ideo
dicitur Eccle. 25°. Beatus qui lingua sua non
est lapsus. Unde sciendum ꝙ dominus dedit ho
mini linguam multiplici de causa. Primo ad
notificandum conceptum cordis. Iuxta illud
Augusti. in li°. Enchiridion. Verba propterea
sunt instituta non vt per ea homines [illegible] inuicem
fallant: sed vt per [illegible] in alterius quisqȝ noticiam
cogitationes suas proferat: contra quod faciunt
illi qui proximum suum mendacijs ⁊ verborū
fallacijs decipiunt. Scḋo dedit linguā ad erudi
endum proximum: iuxta illud Esa. 50. Domi/
nus dedit mihi linguam eruditam vt suscitarē
eum qui lapsus est verbo. Contra quod faciunt
qui proximum hortantur ad malum: vel ipsum
de illicitis instruunt. Tertio dedit deus homini
linguam ad consolandum. Iuxta illud Eccle.
40. Tibie ⁊ psalterium suauem faciunt melo/
diam: ⁊ super vtrunqȝ lingua suauis. Contra
quod faciunt illi qui verbis suis proximum ad
iracundiam prouocant: eum irridendo vel con
uicia illi inferendo: quod peccatum grauiter pu/
nietur in inferno. Ait enim saluator. Math. 5°.
Qui dixerit fratri suo fatue: reus erit gehenne
ignis. Quarto dedit deus homini linguā ad ac
cusandum: vt scilicet seipsum reprehenderet ⁊
accusaret per confessionem quando peccatum fe
cit. Sicut faciebat beatus Iob qui sui libri. 42°
c°. inquit. Idcirco me reprehendo ⁊ ago peniten
tiam. Iustus enim in principio accusator est sui.
Prouerbi. 18°. Contra quod faciunt illi qui de
peccatis suis nolunt confiteri. Quinto ⁊ princi/
paliter dedit deus homini linguam ad laudan/
dum scilicet ipsum. Qui ait Esa. 43°. Populū
istum formaui: laudem meam narrabit. Sed
hoc non obseruant peccatores qui eum blasphe
mant: ⁊ verbis turpibus inhonorant. Quibus
dicit apostolus ad Roma. 2°. Nomen dei per
vos blasphemabatur inter gentes. Sciendum
quoqȝ ꝙ est triplex lingua scilicet diuina ac cele
stis ⁊ angelica: ⁊ istius lingue officium est lo//
qui de pertinentibus ad salutem: ⁊ ad proximi
vtilitatem: ac [illegible] dei laudem: ⁊ ista est lingua p/
fectorum. Inter quos fuit Ecclesiasticus qui
51°. c°. sui libri ait. Dedit mihi dominus lin//
guam: in ipsa laudabo eum. Istam autem lin/
guam super omnes habuit Saluator noster cui
dixit Petrus Ioānis. 6°. Verba vite eterne ha/
bes. Secunda lingua dicitur humana cuius est
loqui de mundanis: ⁊ ista est imperfectorum.
De quibus dicitur prime Ioannis. 4°. Ipsi de
mundo sunt: ⁊ ideo de mundo loquuntur: ⁊ mū
dus eos audit. Tertia lingua dicitur diabolica si
ue infernalis: cuius est detrahere ⁊ mendacia di
cere: sicut facit diabolus De quo dicitur Ioā/
nis. 8°. Cum loquitur mendacium ex proprijs
loquitur: huius etiam lingue tertie est discordi/
as seminare. De qua dicitur. Eccle. 28°. Lingua
tertia mulieres viratas deiecit scilicet a gratia
virorum suorū: ⁊ priuauit eas laboribus suis:
hanc autem linguam habentes signum est ꝙ
sunt diabolici. Unde inquit saluator Mathei
12°. Progenies viperarum: quomodo potestis
bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia enī
cordis os loquitur. Bonus homo de bono the/
sauro cordis profert bona: ⁊ malus homo de ma
[illegible] thesauro cordis profert mala. Quantum au
tem displiceat deo hec diabolica lingua: maxi//
me illa que discordias concitat reportando: ostē/
dit Salomon Prouerbio. 6°. di. Sex sunt que
odit dn̄s: ⁊ septimum detestatur anima eius.
Oculos sublimes: linguam mendacem: manus
effundentes innocium sanguinem: cor machi/
nans cogitationes pessimas: pedes veloces ad
currendum in malum: proferentem mendacia
testem fallacem [illegible] eum qui seminat discordias
inter fratres. Ex quo apparet grauitas huius
criminis: quia est illud septimum vicium quod
deus tantopere detestatur. De hac quoqȝ lin//
gua dicitur Iacobi. 3°. Lingua constituitur in
membris nostris que maculat totum corpus: ⁊
inflammat rotam natiuitatis nostre inflamma/
ta a gehenna. Ex predictis autem patet ꝙ sunt
tres totius mundi prouincie: in singulis qua//
rum est vnum linguagium: scilicet prouincia ce/
lestis terrestris: ⁊ infernalis. Linguagium ve
ro prouincie celestis est laudare ⁊ benedicere de
um. Iuxta illud psalmiste. Beati qui ambu/
lant in domo tua domine: in secula seculorum
laudabunt te. Linguagium autem prouincie
terrestris est de terrenis tractare. Iuxta illud
Ioannis. 3°. Qui de terra est de terra loqui//
tur. Sed linguagium prouincie infernalis est
deum maledicere ⁊ blasphemare. Iuxta il
lud Esaie octauo. Cum esurierit irascetur: ⁊
maledicet regi suo ⁊ deo suo. Cognoscatur igi//
tur quilibet de qua prouincia sit ad loquellam
suam. Unde dictum fuit Petro Matthei.
26°. Galileus es nam ⁊ loquella tua manifestū

de sacb. Et dominus qui erat de prouincia celesti: inquit Johnis. 8°. Quare loquellam meam non cognoscitis? Est insuper notandum q̄ fm Jsidorum: & Remigium: lingua hebrea fuit prima quam habuit Adam & Eua: & erit etiam vltima: quia post iudicium solum ipsa vtemur in loquendo Et dicit Rabi Moyses: q̄ in illa lingua nullum vocabulum est adnominandum aliquid inhonestum. Ex quo apparet q̄ vocabula turpitudinum non fuerunt ab institutione diuina: sed ab inuentione humana: & q̄ multum displicent deo verba scurrilia q: ea ponere noluit in lingua quam homini concreauit. Quia ergo mali homines non vtuntur lingua ad id propter quod eam deus illis dedit. Ideo ipsi taliter ea abutentes digni sunt priuari priuilegio ipsius lingue: quia priuilegiū meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate. c°. licet. de regula. 11ª. q. 3ª. c°. priuilegium. & 25ª. q. vltima. §. his ita. & 74ª. d. c°. vbi ista. & C. d iudeis. l. iudeos. in fine: & ibi glosa. Et in signum huius multi in articulo mortis loquellā amittunt: vt in eo puniantur in quo peccauerunt. Sicut diues epulo qui in lingua cruciabatur. vt habet Luce. 16°. Quod ideo erat quia in ea peccauerat. Unde Petrus rauēnas ait. Lingua magis ardet que pauperi insultauit: & nūc degustat cruciatus: quia preciosos cibos & odorata pocula degustauit. Et Chrisosto. inquit. Qui in conuiuando magis in loquacitate peccauerat: in lingua atrocius ardebat. Ex quibus omnibus patet q̄ loquacitas est vitāda. Unde Hieronym⁹ in capitulo. quotiens. 22ª. q. 5ª. ait. Quotiens loquimur aut non opportuno tempore: aut nō opportuno loco: aut vt non conuenit audientibus totiens sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audiunt. Consideremus itaq: quid loquamur: quia pro omni ocioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicij: hec ille. Et Calistus papa in caplo. ponderet. 50ª. distin. inquit. Ponderet vnusquisq: sermones suos: & quod sibi loqui non vult: alteri non loquatur. Sed sciendum q̄ sicut dicit Isidorus in libro de summo bono. Quadripartita est loquēdi ratio: vel q: bonū bene: vel malū male: seu bonum male: seu malum bene profertur. Bonum quippe bene loquitur qui ea que recta sunt humiliter annunciare videtur. Malum male loquitur qui quodlibet flagicium suadere conatur. Bonum male loquitur qui rectum aliquid aroganter predicare sentitur. Malum autem bene loquitur qui aliquod vicium narrando detestatur vt ab eo homines auertantur: hec ille. Si autem omnes debent refrenare linguam multo magis iuuenes: dicente Ecclesiastico. 32°. capitulo sui libri. Adolescens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris: habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius: & audi tacens simul & querens: & loqui in medio magnatorum non presumas: & vbi sunt senes non multum loquaris. Fugiamus ergo multiloquium: maxime nos religiosi: quia sanctus Franciscus in admonitionibus suis ait. Beatus ille religiosus qui non habet iocunditatem in alio nec leticiam: nisi in sanctissimis eloquijs domini: & cum his prouocat homines ad amorem dei. Sed vbi illi religioso qui delectatur in verbis ociosis & inanibus: & cum his prouocat homines ad risum. Ideo Bernar. in quadam epistola inquit religioso. Cum aliquid dicis: verba tua sint rara: vera: ponderosa: & de deo. Augustinus quoq: ad heremitas sic ait. Itaq: fratres obsecro vt non peccetis: custodite linguas vestras: seruate eas: claudite cum vecte ferreo: quoniam sermo vanus in vacuum non ibit: sed de omni verbo ocioso in die nouissimo reddituri sumus rationem.

II

Tertio principaliter probat exēplis linguā esse refrenandam: vt enim inqt Albertus i tractatu de virtutibus politicis. Ualde turpe est & extraneum a rōne vt lingua canis sit medicinalis: & lingua hominis sit mortalis & loquacitas est nature contraria. Nam natura inter cor & linguam collum longum posuit vt verba cordialia prius ad limam procederēt q̄ ad linguā vt prius essent examinata q̄ ad vsum loquendi adducta. Item natura que dedit omnibus animalibus magni corporis ora lata: & linguas vt plurimum longas homini os modicum contulit: cui modicā linguam impressit: in quo docere voluit: q̄ non multum loquendum sit. Natura etiā omnes sensus: sicut oculos: aures: & nares i homine duplicauit: duasq: manus ac duos pedes ei contulit: sed vnū: os solum & vnicam linguam dedit. In quo ostendit minus esse in duplo loquendum: q̄ audiendū: vel alijs sensibus vtendum. Natura insuper que nares & aures homini patulas dedit: linguā inter duo claustra collocauit: eamq: infra dentes & labia conclu/

sit. In quo demōstrare voluit: q͡ homini raro lo-
qui cōuenit. Exemplis etiam sacre scripture: lo-
quacitatis dispendium innotescit. Naz propter
loquacitatem Eue cum serpente totū genus hu-
manum interfectū est. Gen. 3°. Itez Sanson: q2
cum Dalida cōcubina nimis locutus est: capt9
est ab hostibus. Judicū. 16°. Ideo Oratius i epi
stolis inquit. Nec retinent patule cōmissa fideli
ter aures. Et semel emissum volat irreuocabile
v͛bum. Ideo debet quisq͡ bene conspicere cui
nellet secreta sua. Unde inqt Cato. 3°. c°. Consi-
lium archanū tacito comite sodali. Ait. n. Oui-
dius li°. 3°. de arte amandi. Conscius assiduos
cō missi tollet honores. Quis minor est aūtq͡ ta
cuisse labor? Ideo Michee. 7°. dicit. Ab ea que
dormit i sinu tuo custodi claustra oris tui. Et Se-
neca in li°. de moribus ait. Quod tacitū eē vis
nemini dixeris. Si tibi ipsi non iperasti: quomō
ab alio silentium spas? Ideo legit in vitis patrū:
q͡ abbas Macharius semel videns fratres in
heremo loquētes insimul dixit. Fugite fratres: fu
gite: et ait ei vnus frater. Pater quomodo ha-
bemus fugere amplius a solitudine ista? Et ille
posuit digitū suū in ore dicēs. Istud est quod fu
giendum dico. Sicut. n. modestia loquendi val-
de vtilis est: sicut patet in Abigail: que ex discre-
tione locutionis iram Dauid temperauit: primi
Regum. 35°. Ita econtrario indiscreta locutio ē
valde nociua: et omnibus odiosa. Ideo auctor
libri qui dicit Facetus c°. 2°. dicit. Maxima ru-
sticitas: turpia v͛ba loqui. Et Montanarius in
luna celeri. c°. 16°. dicit. Turpia sinceros corrum
punt famina mores. Et fuit snīa Pauli. p°. ad
Cor. 15°. dicentis. Corrūpunt bonos mores col-
loquia mala. Quapp abbas Arsenius sciēs vti
litatem refrenationis lingue: dum moriens ro-
garetur: vt aliquid notabile diceret iquit. Nihil
melius video q͡ tacere. Q

Quappter Dauid psalmo. 141°. dicebat deo.
Pone dn̄e custodiā ori meo: et ostium cir-
cunstantie labijs meis. Salomō quoq͡ Prouer.
29°. ait. Totum spiritū suum profert stultus: sa-
piens vero differt et reseruat in posterum. Et Eccl.
5°. dicitur. In multis sermonibus inuenit stul-
ticia. Et ideo legitur q͡ Solon phūs cuz alijs lo
quentibus taceret: iterrogatus si ideo taceret q2
loqui nesciret: vel q2 stultus eēt. Respondit. Nul
lus stultus tacere potest. Nam stultus v͛ba mul
tiplicat. Eccle. x°. Xenochrates v͛o phūs inter-
rogatus quare alijs sermocinantibus nō ēt ipse
loqueretur ait. Quia os vnū et aures duas a na
tura accepimus: quasi diceret. Multa debem9
audire: et pauca dicere. Iuxta illud Iacobi p͡i
mo. Sit autem omnis homo velox ad audiendū
et tardus ad loquenduz. Idem quoq͡ phūs cui
dam verboso dixit. Si nostris aurib9 audires
taceres. Pictagoras vero videns quendaz in-
dutum nobilibus pannis indecēter loquentem
dixit illi. Aut loquere sermōe ꝓportionato tuis
vestibus: aut induas pannos proportionatos
tuis eloquijs. Plato vero dicebat. Qd sicut va-
sa aurea probantur per sonos quos reddunt in
sua percussione cum experiuntur vtrum sint soli
da vel cremata: sic probant homies suis eloquijs
quibus eorum cognoscitur sensus et prudentia.
Et sicut vasa terrea sono probantur si sint inte-
gra vel fracta: sic homo ex luto confectus sono lo
quelle sue cognoscitur. Unde Hiero. in epistola
ad Paulinum vt habetur in c°. si cupis. 16ª. q.
pª. ait. Christianum quem senseris semper aut
crebro de nūmis loquentē: institorem potius ha
beto q͡ monachuz. Debemus ergo totis studijs
inuigilare custoditioni lingue sicut faciebat ab-
bas Paphnutius: de quo legit li°. 9°. historie tri
partite. Quod cum esset sine litteris accessit ad
quendam vt adisceret: et cū venisset ad illuz v͛si
culum. ps°. Dixi custodiam vias meas: vt nō de
linquam in lingua mea. Posui ori meo custo-
diam etc. dixit se satis didicisse: et q͡ non opor-
tebat eum amplius adiscere si illam lectionē pos
set bene scire. Sed ipsius exemplum nō imitan
tur multi. De quibus ait Albertus in tractatu
de virtutibus politicis. Quidam non humanā
linguam habent: sed potius serpentinam ac ve-
neno maledictionis plenam. De quo inqt psal
mista. Uenenum aspidum insanabile. Que qui
dem lingua nunq͡ a feriendo pōt esse quieta:
sed continue mota semper est alterum ferire pa-
rata: et tales sunt cornicule similes: que est auis
semper garrula: et auibus prede supra modum
infesta: ita etiam post aquilam clamoribus suis
impetit: et sepe ab ea percussa mortez incurrit. De-
tractores autem indigerent sepe comestione alei:
q2 dum aleum manducatur fetor oris tunc non
sentitur: eo q͡ ab odore alei superetur. Item de-
tractores et bilingues quorum os fetens est: mē
ta indigerent que est herba odorifera et stomaci
confortatiua ac i aceto cocta fetoris ē diminu-
tiua: hec ille. De detractoribus enim inquit psal
mista. Sepulchrum patens est guttur eorū. Nā
sicut sepulchrum patens recipit corpus cuiusli-
bet mortui: et quia non est clausum fetorem suū
omnibus expandit: et omnes approximantes in
ficit. Ita detractor cuius domus: idest anima:
est sine

⁊ sine oris ostio:omnes primos euaporatōe mur murationis inficit:⁊ quoscūq; viros ⁊ mulieres in ore suo fetido per detractionem recipit:et quia caret operculo nihil celare potest. Sicut autem vt habetur Numeri.19°. Uas quod nō habebat operculum imundū erat. Ita os quod per loquēdi moderantiā non fuerit ligatū neq; per custodiam fuerit coopertum:habebit anelitum fetidū detractionis ⁊ immundum erit coram deo ⁊ hoībus:quibus quādo credet placere murmurādo tūc sūme displacebit. Iuxta illud Esopi. Displicet iprudens vnde placere putat. Unde assimulatur coruo:de quo referūt fabule poetaꝝ: q̄ cū esset albus naturaliter:postea q̄ Ioui retulit malum de quadā sua amica ex quo ipse Iupiter eā occidit ipsum coruū in penā istius male relationis perpetua nigredine damnauit:⁊ vt de cetero malorum rumorum esset nunciator instituit. De quo coruo Ouidius in.2°. Methamor. eū alloquens ait. Cum candidus ante fuisses Corue loquax:subito nigrantes versus in alas. Nam fuit hec quōdam niueis argentea pēnis Ales:vt eq̄ret totas sine labe colūbas. Lingua fuit damno. lingua faciente loquaci. Qui color albus erat. nunc est cōtrarius albo. Et iterum ibidem in qt. Sperantemq; sibi nō falsa premia lingue. Inter aues albas vetuit cōsistere coruum. Tales autē linguosi ⁊ detractores debent expelli a cōsortio hominum:quia perturbant pacem humanam:⁊ [illegible] ciunt ꝯtra leges imperiales que facte sunt ad pacem hominum cōseruandam.c°.facte sunt autē leges.4°.di.⁊.§.ideoq; lex.in prohemio digestorum. Cum ergo leges precipiant ne aliquis alteri noceat:⁊ ne vicinus vicinum perturbet. Unde vt habetur.ff.de reg.iur.l.domum. Non debet qs aliquid in domo sua facere quod proximo noceat. Nam siquis ī domo sua fumo facto apes alienas fugauerit vel necauerit:causā mortis prestitisse videtur:⁊ tenetur ad satisfactionem.l.siquis ff.ad legē aquil. Multo magis prouidendū est detractioni que rem publicā perturbat:amicitiā ciuium destruit ⁊ vicinum a vicino diuidit. Imo fumus ipsius detractionis simplices ⁊ innocētes fugat ⁊ occidit. Unde Ecclesiastici.9°.dicitur. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus. Et iō propter p̄dicta omnia eiusdē libri.c°.28°.idē [illegible] piens dicit. Ori tuo facito ostia:⁊ seras auribus tuis. Cato quoq;.c°.2°.ait. Uirtutē primā esse puto cōpescere linguā. Proximꝰ ille deo est qui scit rōne tacere. Matheꝰ quoq; poeta ait in poetria sua.c°.5°. Lingua loquax odiū pariet. faciet tibi hostem. Effreni lingua surgere bella solēt. Et ibidē.

Ob linguā multi iā periere viri. Et auctor Astrolabij dicit. Copia verborum cui nō est copia sensus. Et ibidē: Preualet in lingua:qui nō est fortis in armis. Nullus in hac pugna plus meruisse pōt. Multe alie auctoritates de prudentia loquēdi habent̄ tam in libris sacre scripture q̄ paganorū. Unde Ecclesiastici 20.dicit̄. Hō sapiēs tacebit vsq; ad tp̄s:lasciuus aūt ⁊ imprudēs nō seruabit tēpus. Et.22°.eiusdē lib. Musica in luctu:importuna narratio qui narrat verbum non attendenti:quasi qui excitat dormientem a graui somno. Et.32°.c°. Ubi auditus nō est:nō effundas s̄monē. Et Prouer.18°.ait Salomō. Qui prius r̄ndet q̄ audiat:stultū se esse demonstrat. Et 26°.eiusdē libri. Ne r̄ndeas stulto iuxta stulticiam suā:ne similis ei efficiaris. Cuius cōsiliū est seruandum quādo stulti dementia est nota:⁊ eius verbis nō datur fides. Si autem nō eēt cognita eius stulticia:⁊ ipsius verba putarent̄ vera ita q̄ facerent sapiētes videri stultos:esset ei r̄ndendum. Et ideo predictus Salomon in eodē c°.inquit. R̄nde stulto iuxta stulticiā suam:ne sapiens sibi videatur. De hac etiā loquēdi discretione dicit̄ Ecclesiastici.5°. Si est tibi intellectꝰ r̄nde proximo:sin autē sit manus tua super os tuū ne capiaris in verbo indisciplinato ⁊ confundaris. Et in.l.iulianus.§.p°.ff.de act.emp. iuriscōsultus inquit. Non debꝫ qs facile asserere:q̄ ignorat. Prouer.n.28°.c°.inquit Salomon. Uidisti hoīe velocem ad loquendū? Stulticia magis speranda est:q̄ illius correctio. Ideo Ambro.lib°.p°.de officijs.c°.8°.ait. Sapiens ut loquat̄ multa prius cōsiderat. Quid dicat:cui dicat:quo ī loco ⁊ tēpore. Ecclesiastici.n.14°. dicitur. Beatus qui nō est lapsus in verbo. ⁊ Ouidius 2°.lib°.de arte amandi dicit. Exímia est virtus p̄stare silentia rebus. At cōtra grauis est culpa tacenda loqui. Semp igitur debemus bona verba proferre. Ait.n Ricar.in li°.de nuptijs c°.9°. Pacē sermo bonus gignit:⁊ gaudia mestis Cordibꝰ īfundit:leticiāq; parit. Sermo bonꝰ q̄nq; magis q̄ facta perorat. Nil sermone bono gratius esse solet. At cōtra de male loquētibus dicit̄. Ecclesiastici 2°. Ueh labijs scelestibꝰ. ⁊ Ric. vbi.s.ait. Sermo quidē prauꝰ:hoīes accēdit ad irā. Leticiam turbat:iurgia magna mouet. Mores quippe bonos s̄mo corrūpit iniquꝰ. Soluit ⁊ accēsis arma cruenta parat. Discordare facit cōcordes:scādala gignit. Sermo magis prauꝰ q̄ mala facta nocent. Unū dicit̄ in cōi prouerbio. La lingua non ha osso ma [illegible] rūper [illegible] dosso. Ode vede ⁊ tace:se tu voi viuere in pace. At contra [illegible] bona lingua

dicitꝰ. Prouer.22°. Lingua sapientū sanitas est.
Et.25°.c°.eiusdē libri. Lingua cōfringit duritiē.
Et.18°. Mors ⁊ vita in manu lingue. Et Eccle
siastici.5°. Honor ⁊ glia in ſmone sensati: ligua
vo imprudentis subuersio ipsiꝰ est. Et.20.c°.eius
dem li. Sapiens in verbis seipsum amabilez fa
cit. Et hoc sufficiat pro pma parte nri ſmonis.

¶ Pars secunda huius sermonis: que dicitur
Blasphemationis.

N
Sciendum est ꝙ multa alia sunt pecca
ta lingue: vtputa: ꝓditio. De quo pec
cato valde piculoso dicitꝰ in cōi ꝓuer
bio. Da chi me fido me guardi dio: Da
chi ñ me fido me guardero bē io. A quo scelera
tissimo vicio nos abstinere hortatꝰ Jacobꝰ bene
nentanus.c°.9°.di. Hoc ego [illegible] moneo: fugias ut
ꝓditionez. Turpius hoc omni crimine crimē ad
est. Proditor ⁊ nullus tibi cōiungatur amicus.
Spe sub amicitie mors inimica datur. Et auctor
Astrolabij dicit. Proditor alteriꝰ nec tibi fidus
erit. Propter hoc aūt solet dici ꝙ ꝓditiones pla
cēt pncipibꝰ: sz nō ꝓditores. Omnes igitꝰ. Prin
cipes debent proditores ēt inimicorū suoꝝ execra
ri. Vñ Ambrosius in lib°.de officijs: laudat Fa
briciuz ducē Romanoruz ad quē cum medicus
Pirrhi regis venisset asserēs ꝙ medicinā itosic
cataz pirrho daret: ⁊ sic rege mortuo ipse victoriā
obtineret. Jussit eū Fabricius ligari ⁊ ad dñz suū
remitti. Propter qđ pirrhus cū eo ad libituz cō
posuit ⁊ eiꝰ amicus factꝰ est. Eapropter inqt Sa
lomon. Prouer.3°. Nō moliaris amico tuo ma
luz: cū ille in te habeat fiduciā. Quia.n.atrociꝰ est
hoiem veneno extinguere ꝗ̃ ferro necare.l.j.C.đ
malefi. Ideo dolosus inimicus q sub specie pieta
tis ⁊ amicitie nocet hominiꝰ: peior est ꝗ̃ q aperta
malicia eū offendit. De quo Philosophus.9°.
Ethi.ait. Qui fingit se amicū ⁊ nō est: peior est eo
qui fingit falsaz monetā: ⁊ isti sunt illi de qbus in
qt ps°. Qui loquuntꝰ pacē cū proximo suo: mala
autem in cordibus eorum.

O
Aliud peccatū est adulatiōis qđ hodie valde
frequētatur. Dicitꝰ.n.i cōi prouerbio. Si qs
honorari desiderat atqz ditari. Discat adulari: qa
tales mō sunt chari. Hos aūt adulatores a nob
esse vitandos docuit xp̄s qui vt habetꝰ Matth.
22°. Cū pharisei volētes eū capere i ſmone misis
sent ad eū discipulos suos cū herodianis dicētes.
Magister scimꝰ q: verax es: ⁊ viam dei i veritate
doces ⁊ nō est tibi cura de aliquo ⁊c. Ipse cogni
ta eoꝝ neqtia: illos reprehēdit dicēs. Quid me tē
tatis hypocrite? Sicut.n.dicit Augu.sup psalmi
staz. Duo sunt genera ꝑsecutorū.s.lingua adulā
tium: ⁊ manus ꝑsequētiū: sz plus ꝑsequitꝰ lingua
adulatoꝝ: ꝗ̃ manꝰ ꝑsecutoꝝ. Debēt igitꝰ adulato
res rōne q̃druplici euitari. Prio q: sunt sicut au
cupes aias capientes. Juxta illud. Prouer.29°.
Homo q fictis blandisqz sermonibꝰ amico loqui
tur: rete expādit gressibus eiꝰ. Sed debemꝰ eē ocu
lati vt fallacias eiꝰ ꝑpendamꝰ. Dicitꝰ.n. Prouer.
p°. Frustra iacitꝰ rete añ oculos pēnatoꝝ. Vñ qui
dā P philosophꝰ nepos Platonis cuidā adula
tori dixit. Desine adulari. Nihil.n.proficis cū te
intelligā. Scđo adulatores sunt sicut fricatores.
Fricāt.n.sermonibꝰ blandis quē nō possunt vin
cere minis. Sicut ponit exēpluz Chriso. đ tauro
quē si nō pōt quis virībꝰ subiugare: fricat mani
bus ceruicē eius ⁊ sic eū apprehēdit. Similiter q
vult porcū qui vulgaritꝰ dr sençato iterficere: ma
nu eū sub ventre fricat: ⁊ ille se ad terrā ꝓsternit
⁊ dū in illa dulcedine ⁊ sensualitate delectatꝰ: ma
cellarius ei gladiū i gutture figit. Nō dz ergo ali
quis sustinere vt qs eū fricet vel oleo impinguet
adulationis: sz dicat quilibz cū ps°. Corripiet me
iustus in misericordia ⁊ increpabit me: oleū autē
peccatoris nō impinguet caput meū. Tertio sunt
adulatores sicut sirene dulces: aias i peccatis dor
mire facientes. Juxta illud Isa.13°. Sirene in de
lubris voluptatis. Sirene aūt sūt pisces maris:
hñtes a supiori parte spēm mulieris q̃ ita dulci
ter cantāt ꝙ nautas obdormire faciūt: ⁊ sic nau
fragiū patiuntꝰ. Sz sapiētes naute aures claudūt
⁊ sic euadūt. Et similiter adulatores obdormire
[illegible] peccatis faciūt auditores. Juxta illud Isa.3°.
Popule meꝰ q te btm̄ dicūt ipsi [illegible] decipiunt. Et
iđ debemꝰ claudere aures spiritus.i.reprehēsionibꝰ
duris. Juxta illđ Eccle.28°. Sepi aures tuas spi
nis: ⁊ noli audire liguā nequā. Vñ Hiero.iquit.
Nos ergo ad pr̄iaz festinātes mortiferos sirenaꝝ
cātus surda debemꝰ aure ptrāsire. Quarto sunt si
cut scorpiōes ⁊ apes. Scorpio.n.facie blāditꝰ sed
cauda pūgit. Apis ꝯo mel portat i ore: sz pūgit a
posteriori pte. Et silr̄ adulatores laudāt hoies i fa
cie: ⁊ i absentia vitupant. Et iđ tales serpentes ⁊
scorpiones sunt expellendi. Ait.n. Hiero.in ep̄la
ad mrēz ⁊ filiā. Quis vnꝗ̃ iuxta viperā securus
sōnū capit? Que si nō ꝑcutiat certe sollicitat. Se
curiꝰ est perire nō posse: ꝗ̃ iuxta piculū nō ꝑijsse.
Seneca q̊qz ait. Hz suū venenū adulatio. Ma
gnū ē ergo nocumētū adulatiōis. De quo Pro
uer.27°.dr. Meliora sunt vulnera diligētis: ꝗ̃
fraudolēta oscula blādiētis. ⁊ Ouidiꝰ li°.p°.đ ar
[illegible] amādi dicit. Impia sub dulci melle venena la
tēt. Iđ Cato c°.2°.ait. Noli hoies blādo nimius
ſmone ꝓbare. Fistula dulce canit: volucrē dū de

capit anceps.⁊ Esop⁹fabula.64ᵃ. Bládítie plus/ q̄ vira nocen a nocér. Et Montanari⁹ luna ce len dicit. Sugit adulator lac pectóris ad vber. P

Tertiū peccatū est simulatiōis. De quo Job. 36°.dr. Simulatores ⁊ callidi puocát irā dei. Dicebat āt qdā Laudēsis La çachara he la piu iusta cosa del mondo: p che va dreto a chi la fa. Salamō aūt inqt. Prouer.xj°. Simulator ore decipit amicū suū. Et Vegetius de re militari lib°. 3°.c°.3°.inqt. Frequēti⁹ cōuentóes: pacisq3 simulator credulis nocuere q̄ arma. Et Cato c°.2°. Qui simulat ṽbis nec corde ē fidus amic⁹. Tu q̄q3 fac simile: sic ars deludit arte. Et Esop⁹fabula.64ᵃ. Pacis amatorē simulat se p̄fid⁹ hostis. Cautius vt vuln⁹ crudale ferat. Hoc aūt viciu3 ē quasi idē cū peccato proditionis: qd̄ qdē3 cōmittunt illi q ex inimicitia simulátes se reconciliatos expectát t̄pe vindictā3 faciēdi. Et ideo dr Eccle. 12°. Nō credas inimico tuo i eternū. Et si humiliatus vadat curuus abijce eū ⁊ custodi te ab ipso. Oculis.n. suis lachrymabit inimicus: ⁊ si inuenerit t̄ps non satiabit sanguine. ⁊c. Et ideo dicit in cōmuni puerbio. A repudiata muliere ⁊ inimico recōciliato libera nos domine. Q

Quartum peccatum dicit maledictionis.s. creaturarū. Quod quātu3 sit prohibitū patet ex hoc q etiā diabolus in quantū est creatura dei nō d3 maledici. Unde dr in ep̄la Jude. Cum altercaret Michael cū diabolo maledictiōis dignissimo: noluit tñ eū angelus maledicere. Ideo 24ᵃ.q.3ᵃ.c°.si igit. Dicit Hiero. Si igit Michael nō fuit ausus diabolo iudiciū inferre blasphemie: q̄to magis nos ab oi maledictiōe puri esse debem⁹. Et hoc est ꝯ quosdā: q aut ex q̄dā leuitate vel surreptiōe: seu iocose: bestialit tñ: nesciūt loqui cū socio sine maledictiōe. dicētes. Sis suspensus p gulli: nascat tibi vermis: ⁊ similia. S3 quid dicem⁹ de illis q ex liuore ⁊ odio: ac malo aío tales maledictiōes fulminát? Profecto mortalissime peccát. Jō nō debem⁹ dicere alicui: sicut Ouidi⁹ in p°. de amādi.c°.8°. Dij tibi dēt nullosq3 lares: in opemq3 senectam. Et longas hyemes: perpetuamq3 sitim. Et in lib°. de Ibide.
Terra tibi fruges: mare cūctas deneget vndas.
Deneget afflatus vent⁹ ⁊ aura suos.
Nec tibi sol clar⁹: nec sit tibi lucida phebe.
Destituāt oculos sydera clara tuos.
Nec se vulcanus: nec se tibi prebeat aer.
Nec tibi det tellus: nec tibi pontus iter.
Exul inops erres: alienaq3 limina lustres.
Exiguūq3 petas: ore tremēte cibum.
Nec corpus querulo: nec mēs vacet egra dolore.
Noxq3 die grauior: sit tibi nocte dies.
Sisq3 miser semper: nec sis miserabilis vlli.
Gaudeat aduersis femina virq3 tuis.
Accedat lachrymis odium: dignusq3 puteris.
Quot mala cōmiseris plurima plura feras.
Sitq3 quod est rarū soluto defecta fauore.
Fortune facies inuidiosa tue.
Causaq3 nō desit: desit tibi copia mortis.
Optatā fugiet vita coacta necem.
Luctatusq3 diu cruciatus spiritus art⁹.
Deserat: ⁊ lōga torq̄at añ mora. Et ibidē et iqt. Sit frigus mortis causa famesq3 tue. Ille autem cui dicerentur iste iprecationes: posset respōdere illud Ouidij in.3°.de remedio amoris.c°.xj°.s. Quere aliū pro me qui velit ista pati. Nos igitur o deuoti xp̄iani nō debem⁹ aliquē maledicere: sed seruare illud apostolicū: ad Roma.12°. Bñdicite psequentib⁹ ⁊ calūniātib⁹vos: benedicite ⁊ nolite maledicere. R

Sed dimissis his peccatis ligue: aliqd de blasphemia dicamus: vltra ea que diximus in sermōe de scdo precepto decalogi. Dico igitur ꝺm Ricar. de sancto Victore in quodam sermone q sceleratissimū gen⁹ peccati est blasphemia. Unde glosa super illo verbo Isaie.18°. Ad populu3 terribilē.⁊c.inqt. Oē peccatū blesphemie cōpatū leuius est. Et iterum. Nihil est horribilius blasphemia: que ponit os suum in celum. Sciendu3 igit q tria peccata horribilia supat blasphemia Primum est paganorum seu infideliu3. Quia vt ait Tho.2ᵃ.2ᵉ.q.13ᵃ. Infidelis ea de deo dicit ⁊ loquitur que licet falsa sint: tamē credit esse vera. Christianus vero blasphemans: loquitur contra veritatē quā credit. Secundum peccatum est homicidarum: vt enim dicit Tho. ibidem. Quantu3 ad nocumētū: maius peccatū est homicidiū q̄ blasphemia eo q magis nocet homini interfecto: q̄ blasphemus deo blasphemato: cui nihil nocere potest. Sed q̄tū ad obiectū: maius peccatum est blasphemia q̄ homicidiū: qa homicida l3 iterficiēdo hoīe3 offēdat deū: tñ p̄ncipalit itēdit offēdere hoīe3. S3 blasphem⁹ ⁊ maledic⁹ itēdit p̄ncipalit ⁊ directe offēdere ipsu3 deū. Tertiū ē pctm̄ iudeoꝝ crucifigētiū xp̄3: vñ Aug. iqdā ꝺmone iqt. Plus peccāt blasphemātes xp̄m triūphāte3 i celis: q̄ q crucifixerūt eū ābulātē i t̄ris. Et rō ē ꝺ3 Alex. de Al.i 2ᵃ.pte sūme: q2 iudei nō bñ cognouerūt ip3 eē deū dicēte ap̄lo.p°.ad Cor.2°. Si cognouissēt nunq̄ dn̄3 glie crucifixissēt. Sed q nunc blasphemāt cognoscūt ip3 eē deū. Itē iudei ñ pmiserūt ei fidē in baptismo sic xp̄iāi: ⁊ iō ē maior iiuria rōe maioris stat⁹: q2 gue ē fidē fallē.l.s.ff.d'ꝯsti.pe.tē mai⁹ē.

qui nobis τ omnibus qui tua legũt talez dedit.
Sextũ signũ est quãdo amicus amici absentiaz
moleste portat. Sicut faciebat btũs Aug. q san/
cto Hieronymo scripsit dĩ. Nihil eqdẽ molesti⁹
fero in oĩbus angustijs meis quas patior:q̃ taz
longinquã tue charitatis absentiã:cũ si fieri pos
set quotidie te presentẽ habere vellem. Septimũ
signuz est cũ amicus de amico frequẽter loquiẽ:
τ eum libẽter noiat:sicut faciebat btũs Hiero.q
sctõ Aug.scripsit dĩ. Omni tpe beatitudinẽ tuaz
eo q̧ decet honorari veneratus sum:τ habitantẽ
in te dilexi dominũ saluatorẽ. Sz nũc si fieri pos/
[illegible] aliquid addimus τ plenius:vt absqz tui noĩs
mentione nec vnam quidẽ horam preterire pa/
tiamur:hec ille. Possumus q̊qz dicere q̧ amor
per quattuor signa mãifestaẽ. Primo per verba
quando eniz cor est plenum amore: tũc os abun
dat τ redũdat in sermone:q: ex abundantia cor/
dis os loquitur. Luce.6°.τ Matt.12°. Secun/
do per collata beneficia:τ istud est maius q̃ pri
mũ. Multi eniz bona ꝟba dicerẽt: qui tñ non
seruirent de rebus suis:τ istoruz nõ est vera ami
citia:τ ideo dicẽ p°. Joan.3°. Non diligamus
verbo neqz lingua tñ:sz opere τ veritate. Tertio
cognosciẽ amicitia p obsequia psonalia: τ istud
adhuc est maius. Multi eniz seruirent de sub/
stantia sua:qui nõ seruirent de persona: sicut fe/
cit Jacob. De quo dicẽ Gen.29°. Seruiuit Ja
cob pro Rachel septẽ annis:τ videbanẽ ei dies

pauci pre amoris magnitudine. Quarto cognoscitur per aduersa qñ quis pro amico paratus ē mori: ꝛ omnia aduersa pati sicut faciebat apl'us dicēs. 2ª. ad Cor. 13°. Libenter impendā ꝛ super impendar egoipse pro aīabus vr̄is ꝛ isto signo nō inueniū̄ maiꝫ: sed paucissimi reperiūtur talium amicoꝝ. Multi. n. diligūt proximū nō rōne ꝟtutis aut charitatis: sed rōne sue vtilitatis ꝛ ista nō est vera amicitia. Naꝫ in. 3°. de offi. ait Ambro. Vera amicitia ꝟtutis est ꝛ nō questus. ꝛ Tulius in li°. de amicitia inqt. Si vtilitas glutinaret amicitiā eadē cōmutata dissolueret. Et Boetius in li°. 3°. de cōso. di. Quē felicitas facit amicū: infortuniū facit inimicū: ꝛ iō Sre in mora inquit. Cum quis in prosperitate diligitū̄ icertum valde est vtrum prosperitas vel psona diligatur. Amissio anteꝫ felicitatis vim interrogat amoris. Qui enim in aduersitate ꝑmū despicit: aperte cōuincitū̄ ꝙ ipsum in prosperis ñ amauit. De tali amico dr̄ Eccle. 6°. Est amic⁹ socius mense: ꝛ nō permanebit in die necessitatis. Vera est enim snīa Ouidij in p°. de tristibus qui ait.
Donec eris felix multos numerabis amicos.
Tempora si fuerint nubila solus eris.
Et iterum ibidem inquit.
Scilicet vt fuluum spectatur in ignib⁹ aurum.
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum micat ꝛ vultu ridet fortuna secundo.
Indelibatas cūcta sequuntur opes.
At simul intonuit fugiunt nec noscitū̄ vsquam.
Agminibus comitū qui modo cinctus erat.
Et in secundo de poncto id poeta canit.
Diligitur nemo nisi cum fortuna secunda est.
Et Esopus fabula. 28ª. dicit.
Nullus amor durat: nisi fructus seruet amoreꝫ.
Et fabula sexagesimasecunda.
Nam refugit viso turbine falsus amor.
Dum fortuna tonat fugitiuos terret amicos.
Quis amet ꝛ quis non sola procella docet.
Et auctor libri qui dicitū̄ facetus. c°. 6°. inquit.
Qui fuerit felix multis veneratur amicis.
Sed miser effectus solus ad ima cadit.
Et Henricus sāmariēsis canit.
Cum zephir⁹ flabat multis venerabar amicis.
Nunc oēs aquilo turbine flante fugat.
Non sic autem est de veris amicis.
Ait. n. Jacobus beneuētanus. c°. 34°. sui libri.
Mutari nescit īmoderatus amor. ꝛ Martialis li°. vndiqꝫ suscepto. c°. 6°.
Nescit amor vehemens: ad queqꝫ picula rūpi.

YY

Est autem triplex amicitia. Prima est bonorū cū bonis: ꝛ ista sola est vera amicitia. Ait enim Tulius in li°. ō amicitia. Virtus amicitiā ꝛ gignit ꝛ cōtinet. Nec sine virtute amicitia vllo pacto esse pōt: ꝛ iterū inqt. Hoc primū sentio nisi in bonis amicitiā eē nō posse. Dicūt. n. naturales: ꝙ qñ aurū debet argento per malleationē incorporari: oportet a tribus precaueri. s. a vento: puluere: ꝛ humore: q2 si aliqd istoꝝ se interponit perfecta vnio fieri nō poterit. Si igitū̄ aliq volūt ꝑ amicitiā iungi: oportet ut caueant ne inter eos sit aliquis ventus supbie: vel puluis auaritie vel humor luxurie: q2 inter supbos: auaros: ꝛ luxuriosos ꝟa amicitia esse nō pōt. Nō. n. pōt eē alicui verus amicus qui sibi est inimicus. Juxta illud Eccl'. 14°. Qui sibi ē neqꝫ: cui alij bon⁹ erit? Unde metrice dicitū̄. Qui sibi nō parcit: mihi vel tibi quō parcet? Secunda amicitia est bonoꝝ cū malis: ꝛ ecōuerso: ꝛ ista bonis est periculosa: q2 ex maloꝝ familiaritate aliqñ corrūpunt̄ in vita: inquinātur in ꝯscia: ꝛ obfuscanū̄ in fama. De primo est textus in c°. sepe. 28ª. q. pª. vbi dicitū̄. Sepe maloꝝ consortia etiā bonos corrūpuntur. Pecus enim morbosuꝫ inficit totū gregē. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. l. p°. §. item querit. ꝛ de statu. mona. c°. vltimo. in prin. ꝛ. 45ª. di. c°. sed illud. Et modicū fermentū totā massam corrūpit. pª ad Cor. 5°. ꝛ notatū̄. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. ꝛ. 32ª. di. c°. hospitiolum. ꝛ. 32ª. q. 5ª. c°. nec solo. De hoc etiā dat exēplum Chriso. sup Mattheū di. Quod quādo vinū miscet̄ aceto: vinū nō corrūpit acetū: sed acetū vinū. Acetū aūt dicuntur mali: q2 deum in suis operib⁹ exacerbant: dicente psalmista. Exacerbauerūt deū excelsū. Vinum ꝟo dicūtur boni q2 deū letificāt ꝑ bonā ꝯscientiā ꝛ proximū edificāt per bonā famā: iuxta illud Judicū. 9°. Nūquid deserere possuꝫ vinū meuꝫ qḋ letificat deū ꝛ hoīes? Qñ igitū̄ boni miscent̄ cuꝫ malis ꝙuis mali aliquando meliorentur: boni tamen sepe in vita corrūpuntur. Corrūpunt enī bonos mores colloquia mala pª. ad Cor. 15°. De secundo etiam ponit exēplum idem Chriso. vbi supra. Quia si admisceat̄ farina cum luto: farina nō coinquinat lutum: sed lutum farinā. Boni autem dicuntur farina: quia molla timoris ꝛ amoris se conterunt: ꝛ ad candorem cor suū deducunt: iuxta illud Jsaie. 47°. Tolle mollam ꝛ molle farinam: ꝛ sic suauem deo panem faciunt per mundam conscientiā: iuxta illud Osee. 7°. Ephraiꝫ factus est subcinericius panis qui nō reuersatur. Lutum autem dicuntur mali i conspectu domini fetidi ꝛ īmundi: ac pedibus demonum conculcandi: ꝛ in cloacam infernalem pro

diendi. De quibus dicit dominus secundi Regum.22°.et ps°.17°. vt lutum platearum delebo eos. Quando igitur boni miscentur cum malis: quamuis mali quandoque dealbentur: tamen boni sepe in conscientia inquinantur: iuxta illud Numeri.20. Qui tetigerit immundum: immundus erit. et ps°.17°. dicitur. Cum peruerso peruerteris. et Plato in Thimeo circa finem ait. Si malis commiscearis perdes hereditatem et intellectum: et Ecclesiastici decimotertio dicitur. Qui communicauerit superbo: induet superbiam. Et Jacobus beneuentanus. caplo.7°. sui libri canit. Qui iacet in ceno: non sine sorde manet. De tertio autem ponit exemplum Gregorius. di. Quod si aurum argento misceatur: argentum ad auri claritatem aliqualiter exurgit sed aurum palescit. Aurum autem dicuntur viri sancti fulgidi in fama et preciosi in vita: iuxta illud Ecclesiastici quinquagesimo. Quasi vas auri solidum: ornatum omni lapide precioso. Argentum vero dicuntur mali qui tactu suo alios denigrant. De quibus dicitur Jere. sexto. Argentum reprobum vocate eos. Quando igitur boni miscentur cum malis quamuis mali videantur lucere: tamen boni in fama palescunt: et potest de eis dici Trenorum.4°. Quomodo obscuratum est aurum: mutatus est color optimus? Conuersans enim cum malis reputatur malus. Dicunt namque homines: quod omne simile appetit sibi simile.8°. Ethicorum capitulo tertio. et ut ait Terentius. Pares cum paribus veteri prouerbio facile congregantur. Aliquando tamen accidit quod boni cum mali miscentur: et tamen nec boni malos conuertunt: nec mali bonos corrumpunt. Quod per tria exempla videri potest. Vinum enim est cum fece: et tamen fex nec aufert vino suam dulcedinem: nec vinum feci suam acetudinem. Similiter rose morantur cum spinis: et tamen nec spine auferunt rosis quin redoleant: nec rose spinis quin pungant. Similiter aurum quandoque occultatur a luto: et tamen lutum non aufert auro suum valorem: nec aurum luto suam vilitatem. Et similiter quandoque boni morantur cum malis: et tamen mali non auferunt bonis suam sanctitatem: nec boni malis suam iniquitatem. Tertia amicitia est malorum cum malis: et ista est nimis periculosa. Mali .n. sunt igne concupiscentie inflammati. Et ideo insimul conuersando amplius inflammantur: iuxta illud Prouer. 6°. Nunquid potest quis abscondere ignem in sinu suo ut non comburantur vestimenta eius? Item sunt luto auaritie infecti: et ideo amplius inuicem inficiuntur. De quo luto exponi potest illud Abacuch secundo Aggrauat contra se densum lutum. Item sunt pice superbie inquinati: et ideo amplius mutuo inquinantur iuxta illud Eccle.13°. Qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. Sed dimissa hac diabolica malorum amicitia queratis esse boni: et cum bonis amicitiam contrahere. Ait enim Phus.8°. Ethicorum. c°. 3°. Perfecta est bonorum amicitia et secundum virtutem similium: et Tulius.3°. li°. de offi. c°.27°. igt. Omnium societatum nulla prestantior: nulla firmior quam cum viri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Circa predicta autem de dilectione proximi est sciendum: quod Augu. in li°. quinquaginta omeliarum dicit quod reperitur quadruplex dilectio. Una est carnalis que est inter virum et vxorem. Et ista licet sit licita: tamen de se non est meritoria: quia et in brutis animalibus inuenitur. Unde inquit Augustinus vbi supra. Passeres coniugia habent: nidos faciunt: oua confouent et pullos nutriunt. Quamuis autem ista dilectio de se non sit meritoria: potest tamen fieri meritoria quando vir diligit vxorem quia bona est: vel ut bona sit: tunc enim non diligit vxorem ut vxorem: sed deum diligit in vxore: iuxta illud ad Ephe. quinto. Viri diligite vxores vestras: sicut Christus ecclesiam. Secunda dilectio est naturalis qua pater diligit filium: et ista etiam licet sit licita tamen de se non est meritoria. Unde subdit Augustinus. Pro magno laudaturus sum in homine quod video in tigride? Serpentes et lupi amant filios suos. Non est laudandus qui amat filios: sed detestandus qui non amat. Si filios amas serpentibus compararis. Si non amas a serpentibus vinceris. Potest autem hec dilectio fieri meritoria quando pater diligit filium quia bonus est: vel ut bonus sit: tunc enim non diligit filium ut filium: sed diligit deum in filio: seruans illud Apostoli ad Ephe. 5°. Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina et timore domini. Tertia est dilectio socialis que contrahitur ex consuetudine cohabitandi: colloquendi: et conuersandi: et ista quoque licet sit licita tamen non est meritoria quia est etiam inter animalia. Unde subdit Augustinus. Duo equi manducant in simul desiderant se videre ad aliam diem: precedit vnus: festinat alter: vir regitur a sessore: et tam diu impetu suo se prouocat donec ad amicum perueniat. Cumque peruenerit quasi in loco suo requiescit: quamuis autem ista dilectio de se non sit meritoria tamen potest fieri meritoria quando quis diligit socium

quia bonus est: vel vt bonus sit: tunc eniz eũ nõ diligit vt sociũ: sed in eo diligit deũ: ꝛ talis dilectio sicut ꝛ precedentes hoc modo reducitur ad preceptũ de dilectiõe primi. De tali aũt amico dĩ. Eccle. 6°. Amicus fidelis medicamentũ vite ꝛ imortalitatis: qui metuunt dominũ inueniunt illũ. Quarta dilectio ẽ rationis qua quis diligit aliquẽ propter fidẽ ꝛ veritatẽ: ac bonitatez ꝛ ista nõ põt esse inter animalia que ratione carent: ꝛ est valde meritoria. De q̃ dilectiõe inquit. Tulius li°. p°. de natura deoꝝ. Nihil ẽ virtute amabilius: nihil qd̃ magis alliciat ad diligendũ. Cũ propter veritatẽ ꝛ probitatẽ etiã quos nunq̃ vidimus diligamus. Et iterũ ait. Tanta est vis probitatis ut eã etiã in his quos nunq̃ vidimus vel quod maius ẽ in hoste diligamus.

¶ Pars quinta huius sermonis de charitatis cognoscibilitate. Z

Pro expeditione huius partis: queritur nunqd homo possit scire ꝛ cognoscere quãdo est in charitate? Et respõdet Alex. de ales. in. 3ᵃ. parte sũme in tractatu de gratia ꝛ Tho. in p°. scripto. di. 17ᵃ. ar. p°. q. 3ᵃ. ꝛ in. 3°. di. 23ᵃ. ar. 2°. ꝛ pᵃ. 2ᵉ. q. 113ᵃ. ꝛ sctũs Bona. i p°. di. 17ᵃ. ar. p°. q. 3ᵃ. ꝛ Ricar. ea. di. ar. p°. q. 5ᵃ. Quod aliquid possumus cognoscere tripliciter scilicet certitudinaliter: reuellabiliter ꝛ cõiecturaliter. Primo possum⁹ aliqd scire certitudinal'r: sicut illud cuius species sentitur in sensu aut intellectu fm q̧ ait Philosoph⁹. p°. Posterioꝝ. Scire ẽ rẽ per cãm cognoscere: ꝛ qm̃ illi⁹ ẽ causa: ꝛ aliter nõ potest se habere: ꝛ. p°. ac. 2°. Metha. Tũc vnũqd̃q3 scire arbitramur cũ causas ei⁹ vsq3 ad elemẽta cognoscimus. Et 7°. Metha. idẽ ait. Qd̃ nõ habem⁹ sciẽtiã nisi ꝑ magis nota. Et p°. Metha. iterũ dicit. Ad intelligẽdũ innata ẽ nobis via a sensus. Et in. 3°. de aĩa. Nihil ẽ in intellectu quin pri⁹ fuerit i sensu. Isto ergo modo nõ põt cognosci charitas: qd̃ probaꝛ sic. Secũdũ Aristo. i. 2°. Metha. Intellect⁹ nr̃ ad ea que sunt manifestissima in natura se hz: sicut oculus noctue ad radios solis. Et ideo sicut lupus nesciret distinguere inter lumẽ diei: flãme: ꝛ lune. Ita intellect⁹ noster hebes ad spiritualia: nescit discernere inter lumẽ gratie gratis date: ꝛ gratũ facientis. Cũ ergo fm Theo. sit quidã amor naturalis acquisitus ꝛ alter infusus a deo in aĩa vt sit perfecta. Et hic amor est charitas. Cũ homo non possit scire ex certa sciẽtia vtrũ diligat deũ amore naturali quo quilibet diligit benefactorez suũ: sicut etiã faciũt bruta aĩalia vel acquisito aut ꝑfecto charitatis: qui causaꝛ a deo: ꝛ ab eo procedit: qui propter sui excellentiã est nobis ignotus: q: lucẽ habitat inaccessibilẽ. pᵉ. ad Thi. vlᵒ. Cõcluditur q̧ de lege cõmuni nõ possum⁹ scire certitudinaliter ꝛ sciẽtifice quando i nobis est charitas. Et hoc est qd̃ Aplus ait pᵉ. ad Cor. 4°. Nihil mihi cõsci⁹ suz: tñ in hoc iustificat⁹ nõ suz. ꝛ Eccle. 9°. inq̃t Salomon. Sũt iusti atq3 sapientes ꝛ opa eoꝝ in manu dei: ꝛ tñ nemo scit vtrũ amore an odio dignus sit: sed oĩa in futuro reseruãtur incerta. Et Luce. x°. dixit dñs discipulis. Neminẽ ꝑ viã salutaueritis. i. fm Nicolaũ de lira. Neminẽ in hoc mũdo saluũ esse dixeritis. Unde ibi inquit Glosa. De lege cõmuni nullus viator potest scire certitudinẽ sue salutis. A

Secũdo possum⁹ aliqd scire reuellabiliter: scilicet per dei reuellationẽ: ꝛ hoc modo sciuit Paulus se esse in charitate quãdo dixit ad Roma. 8°. Cert⁹ sum q: neq3 mors neq3 vita. ꝛc. poterit me separare a charitate dei. Et hoc idẽ fuit reuellatũ beato Francisco: de quo canit ecclesia. Quadrans quoq3 nouissim⁹ culpaꝝ sibi celitus dimitti reuellatur. B

Tertio possum⁹ aliquid scire cõiecturaliter Sicut est cognitio de aĩa. De qua ait Philosoph⁹ in. 2°. de aĩa. Anima nostra videtur cognoscibilis per sensuz ꝛ motũ: ꝛ hoc mõ qs põt per circunstantias: signa ꝛ cõiecturas cognoscere vel melius opinari se esse in charitate. Signa autẽ sunt Duodeciz. Primũ dicitur Affectionis: quãdo. qs affectat mori pro xpo. Ipse enim ait. Joan. 15°. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet: ut animã suã ponat quis ꝑ amicis suis. De hoc Origenes super Cant. ait. Uolũtas patiẽdi probat: q: veraciter amat: ꝛ tãto erit altior amor quãto volũtas patiendi pro xpo fuerit paratior hec ille. Ueraciter ergo deũ amant qui pro eius amore saluti sue non parcũt: ꝛ mortẽ corporis libenter excipiũt. de peni. di. 2ᵃ. §. charitas. Secũduz signũ dicꝛ subuẽtionis scilicet necessitatem patientib⁹ ꝑ amore xpi cuz affectu pietatis. De quo Origenes vbi. s̃. ait. In exhibitione pietatis probat qs magnitudinẽ amoris. C

Tertiũ dĩ ãnellationis. i. qñ qs ex vehementia amoris ad xpm cupit mori ut cũ eo cõiũgaꝛ. dicẽs cũ Paulo ad Philip. p°. Cupio dissolui ꝛ esse cũ xpo ꝛ rogãs deũ ac dicẽs cũ ꝓpheta. ps°. 141°. Educ de custodia animã meaz ad cõfitẽduz nomini tuo. Me expectãt iusti donec retribuas mihi. Ad predictaz aũt cõiecturã facit quod ait Greg. in omelia pentecostẽ dicẽs Qui integra mẽte deũ desiderat: profecto iã habet

dei quem amat. Quartum signum dicit contem
ptionis. s. temporaliũ amore xpi sicut faciebat.
Paulus dicẽs ad Phili. 3°. Omnia arbitrat⁹
sum vt stercora: ut xpm lucrifacerem. Quanto
enim corpora habent minus de materia: tãto sũt
leviora: ⁊ magis sursum tendentia: secundo de
celo ⁊ mundo. Cum igitur pondus anime sit a/
mor: vt inquit Augu. in. xj°. de ciuitate dei. Ideo
quanto magis quis terrena appetit: tanto min⁹
in deum per charitatem tendit. Et e contra. Un
de Augustinus i decimo Confessionũ ait. Per
fecta charitas est: vbi nulla ẽ cupiditas. Amor
enim dei omnem cupiditatem consumit. De pe/
nitentia distin. ij. c°. si sermo. D

Quintum signum dicitur despectionis sci/
licet propinquorum ⁊ amicorũ seculi ad
uersantia nobis in amore dei: qui inquit Luce
14°. Si quis venit ad me ⁊ non odit patrem su
um: ⁊ matrem: ⁊ filios ⁊ fratres ⁊ sorores: adhuc
autem ⁊ animam suam: non potest meus esse di
scipulus. Unde Gregorius dicit ostendens qua
liter hoc preceptum intelligi debet. Quos proxi
mos nouimus diligamus: ⁊ quos aduersarios
in via dei patimur: odiendo ⁊ fugiendo nescia/
mus. Quasi enim per odium diligitur: qui car/
naliter sapiens dum praua nobis ingerit nõ au
ditur. Augustinus quoqz in libro. 50ᵃ. Omelia
liarum Omelia. 35ᵃ. ostendit hoc signum perfe/
cte charitatis dicens. Amandus est deus ita ut
si fieri potest nosipsos obliuiscamur: sic q dicere
valeamus cũ Paulo ad Gala. 2°. Uiuo autẽ
iam nõ ego: viuit vero in me Christ⁹ scilicet per
amorem. Sextum signum dicitur aggressionis
Charitas enim facit hominem aggredi ⁊ intra
re quecunqz ardua pro dei amore sine timore.
Quia ut dicitur Canti. 8°. Fortis est ut mors di
lectio: ⁊ aque multe. s. tribulationum non potue/
runt extinguere charitatẽ: nec flumina. s. aduer
sitatum ⁊ tentationum obruent illam. Uñ Chri
sosto. super Matth. inquit. Qui deum perfecte
amat: timorem sue carnis a se funditus euellit.
Tunc ergo signum est q deum amamus: quan/
do omnia ardua ⁊ difficilia pro eius amore per
ficimus. De penitentia distin. 2ᵃ. c°. Ergo si cha
ritatem. E

Septima signũ dicitur dilectionis scilicet ꝓ
ximi ⁊ cõpassionis in eius malis. Solem⁹
enim dilectorum nostrorũ amicos diligere: ⁊ de
eorum bonis gaudere: ⁊ econtra de eorũ aduer
sitatibus contristari. Et ideo si hoc erga homi//
nes dei creaturas ab eo dilectas facimus: signũ
est q deum diligimus. Per contrarium autem
est: si e contrario faciamus. Unde Aug. ad Hyp
ponenses ait. Qui non dolet de malo ꝓximi nõ
est in eo charitas xpi. F

Octauum signũ dicitur executionis scilicet
diuinorum mandatorum. Scdm enim Philoso
phũ secundo Ethicorum. Uirtus est habitus men
tis bonus qui habentẽ perficit: ⁊ opus eius bo
num reddit. Sed ut idem Philosophus ait se/
cũdo Phisicorum. Naturalia semper agũt neces/
sario. Nam ignis semper calefacit. Sol semp il/
luminat: ⁊ mel dulcedinem semper gustantibus
eum reddit. Si ergo virtus est habitus mentis
bonus: tunc inesse cognoscitur quando impel/
lit ad actum. Qui enim habet habitum pieta//
tis in corde videns aliorum calamitatem eis cõpa
titur. Cuius ratio est qz ẽm Philosophũ septi/
mo Ethicorũ. ⁊ 7°. Phisycorum. Uirtus in di/
spositio perfecti ad optimũ. Et secundo Ethico/
rum idẽ Philosophus dicit. Quod ad ꝑfectionẽ
virtutis tria requirũtur. Scire: velle: ⁊ operari. ⁊
x°. Ethico. iterũ ait. Non sufficit virtutes scire
nisi quis operetur ẽm illas. Cum ergo ut inquit
Aristo p°. Phisy. ⁊ xj°. Mathaphysice. Ope
ratio faciat cognosci formam. Tuncqz opus lau/
det magistrum: ut notatur in prohemio institu/
tionũ: ⁊ saluator dicat Matth. 7°. Ex operibus
eorũ cognoscetis eos: patet q signũ potissimum
virtutis est cũ homo libenter ⁊ gaudiose exequi/
tur voluntatẽ dei: per eius mandatorũ impletio
nẽ. Quod si infirmitate vel alio impedimẽto nõ
põt: plurimũ de impedimẽto dolet: exequiqz de
siderat. Nam ioãnis. 14°. dicitur a domino. Si
quis diligit me mandata mea seruabit. Ubi Gre
gori⁹ ait. Probatio dilectionis exhibitio est ope
ris. Qui ergo nõ exequitur dei mandata nõ est
i charitate. Unusquisqz ergo cõsideret si vere de
um amat: nec sibi tamẽ persuadeat quicquid si/
bi animus sine operis attestatione respondeat.
De dilectione cõditoris: mens: lingua ⁊ vita re/
quiratur. Nunqz est amor dei ociosus: operat
enim magna si est: si aũt operari renuit: amor nõ
est. Et iterum ibidem ait. Deum profecto nõ di
ligit: qui ei in sua volũtate contradicit. Interro/
get vnusquisqz mẽtẽ suam: ⁊ videat si volũtatis
feruorem vbi ẽ charitas tm̃ habeat: q paratus
sit q̃tum in ipso est dei exequi voluntatẽ. Et tũc
dicat qz charitatem habet. Et possit cũ prophe/
ta dicere. Uiam mandatorum tuorum cucurri cũ dilla
tasti cor meũ. s. infusione charitatis. G

Nonum signũ dicitur directionis scilicet in
tentionis. Omnia enim iuste denominant
a fine. 2°. de anima. Et finis iponit nomẽ operi

ut ait Ambro. in li°. de officijs. Et omnis mot⁹ trahit speciē ꝛ ðterminationē a termino [illegible] quē 5°. Phisico. Qui ergo nō solū bona exercet opera: sed omnia ad bonū finē dirigit: hic charitatē habere credēdus ē. Ut enim ait Tho. 2ª 2ᵉ. q. 3ª. ar°. 2°. Ad pfectionē virtutis requirit potentia utputa volūtas: habitus: puta charitas: actus de se bon⁹ ꝛ utilis ꝛ ultim⁹ finis. s. ut fiat ad implēda dei mādata: ꝛ exequēdā ei⁹ voluntatē: ac cōsequēdū eternū premiū: nō timore seruili ac formidine mortis vel penaꝝ: vel pp humanā cōplacētiā vel laudē: q2 tūc nō procederet ab habitu charitatis. Si autē faciam⁹ oīa opera nr̄a pro amore dei: ꝛ cōstituam⁹ finē nr̄m in deo qui ē charitas: poterim⁹ credere nos eē i charitate ꝛ eē bonos. Cuius. n. finis bonus ipsū quoqꝫ bonū. 3°. Topicoꝝ. Et hoc est qd̄ iquit Paulus. 2ᵉ ad Corin. 5°. Charitas xp̄i vrget nos: [illegible] oīa ad dei gloriam faciam⁹. H

Decimū signū dī purgationis. s. cōscie ab omni labe peccati. Nihil eniꝫ obstat charitati nisi peccatū: qd̄ directe ei opponit̄ s̄ʒ Scotū. Ricar. ꝛ Bona. in p°. di. 17ª. ꝛ Tho. 2ª 2ᵉ. q. 13 2ª. ar°. 3°. Cū ergo cōtraria mutuo [illegible] expellant. x°. Metha. ꝛ vnū succedat alteri. c°. cū renūciatur. 32ª. q. pª. Sequit̄ q ubi ē reiectū peccatuꝫ a cōscientia: in illā itrat charitas. Et q̄uis nemo possit scire de cōmuni lege se eē sine pctō: iuxta illud Prouer. 20. Quis pōt dicere: mūdū ē cor meū: pur⁹ sum a pctō? Et Job. 9°. Si iust⁹ fuero: ꝛ hoc ipsū ignorabit aīa mea. Tamē qn̄ quis fecit qd̄ potuit ingrēdo pctā ꝛ [illegible] cōfessionē ꝛ satisfactionē purgādo: pōt credere se esse in charitate: quādo nullū hꝫ remorsū cōscie de mortali pctō. Ut ingt. Tho. in. 4°. di. 9ª. Et iō debet gaudere: iuxta illud. 2ᵉ. ad Cor. p°. Gloria nr̄a hec est testimoniū ɔscie nr̄e. Et ps°. 4°. canit Dauid Signatū ē sup nos lumē vult⁹ tui dn̄e: dedisti leticiā in corde meo. I

Undecimū signū dī dispositionis: qn̄ qs sic de oībus peccatis mortalib⁹ dolet: q hꝫ firmū ppositū nunq̄ cōmittēdi aliqd̄ mortale peccatū: ꝛ illud in abhominationē hꝫ: ꝛ nō solū suū sed etiā alienū pp dei offensaꝫ. Qui. n. aliquē diligit: dolet q eū offenderit ꝛ cōtristatur qn̄ videt ab aliquo ei iniuriā fieri. Et ideo habens zelum de dei honore: ꝛ displicētiā de eius offensione potest credere se esse in charitate: ꝛ habere spiritū sanctū sicut Dauid qui dicebat in ps°. Uidi preuaricantes ꝛ tabescebā q2 eloquia tua non custodierunt. K

Duodecimū signū dī delectationis. Qn̄ qs delectatur primo cogitare libenter de deo Dicit eniꝫ dn̄s Matth. 6°. Ubi est thesaur⁹ tuus: ibi ꝛ cor tuū erit. Jō Ber. i suis meditatōib⁹ hortat̄ di. Cogita de dō qcqd meli⁹ potes ꝛ de te qcqd deterius vales. Oē. n. tp̄s i quo de deo nō cogitas hoc te cōputa pdidisse. Secūdo si delectat̄ audire verbū dei. Nā libenter audim⁹ loq de dilecto nr̄o. Jō dicebat dn̄s iudeis Joannis 8°. Qui ex deo est: v̄ba dei audit: propterea vos nō auditis: q2 ex deo nō estis. Tertio si delectat̄ loqui de deo. Unusqsqꝫ eniꝫ libēter loquit̄ de dilecto suo: ꝛ nō pōt amoreꝫ suū insecreto pectoris sui occultare. Unde in vulgari prouerbio dicit̄. L'amore e la tosse nō se po ascōdere. Ea propter sup epsam ad Roma. Chriso. ait. Amantiuꝫ mos est: ut amorē suū tacere nequeāt: sed necessarijs ꝛ charis suis⁹ efferāt ꝛ prodāt: flāmasqꝫ suas intra pect⁹ suū cohibere nō possint. Enarrāt frequēt⁹ ut ipsa assiduitate narrandi solaciuꝫ amoris sui captēt: ꝛ refrigeria immēse dilectionis assumāt: hec ille. Sꝫ si vis o popule mi clari⁹ scire: vtrū sis [illegible] charitate: cōsidera si in te sūt ille q̄litates quas vera charitas h̄re dꝫ. Inquit. n. Paulus pᵉ. ad Cor. 13°. Charitas patiēs est benigna ē: charitas nō emulat̄: nō agit pperā. i. puerse: nō inflat̄: nō est ambitiosa: nō querit q̄ sua sūt: non irritatur: non cogitat malū: non gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati: omnia suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet. Charitas nunq̄ excidit. Quas cōditiones charitatis si habueritis: cum alijs sanctis itroducemini ad nuptias eterni regis. Qui est benedictus in secula seculoꝝ amen.

¶ Feria quinta de cōuersione peccatoris ad penitentiam. Sermo sextus. L

In animo contrito ꝛ spū humilitatis suscipiamur Danielis. 3°. ꝛ i epistola occurrētis ferie. Recitat hodierna die scā mater ecclesia historiā ɔuersiōis Marie magdalene. De qua loquēs btūs Gregorius i omelia occurrēti inquit. Cogitāti mihi de marie pnia flere magis libet quā aliquid dicere. Cuius. n. vel saxeū pectus ille huius peccatricis lachryme ad exēpluꝫ penitendi nō emolliūt. Cōsiderauit nāqꝫ quod fecit: ꝛ noluit moderari qd faceret. Super cōuiuātes ingressa est: nō iussa venit: inter epulas lachrymas obtulit. Discite quo dolore ardet que flere etiam iter epulas nō erubescit: hec ille. Sciebat. n. hec peccatrix verā esse spūs sancti sen

[...]tium per os Dauid prophete dicētis. ps°.33°. Juxta est dn̄s his qui tribulato sunt corde: et hu miles spū saluabit. Quapp vt qui in malis secu ti sunt hanc peccatricē: illā in cōuersione comitē tur. In presenti sermone ptractabimus de q̄tuor inducētibus ad peragendā penitentiā. Primū dicit̄ pcti malignatio: Secūdū dī diuersa voca tio: Terciū imensa fructificatio: Quartum conti nua habilitatio.

¶ Pars pria ḋ pcti malignitate quā euitare vo lentes debent ad penitentiā conuerti. M

Quanta sit pcti malignitas apparet ex dāno q̄d toto generi humano intu lit pctm̄ primoꝝ parentū. Cum eni creasset deus hoīem in agro Dama sceno: vt dicit magister in historia scolastica: po suit eū in paradiso voluptatis. vt hr̄ Gen̄. 2°. de quo loco amenissimo ingt Damascenus. li°. 2°. Paradisus in oriente positus est: oī terra excel sior: tēperato et tenuissimo: ac purissimo aere ful gens: plātis semꝑ floridis comatus: bono odore plenus: luminеq; repletus. Quō autē stetisse mus in paradiso terrestri oñdit Jsidorus in li°. de trinitate: quē reffert magister in. 2°. di. 19ª. di cens. Si homo in paradiso innocenter vixisset. nec ignis eū vreret: nec aqua mergeret: nec aeris absentia suffocaret: nec oīa que nocent mortali bus ipedirent. Et Aug. in. 14°. de ciuita. dei. c°. 26°. ait. Uiuebat itaq; homo i paradiso sicut vo lebat: quod deus iusserat: viuebat fruēs deo. Ex quo bono bonus erat: viuebat sine vlla egestate semper ita viuer̄ habēs in potestate. Cibus ade rat ne esuriret: potus ne sitiret: lignum vite ne il lum senecta dissolueret. Nihil corruptiōis i cor pore: vel ex corpore vllas molestias: vllis ei⁹ sen sibus ingerebat. Nullus internus morbus nul lus ictus metuebatur extrinsecus. Sūma i cor pore sanitas erat: in animo trāqllitas. Et sicut in paradiso nullus estus aut frigus: sic in eius ha bitatione nulla ex cupiditate vel timore accide bat bone voluntatis offensio: nihil oīno tristē: ni hil aderat inaniter letum: gaudiū verum perpe tuabatur ex deo: in quem flagrabat charitas ex corde puro et conscientia bona et fide non ficta: atq; inter se coniugū ex honesto amore societas: concors mētis corporisq; vigilia: et mandati sine labore custodia: nō lassitudo fatigabat ociosum: nō somnus premebat inuitū: etc. Et in eodē li°. ca. i. dicit ibi aeris puritas et serenitas aderat: ibi humus sponte suos fruct⁹ gignebat: ibi aīalia et volucres celi homini deo obediēti obediebāt. N

Et si diceret̄ q̄ Gen̄. 2°. scriptum est. Quod deus posuit hominē in paradiso vt opare tur. Respondet idē Aug. sup Gen̄. Quod opa tio illa nō erat laboriosa: nec tediosa: sed solacio sa et delectabilis: qualis nūc eē solet in his q plā tulas quasdam irrigāt aut flores colligunt. Dicit quoq; Aug. in li°. questionū noui et veteris testa menti. Deus hominē fecit: ut quādiu non pecca ret: immortalitate vigeret. Et in. 13°. de ciui. dei. c°. tertio. iterum inquit. Fatēdum est primos ho mines ita fuisse istitutos: ut si nō peccassent: nul lum genus mortis experirentur. Et dicūt docto res sup Gen̄. 2°. c°. Quod postq̄ homo fuisset i tam felici statu in paradiso terrestri illo tpe quo placuisset diuine bonitati: postea in corpore et aīa gloriosus ad patriā celestē translatus fuisset. Et idem ponit magister in. 2°. sniaꝝ di. 20ª. O male dictū peccatū: tu fuisti illud q̄d hoīem a statu in nocentie originalis: et ab omnibus predictis bo nis deiecisti. Ita q̄ verificatum est illud Job. 13° Homo natus de muliere: breui viuens tempore repletus multis miseriis: qui quasi flos egredi tur et conteritur: et fugit velut vmbra: et nunq̄ in eodem statu permanet. Et ideo hec malignitas dicitur deiectionis. O

Secunda appellatur occisionis. Triplicē. n. mortem nobis intulit et infert maledictum peccatum. Prima est mors corporis quam pro pter peccatum originale incurrit totum gen⁹ hu manum: iuxta illud ad Roma. 5°. Per vnum hominē peccatum intrauit in mūdum: et per pec catum mors. O diabolicum peccatum propter te: abbreuiatur vita hominis: et mors accellerat̄. Sicut poma marcida de arbore cadunt anteq̄ maturentur. Unde Job duodecimo dicitur. Im pij sublati sunt ante tempus suum. Et Dauid in psalmo inquit. Uiri sanguinum et dolosi non dimidiabūt dies suos. Et Prouerbiorum deci mo scriptū est. Anni impiorū breuiabuntur. P

Secunda mors causata a peccato est spūalis .s. anime. De qua inquit Paulus ad Ro ma. 6°. Existimate vos mortuos quidē esse pec cato: et ad Ephe. 2°. iterum ait. Cum mortui esse tis in delictis et peccatis vestris etc. Quinq; autē de causis dicitur peccator mortuus et mortuo as similatur: primo rōne frigiditatis: eo q̄ istar mor tui est frigidus. Et ista frigidas causat̄ a duob⁹ Primo a frigida suggestione diaboli. De qua di citur. Eccle. 43°. Uentus acquilo flauit et conge lauit cristallum ab aqua. Iste enim ventus acq lonaris tentatio ē illius q dixit Jsaie. 14°. Sede bo i laterib⁹ acqlonis: ex cui⁹ tētatōe frigida aīa

que erat cristallus inquantū ad dei imaginē est creata tota efficitur gelida. Secūdo causaē a frigida natura peccati. Peccatū.n. de se est frigidum cū sit venenū serpentis infernalis. Intantū autē est frigidū q extinguit calorē cordis: ⁊ animā frigescere facit: iuxta illud Iere.6°. Sicut frigidā facit cisterna aquā suā: ita frigidam facit malicia animā. Itē extinguit ignē diuini amoris. Amor enī dei ignis est. De quo inquit saluator Luce.12°. Ignē veni mittere in terrā. ⁊c. Ubi Chrisostomus inquit. Qui nō habet istū ignē de quo dicit dominus: in hyeme est si fuerit in media estate Secūdo peccator assimilatur mortuo propter ponderositatē. Nihil est enī pōderosius peccato: qđ patet: quia deus habet immēsam fortitudinē: iuxta illud Iob.9°. Si fortitudo queritur robustissim⁹ est. Celum habet firmissimā soliditatē. Iob.37°. Tu forsitan cū illo fabricatus es celos qui solidissimi quasi ere effusi sūt. Itē terra habet magnā solitatem dicente Salomone Eccle.p°. Terra autē in eternū stat. Et tamen peccatū ita est ponderosum q nec deus ipsum potest portare. Qui ait Ieremie.23°. Uos estis onus mihi. Et eiusdem libri.43°. iterū inquit. Prebuisti mihi laborē in iniquitatibus tuis. Nec celū potuit ipsū sustinere. Sicut patet in lucifero cuius superbia sic fuit ponderosa q celū fregit ⁊ ipse subito cecidit: vnde Isa.14°. dicitur. Quomodo cecidisti lucifer q mane oriebaris? Et Luce.x°. ait saluator. Uidebā sathanam sicut fulgur de celo cadētem. Nec terra ipsū potuit tollerare sicut patuit Numeri.16°. in Dathan ⁊ Abiron: qr terra sub eorū pedibus rupta est: ⁊ illos deuorauit. Adeo enim graue ⁊ ponderosum est peccatū q subito ad infernum demergit. Unde si omnes mōtes essent plumbei ⁊ super aliquē iustū caderent ipsū ad infernum trahere nō possent: quod tamen faceret peccatū iuxta illud Isa.14°. vbi dicitur peccatori. Ad infernū detraheris in profundū laci. Unde Iob.21°. scriptum ē. In puncto ad infernū descendūt. Et de peccatoribus egyptijs dicitur Exodi.15°. Descenderūt in profūdum quasi lapis. Et ibidē. Submersi sunt quasi plūbū in aquis vehementibus. Ecce ergo q peccatū est adeo ponderosum q pre sui grauitate deum premit: celū frangit: ⁊ terrā scindit. Tertio assimilatur mortuo ratiōe obliuionis: iuxta illud psalmiste. Obliuioni datus sū tanq̄ mortu⁹ a corde. Quia enim peccator obliuiscitur dei in mundo: ideo deus obliuiscetur eius in inferno. Iuxta illud Osee quarto. vbi ait dominus. Quia oblit⁹ es legis dei tui obliuiscar ⁊ ego tui: ⁊ ob hanc causā infernus dicit terra obliuionis. Deus.n. obliuiscetur peccatorū in inferno q̄tum ad effectū misericordie. Iuxta illud Iob.24°. Usq ad infernū peccatū illius. Obliuiscatur eius misericordia scilicet dei. Ipsi ṽo obliuiscentur dei q̄tū ad spem venie. Iuxta illud Michee.p°. Desperata est plaga eius: ⁊ vnusquisq obliuiscetur sui ipsius propter immēsitatē pene. Unde legitur q Aristotiles cuidā discipulo suo apparuit dicēs q totā scientiā suā oblitus erat: ⁊ nihil aliud sciebat nisi penā suam. Unde Ecclesiastes nono ait Salomō. Mortui nihil nouerūt āplius. Quarto Peccator assimilaē mortuo propter vermiū corrosionē. Habet enim vermē remorsus cōscientie qui etiā in inferno nō moritē. Iuxta illud Isa. vltimo. Uermis eorū non morietē. ⁊ Iob.30. Qui comedūt me nūq̄ dormiūt scilicet remorsus peccatorū: ⁊ recordatiōes atq afflictiones demonū. Unde Ambrosius inqt. Que pena grauior q̄ interi⁹ vuln⁹ cōscientie? Nonne hoc magis fugiendū est q̄ mors: q̄ dispendiū: ⁊ q̄ exiliū? Alij vermes sunt ipsa vicia ⁊ pecata que cōtinue affligūt animā. Iuxta illđ. Iere.30. Propter multitudinē iniquitatis tue dura facta sunt peccata tua. Et ibidem. Insatiabilis ē dolor tu⁹ propter multitudinē iniquitatis tue. Q

Quinto Peccator assimilatur mortuo propter fetorē: sicut enim mortuus fetet corporaliter: ita peccator spiritualiter. Sūt aūt quattuor propter que cadauera mortuorū multū fetent. Primū est locus scilicet quando cadauer est in loco alto: tūc enim fetor magis diffūdit: ⁊ signat superbiā q̄ corā deo ⁊ angelis fetet. Iuxta illđ Iohelis.2°. Ascēdet fetor ei⁹: qr superbe egit Scđm ē calor: qr magis sentitur fetor cadaueris in calore q̄ in frigore: ⁊ signat carnalē cōcupiscē q̄ corā deo fetet. Iuxta illud. Isa.34°. De cadauerib⁹ eorū ascēdet fetor. Tertiū ē vētus q fetorē ad lōginquas partes defert: ⁊ signat detractionē que semp in ore habet fetorē. Unde de detractoribus inqt ps^a. Sepulchrū patēs ē guttur eorū: linguis suis dolose agebāt. ⁊c. Tūc.n. detractor fetorem ad instar venti defert quādo aliorū defectus refert. Quartū est tpis diuturnitas: quia q̄to magis cadauer fuerit diuturnum: tāto est magis fetidum. Iuxta illud Iohelis primo. Computruerūt iumēta i stercore suo. Est aūt ɔsciā peccatoris fetida: qr ē latrina diaboli: in qua porci infernales libēter voluntant. Uñ demōes nō petierūt mitti i columbas: qr nō amāt simplicitatē: neq i turtures: qr ñ diligūt castitatē: neq i agnos

in cenoque nō amant innocentiā: sed in porcos: vt hr Matthei. 8°. Mar. 5°. et Luce. 8°. qr diligit imunditiā Et ideo dr Job. 40. Quod ipse diabolus habitat in locis humentibus. i. lutosis e fetentibus sicut porcus in ceno. Est etiā cōscia peccatoris fetida: qr est sentina pcti et spurcitie vicioꝝ habitās in ea. Jurta illud. Numeri. 19°. Manebit spurcitia eius super eum. R

Sed notandum qꝫ xp̄us tres mortuos suscitauit. Unū in domo. s. filiā Archisinagogi. Mat. 9°. Alium extra domū. s. filiū vidue ciuitatis Naim. Luce. 7°. Alium vero sepultum e fetidum in monumēto. s. Laçari Joā. xi°. Per quos mortuos significant tres differentie peccatoꝝ ꝫm Bedā et etiā Augustinū in li°. de sermone dn̄i in monte. Per mortuū eniꝫ resuscitatū in domo: significat pctōr qui solo cōsensu peccauit e extra nō exiuit per opationē. Per resuscitatū aūt extra domū: significatur pctōr qui peccauit p extrinseciā opationē. Per resuscitatū vero i sepulchro fetido: significat pctōr cōsuetudinarius: q mala assuefactione tanqꝫ mole graui premitur e tenet clausus in fetore pcti. Sed notāduꝫ est et qꝫ filia archisinagogi fuit suscitata eiecta multitudine: vt significaret qꝫ pcōr occultus qui deū offendit in secreto: debet facere pniam in occulto vt deū placet. Filius aūt vidue fuit suscitatus corā multitudine: qr peccator manifestus qui deuꝫ offendit e proximū scandelizauit debet facere penitentiā manifestam vt deū placet e proximū edificet. Laçarus vero fuit resuscitatus corā multitudinē: ea flente. Nam fleuit Martha Magdalena: Jesus: et iudei. Quia pctōr cōsuetudinarius qui deū offendit e prīmū scandalizauit e a deo se nimis elōgauit debet facere pniam manifestam: e acqrere sibi scōꝝ viroꝝ suffragia: vt sic placet deū: edificet proximū: e paulatiꝫ possit appropinquare ad deū. Item debet plangi ipse peccator. Nā plangit ab angelis qui sicut gaudent de eius cōuersiōe. Luce. 15°. ita tristant de ipsi⁹ preuaricatione. Unde Jsai. 33°. dicit. Ecce videntes clamabāt Angeli pacis amare flebunt. Ite plorandus est a seipso: iurta illud Jere 6°. Luctum vnigēiti fac tibi luctū amaꝝ. Et Michee p°. Facias tibi planctū velut draconum e luctuꝫ qsi structionū. Sicut. n. mulier amarissime plorat qn̄ vnigēitū suū amittit: e draco plāgit qn̄ elephas caput suū cōterit: e structio vlulat quādo oua sua pdit: sic pcōr debet flere quādo diabolus aiam suā vnicā exuit: e caput suū. i. xp̄ꝫ ab eo sepauit: ac oīa merita sua eū pdere fecit. Debent quoqꝫ eū flere oēs xp̄iani: iuxta illud Eccl. 22°. Super mortuū plora: defecit. n. lux eius. Unū Aug. ait. Sunt ne in te o xp̄iane viscera misericordie: qui plagis corpus a quo recessit aīa: e nō plāgis aīam a qua recessit deus? Ad predicta et cōfirmanda adduci pōt illud qd̄ inqt Beda di. Quāto grauior ē mors aīe: tāto acrior penitentie feruor insistet. Unde iacentē in cōclaui mortuaꝫ leui voce resuscitat. Delatū foras iuuenē pluribꝫ dictis corroborat: ad quatriduanū vo suscitandū fremuit spiritu: lachrymas fudit: e voce magna clamauit: hec ille. Qui iteꝝ ait. Sꝫ e hic notandū qꝫ publica nora: publico eget remedio: leuia pctā secreta querūt pnia deleri. Puella i domo iacens paucis arbitris resurgit: iuuenis extra domū turba multa comitāte suscitat: Laçarus de monumēto vocatus. multis populis innotuit. Dicit aūt Philippus mōchalerius super Lucā: qꝫ resurrectio istoꝝ triū mortuoꝝ fuit probata diuersimode. s. puelle per māducationē: cū vt hr Marci. 5°. Christ⁹ post ei⁹ suscitationē pcepit ei dare manducare: lazari vo per ambulationē: cū ut habet Joānis. xi°. xp̄s dixit apostolis Soluite illū e sinite abire. Filij vero vidue p locutionē: dum Luce. 7°. dicit: qꝫ cepit loqui. Et hoc factū fuit ad significandū qꝫ cum deus resuscitat hoiem a pctō: debent e ipso dirigi e regulari oēs vires e potētie aīe: q̄ generaliter sūt tres. s. vegetatiua: sensitiua: e intellectiua. Directio et vegetatiue intelligit in manducatiōe: sensitiue i ambulatione: intellectiue vo in locutione. S

Est etiā sciendum qꝫ tria sunt sepulchra peccatoris: vnum scilicet materiale in quo sepelietur eius corpus mortuuꝫ de quo psalmista ait Sepulchra illorum domus eoruꝫ in eternū. Secundum est corporale scilicet corpus suuꝫ in quo eius anima mortua iacet sepulta: quod quidem licet a foris videatur speciosum: intus tamen est plenum spurcitijs peccatorum dicente domino Matth. 23°. Ueh vobis scribe e pharisei hypocrite q similes estis sepulchris dealbatis q̄ a foris apparēt hominibus speciosa: int⁹ aūt plena sūt ossib⁹ mortuorū e oī spurcitia. Tertiuꝫ vero sepulchrū est infernale in quo sepelietur corpus e aīa ipsius peccatoris: iuxta illud Luce. 16°. Mortuus est diues e sepultus in inferno. M

Si autē queratur q sint portitores ad ista sepulchra. Respōdeo qꝫ portitores ad sepulchrū materiale sūt quattuor elemēta ex quibus corpus est cōpositū: que tam diu adinuicem pugnant donec in corpore dissolutionē iducāt. Ibi tamē deus mulū posuit de terra e paꝫ de cete

teris elemētis. Elementū enim aque apparet in humorib⁹ et sanguinib⁹: elemētū aeris inspiratiōe flat⁹: elemētū ignis in calore naturali: elemētū vero terre i carne: neruis et ossib⁹: et sic patet q multo plus ibi posuit de elemēto terre q̄ ceteroꝝ. Si eniz posuisset multuz de igne homo fuisset nimis iracūdus vel auarus: si multuz de aere nimis superbus fuisset: si vero multum de aqua nimis fuisset libidinosus. Sed multuz ibi posuit de terra que est elementum infimum: ut homo non superbiat: sed in humilitate consistat. Portitores autē anime ad monumentū corporale similiter sūt quattuor: que in peccato hominē perseuerare faciunt. Primus est fiducia lōgioris vite que tamē hominē sepe decipit. Unde dicit Isa. 38°. Dū adhuc odirer succidit me. Secūdus est consideratio culpe aliene. Ecclesi. 32°. Homo peccator vitabit correctionē: et scdm volūtatē suā iueniet cōparationē: Tertius est fiducia de venia quam aliquis cōcipit ex magna dei misericordia: contra qđ dr̄ Eccle. 5°. Ne dicas miseratio dei magna est: multitudinis peccatoꝝ meoꝝ miserebitur. Quartus ē adulatio blanda: de qua Isa. 3°. dr̄. Popule me⁹ qui te beatū dicūt ipsi te decipiūt. Portitores vero corporis et anime ad sepulchrū infernale: ſm Ambro. super Lucā sūt q̄ttuor spiritualia elementa. Quidaz enim illuc portāt a terra propter appetitum terrenoꝝ sicut auari. Alij ab aqua propter appetitum delitiaruz sicut luxoriosi: alij ab aere propter appetitū ambitiosū sicut superbi: alij āt ab igne pp appetitū ire et vindicte sicut iracūdi. ¶

SI vero queratur per quam portā peccator mortuus ad sepulchruz defertur: rñdeo: q est ſz doctores sup Lucā aliqs de qnqz sensib⁹. Iere. 9°. Mors itrat p fenestras nr̄as. Ná q videt mulierē [redacted] cōcupiscēdū eaz extrahitur mortuus p portā visus. Qui autē detractionib⁹ aurē: et litigijs linguā accōmodat extrahit mortu⁹ per portaz auditus et oris: et sic de singulis. Et ad hoc exponi posset spiritualiter illud quod dicitur. Jeremie. 39°. Egressi sunt nocte per portam: que erat inter duos muros: q: quilibet sensus hz duo organa i ministerium. Sequitur. Et egressi sunt ad viam deserti. Cū enim qs mortaliter peccat a deo deseritur: et a demonibus inhabitatur. Unde de tali anima dici potest illud Jeremie. 49°. Facta est habitatio draconum et deserta vsqz in eternum: quando scilicet in ipso peccato de hac vita decedit. X

PRo declaratione autē predictorū de morte spirituali vt melius intelligatur. Unde cātur ē sciendū q sicut corporalis vita causatur ex vni[redacted] anime et corporis per viuificationem: ita vi[redacted] anime ex vnione ipsius et dei per gratie inhabitationem. Unde ad Roma. 6°. inquit Paulus. Gratia dei vita eterna in christo Jesu domino nostro. Et Augustinus super ps°. 61°. et habetur de peni. distin. p^a. c°. resuscitatus. ait. Cum deus sit vita anime: anima vero vita corporis: sicut corpus sine anima viuere non potest: ita nō nisi deo presente anima viuere valet: hec ibi. Tunc enī veraciter anima viuere dicitur cuz deuz diligit: et eius mandata obseruat. Unde Deut. 30. inquit Moyses. Elige vitā vt et tu viuas: et semen tuuz: et diligas dominū deū tuum: atqz obedias voci eius. Ipse enim est vita tua: quia ergo ſm phm̄. in. 4° topicoꝝ. Sicut se habet ppositum ad ppositū: ita oppositū i opposito. Seqī q sicut corporalis mors ꝓuenit ex separatōe aīe a corpore. Ita mors anime prouenit ex separatione ipsius et dei. Unde Augustinus. 13°. de ciui. dei. c°. 2°. ait. Mors anime fit cum eam deserit deus sicut mors corporis cuz illud deserit anima. et Remigius super epistola ad Ephe. dicit. Sicut recedente anima moritur corp⁹: ita recedente deo moritur anima. Cū igitur solū deus recedat: et separetur ab anima cū peccato cōsentit: Iuxta illud Sapientie. prio. Peruerse cogitatiōes separant a deo. Concluditur q peccatuz est illud propter quod anima spiritualiter moritur. Ideo dicitur sapiētie. 16°. Homo per maliciā occidit animā suā. et Augustinus in. 4°. de trini. c°. 4°. ait. Anime mors: impietas est. Eapropter scriptuz est. Ezech. 18°. Anima que peccauerit ipsa morietur. Trāsumptiue in. c°. iam itaqz. pria. q. 4^a. Et 24^a. q. 3^a. §. his ita. et de cōsecra. di. 4^a. c°. queris a me. Licet ergo peccator videatur corporaliter viuere: tn̄ spiritualiter mortuus est. Unde Apoca. 3°. dicitur peccatori. Nomen habes q viuas et mortuus es: vbi Augustinus inquit. Multi i corporibus viuis animas mortuas portare noscuntur. Et super Joānez sermone. 46°. itez ait. Quomodo moritur caro amissa anima que vi[redacted] eius est: sic moritur aīa amisso deo qui est vita eius. et sermone. 48°. etiā dicit. Omnis qui peccat moritur: sed mortez carnis oīs homo timet: mortē anime pauci: pro morte carnis que sine dubio: q̄ndoqz ventura est: curant oēs ne veniat. Laborat eniz ne moriatur hō quandoqz moriturus: et non laborat ne peccet homo ineternuz victurus. Si eniz peccare nollet: modicum laboraret: et viueret ineternum. Ad hoc facit illud Ouidij in. 2°. de remedio amoris. Ut corpus redi-

mas ferri patieris ⁊ ignes: Utq; a͡io valeas quic q̄ tolerare negabis.

Y

Tertia mors est eternalis ⁊ iฺfernalis. De qua inq̄t dominꝰ Joānis. 8°. In pctō vr̄o moriemini. De hac ēt dicit̄. in ps°. 48°. Sicut oues in iferno positi sūt: mors depascet eos. Prima mors est mala ⁊ terribilis. 3°. Ethico. Ultimuz terribiliū est mors. Cum. n. occidat corpus qḋ ē bonū sequit̄ q̄ hec mors dicēda est mala. Boni enī mala est corruptio: vt dicit̄. 2°. Topi. Aristotilis ⁊ Boetij. Secūda mors est peior q: perimit a͡iaz que est melior corpore. 24°. q. 3°. c°. si habes. Melioris. n. peior ē corruptio. Tertia vero ē pessima q̄ a͡iaz simul ⁊ corpus eterna occisiōe interimit. De qua dicit̄ in ps°. 33°. Mors pctōꝝ pessima. Si. n. quis ēt cuz vno solo pctō mortali moꝛit̄: ad eternos deputat̄ cruciatus infernales: vnde Prouer. xi°. scriptū est. Mortuo homine impio: nulla erit vltra spes. De hac morte inq̄t Augu. in. 13°. de ciuitate dei. c°. 2°. Illa aūt mors est grauior ⁊ oīum maloꝝ pessima: que non fit separatione a͡ie ⁊ corporis tm̄: sed in eterna penā potius vtriusq; cōplexu. Ibi enī erūt hoīes semp in morte: ac p hoc nunq̄ viuētes: nunq̄ mortui: sz sine fine morientes. De qua morte inq̄t saluator Matthei. x°. Eū timete q pōt a͡iaz ⁊ corpꝰ pdere in gehēnaz. ⁊ Jere. 17°. dicit̄ deo de peccatoribus. Duplici cōtrictōe ꝯtere eos.

Z


Quadragesimaseptima species stulticie dicitur ambulationis. De qua dicitur Ecclesiastes secũdo. Stultꝰ in tenebris ambulat. Ex quo apparet stultitia peccatoris qui in viciorum tenebrositate delectatur habitare ⁊ ambulare. Quadragesimaoctava diciẽ existimationis. De qua diciẽ Ecclesiastes .x°. Stultꝰ in via sua ambulans cũ ipse sit insipiẽs oẽs stultos existimat. Et Seneca in libro de moribus ait. Hoc habet omnes affectꝰ ut in quo ipse insanit: ceteros putet insanire. Quadragesimanona diciẽ auscultationis. De qua inquit sapiens Ecclesiastici. 21°. Stultitia hominis auscultare per ostiũ. Quinq̃gesima diciẽ respectionis. De qua [illegible] predicto .c°. scriptũ est. Stultꝰ a fenestra respicit in domum scilicet proximi sui ut eius facta ⁊ secreta cognoscat. Quinquagesimaprima diciẽ indisciplinationis. De qua scriptũ ẽ Eccle .15°. Homines stulti nõ apprehẽdent illam .s. sapientiã. Et .21° . c°. Cor fatui quasi vas cõfractũ: omnẽ sapiẽtiam nõ tenebit: ⁊ ibidẽ. Cõpedes in pedibus stulto doctrina: ⁊ quasi vincula manuũ super manum dexterã. Et in sequenti .c°. diciẽ. Cũ dormiente loquitur qui narrat stulto sapientiã: ⁊ in fine narrationis dicet. Quis est hic? Quinquagesimasecunda diciẽ litigatiõis sive cõtẽtionis. Stulti enim habẽt caput obstinatũ [illegible] suis opinionibꝰ ⁊ cũ omnibus volũt cõtendere. Et ideo Aplus 2°. ad Thimo. secũdo inqt. Stultas ⁊ sine disciplina q̃stiones devita: sciẽs q generãt lites. Et ad Titũ .3°. iterũ ait. Stultas q̃stiões ⁊ cõtentiões legis devita sũt enim inutiles ⁊ vane. Quinquagesimatertia diciẽ deceptionis. Stulti enim ab oibꝰ decipi possũt: iuxta illud Prouer. 5° . In multitudie stultitie sue decipieẽ. Et eiusdẽ libri c° .30. Stultitia hoĩs supplãtat gressus eiꝰ. C

Quinquagesimaquarta diciẽ apertiõis. De qua Prouer .13°. ait Salomõ. Qui fatuus ẽ aperiet stultitiã suã. Quinquagesimaquarta dĩ cõfidatiõis. De qua Prouer .17°. idẽ Salomon inquit. Expedit magis vrse occurrere [illegible] ptis fetibꝰ: q̃ fatuo cõfidẽti sibi [illegible] stultitia sua. Quinquagesimasexta dĩ cõsiliationis. Nullum eniꝫ bonũ cõsiliũ dare possunt stulti. Et ideo ait sapiẽs Ecclesiastici .8°. Cũ fatuis cõsiliũ nõ habeas. Nõ eniꝫ poterũt diligere nisi que ipsis placẽt. Quinquagesimaseptima dĩ aggravatiõis. De qua Eccle .21°. dicitur. Narratio fatui quasi sarcina in via. Et Prouer .16°. Doctrina stulti

fatuitas. Et eiusdem libri. c°. 26°. ait Salomõ. Quomodo pulchras frustra hz claudus tibias sic indecẽs ẽ in ore stultoꝝ parabola. Quinquagesimaoctaua dicit̃ discursionis. De qua sapiẽs inqt Eccle. 21°. Pes fatui facilis in domo proximi. Quinquagesimanona dicit̃ reuolutiõis. De qua idẽ sapiens ait eiusdem libri. c°. 33°. Precordia fatui quasi rota carri: ꝛ quasi axis versatilis cogitat⁹ illi⁹. Sexagesima species stultitie dicitur machinationis. De qua Prouer. 16°. ait Salomõ. Uir insipiens fodit malũ: ꝛ ĩ labijs ei⁹ ignis ardescit. Sexagesimaprima dicit̃ perditionis scilicet amicoꝝ. De qua Eccle. x°. dicit̃. Rex insipiens perdet populũ suũ. Et eiusdẽ libri. c°. 20. scriptũ est. Fatuo nõ erit amic⁹. Sexagesima secũda dicit̃ improperationis. De qua eiusdez libri. c°. 20. inqt idem sapiens. Datũ insipiẽtis nõ erit vtile tibi. Oculi enim ei⁹ septemplices sunt exigua dabit ꝛ multa ĩproperabit: ꝛ apertio oris illi⁹ inflamatio est. Sexagesimatertia dicit̃ vigilationis. Stulti enim ex vacuitate cerebri multũ vigilant in fantasmatib⁹ suis: iuxta illud Sapientie. 14°. Uigilias plenas ĩsanie habẽtes: ꝛc. Et per hoc ostenditur demẽtia peccatoruz qui multũ vigilant in mũdi vanitatibus. Sexagesimaquarta species dicit̃ oditionis. De qua Prouerbioꝝ. 12°. dicitur. Qui odit increpatiões insipiens ẽ. Sexagesimaquinta dicit̃ turbationis. Stulti. n. faciẽ hñt turbatã sicut [illegible] hñt turbationẽ cordis: iuxta illud. ps. 75. Turbati sũt oẽs [illegible] sipiẽtes corde: ꝛ significant stultitiã peccatorũ q cauteriatã habent cõscientiam.

Sexagesimasexta dicit̃ obscuratiõis scilicet intellect⁹. Unde stulti in multis errantes p deuia pergũt: ꝛ quid agere debeãt nesciũt: ꝛ talẽ obscuritatẽ intellectus facit peccatũ in anima: iuxta illud ad Roma. p°. Errauerũt in cogitationib⁹ suis: ꝛ obscuratũ est insipiens cor eorũ. Et ideo propheta inquit. ps°. 91°. Nescierũt neqꝫ intellexerũt. In tenebris ambulãt. In quib⁹ vbis tangit duplicẽ ignorãtiaz scilicet. Primo naturalẽ ꝛ generalẽ. Ibi nescierũt scilicet ex natura: neqꝫ intellexerũt. s. ex gr̃a. Scdo criale ibi in tenebris ambulãt scilicet errorum ꝛ peccatorum. Et hec duo mystice designant̃. Luce. 18°. vbi dicitur ꝙ cecus sedebat secus viam scilicet huius mũdi: in quo notatur ignorãtia naturalis ꝛ generalis: ꝛ postmodum subdit̃ mendicãs. ꝛc. ex quo notatur ignorãtia criminalis. Per illũ eni cecuz ut ait Gregori⁹ intelligit̃ genus humanũ. Unde notandũ ꝙ ista ignorantia prouenit ex peccato primoꝝ parentũ ĩ cũctis hominib⁹. Et ideo de primo hoie inquit idem psalmista. Homo cum in honore esset nõ itellexit. ꝛc. Et Job 3°. dicitur circũdedit eum dominus tenebris: [illegible] licet ignorantiea quo cũ nos habeamus originẽ: naturaliter sum⁹ ignorantes: precipue circa septẽ. Unde Job. 37°. in psona omniuz dicitur. Nos quippe inuoluimur tenebris: scilicet propter peccatũ originale. Primo. n. ignorat hõ preterita. s. qd fuerit ante se. Uñ Eccle⁹. 8°. ait Salomõ. Multa ẽ hoĩs afflictio qr ignorat preterita. et. c°. x°. iterz inquit. Ignorat homo quid ante se fuerit. Et hec ignorantia maxime ẽ nobis damnosa. Nã secũdum Salomonẽ Eccle⁹. p°. Futura [illegible] sũt sicut preterita. Et ideo si quis preterita nosceret: multa bona operaret̃ ꝛ multa mala cauerẽt: quia Preteriti ratio scire futura facit. Secũdo ignorat homo q̃ futura sũt. Uñ Eccle⁹. 8°. dicit̃. Futura nullo põt scire nũcio. Et. c°. x°. eiusdẽ libri dicit̃. Quis post futurũ est illi qs potenti dicare? quasi dicat̃: nullus. Ex quo apparet magna hoĩs miseria. Uñ Jacobi. 4°. ait apostolus. Ecce nunc dicitis: hodie aut cras ibim⁹ in illaz ciuitatẽ: ꝛ faciem⁹ qdẽ ibi ãnũ: ꝛ mercabimur ꝛ lucrũ faciem⁹: qui ignoratis quid sit in crastinũ. Et Prouer. 29°. inqt Salomõ. Nõ glorieris ignorãs qd superuẽtura pariat dies. Tertio ignorat hõ qd sit intra se. Nã sepe in corpore habet ĩfirmitates quas nescit: ꝛ in aĩa multas passiones sub specie rõnis: ꝛ multos defect⁹ sub colore virtutis. Et ideo dicebat deo ps^. Ab occultis meis mũda me dñe. Et Job. 9°. dicit̃. Si insi⁹ fuero: hoc ipsũ ignorabit aĩa mea. Et p°. ad Cor. 4°. ait ap̃lus. Nihil mihi cõscius sum: nisi hoc iustificat⁹ nõ sum. Quarto ignorat hõ que sũt iuxta se: idest intẽtiõez ꝛ voluntatem proximi sui: ſm ap̃lum p°. ad Cor. 2°. Uñ nõ potest cauere a proditionib⁹ ꝛ adulatiõib⁹ ꝛ huiusmodi. Et ideo dicit̃ Jere. 9°. Unusquisqꝫ se a proximo suo custodiat: ꝛ in oĩ fratre suo nõ hẽat fiduciã qr oĩs frater supplãtãs supplãtabit: ꝛ oĩs amic⁹ fraudulẽter incedet: ꝛ vir fratrẽ suũ deridebit: ꝛ veritatẽ nõ loquet̃. Quĩto ignorat q̃ sũt supra se scilz celestia: ut deũ: celos ꝛc. Uñ de deo iqt ps^. Posuit tenebras latibulũ suũ. Et sapie. 9°. ait Salomõ. Difficile extimam⁹ q̃ ĩ terra sũt: ꝛ q̃ ĩ pspectu sũt ĩuenim⁹ cũ labore: q̃ ãt ĩ celis sũt qs ĩuestigabit? Sexto ignorat q̃ ĩfra se sũt. Nã cũ deus oĩa creata ad hoĩs vtilitatẽ subiecerit sub pedib⁹ ei⁹ vt testat̃ pph̃a. ps°. 8°. tñ hõ pp pctũ origiale penitus ignorãtia ñ põt eoꝝ vtiĩas proprietates ꝛ rex dñas idagare aut explicare. Uñ Eccl⁹. p°. di. Cũcte res difficiles: ñ pt eas hõ ex

plicare sermone. Septio ignorat hõ naliter oia. Unde salomon inquit Ecclesiastes.8°. Intellexi q oium operũ dei nullaz possit homo inuenire ratione eorũ que fiunt sub sole: et quãto plus laborauerit ad querendũ: tãto minus inueniet: hec ille. O maledictũ peccatũ: tu es illud qd ita dementes et itellectu obscuros facis homines: vt dicere possint illud primi Para.9°. Ignoram⁹ quid agere debeamus. E

Secunda ignorantia dicit criminalis que procedit partim ab originali peccato: et partim ab actuali. De qua Bernar. in epistola ad magistrum Uincentiũ ait. Multa scieda nesciũtur: aut sciendi incuria: aut discendi desidia: et verecũdia iquirendi. Et qdem hec ignorãtia nõ habet excusatione: et Cesarius in quodaz sermone inqt. Quãuis sit melius facere q nosce: prius tamẽ est nosce q facere. Audi scripturam dicentẽ. Omnis qui nõ didicerit iustitiã super terrã: veritatẽ nõ faciet. et iterũ. Zelus apphendet populũ eruditũ: hec ille. Aristotiles aũt tertio Ethicoruz dicit. Qd ois ignorans est malus: et intelligit de ignorantia procedente ex culpa: maxime de ignorantia crassa et supina: que sic vocat per quãdaz methaphoram. Qr sicut homo multuz crassus vel supinus iacens non videt ea que ante pedes habet prepeditus pinguedine: ita homo bestialis et mũdanus stultitijs ac vanitatibus deditus: nõ curat que scire tenetur intelligere. De quo psalmista ait. Noluit intelligere vt bene ageret: et hec est stultitia maxima. Si quis eniz optans peruenire ad aliquã ciuitatẽ nolent adiscere viam per quã peruenitur ad eaz: et sine qua non potest peruenire: profecto stultus reputaretur. Et ideo stultus est peccator q cũ naturali desiderio appetat peruenire ad eterne patrie felicitatem: non curat cognoscere viã mandatorũ dei et virtutũ sine qua ad illam nõ potest peruenire. De istis autez stulis loquit Job sui libri. c°.21°. dicẽs. Qui dixerũt deo: recede a nobis: viam scientiarũ tuarum nolumus. Hec aũt maledicta ignorantia est mater cunctorũ errorũ. c°. ignorãtia.38°. di. vñ Jsido. inqt. Nihil stultitia peius: nihil insipientia deterius: nihil ignorãtia turpius et ignominiosius: que est mater et nutrix omniũ vicioru. Quid sit malũ culpe nescit insipiẽs: quotidie peccat et ignorat: hec ille. Et ad predictaz stultitiã potest applicari illud qd inqt psalmista dicens deo. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibũt oẽs bestie silue. Peccatores eni obtenebrati vicijs trãseunt bestialiter de peccato in peccatum: et propter ignorantiã tanq amentes non sentiunt mala sua: iuxta illud Prouer.23°. erit sicut dormiẽs in medio maris: idest in magnis periculis: et quasi sopit⁹ gubernator amisso clauo. Et ideo ipsi peccatores sic demẽtati faciliter capiũtur in omni periculo: iuxta illud Jsa.5°. Captiuus ductus est populus meus quia nõ habuit sciẽtiaz. De hoc etiã loquit apostolus ad Ephe.4°. Ambulant in vanitate sensus sui: tenebris obscuratũ habẽtes intellectũ. Alienati a via dei per ignorantiã que est in illis propter cecitatem cordis eoruz: hec ille. F

Ex quib⁹ infertur sexagesimaseptima species stulticie que dicit excecationis. Stultus eniz esset qui sibi erui vtrũq oculũ permitteret. Et ideo stultus est peccator qui se per iniquitatẽ permittit excecari a demõibus et ita orbari vt in eternũ nõ videat lumen gratie nec glorie. De peccatorib⁹ eni dicitur Sopho. primo. Ambulabũt vt ceci qr domino peccauerũt. et Sapiẽtie.2°. scriptũ est. Ex cecauit eos malicia eorũ. et de quolibet peccatore dicũt demões illud psalmiste. Usq in eternum nõ videbit lumen. Quilibet ergo peccator dicit cecus et priuatus vtroq oculo: qr per peccatum priuatus lumine cognitiõis iacet in tenebris culpe et ignorãtie. vt inqt Ugo cardinalis super Lucã. Cecitas aũt peccati originalis figurat per cecum a natiuitate. De quo hẽtur Joannis.9°. Quia oẽs nascimur filij ire. ad Ephe. 2°. et consequenter ceci. De ceco autem per peccatum actuale inquit Deus Jsa. quadragesimosecundo. Quis cecus nisi seru⁹ meus? et Matth. 15°. ait saluator. Sinite illos: ceci sunt et duces cecorũ. Et Apocali.3°. Nescis quia tu miser es: et miserabilis: nudus: pauper et cecus? Sicut eniz ceci nesciũt dirigere gressus suos: iuxta illd psalmiste. Errauerũt in solitudine: viã ciuitatis habitaculi nõ inuenerũt: imo sepe vadunt per viaz malãrita et peccatores: vnde damnati dicũt illud Sapiẽtie quito. Ambulauim⁹ vias difficiles et c. Et de ipsis dici potest illud Sapientie duodecimo. In erroris via diutius errauerũt: et ideo ipsi peccatores propterhoc cognoscuntur esse stulti. Nam de stultis dicitur Ecclesiastes decimo. Labor stultorum affliget eos: quia nesciunt i vrbem pergere. Sicut etiam ceci non cauent ab offendiculis vel precipitijs: ita peccatores non precauent offendicula criminũ: que si viderent: ab eis aufugerent: iuxta illud Naum tertio. Omnis qui viderit te resiliet a te. Ceci etiaz offendũt pedes i via plana: et silr pctõres i creatura: Jux

illud Sapientie .14°. Creature dei in laqueū facte sunt. Itē cecus ducens cecum eū secum ducit in foueā: sicut dicit Matthei .15°. Si cec⁹ ceco ducatum prestet tc. Et idem habet in c°. cum sit. de etate et qua. t in c°. que ipsis .38°. di. Et similiter vnus peccator ab altero trahitur in profundum inferni: t de pctō in peccatum: iuxta illud Isa. 5°. Veh qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis: t quasi vinculum plaustri pctm̄. Itez ceci volentes percutere porcū: sepe percutiunt hominem: ut fecit Lamech. Geñ. 4°. t sicut [illegible]det in porco quem omni anno donat quedaz comunitas Italie cecis: qui ligatur ad colūnaz per funus: t postea datur baculus in manu cuiuslibet ceci: ut qui eum occiderit illius sit. Nam illo porco huc illucq3 discurrente ceci multotiens percutiunt se inuicem cum volunt iterficere ipsuz porcū. Et figurant philocaptos. Sūt eniz ceci: t sepe vnus alter interficit. Et ideo amor depingit cecus. Vñ Ouidius in epistolis ait. Qui necat non videt vllus amans. Cecus etiam si velit cibare aliquē: quod debet ponere [illegible] ore ponit multotiens in aure. Et sic faciunt multi predicatores ceci t mali qui debent predicare ad pastum cordium: t predicant ad pruritum auriuz: t ad fauorem a populis percipienduz: qui dicūt illud Isa. 30. Loquimini nobis placentia. De quibus ait apls. 2°. ad Thi. 4°. Ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes aurib⁹: t a veritate quidem auditū auertent: ad fabulas autē conuertētur. Sed Isa. 4°. dicit. Loquimini ad cor hierusalem: quasi dicatur: non ad aures. Et ideo dicit Ugo cardinalis: vbi supra. Sicut ridiculum est ponere cibū in aure t non in ore: ita ridiculum est ad fauorem predicare t non ad vtilitatem. De talibus aūt predicatoribus dr Isa. 56°. Speculatores eius ceci omnes. Possunt tamen per speculatores hos itelligi prelati ignorantes t mali quos sibi eligūt dissoluti: t ad suā custodiam ponunt vt non arguant ab eis. Et. 2° secūdi Regū. 5°. dicit. Non ingredieris huc nisi abstuleris cecos t claudos. G

De hac antez cecitate peccati quattuor possunt videri. s. eius causalitas: grauitas: sanitas: siue curabilitas: t eius sanabilitas. Circa primū aūt dico q̃ sunt decem causatiua t inducentia corporalem cecitatē: t similiter spiritualē. Primuz est magni luminis inspectio vt patet: si quis inspiciat rotam solis que dissoluit oculos t excecat. Eccl. 43°. Sol refulgēs radijs suis obcecat oculos. Et ratio est: quia vt ait phūs. i li°. de sensu t sensato. Excellentie sensibilium corrū-

p ūt sensum. Et ideo illi qui transeūt montes vbi sunt continue niues deferūt in manu ramū oliue ne videndo solum niues excecentur. Spiritualiter autem peccatum presumptionis t curiositatis excecat animam. Presumptuosus n. t coriosus dum vult figere oculum sui intellect⁹ in rotam diuinitatis t eterne maiestatis diuine t eam inuestigare t comprehendere nititur: heretica cecitate opprimitur t excecat: iuxta illud Prouerbior. 25°. Scrutator maiestatis opprimetur a gloria. Et ad Roma. primo ait Paulus. Euanuerunt in cogitationibus suis tc. Et psalmo trigesimooctauo dicit Dauid. Attenuati sunt oculi me suspicientes in excelso. Et propterea inquit Paulus ad Roma. 12°. Nō plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatez. Et Eccle. tertio dicitur. Altiora te ne quesieris: t fortiora te ne fueris perscrutatus. Secundum inducens cecitatem est longa in tenebris habitatio: q2 vt ait philosoph⁹. Opus nature est opus intelligentie. Et ideo natura non mittit virtutē suam ad membrum quod nō operatur: sicut ad illud quod operatur: sm eūdem philosophum i libro. de sen. t sensato. Et propter hoc virtus visiua in oculo clauso manente seu in aspiciendo non se exercente deficit: sed ad membrum quod operatur multam virtutem ipsa natura trāsmittit. Unde philosophus dicit: q̃ scriptores habēt oculos meliores: t fabri habent brachia alijs fortiora: t cursores crura alijs duriora t fortiora. Et ad idē vadit q̃ homo aliquādo propter senium amittit visum. Sicut dicitur de Isaac Geñ. 27°. Senuit Isaac t caligauerūt oculi eius: t videre non poterat: q2 organum visus. s. oculus senio debilitatur: t non potest recipere lumen visus. Et ideo natura ad eum non transmittit: siue non transmittere potest virtutem videndi: q2 actus actiuorum sunt in patiente bene disposito 2°. de anima: hoc autem figurat peccatum cōsuetudinis. Unde psalmista ait. Comprehenderunt me iniquitates mee: t nō potui vt viderē. Quādo enim homo inueteratur in tenebris peccatorum: omnino excecatur: quia suprema intelligentia aufert ei gratiam per quam posset videre: t quo ipsa non vtitur: iuxta illud Luce decimonono. Auferte ab eo mnam: t date illi qui decem mnas acquisiuit: quia omni habenti dabitur t abundabit: ab eo autem qui non habet etiam quod habet auferetur. Tertiuz est multi fumi receptio que multum oculis contrariatur. Prouer. x°. Sicut acetum dentibus t fumus oculis: sic piger his qui nutriunt illum t significat pec-

catum inclusta illud. ps. 17. Ascendit fumus in ira eius: q sicut fumus ascendit in altum: ita ira ad cor. Secundum eniz Damascenum ira e ebullitio sanguinis circa cor. Unde Goffredus i poetria ait. Ira genus flame: materq furoris ab ipso Felle trahens ortu: cor et iteriora venenat. Ex ista vero ebulitione fumositates ascendunt: que oculos mentis obnubilant. Unde Cato inquit. Impedit ira animum ne possit cernere verum. Sicut autem cecus ita et iratus percutit non solum inimicum sed etiam amicum: parentes et filios: et quandoq seipsum occidit. Sicut fecit Achitophel: vt habetur secundi Regu. 17°. Et hoc figuratur etia per Lamech qui occidit kaiz cum esset cecus. Lamech enim interpretatur percutiens vel percussus: quia iratus sepe alios percutit: et percutitur ab eis. Quartum est pulueris in oculos insufflatio: et significat peccatum vanagloriae: et superbie. Nam habens in oculis metis pulverem honorum mundalium et ambitionum: non potest videre viam ducentem ad regnum celorum que est via humilitatis. Et ideo dominus ait discipulis Matthei decimo. Excutite pulverem de pedibus vestris. Sicut autem cecus credens ascendere sepe cadit: ita vanagloriosus et superbus. De quo habemus exemplum Luciferi qui vt scriptum est Isa. decimoquarto dicebat in corde suo. In celum ascendam et ero similis altissimo. Unde ibi subditur. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris? De hac autez excecatione dicitur psalmo qdragesimooctauo. Homo cu in honore esset no intellexit comparatus est iumentis insipientibus: et similis factus est illis. Et talis cecus figuratur per heli sumum pontificem. De quo dicitur primi Regum tertio. Caligauerunt oculi eius nec poterat videre lucernam domini: donec extingueretur. Possumus quoq dicere q istud quartum inducens cecitatem est tumoris inflatio: quado scilicet oculi inflantur et tument: et significat tumorem superbie. De quo Gregorius inquit. Tumor mentis est obstaculum veritatis. Et iste tumor totu humanum genus occupauit. Primo eniz habuit ortum in celo: quando Lucifer contra deum intumuit. Et ideo superbia dicitur nature celestis. Unde viros scelestes quandoq inuadit. Deinde de celo veniens in paradisum iuit: et ibi primos parentes inuasit: qui supra seipsos se eleuauerunt et contra deum intumuerunt. Deinde de paradiso in mundum: et vndiq se diffudit. Superbire enim dicitur quasi super alios ire. Lucifer ergo superbiuit: quia supra deum ire voluit. Adam superbiuit quia super seipsum iuit dum scientiam dei appetijt. Homines vero superbiunt quia super alios ire volunt. Deus autem superbire non potest qui super aliuz ire no valet eo q super se nullum habeat. Ad predicta etiam adduci potest q inquit philosophus in libro de animalib9 scilicet q oculus preeminens est debilis visus. Profundus vero est boni visus et fortis: et subtilia ac distantia meli9 videt. Et similiter humiles melius et clarius vidēt diuina q superbi: iuxta illud Prouer. xj°. Ubi humilitas: ibi sapientia. Dicit etiam philosophus q homo existens in puteo profundo videt stellas in die: per quod datur intelligi q homo humilitate preditus ad diuina suscipienda est magis idoneus: dicente domino Matthei xj°. Confiteor tibi pater domine celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et reuelasti ea paruulis.

Quintum inducens cecitatem est nimia ad lumen vigilantia ex qua oculi conturbantur: et significat nimiam sollicitudinē qua homo habet in temporalibus administrandis et conseruandis. De qua dicitur Eccle. 5°. Saturitas diuitis non sinit ipsum dormire. Et talis figuratur per Sedechiam regem iuda qui ut habetur quarti Regu. vltimo. Excecatus fuit in reblatha quod interpretatur multuz hic: vel multum iste comisit. Sextu vero est simile predicto scilicet oculorum impletio siue depressio et significat auaritie depressionem. Adeo enim oculos hominis auaritia deprimit: ut eos ad celum leuare non possit. Et ideo [illegible] auaris inquit psalmista. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Auarus enim semper portat terram in oculis. Et ideo est stult9 iuxta illud Prouer. 17°. Oculi stultorum in finibus terre. Auarus enim adeo est excecatus et stultus: q vendit animam suam diabolo: iuxta illud Eccle. x°. Auaro nihil est scelestius: hic enim animam suam venalem habet. Et talis cecus figuratur per Tobiam qui ut habetur sui libri. c°. 2°. Stercoribus hirundinum fuit excecatus. Stercora enim sunt omnia bona temporalia: iuxta illud ad Philip. 3°. Omnia arbitratus sum ut stercora. Et primi Machabe. secundo. Omnis gloria eius stercus et vermis. Excecat ergo animam nimia fertilitas et crassitudo terrene substatie: iuxta illud Job. 15. Operuit facie eius crassitudo. Et hinc est q Ephraim et Manasses fuerunt fratres. Ephraim interpretatur fertilitas: et Manasses obliuiosus: q nimia fertilitas seculi inducit obliuionem dei.

Sicut enim pisces aliquando ex nimia pingue/
dine excecantur: ⁊ sicut anseribus oculi con/
suuntur ne ex multitudine rerum visarum ab
impinguatione retrahantur: sic homines ex ni
mia abundantia rerum in anima excecantur.
Et sicut madefactio ⁊ nimia pinguedo impe//
diunt ne candella accendatur sic nimie delitie
terrene ipediūt ne gratia dei in ipsa anima reci/
piatur: iuxta illud prime ad Cor. secundo. Ani/
malis homo non percipit ea que sunt spirit⁹ dei
Septimum inducens cecitatem est humor cali
dus in oculos descēdēs: siue nimius calor ignis
aut alterius calefacientis. Et ideo in Ethiopia
multi propter calorem perdunt visum. Et hoc
significat humorem luxurie: ⁊ ignē libidinis: ac
carnalis concupiscentie: excecantis animam: iu
xta illud psalmiste. Supercecidit ignis: ⁊ non vi
derunt solem. De luxuria enim dici potest illud
Job. 21°. Ignis est vsq; ad consumationē deuo
rans. Sicut ergo vrsus excecatur ad peluim cā/
dentem: ita libidinosus ad concupiscentiam ar/
dentem. Sicut autem cecus non discernit inter
pulchrum ⁊ turpe: q2 cecus non iudicat de colo
ribus primo Phisicorū: ita luxuriosus habens
oculos infectos humore calido carnalis concu/
piscentie: sepe dimittit vxorem nobilem: pulchrā
⁊ sapientem: pro meretrice turpi: vilissima: ⁊ in/
sipiente. Octauum inducens cecitatem est orga
ni deuastatio: vt quando oculus perforatur vel
eruitur: sicut fecerunt Philistijm Sansoni. De
quo dicitur. Judicum decimosexto. Eruerunt
oculos ei⁹. Et talis excecatio figurat eos qui ha/
bent inuidiā Ecclesiastici: decimoquarto. Ne/
quam est oculus inuidi. Itē figurat eos qui ha
bent odium contra proximum. De quo pecca/
dicitur prime Joannis tertio. Qui non dili//
git in morte manet. Talis autem priuatus cha/
ritate dicitur esse sine oculo dextro: quo anima vi
det deum. Et ideo diabolus semper querit hos
oculos eruere: dicens partialibus ⁊ inimicitias
tenentibus illud primi Regum vndecimo. Eru
am omnium vestrum oculos dextros: ⁊ cetera.
Nonum est lucis coopertio quando quidā pan
niculus super lumen oculi generatur: ita ꝙ lux
est cooperta ⁊ intus abscondita: nec videri po//
test: ⁊ significat peccatū accidie vel pigritie: quā
do quis abscondit talētum a deo acceptum: nec
operatur in eo: iuxta illud Prouerbiorū vnde/
cimo. Qui abscondit frumenta maledicetur in
populis. Diabolus autem lumen fervoris que/
rens occultare ⁊ suffocare nube torporis inquit
illud Ezechielis trigesimoscdo. Solem nube
gam. Decimo quis excecatus ex sanguine in ocu
los descendente vel de corpore in magna copia
exeunte. Et per hoc figurantur illi qui excecan/
tur: ⁊ superbiunt ex nobilitate sui generis ⁊ san
guinis: ⁊ isti vt dicit Ugo cardinalis super Jo/
annem figurantur per cecum a natiuitate. De
quo habetur Joannis nono. I

Quo ad secūdum de grauitate cecitatis: di/
co ꝙ grauior est cecitas mentis q̄ʒ corpo/
ris. Nam quāto res est nobilior: tanto eius cor/
ruptio est peior: secūdo topicor. Anima vero est
nobilior omni corpore. caplo. si habes. 24^a. q. 3^a.
⁊ c°. cum infirmitas. de peni. ⁊ remi. ⁊ per conse
quens ei⁹ potentie sunt nobiliores potentijs cor
poralibus. Preterea cecus corporaliter cōtinue
conat̄ habere ducem: vel saltem baculum in ma
nu sine quo non vadit. Sed cec⁹ spiritualiter de
duce non curat. Unde Seneca ad lucillū ait. Ce
ci ducem querūt: nos sine duce erram⁹. Et Tren.
4°. dicit̄. Errauerūt ceci in plateis. Imo talis ce
cus expellit ducem. s. deū ducentem ad paradi
sum: iuxta illud Job. 21°. Qui dixerūt deo recede
a nobis: ⁊c. Et illud Luce. 5°. Exi a me domine
quia homo peccator sum. Sequitur vero diabo
lum ducentem ad mortē. Et si pur vult ducem:
sequitur alium cecū: idest mala exempla aliorū.
Item totaliter cecus corporaliter nō potest am/
plius peiorare. Peccator aūt quotidie in cecita
te crescit. Item cecus corporaliter cognoscit ceci/
tatem suā: ⁊ confitet̄ se esse cecū: ac querit lumē
recipere ⁊ illuminari: sicut faciebat ille cecus. De
quo dicitur. Luce. 18°. ꝙ interrogatus a christo
quid vellet. Respondit. Domine vt videā lumē.
Sciebat enim quod dulce est lumen: ⁊ delectabi
le oculis videre solem. Ecclesiastes. xi°. Reputat
etiam cecus se infelicem dicens illud Tobie. 5°.
Quale potest mihi esse gaudium qui in tenebris
sedeo ⁊ lumen celi non video? Cecus vero spiri/
tualis non cognoscit suam cecitatem: iuxta illud
Isa. quadragesimotertio. Educ foras populum
cecum oculos habentem: surdum ⁊ aures ei sūt
Talibus etiam surdis ⁊ cecis dicitur Isa. sexto.
Audite audientes: ⁊ nolite intelligere: videte vi
sionem ⁊ nolite cognoscere. Et ibidem etiam
dicitur. Exceca cor pupili huius: ⁊ aures eius
aggraua: ⁊ oculos eius claude ne forte videat
oculis ⁊ auribus suis audiat: ⁊ corde suo intelli
gat. scilicet se esse cecum. Imo talis cecus re/
putat se videntem ⁊ alijs sapientiorem ⁊ ideo
magis peccat. Unde dicitur Joannis nono. Si
ceci essetis non haberetis peccatum: nūc vero q2
dicitis videmus: peccatum vestrum manet. Et

ad Roma. primo ait Paulus. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Tales etiam ceci non curant illuminari per predicationem. De qua. ps°: 124°. dicitur deo. Lucerna pedibus meis verbum tuum: et lumen semitis meis. Et in persona predicatoris iterum idem psalmista ait peccatoribus. Accedite ad me et illuminamini. etc. Imo iste cecus despicit: et deridet videntes: iuxta illud Prouerbiorum vigesimonono. Abhominantur impij eos qui recta gradiuntur via. Preterea cecus corporaliter quod videre non potest palpat: sicut faciebat Isaac dicens filio suo Jacob. Genesis vigesimoseptimo. Accede huc vt tangam te: et probem vtrum sis filius meus an non. Et ideo vulgariter dicitur quod qui non videt, palpare debet. Cecus vero spiritualis penas futuras quas oculo fidei non videt nec credit: nec etiam oculo cogitationis discutit: aut pensat: nec vult hic aliquam penam experiri per penitentiam: vt probet si penas eternas sustinere valebit: iuxta illud Isa. 33°. Quis ex vobis habitare poterit cum igne deuorante: et cum ardoribus sempiternis? Non sic autem faciebat ille heremita qui vt habetur in vitis patrum tentatus a quadam meretrice comburebat sibi digitos: vt videret si posset sustinere infernale incendium: quod pro peccato luxurie erat sustinendum: et sic a tentatione fuit liberatus.

K

Quo ad tertium scilicet de curatione cecitatis est sciendum quod saluator noster sanando in hominibus sensus corporales sanauit etiam spirituales. Unde ipse ait iudeis Joannis septimo. Totum hominem sanum feci. Nam quando reddidit surdo auditum corporis: reddidit etiam ei auditum mentis: illum scilicet de quo dicit psalmista. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Quando etiam sanauit mutum dans ori corporis ut proferret verbum: dedit etiam cordi vt dei dulcedinem pregustaret: de qua psalmo trigesimotertio dicitur. Gustate et videte quoniam suauis est dominus. Quando vero illuminauit cecos vt viderent corporaliter: illuminauit etiam eos ut viderent spiritualiter. Tria autem collyria sunt curatiua cecitatis. Primum est amarum simpliciter: et fit de felle. Unde Tobie vndecimo. Tobias cecus illuminatus est felle piscis: et significat amaritudinem contritionis per quam cecitas mentis illuminatur: iuxta illud Job decimoseptimo. In amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me domine. etc. Et Jeremie trigesimoprimo dicitur. Pone tibi amaritudinem: dirige cor tuum in viam rectam. Secundum collirium est totum dulce et fit de melle: quo sanata est cecitas Jonathe. De quo dicitur primi Regum decimoquarto. quod ipse ait. Vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei eo quod gustauerim paulum de melle isto? Et per hoc collirium figuratur charitas et dilectio dei ac proximi. De quo remedio dicitur Apocalipsis tertio. Collirio vnge oculos tuos vt videas. Tertium collirium est mistum ex terra et saliua: et consequenter est partim amarum et partim dulce: nam saliua est dulcis: terra vero amara. Et hoc fecit dominus ceco nato. Joannis nono. Sicut enim solo verbo illuminauit cecum illum: de quo habetur Luce decimooctauo. vt ostenderet se esse illum qui dixit et facta sunt: mandauit et creata sunt. psalmo antepenultimo: ita luto voluit illuminare cecum a natiuitate: vt declararet se esse illum qui de luto plasmauit primum hominem. Gene. secundo. Et hoc ait Chrisostomus super Joanne. Per lutum autem figuratur fragilitas et vilitas humana quam cecus peccator considerare debet: iuxta illud Gene. tertio. Memento quod puluis es: et in puluerem reuerteris. Per saliuam vero que fluit de ore: figuratur confessio per quam peccator eijcit causam cecitatis sue: scilicet peccatum. Et ideo si vult illuminari debet in confessione lauari aqua lachrymarum: iuxta illud Isaie primo. Lauamini: mundi estote. Dicitur autem Luce decimooctauo. quod clamante ceco ad dominum vt illuminaret eum: illi qui ipsum dominum preibant: et qui sequebantur increpabant ipsum cecum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Super quo Gregorius. ait. Quanto maiori tumultu carnalium cogitationum premimur: tanto ardentius orationi insistere debemus. Dicitur quoque in predicto euangelio: quod stans Jesus iussit illum adduci ad se: quod fecit secundum Hieronymum vt daret exemplum magnatis audiendi benigne pauperes et mendicos: sicut erat ille cecus: iuxta illud Ecclesia. quarto. Declina pauperi aurem tuam sine tristitia: et redde debitum tuum: et responde illi pacifice in mansuetudine. Possumus quoque dicere quod collirium fellis representat christum prout fuit in crucis patibulo: vbi tanquam piscis fuit assatus et felle potatus. Et ista amaritudo passionis christi debet sanare cecitatem causatam ex carnali voluptate: quia seruus non debet delectationes querere quando videt dominum suum amaritudinibus repletum. Ut enim ait Augustinus. Non decet sub spinato capite deli

catum mēbrū3 esse. Istud etiā3 collirium debet frangere duritiā3 nostre mentis. In passione enī christi petre scisse sunt: terra mota est: ⁊ monumenta aperta sunt: ac mortui surrexerunt. Et ideo illi qui non mollificantur isto collirio scilicet recordationis amaritudinis christi sunt lapidibus duriores: terra insensibiliores: monumētis fetidiores: ac mortuis miserabiliores. Colliriū vero ex fauo mellis significat christū prout est ī celo ac regno suo: vbi est totus dulcis: iuxta illud Eccle. 24°. Spūs meus super mel dulcis: ⁊ hereditas mea super mel ⁊ fauū. Mel qdem in superficie est dulce: in medio dulcius: in profundo autē dulcissimū. Et significat christū in quo est triplex substantia. s. caro que est quasi superficialis: anima que est quasi media: ⁊ deitas que ē profunda. Mel igitur est dulce in superficie: qꝛ sctī ex visione corporis christi hñt consolatiōes dulces ⁊ suaues: est dulcius in medio: quia ex visione aīe eius hauriunt cōsolationes ⁊ delectationes dulciores ac suauiores. Est dulcissimū in ꝓfundo: quia ex cōtemplatione deitatis eius hauriunt delectationes dulcissimas ⁊ suauissimas. Et talis dulcedo omnē dulcedinē humanā facit insipidam: dicente Chrisostomo. Vere non habet quod sup terrā amet qui donū celeste in veritate gustauerit. Item expellit cecitatē causata3 ex tēporaliu3 cupiditate ⁊ affectione: qꝛ secundū Augustinū. Oēs diuitie deberent cōtemni: vt saltem vna hora posset videri facies dei. Collirium vero partim amarū ⁊ parti3 dulce significat christu3 prout erit in iudicio: vbi erit amarus reprobis: ⁊ dulcis electis ac bonis. Et istud collirium debet expellere cecitatem inductā [illegible] tumore superbie ⁊ elationis: quia tūc superbi humiliabuntur ⁊ deprimentur. Isa. 2°. Dies domini exercituum super oēm superbū ⁊ excelsum: ⁊ super oēm arrogantem ⁊ humiliabitur. Est autē sciendu3 ꝙ qꝛ peccator erat insipidus. Ideo ad curationē eius xp̄s in terram expuit: per saliuā autē que est sapida ītelligitur dei sapiētia que spūalia facit dulcescere. Sicut enim saliua ex ore fluit: ita diuina sapiētia ex ore altissimi processit vt ipsa ait Eccle. 24°. Tunc ergo christus saliuā in terrā expuit quādo diuinā sapientiā homini terreno infundit. Quia vero peccator erat superbus: ideo lutū super oculos ceci liniuit. Lutū. n. linire est vtilitate3 humanā homini ad memoriā reducere: ⁊ talis reductio est hoī causa humilitatis: iuxta illud Michee. 6°. Humiliatio tua in medio tui. Mediū enī presupponit vtrūq3 extremū: quasi dicat. Causa3 habes humilitatis si respicias tuā natiuitatē: vita3 ac mortē. Unde quidā interrogauit quēdā philosophum dicēs. Quid fui: quid sum: ⁊ quid ero? Et ille respōdit. Sperma fetidum: saccus stercorū: ⁊ cibus vermiū. Quia autē peccator erat immundus ideo precepit ipsi ceco vt se lauaret ⁊ mūdaret per penitētiā: iuxta illud Iere. 4°. Laua a malicia cor tuum vt salueris. L

Quo ad quartum de cognoscibilitate curationis istius cecitatis est notādum: ꝙ dicitur Ioānis. 9°. de ceco illuminato. Abijt ergo ⁊ lauit ⁊ venit videns. In quibus verbis innuuntur tria signa ad cognoscendū quādo peccator sit spiritualr̄ illuminatus. Unū est quādo recte vadit ⁊ icedit. s. per viam mādatoꝝ dei: iuxta illud Isa. 26°. Semita iusti recta est: ⁊ rectus callis eius ad ambulandū. Quādo vero aliquis distorte incedit per viā peccatorū: vel [illegible] via errat: non est perfecte illuminatus: ⁊ ideo admonet apostolus ad Roma. 13°. di. Rectos gressus facite pedibus vestris: vt non claudicās quis erret: magis autē sanetur. Secundū aūt signū ꝙ quis illuminatus sit est quādo oēs maculas etiā minimas in se aduertit ⁊ eas abluit. Propter primū autē signum dicit̄ in predictis verbis. Abijt ergo. s. recte incedendo: propter. secundu3 vero subditur: ⁊ lauit. Quāto enī qs magis illuminatus ⁊ sanctus fuerit: tāto magis omnes maculas etiā minimas deprehendit: quod ōndi potest per tria exēpla. Primū est s3 Chrisostomū: qꝛ in loco pulchro ⁊ mūdo modice īmundicie statim apparēt. In loco autē imundo etiā magne imundicie nō multum apparent. Secundū prout ponit idē Chrisosto. qꝛ in veste alba modica macula stati videt̄. In veste autē nigra ēt magne macule paru3 videntur: ⁊ sepe non apparent. Tertium est qꝛ in aere radio solari perfuso minuti pulueris conspiciuntur. In aere vero non radiato non cōspiciuntur. Sed quia paru3 prodest maculas aspicere ⁊ cognoscere ⁊ eas nō lauare. Ideo signāter dicitur. Abijt ⁊ lauit. Tertiu3 signū ꝙ peccator sit illuminatus est quādo oīa clare videt ⁊ cognoscit. Et ideo in verbis predictis subditur. Et venit videns. Ista autem cognitio principaliter in duobus consistit: scilicet in cognoscendo deum ⁊ seipsum: quā cognitione3 desiderabat habere beatus Augustinus qui in li°. soliloquiorum orabat dicens. Deus fac vt semper nouerim te ⁊ me.

M

Sexagesima octaua species stultitie dicitur acceptionis. Si quis. n. in manu sua sponte acciperet ferrum candentem ⁊ ignitum: vel

ignem: aut in ardenti fornace se proiiceret stultus ab omnibus putaretur. Sed stultior est peccator qui se in ignem peccati sponte proijcit. Scriptum est enim Isa 9°. Succensa est quasi ignis impietas: et vepres ipsos ac spinas vorabit: idest peccatores. Unde subditur. Et erit populus quasi esca ignis. De peccatoribus etiam ipsis inquit. ps°. Exarserunt sicut ignis in spinis. Sexagesimanona dicitur transitionis. Stultus enim esset qui vellet transire ultra pontem subtilissimum et lubricosum cum onere magno in dorso: potens transire levis ac sine aliquo onere: vel qui crederet intrare sive transire per paruulum foramen posse cum corpore valde grosso ac pingui: vel cum corpore gravi et oneroso per spacium. 25. brachium in altum se elevare psaltando. Sed stultior est peccator qui oneratus peccatis gravissimis vult transire per pontem subtilissimum ac lubricosum presentis vite cum possit si vult levis transire ea deponendo per confessionem sicut hortatur dominus per prophetam. Isa. 52°. di. Solue vincula colli tui etc. Et eiusdem libri. c°. 58°. Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Vult etiam stultus peccator sive credit posse transire sive intrare per portam artissimam et angustissimam salutis. De qua inquit salvator Matth. septimo Intrare per angustam portam. Arta est enim via que ducit ad vitam: cum habeat corpus pinguissimum et grossissimum. De quo inquit ps°. Incrassatus est dilectus et recalcitrauit: incrassatus: dilatatus: impinguatus. Dereliquit deum factorem suum: et recessit a deo salutari suo. Item cum sit valde ponderosus diversis iniquitatibus que sicut onus grave gravate sunt super eum: secundum prophetam. ps°. 35°. tamen putat quod poterit ad celum psalere ac volare: atque dicere cum eodem propheta in morte. Quis dabit mihi pennas sicut columbe et volabo et requiescam. ps°. 54°. Septuagesima stulticie species dicitur preparationis. Stultus enim esset qui habens morari in aliqua via solum per spacium unius hore: vel per tantum temporis quo recipiat unam refectionem: vellet ibi edificare unum maximum palacium quasi nunquam alias esset habitaturus. Et tamen habens stare per mile annos in aliqua civitate nollet in ea sibi aliquod hospitium sive habitaculum preparare. Sed stultior est peccator qui cum habeat in hoc mundo stare per momentum temporis in comparatione ad eternitatem alterius seculi: tamen omne studium suum occupat in preparando sibi in hac valle miserie habitaculo: et ██ illa celesti patria in qua si bene vixerit in perpetuum habitabit nullum satagit dignum hospitium bonis operibus sibi fabricare. Immo edificat sibi palacium in civitate infernali per peccatum: et ad illam inhabitandam se preparat: iuxta illud Abacuch secundo. Veh qui edificatis civitatem in sanguinibus: et preparatis urbem in iniquitate. N

Ad predicta autem potest adduci exemplum quod legitur de quodam rege potente qui edificauit duas civitates: unam in montanis ad quam erat via stricta et lapidosa et tria certamina. Primum per desertum in abstinentia Secundum per rupes vestimentorum laceratione. Tertium vero per aquam macularum ablutione: sed vicens ista certamina optime recipiebatur in civitate ad omnia solatia et gaudia inennarabilia Secunda civitas in vallibus erat situata ad quam ducebat via delectabilis habens tria hospitia in primo optime recreabatur hospes: in secundo vestibus et honoribus exaltabatur: in tertio vero diuitijs et lapidibus preciosis ditabatur: sed cum ad civitatem veniebat in carcere imperatoris cruciabatur et postea occidebatur. Conspirantis autem duobus socijs quorum unus prudens et sapiens erat: et alter stultus: cum ad biuium venissent: statua in medio stans continebat utrarumque civitatum conditionem dirigens in viam rectam licet artam ad civitatem gaudij et honoris: et sapiens ait. Hec est via recta per quam incedere debemus. Fatuus autem ait. Non sed melior est plana et delectabilis in qua bene tractabimur. Prudens igitur propter societatem secutus est fatuum. Unde post breuem illius vie delectationem ad civitatem peruenientes: ambo capti sunt a iudice civitatis et ad suspendium ducti. Excusante autem se sapiente de fatuo quod propter societatem fuerat eum secutus. Respondit iudex. Tu cum sapiens sis sequi non debueras fatuum sed ipse te: et sic ambo suspensi sunt. Isti autem duo socij sunt spiritus et caro inuicem confederati. Spiritus est naturaliter sapiens: corpus fatuum: due civitates sunt regnum celorum et infernus: sed arta est via que ducit ██ regnum. In qua oportet pugnare per abstinentiam cibi et potus: per depositionem preciosarum vestium et purgationem peccatorum. Alia autem est lata et delectabilis in qua homo in principio optime recreatur: in medio ditatur et prope finem honoratur. Sed postquam ad civitatem peruenerit eternaliter cruciatur. Statua autem in biuio posita est sacra scriptura que dicitur statua a stando quia stabit firma in perpetuum: dicente domino Matth. 24°.

Celũ ⁊ terra trãſibũt: verba aũt mea nõ pteribũt: que quidẽ ſcriptura cõtinet cõditionez vtriuſqȝ ciuitatis: ⁊ viã perueniendi ad eas. Licet autem ſpirit⁹ cũ ſit naturaliter prudẽs cognoſcat ꝙ potius eſt eundũ per viam aſperã que ducit ad eternã felicitatẽ: tamẽ tanta amicitia eſt ↄfederatus carni ꝙ eius amore dementatus eam ſequit̃ ad eternũ interitũ. Multe quoqȝ alie ſunt ſpecies ſtultitie quas quidam philoſophi ſtoici deſcribebant in quodã arbore magno habente ramos ꝗ̃ plurimos: dicentes ꝙ ſinguli rami vnam ſpeciẽ ſtultitie cõtinebant: ⁊ quod vnuſquiſqȝ ad aliquẽ ipſoꝛuz ramoꝝ ſe appendit: ſed tamẽ nõ appellantur ſtulti niſi illi qui amplectuntur truncũ ipſius arboris vel ramos groſſiores. Sed de his ſpeciebus pro nunc breuitatis cauſa pertranſeo. Et ideo dicitur in comuni Prouerbio O quanti matti paſce el pane. De quolibet enim pctõre dici poteſt illud primi Regũ.25°. Stulticia eſt cuz eo: ⁊ ideo o homo audi quid dicat ſapiens Eccle.7°. Noli eſſe ſtultus ne moriaris i tempore nõ tuo. Ego autem dico vobis peccatores illud Judicum.19°. Ceſſate ab hac ſtultitia veſtra. Et illud pſalmi.93. Intelligite inſipiẽtes in populo: ⁊ ſtulti aliquãdo ſapite. O

Ndecima peccati malignitas dr̃ vulnerationis.ſ.anime ⁊ cõſcientie. Sicut eniz pla[illegible] nõ purgata opp̃mit corpus quotidiana moleſtia: ita peccatum cõſcientiã aſſidue pungit. Et ideo Auguſtinus in quodã ſermone ĩquit. Sicut mali cruciabuntur in die iudicij in manifeſto: ita nunc cruciantur in occulto. Et in ſermõe de innocentibus de peccato loquens iterũ ait. Lucruz in archa: damnũ in cõſcientia: ⁊ in primo confeſſionum etiã dicit. Juſſiſti dñe ⁊ ita eſt: vt omnis animus ĩoꝛdinatus ſit pena ſibijpſi. Et in li°. de vera innocentia inquit. Nulle ſunt grauiores cruces in vita iſta: ꝗ̃ mala cõſcientia. Ideo Iſa.57°. ſcriptũ eſt. Coꝛ impij quaſi mare feruẽs qđ quieſcere nõ poteſt. Eapropter Auguſtinus in quodã ſermone ait. Melioꝛ eſt modica amaritudo in faucibus: ꝗ̃ eternũ tormentũ in viſceribus. ⁊ Jere.2°. dicitur. Vide ꝗ̃ malum ⁊ amarum eſt te dereliquiſſe dominũ deuz tuuz. ⁊ Boe. 3°. de cõſo. proſa.7ª. inquit. Triſtes eſſe voluptatum exitus ſi quis reminiſci libidinũ ſuarum volet intelliget. ⁊ Eccleſia^s.2°. de peccatoꝛe dicit̃. Cũcti dies eius pleni ſunt doloribus ⁊ erumnis. Sicut enim mulier contra naturam pariens monſtrum valde contriſtatur: ita a foꝛtiori anima pariens pctm̃ contra naturã ⁊ gratiã neceſſario cruciatur: ⁊ ſicut viſio ipi⁹ mõſtri ↄtinue renouat triſtitiã mulieri que illud pepererit: ita recoꝛdatio peccati cõmiſſi nouo cruciatu affligit aĩam que illud perpetrauit. P

Duodecima peccati malignitas dr̃ priuationis. Priuat.n. aĩam omnibus virtutibus ac oĩbus bonis. Cum.n. vt inquit Plato in thimeo. Nihil ſit deo ſimilius: ꝗ̃ vir innocẽs. Hanc bonitatẽ predatur peccatũ: qđ facit hominẽ ſimilez diabolo per maliciã. Itẽ vulnerat aĩam plaga hoꝛribili de qua ſcriptũ eſt. Jere.30°. Inſanabilis eſt plaga tua. Et de hoc i figura habet̃ Luce.10°. de illo qui deſcendebat ab hieruſalẽ in hiericho: ⁊ ĩcidit in latrones: qui deſpoliauerunt eũ: ⁊ plagis impoſitis abierũt eo ſemiuiuo relicto: hieruſalẽ enĩ ĩterpretatur domus pacis: ⁊ ſignificat pacificã conſciam: hierico ĩterpretatur domus lune i. terribilitatis: ⁊ ſignificat peccati ſtultitiã: qꝛ ſtultus vt luna mutabitur. Eccle.16°. Ex qua figura patet ꝙ deſcendẽs ad peccata ab hoſtibus demonijs vulnerat̃: q euz etiã expoliant omnibus bonis: qꝛ per peccatũ homo ſpoliatur oĩbus meritis. Sicut enim remoto vel coꝛrupto pꝛioꝛi remouentur ⁊ coꝛrumpuntur oĩa poſterioꝛa. 8°. Phiſicoꝝ. Nã vt p experiẽtiã videtur remota vel coꝛrupta radice: remouent̃ ⁊ coꝛrũpunt̃ fructus ⁊c. Ita per peccatũ coꝛrupta vel remota charitate q̃ eſt radix oĩum virtutũ ⁊ meritoꝝ ſecundũ Grego. coꝛrũpuntur ⁊ remouentur omnes virtutes ⁊ merita: ⁊ ſicut moꝛs coꝛpoꝛalis priuat hoĩem omnibus bonis tempoꝛalib⁹ Job.27°. ita moꝛs ſpiritualis.ſ. peccati ſpoliat aĩaz omnibus bonis ſpiritualibus.i. virtutibus ⁊ meritis. ⁊ ideo dicitur. Eccleſia^s.9°. Qui offenderit i vno multa bona perdet. Omnis enĩ virtus detrimẽtũ patitur ab vno peccato: ⁊ qui offenderit in vno factus ẽ omniũ reus. c°. defleat. de. re. iur. ⁊ Jacobi.2°. c°. ⁊ Ezech.18°. ſcriptũ eſt. Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua ⁊ fecerit iniquitatem: oẽs iuſtitie eius quas fecerat non recoꝛdabunt̃. Item expoliant eum gratia dei: ⁊ priuãt ſpiritu ſctõ qui diſcedit ꝓpter peccatũ. Sapiẽtie p°. Spiritus ſanctus diſcipline effugiet fictũ: ⁊ auferet ſe a cogitationibus que ſunt ſine ĩtellectu. Peccatũ etiã priuat hoĩem aſpectu dei: iuxta illud pſalmi.5. vbi inqt deo propheta. Neqȝ habitabit iuxta te malign⁹: neqȝ permanebũt iniuſti ante oculos tuos. Priuat quoqȝ eũ vita eterna: quia impoſſibile eſt aliquẽ in celum aſcendere cum aliqua macula peccati. Scriptum eſt.n. Apoca. penultimo. Nihil coinquinatum intrabit in illud. Quapropter debes o peccatoꝛ ad penitentiam conuerti: ⁊ mundare animam tuam ab omni peccato. Beati

[illegible] mundo corde: quia ipsi deū videbūt. Mat thei quinto.

Q

Tertiadecima peccati malignitas dicitur offensionis. Scire enim debes o peccator quod peccando septem offendis. Primo enim grauissime offendis deū cuius voluntati cōtrauenis: et eius proditor ac rebellis efficeris. Que offensio preualet offensioni oium creaturarum simul: prout dicitur in c°. vergentis. de here. Ubi scriptū est. Grauius est eternam quam tēporalem ledere maiestatem. Et propterea inquit Anselmus. Forsitā paruū putas aliquod peccatum. O vtinam districtus iudex paruum existimaret peccatū tuū. Nonne omne peccatū deum per preuaricationem exhonorat. Deum autem exhonorare qui omni preualet dignitati quomodo paruū est: hec ille. Secundo ex peccato cōtristari dicitur et offendi totus paradisus: vtputa: omnes angeli et sancti. Sicut enim frater carnalis plangit mortem fratris vel sororis: sic omnes angeli et sancti dicuntur spiritualiter plangere mortem spiritualem peccantis: iuxta illud Jere. 33°. Angeli pacis amare flebant. In hoc etiam dānificari dicuntur quia priuantur premio accidentali quod eis accreuisset ex salute illius si non peccasset. Tāto enim maior erit consolatio accidentalis omnium beatorū: quanto maior erit numerus electorū ex mutuo consortio et amicitia. Tertio grauiter offendit proximus per peccatum quem peccans suo malo exemplo et consilio sepius ducit ad infernū. Unde Augu. in libro de pastoribus inquit. Omnis qui male viuit quantū in ipso est omnes a quibus attēditur letaliter occidit. Quarto seipsum grauiter offendit peccans: quia cum peccato quasi cū quodam gladio se spiritualiter occidit. Scriptum est enim. Ezechiel. 18°. Anima que peccauerit ipsa morietur: Et psalmista propter hoc inquit. Qui diligit iniquitatē odit animā suam. Et de seipso iterū ait. Peccatū meū contra me est semper. Et ideo si crudelis est qui se corporaliter interemit: multo crudelior est qui animā suam occidit. Quinto grauiter offenditur totū purgatorium: pro eo quod tales peccantes eos sic efficaciter iuuare non possunt suis orationibus et elemosynis sicut fecissent si in gratia stetissent. Sexto grauiter offendit infernus: quia si talis per peccatum damnatur augetur accidentaliter pena omniū damnatorum secundum Augustinū. in c°. multi. in fine. 2ª. q. pª. Et ob hanc causam diues damnatus rogabat Abraham vt Lazarum mitteret ad monendos suos fratres viuentes ne et ipsi irent ad illum locū tormentorū. Luce. 16°. Non enim hoc dicebat ex charitate qua priuatus erat: sed ne sibi accresceret accidentalis pena si dānarentur. Septimo grauiter offendit totus mundus idest omnes creature tam rationales quam irrationales. Et ratio est secundum Gregorium quod sicut offensio capite offendūtur omnia mēbra sic offenso creatore ex peccato intelligitur offensa omnis creatura. Et ideo peccator in morte sua habebit oēs angelos et sanctos: et oēs creaturas contra se clamantes: iuxta illud Sapientie. 5°. Pugnabit pro illo scilicet deo orbis terrarum cōtra insensatos. Et ibidem dicitur de ipso deo. Armabit omnē creaturā ad vltionē inimicorum.

R

O Maledictum peccatū tu es illud quod trāsgrederis preceptum celestis imperatoris dicēte Ambrosio. Peccatum est preuaricatio legis diuine: et celestiū inobedientia mandatorū. Et ideo abhominabile es non solum celestibus sed etiam omnibus inferioribus creaturis. Nam cum omnis creatura habeat speciem modum et ordinem: vt oia predicta contaminas: dicēte Augustino in libro de natura boni. Peccatum est corruptio speciei modi et ordinis. Et ideo merito ab omnibus impugnaberis.

S

T Ertio vocat predicatione: iuxta illud psalmi 147. Emittet verbū suū: ⁊ liquefaciet ea: flabit spiritus eius ⁊ fluent aque. Predicatores enī sunt nuncij ⁊ apostoli dei: quos mittit deus vt per verbum predicationis faciant peccatores plangere peccata sua: ⁊ venire ad nuptias eterni regis prius anima purificata per penitentiā. Et hoc est quod in figura scriptum est. Luce. 14°. qr quidam homo fecit cenam magnam: ⁊ misit seruos suos hora cene. dicere inuitatis: vt venirent quia parata sunt omnia. In ista autem cena debet peccator ponere tria fercula scilicet contritionem confessionem ⁊ satisfactionem: que sunt partes penitentie. De quibus habetur in. c°. perfecta. de peni. di. 3°. Deus autē ponit tria alia scilicet, remissionē culpe: collationem gratie: ⁊ promissionē glorie. Et propter hoc inquit Apoca. 3°. Si quis mihi aperuerit intrabo ad illum: ⁊ cenabo cū eo ⁊ ipse mecum: scilicet ad scotum: vt ipse ponat de suo si vult comedere de meo: iuxta illud quod notant doctores in. c° quoniam simoniaca. extra de simo. maxime. Hostiē. ⁊ Ber. s. Porta tecū si vis viuere mecū. O

Q Uarto vocat deus peccatores ad penitentiam beneficiorum collatione: vnde inqt Augustinus in libro d verbis domini sermone. 3°. O magna bonitas dei: cui cū p pditione reddere debeamus obsequia: vtpote serui domino: mancipia redemptori: famuli deo: amicitiarum premia nobis repromittit: vt a nobis obsequia debite seruitutis extorqueat: vt quos nole seruire conspicit sponte beneficiorum suorū possit promissionibus inuitare. Omnia igitur bona que habes: cōtinue in auribus tuis mentalibus clamare debent vt diligas deū ⁊ ei seruias: vnde Gregorius in quadā omelia inquit. Tanto ergo esse humilior atqꝫ ad seruiendū deo promptior quisqꝫ debet ex munere: quanto obligatiorem se esse conspicit in reddenda ratione. P

Q Uinto vocat percussione postqꝫ enim dulcibus verbis inuitauit peccatores ad penitentiā clamans illud qd scriptum est Johelis. 2°. Cōuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio ⁊ fletu ac planctu: ⁊ scindite corda vestra: ⁊ nō vestimenta vestra: ⁊ Jere. 31°. dicit anime peccatrici Reuertere retro virgo israel: vsqꝫ quo diuitijs dissolueris? Uidens illos obstinatos in peccatis nolle ad eum blanditijs reuerti: eos flagellis ⁊ percussionibus astringit. Sicut bonus pastor qui postqꝫ ouem suam sepe vocauit: videns eam per deuia currentem: cum baculo veniens ad semitā ducit. Ideo de hac vocatione inquit Dauid. ps°. 15°. Multiplicate sunt infirmitates eorū: postea accelerauerūt. s. ad penitētiā. Q

Secūda vos inuitans ad penitentiam est an
geli: vnde sciēdū est. ꝙ illi qui bene agūt ⁊ fa
ciunt penitētiā sunt milites Christi. Ideo dicebat
Paulus. 2ª. ad Thimo. 2°. Labora vt bonꝰ mi/
les Jesu christi. Peccatores autem sunt milites
diaboli iuxta illud. Sapiētie. 2°. Inuidia diaboli
mors intrauit in orbem terrarū. Imitanť autem
illum qui sunt ex parte illius. Quādo autē quis
de peccato ad penitentiā se cōuertit: idē est ac si de
diaboli grege ad Christi exercitum confugeret: ⁊
diuine militie ascriberet. Quo fit vt angeli vidē/
tes diabolicū exercitum per penitētiā peccatorū di
minui atqꝫ debilitari: ⁊ dei militiā augeri atqꝫ ro/
borari tanq̄ꝫ optimi milites plurimum letanť de
multiplicato iperatoris sui exercitu: ⁊ diminuto
hostiū suorū grege: quia peccatores qui erant mē
bra diaboli: iuxta illud Joānis. 8°. Uos ex patre
diabolo estis. ⁊ in. c°. nullus. 38ª. dist. dicit. Qui
rebelliter viuit diaboli mēbrū esse ostendit. Per
penitentiā efficiūt mēbra Christi: ⁊ socij angelo/
rū. Item letantur angeli de conuersione peccato/
rum: vt inquit Aug. in libro soliloquiorū. Quan
do vident animam nostrā cuius curā habēt: spre
[illegible] diabolica suggestione ad penitentiā ꝯuerti: qa
eis crescit premiū accidētale de multiplicato nu
mero beatorū: ⁊ maxime illorum qui suis exhorta
tionibus ad penitentiā cōuersi sunt. Quelibet enī
anima habet angelum ad sui custodiam deputa
tum: vt inquit Hieronymus super Mattheum
18°. c°. Tertio gaudent angeli quia vident de pec
catoribus conuersis angelicam ruinam repara
ri: iuxta illud Prophete. ps°. 109°. Judicabit in
nationibus implebit ruinas. Propterea inquit
saluator. Luce. 15°. Gaudium est angelis super
vno peccatore penitentiā agente. Ex quo appa
ret q̄ꝫ sit preciosa penitētia peccatoris de qua an
geli faciunt tantum festum. Nō enim dicuntur
gaudere de tam gloriosa dei visione: de qua dicit
pª. Petri. p°. In quem desiderant angeli ꝓspice
[illegible] nec de sua tam iocunda iubilatione: de qua in
quit ipse dominus Job. 38°. Cum me laudarent
astra matutina: ⁊ iubilarent omnes filij dei nec d
sua [illegible] dulci epulatione. De qua inquit angelus
Raphael Tobie. 12°. Ego cibo inuisibili ⁊ potu
qui ab hominibus videri non potest vtor. Sed
commemorantur gaudere de peccatoris conuer/
sione. Non solum autē gaudent ⁊ exultant om/
nes angeli ⁊ sancti ⁊ tota curia celēstis: sed etiam
tota trinitas scilicet pater ⁊ filius ⁊ spiritus san/
ctus: ⁊ ꝑmo deus pater. Multū enī gaudet rex
terrenus quando filius ei concipitur: sicut letatꝰ
est Abraham quando vxor eius sarra cōcepit fi/
li Isaac Geñ. 21°. Item multum gaudet quan
do sibi filius nascitur: sicut gauisi sunt Zachari
as ⁊ Helisabeth in ortu precursoris Joānis. p°.
Multum etiam gaudet quando filius ablacta/
tur: vnde Abraham fecit magnum conuiuium
in ablactiōe Isaac filij sui. Geñ. 21°. Multū qꝫ
gaudet qñ grādis effectꝰ ad mensā suā recipitur.
Pater igiť celestis de filio sibi spiritualiter, conce
pto: nato: ablactato: ⁊ ad mēsā recepto multū
gaudet. Cōceptio aūt attēdiť in ꝯtrictiōe: siue in
boni ꝓpositi ꝯceptione: natiuitas vero in ꝯfessiōe
vel bonorū operū ostēsione. Et ita intelligitur illud
Isa. 26°. A facie tua concepimus ⁊ parturiuimus
spiritum salutis. Sed de multis dici potest illud
Isa. 37°. Uenerūt filij vsqꝫ ad partū: ⁊ virtꝰ part
endi nō est. Ablactatio aūt attēdiť in vite perfe/
ctione qñ. s. hō in tantū in virtutibꝰ proficit ꝙ iā
non indiget lacte paruulorꝫ sed cibo solido perfe/
ctorꝫ. De quo dr ad Hebre. 5°. Perfectorū est so
lidus cibꝰ. Ad mēsā vero receptio attenditur in
celesti refectione: iuxta illud Luce. 22°. Ut edatis
⁊ bibatis super mēsā meā in regno meo. Scdo d
ꝯuersiōe pctōris gaudet filius triplici de cā. Pri
mo qa ex hoc videt effectū sue passiōis. Et hoc no
tať in pabola de oue pdita ⁊ iuēta. Luce. 15°. De
qua Greg. ait. Una ouis perijt qñ hō peccādo vi
te pascua dereliqt. In humero aūt suo eā xp̄s po/
suit qa pctā nr̄a i corpe suo ipse portauit. Secū/
do gaudet qa in pctōre ꝯuerso videt reformatio
nē sue imaginis. Et hoc notať in parabola d dra
gma pdita ⁊ iuēta Luce. 15°. In q̄ dragma ima
go regis refulget. Decē. n. dragme sūt nouē ordies
angelorꝫ: ⁊ decimꝰ hoīuꝫ: q ad dei imaginē sūt crea/
ti. Sed dcima dragma pdita fuit qñ hō peccauit
sed xp̄s eā q̄siuit ⁊ suā imaginē reparauit. Tertiō
gaudet ex eo ꝙ videt resuscitationē sui frīs. Qd
notať in parabola de filio ꝓdigo. Lu. 15°. de q dr
Epulari ⁊ gaudere oportebat: quia frater tuꝰ pe/
rierat ⁊ reuixit. Tertio principaliter de conuersio
ne peccatoris gaudet spiritꝰ scūs triplici d causa.
Primo quia recuperat templū suū quod debet
inhabitare: iuxta illud pª. ad Corint. 3°. Nescitis
qa tēplū dei estis: ⁊ sp̄s dei habitat in vobis. Uitaꝫ
aūt nō posset nisi priꝰ malignꝰ ꝯcederet: iuxta illd
2ª. ad Cor.. 6°. Que autē cōuētio xp̄i ad belial.
Quis aūt ꝯsēsus tēplo dei cū idolo. Secūdo gau
det qa recuperat mēbrū suū quod debet viuifica
re: iuxta illud. pª. ad. Cor. 6°. An nescitis quoniā
mēbra vr̄a templū sūt spiritus sācti: qui in vobis
est: quē habetis a deo: ⁊ nō estis vestri. Uidemus
aūt ꝙ membrū precisum vel putridum: vel para
lyticum non viuificatur a spiritu humano. Et ē

de modo nec peccato: a spiritu diuino: tuz qa di/ missus est ab eo: iuxta illud Isa. 59°. Iniquitates vestre diuiserut inter vos et deum. Et p°. ad Corinthi. 6°. Omne peccatuz extra corpus est. s. mi/ sticu: q: facit peccante no esse de corpore ecclesie qd viuificat spiritu sancto: tu q: putrefactus est in peccato: iuxta illud Johelis p°. Computruerunt iumenta in stercore suo: tu quia paralyticus est ex motu inordinato. No enim habet sensum amo/ ris. De quo di Sapiente p°. Sentite de dno i bo/ nitate: nec habet motu ordinatuz boni operis: sed inordinatu operis mali: iuxta illd psalmiste. Tur/ bati sunt et moti sunt sicut ebrius. Tertio gaudet q: recuperat vas suu quod debet implere. Opor/ tet aut q istud vas sit vacuuz ab amore mudi si debet impleri amore dei. Unde Aug. super Joane inquit. Vas es: si plenus es: funde qd habes vt re cipias qd no habes: funde amorez seculi: vt im/ plearis amore dei. Et hoc signatu est quarti Re/ gu. 4°. In Heliseo qui vacua vasa fecit impleri. De isto aut festo et gaudio qd facit deus: ingt Ori genes super libru Numeri. Habet sua festa deus. Est eniz magna festiuitas salus humana: puta per singulos fideles qui couertutur ad deu: et in fide proficiut. Festiuitas orit quado letificat eum im pudicus si fit cast9: et iniustus quado iustitia que rit. R

SEd notadu q ingt saluator Luce. 15°. Gau du erit in celo super vno peccatore peniteti am agete: magis q supra nonagintanouem iu/ stis: qui no indigent penitetia. Et ideo querit nu quid deus magis gaudeat de peccatore penitete q de iusto semper bene operante: et similiter ange li. Et prio videt q sic: per dicta verba. Item qa ibidem dicit: q filius senior per que significat iu stus bon9 laborator ecclesie non tm gaudiu fecit patri sicut iunior penites. Ad hanc aut questio/ nem respodere possumus: q aut loqmur de iu/ stis tepidis: aut de feruentib9. Si primo modo. Veruz est qd supra dicit. Et super hoc ponit Gre gori9 duo exepla dicens. Maius de peccatore couerso: q de stante iusto gaudiu fit in celo: q: et dux in prelio plus illu milite diligit qui post fuga reuersus hostem fortiter premit: q illu qui nuq terga vertit: et nuq aliqd fortiter fecit. Sic agri cola illam terra magis amat que post spinas vbe res fruges profert: q eam que nuqz spinas ha/ buit: sed nuq fertilem messem producit. De hoc etiam sic dicit Aug. in libro contra Faustu. Agri/ cole plus placet agri qui spinis magnis eradica/ tis centesimu fructu proferunt: q qui nullas spi nas vnq habuerunt et vix ad trigesimu peruene/ runt. Dico igitur q frequenti9 accidit: q illi qui surgut de maximis peccatis per penitetiaz: postea comparato et acqsito habitu opposito fiut feruen tiores in virtutib9 et diuino amore: q illi qui de paruis aut nullis surrexerut: sed semper steterut. sicut patet naturaliter i ferro frigido et duro. Na quato materia et substantia est magis frigida: et contraria igni: si igne accedit et ignitur: tato calidi or et feruetior efficit et calorem diuti9 conseruat. Ferru naqz ignitum ferventi9 est ligno. Et eodez modo sepe fit de peccatore couerso et charitate i/ censo: sicut accidit in Magdalena: et multis ali/ is. Si aut loquamur de iustis feruentib9: dico q datis parib9 deus plus amat iustu nunq caden tem: q peccatore penitetem: et maius gaudiu est in celo d innocentia iusti feruentis coseruata: q de peccatoris penitetia. Nullus eniz peccator est de cui9 conuersione tantu gaudeat deus et ange/ li in celo: quantu de innocetia beate virginis que nunq cecidit: vel de Joane baptista: qui sanctifi/ cat9 in vtero fuit. Ceteris ergo parib9 feruentior plus diligit a deo. Posset aut penitens esse tam feruens in dilectione et in operib9 virtuosis q ex/ cederet nonagintanoue iustos qui nunq cecide runt. Et de talib9 loquit saluator. Possumus qqz distinguere inter affectu et effectum. Nam melio ri maior tribuendus est effectus: scdm Bernar/ dum: sed magis indigenti maior tribui solet af fectus. Uidemus enim q si aliqua mater habeat decem filios: si vnus infirmatur et postea sanatur maius gaudiu ostendit de sanitate istius recupa ta: q de sanitate in aliis coseruata. Super hoc et Augustin9 in libro cofessionum ponit tria exem pla dicens. Triuphat imperator et vincit: sed nisi pugnasset non vicisset: et quanto maius periculu fuerit in prelio: tanto maius est gaudiu in trium pho. Jactat tempestas nauigantes: minatur qz naufragium: omnes futura morte pallescut: tran quillat celuz et mare: et exultant nimis qui timue rut nimis. Charus aliquis infirmat: omnes ani mo egrotant cum eo: postq xo conualuerit: fit ei et omnibus tale gaudium recte: quale ante non fuerat: hec ille. Notandum est etiam q ingt eua gelium hoc gaudium fieri non de peccatore peni/ tentiam cogitante: que est penitentia procrastina tium: contra illd Prouerbiorum. 3°. Ne dicas amico: idest Christo: vade: et cras dabo tibi: cum statim possis dare. Nec etiam dicit, Penitetiaz docente: que est penitentia verbosoz predicatoru: iuxta illd Math. 23°. Dicut eni et no faciut. Et Nec dixit. Penitetiam ostedete sicut hypocrite et simulatores. De qb9 saluator ait Matth. 7°.

Veniūt ad vos in vestimētis oviū. ec. Sed dixit. Penitētiā agēte que est penitētia devotoꝝ. De q̄bus dī Luce. 3°. Facite dignos fruct⁹ pnie. Tūc aūt fiūt digni fruct⁹ pnie: qñ servat̄ illud Deute. 25°. Pro mēsura delicti erit & plagarū modus. Quia eni pctm̄ mortale cōmissuꝫ est grauissimū ideo grauis & amara dꝫ esse pnia: qꝛ meli⁹ curat pctā q̄ levis: qđ oñdit Chriso. sup Mat. per tria exēpla dicēs: q̄ medicina aspa melius curat malos humores: q̄ levis: & rostrū ferreuꝫ meli⁹ eradicat malas herbas q̄ ligneū: & malos nodos lapidum melius prescindit maleus ferreus: q̄ plūbeus. RR

Tertia vox ad pniam invitās est paradisi. Ex cui⁹ ꝯsideratione debēt pctóres spretis oib⁹ mūdi voluptatibus ad dnm̄ ꝯuerti. Ut eni inqt Grego. in quadā omelia. Oia mūdi bona vilissima sunt in cōparatione supnoꝝ. Quarta vox dī stimuli: scilicet ꝯscie que cōtinue remordet aiam pctōris: vt ad pniam cōuertat̄. Unde Hiero. in quodā s̄mone inqt. Cum de pctis habet̄ cōscientia: torquēt hoiem & corrodūt: vt genimina viparuꝫ matrē suā: hec ille. Naꝫ vipe filijs in vtero positis: lacerata perimit̄. Et ita nos pungūt pctā nr̄a ad pniam incitantia & lacerāt: nisi penitētiā egerimus: ad eternā dānationem ꝯducētes. S

Quinta vox est mūdi. Ait eni Bernar. ī quodā sermone. Bona que facere negligim⁹ nobis deus ab alijs fieri demonstrat: vt qui p̄ceptis nō attēdimus saltē exēplis incitemur atqꝫ in appetitu rectitudis: nihil sibi mens ipsa difficile existimet qđ pfecte ab alijs fieri videt: hec ille. Exēplo igit̄ totius mūdi ad pniam inducimur. Uidemus eniꝫ s̄m sniam Salomonis Eccl'. p°. Qđ oīa flumina ad vnū locū vnde veniūt revertunt̄. Similiter aqua quāto cadēdo dscēdit: tāto ex pte opposita ascendit: vt iuxta mēsuraꝫ casus: sit mēsura ascensus. Sol etsi in occasum tēdit ad oriētē tn̄ mox redit. Sic homo in occasu: idest in peccato remanere nō debet: sed ad oriētē gr̄e debet festinare. TT

Ignis quātūcūqꝫ premat̄ ad ima: tn̄ semp se erigit ad supprema. Arbor vento agitata aut aliter depssa: se postea adhuc erigit. Avis in rete ꝯclusa: statim exire laborat. Ex qbus oībus colligere possumus: q̄ si aīa in manibus diaboli illaqueata liberari per penitētiam nō curat: est bestijs peior: & insensibilibus creaturis vilior. V

Sexta vox invitās ad penitētiam dicitur vox viri. Pmo peregrināntis & cursoris: qui attēdūnt lōgitudinem vie & asperitatem: & tēpus ad itinerandum valde breue. Et ideo mane surgūt ante lucem: & festināt q̄ citius ad locum ad quem pergūt pervenire: eo q̄ bono hospitio semper caret & cena qui ad illud accedit tarda hora. Et ita peccator qui est viator tendēs ad patriaꝫ supernaꝫ: nō debet morari in peccato: sed statim surgere per penitētiam: & incedere per viā virtutum: vt in illo verificetur illud psalmiste. Ibunt de virtute in virtutem. Uidebitur deus deoruꝫ in sion. X

Item vox viri agricole ad penitētiam invitat. Quis enim est agricola cui si fuerint vno anno fructus avulsi: agrum dserat & eum amplius non excolat? Sepe accidit q̄ arbor casu impedita vno anno fructus nō affert: sed in sequēti duplicatos reportat. Sic & homo aliquādo resurgēdo a peccatis: in plures & meliores fructus virtutū resurget: vox etiam viri bellātis ad penitentiaꝫ inducit. Quis enim princeps semel devictus arma mox abijcit? Uera est enim illa sētētia quā ponit Cato in suis documētis. c°. 3°. Victorē a victo superari sepe videmus: & Ovidius li°. p°. sine titulo. Mars dubius: nec certa venus: victiqꝫ resurgūt. Quosqꝫ neges vnq̄ posse iacere cadunt. Ideo dī in vulgari proverbio. Chi la dura si la vince. Octavianus eni imperator sepe devictus: nunq̄ arma proiecit: sed semp post casum resurgere studuit. Unde in fine totū mūduꝫ suo imperio subiugauit. Quis in terrā cadit: & non statim resurgere molit̄? Resurgam⁹ ergo & nos a casu pctī per penitētiam. Y

Septima vox invitās peccatores ad cōuersionē est ignis inferni. Cogitare enim debent peccatores q̄ si nō fecerint in p̄senti penitētiā: in profundo postea inferni plāgent sua peccata sine fructu: iuxta illud Sap. 5°. Penitentiā agētes & pre angustia spūs gemētes. Unde Aug. in li°. de fide ad Petrū ait. Qui in hoc seculo penitētiam nō fecerit: habebit illā in futuro seculo: sed indulgētiā in cōspectu dei sibi nō inveniet. Etsi eni erit ibi stimulus penitudīs: nulla tn̄ ibi erit correctio volūtatis. A talib⁹ nāqꝫ ita culpabit̄ iniqtas sua vt nullatenus possit vel diligi: vel desiderari iustitia. Uolūtas eni eoꝝ ita erit & talis vt habeat in se semp malignitatis sue suppliciū: & nunq̄ tn̄ possit recipe bonitatis affectuꝫ. Capp dī in. §. Quis. de pe. di. 7°. Studeat ergo qsqꝫ sic delicta sua corrigere: vt post mortē nō oporteat eū penā tollerare. Clamat etiam quisqꝫ dānatus in illo igne terribili & dicit cuilibet peccatori illud Ecclesia. 38°. Memēto iudicij mei: sic enim erit & tuū. Apphēdite ergo o peccatores medicinā pnie sine qua saluari nō potestis. Figurat̄ enim penitētia p ar-

cos hoc vt dicunt doctores: quia illi qui in eam intrauerunt fuerunt saluati. Et e contrario. Illi qui in eam non intrauerunt fuerunt submersi. In hoc tamen differt illa archa ab ista secundum Chrisostomum in l°. de laudibus Pauli. Quia in illam archam lupus intrauit et lupus exiuit. Coruus intrauit et coruus exiuit. Homines intrauerunt: et homines exierunt. Unde illa archa nec lupo potuit auferre suam rapacitatem: nec leoni suam ferocitatem: nec coruo suam voracitatem: nec hominibus suam humanitatem. Sed quicunque intrat in hanc archam penitentie secundum eundem Chrisostomum si erat lupus mutatur in agnum: quia si erat raptor vel auarus dimittit rapinam et induit innocentiam: quia nulli nocet sed omnibus prodest. Si erat leo idest superbus mutatur in ouem: quia efficitur mansuetus per humilitatem. Si erat coruus appetens carnes idest carnales voluptates mutatur in columbam et appetit grana pura idest spirituales refectiones. Si instar corui differebat suam conuersionem per cras instinando. Iuxta illud Sopho. 2°. Vox cantantis in fenestra coruus in super liminari: modo facit eam gemitibus ad deum clamando: iuxta illud Isa. 59°. Quasi columbe meditantes gememus: vnde Aug. ait. Ista res est que multos occidit: dum dicunt se per cras et cras: et clauditur ostium et manent foris cum voce coruina: quia noluerunt habere gemitum columbinum. Item homines secundum eundem Chrisostomum in ista archa penitentie mutantur in angelos. Angeli enim ex natura habent excellentem puritatem: et isti puritatem mentis et corporis seruantes habent per gratiam quod habent angeli per naturam. Sciendum quoque quod penitentia dicitur nauis quadruplici ratione Primo ratione materie. Nauis enim construitur ex tabulis cum clauis firmatis et bitumine linitis. Et similiter nauis hec spiritualis penitentie tribus tabulis principalibus construitur scilicet contritione: confessione et satisfactione. Clauus autem est timor domini super illud ps°. Confige timore tuo carnes meas. Nisi enim penitens isto clauo firmetur: nauis penitentie cito dissoluetur: iuxta illud Eccle. 27°. Si non in timore domini tenueris te instanter: cito subuertetur domus tua. Bitumen vero est charitas que animam coniungit deo: cordi suo et proximo. Qui enim non habet vinculum charitatis est diuisus a deo: a corde suo et a proximo: sed charitas ista omnia coniungit: iuxta illud ad Collo. 3°. Super omnia habete charitatem que est vinculum perfectionis. Secundo dicitur nauis ratione forme. Nauis enim in principio et in fine est stricta: et in medio lata: est etiam superius aperta et inferius clausa. Penitentia enim in principio conuersionis videtur esse angusta propter experientiam et temptationum frequentiam iuxta illud Eccle. 2°. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia et timore: et prepara animam tuam ad temptationes. In fine similiter dicitur stricta propter districtam rationem reddendam: iuxta illud 2°. ad Corin. 5°. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque prout gessit siue bonum siue malum. In medio autem est lata propter charitatem diffusam: iuxta illud ad Roma. 5°. Charitas dei diffusa est in cordibus vestris. etc. et ps°. ait. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Debet etiam penitens habere cor apertum a superiori vt diligat celestia: et clausum ab inferiori: vt non amet terrena. Et ideo cor hominis superius est latum: et inferius strictum ad innuendum quod debet esse latum ad superiora: et strictum ad inferiora. Sed multi dicere possunt illud Trenorum. p°. Submersum est cor meum in memetipso. Tertio dicitur nauis ratione finis. Nauis enim propter istum finem [illegible] vt hominem per pelagus ad portum deducat. Et similiter penitentia data est homini vt per pelagus mundi ad portum paradisi ipsa deducente perueniat. Cum enim deus primum hominem creasset atque eum in naui innocentie posuisset: fracta ab ipso homine naui innocentie: deus illi prouidit de alia naui scilicet penitentie: vt quicunque in eam ascenderit ad portum salutis pertingat. Et quicunque extra ipsam inuentus fuerit ab vndis infernalibus absorbetur. Sicut autem homo in naui existens: dormiendo: comedendo: et quiescendo semper vadit ad portum: sic et verus penitens et dormiendo et quicquid aliud agendo, vadit ad celum. Nam secundum Gregorium somnus sanctorum non vacat a merito. Ideo enim dormiunt vt ad laudandum deum fortius assurgant. Imo et ipsa sanctorum somnia aliquando sunt meritoria iuxta illud ps°. Reliquie cogitationum diem festum agent tibi. Reliquie enim cogitationum sunt somnia que viris sanctis accidunt ex bonis meditationibus quas vigilando habuerunt: que deo faciunt magnum festum Similiter comedendo vadunt in celum. Ideo enim gestiunt vt fortiores sint ad seruiendum deo et bene operandum: iuxta illud p°. ad Cor. x°. Siue manducatis siue bibitis omnia in gloriam dei facite. Similiter quiescendo vadunt in celum. Ideo enim quiescunt vt fortiores sint ad laborandum. Sicut enim mali vtuntur sua fortitudine ad malum: iuxta illud Isa. 5°. Veh qui potentes estis ad bibendum vinum: et viri fortes ad miscendam ebrietatem: sic et boni ad ea vtuntur ad bonum. Et ideo dicebat ps°. deo. Fortitudinem meam ad te custodiam. Quarto dicitur nauis ratione regiminis. Nauem enim regit naucleros a posteriori. Pars autem posterior

hois est mors. Naucler9 g°.i. meditatio mortis clamat ad auaros ne amēt diuitias: quia nō portabūt inde nisi vnum vilissimū saccū iuxta illud Job 16°. Saccum consui super cutem meā: clamat ad voluptuosos vt dimittant delitias: quia eorum caro cito erit cibus vermium: iuxta illud Job.21°. Simul in puluere dormient et operient eos vermes. Clamat etiam ad superbos vt dimittant ambitiones suas: quia illi qui volunt eleuari super alios per elationē: cito bestie super eos ascēdēt per conculcationē: iuxta illō Eccle.x°. Cū morief homo hereditabit serpentes et bestias ac vermes.

¶ Pars tertia huius sermonis de immensa fructificatione pñie. Z

Septem inter alias consequitur vtilitates qui pñiam facit. Prima dicif meritationis. Homo eni existēs [illegible] peccato mortali nō potest mereri vitam eternam quia cū gratia dei sit radix omnium meritorum: deficiente ipsa radice in anima deficiet fructus: per illam regulam que habetur in.2°. Phisico. et in c°. cū infirmitas. de pe. et re. cessante causa cessat effectus. Et ideo dicit beatus Tho. in.4° di.14ª. ar°.3°.q.2ª. q̄ illa opera dicuntur proprie mortua q̄ fiunt in peccato mortali. Qui ergo vult facere opera viua: oportet q̄ prius destruat peccatum per penitentiam: quia vt dicitur.2°. Phisic. Non potest introduci forma noua: nisi prius destruatur antiqua. Unde inquit Augustinus in libro de penitētia. Nemo sue voluntatis arbiter cōstitutus potest nouam vitam inchoare nisi eū veteris vite peniteat. Et ideo dico vobis o peccatores: vt possitis in omnibus operibus vestris mereri: seruate illud apostoli ad Roma.13°. Abijciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. A

Secunda vtilitas penitētie dicitur restitutionis vt eni dicunt Theologi in.4°. di.14ª. statim q̄ peccator conuertitur ad penitentiam: deus restituit omnia merita bonorum operū que fecerat ante peccatum mortale. Ideo glosa super illō. Isa.52°. Solue vincula colli tui. et c. inquit. Ut graui onere liberata recipias ornamēta pristina. Ea propter Augustinus in libro. de pñia ait. Pñia est res optima: omnē defectū reuocās ad perfectū et ratio est qa accessoriū suū debet seq pricipale. c° accessoriū. de re. iu. li°.6°. et l. cum pncipalis. ff. de re. iu. Cū igitur per pñiā recipiat hō grām dei q̄ est causa omnium meritorum vt.s. Sequif q̄ etiā merita debent illi rest. tui: facit ad hoc quod dicit glosa. in. l. ex his. ff. de legi. et in. l. seru9 effectus. ff. de acti. et obli. l. q̄ mortuo q resuscitaf ad vitā sit restitutio oīū bonoꝝ suorū q̄ prius habuerat. Cū ergo per pñiā hō restituaf ad vitā spiritualē qui prius mortu9 erat per peccatū: restituta ei vita et grā: debēt restitui et merita et alia bona: et signū hui9 inqt saluator. Luce.15°. q̄ filio prodigo ad prem reuerso: pcepit pris suis pr dicens. Cito pferte illū stolā pmā: idest grām et merita. B

Tertia vtilitas dicitur delectationis. Est em penitētia miro mō aie delectatiua. Cū.n. sm theologos aīa nr̄a de sui natura non possit stare sine aliq delectatione in hac vita: et agēs pñiam priuef oī gaudio tpali: carnali et mundiali. Sequif ipsā repleri gaudio spūali: vn̄ Greg.xi°. Moral. inquit. Spūs deficit: vbi caro regescit: vt.n. caro mollib9 sic aīa asperis nutrif. Illā blādā refouēt: hanc aspera exercēt. Illa delectationib9 pascif: hec amaritudib9 vegetaf. Et sicut carnē dura sauciāt: sic mollia spiritū necāt. Et sicut illā laboriosa interimūt: sic istā delectabilia extīgūt. Et idē in.31°. Moral. ait. Quo plus caro pmif eo ō celesti spe aius securi9 letaf. Tāto.n. meli9 mēs ad supna appetēda ponif qnto ab illicitis corp9 artius edomaf: hec ille. Est igif pñia sicut hort9 oīb9 delitijs plen9 et arborib9 delectabilib9 cōsit9 rosis: et florib9 ornatus: sz foris pūgētib9 spinis sept9. Nā pñia videf exteri9 spinis plena: et viris mūdanis videf amara: sed intus aīa ē dulcissima: et aqs grāꝝ irrigua: et magnis ꝯsolationib9 plena. Assimilaf et pñia amigdale que hz radicē amarā: et fructū dulcē. Sic.n. pñia in pncipio hz amaritudinē doloris: et in fine dulcedinē grē et vtutis. Jō in psona penitētiū inquit. Ber. in qdā smone. Multi vident cruces nr̄as sed non vident vnctiones. C

Quarta vtilitas dr pacificatiōis: hō.n. i pctō existēs est in multiplici bello: nec hz pacem aut requiē cū deo vel pximo: nec cum seipso. Scom ppham.n. Isa.56°. Nō est pax impijs: vn̄ Aug ingt. in.c°. parat9.23ª.q.pª. Nihil est ifelici9 ifelicitate peccātiū q̄ penalis nutrif ipunitas: et mala voluntas velut interior hostis roboraf. E cōuo faciēs pñiā acqrit pacē mltiplicē maxie ꝯscie sue: q quāte sit ꝯsolatōis hēf Eccli.30.c°. vbi dr. Nō ē ꝯsolatō .s. cordis gaudiū. Jdeo i natiuitate dn̄i canebāt angeli illō Luc.2°. Glia i excelsis deo: et i tra pax hoīb9 bone volūtatis. Dauid q̄z q de adulterio Bersabee et homicidio vrie ethei fecerat pñiā: canebat ps°.4°. di. In pace i idipm dormiā et requiescā. D

Quita vtilitas penitētie dr pticipatiōis: hō .n. ꝯtrict9 de pctīs suis: et faciēs pñiam participat de oīb9 bonis opib9 q̄ fiūt i ecclīa militāte vn̄ dicē pōt cū ppheta. ps°.118°. Particeps ego sum oīū timētiū te: et custodiētiū mādata tua. E

SEcta vtilitas dē satisfactionis. Ut enim di/
cūt theologi in. 4°. distin. 14°. Penitētia est
oium peccatoꝝ purgatiua: ⁊ oium penarū satisfa
ctiua. Et dicit Ricar. noster in p̄dicta disti. Nō
tanta posset esse penitētia interior ⁊ exterior: q̄ re
mitterēt tota pena peccatori debita pro peccato:
ita q̄ audire mererēt cū meretrice: de qua habe/
tur in euāgelio hodierno: cui dixit dñs illud Lu
ce. 7°. Remittunt̄ tibi peccata tua. Ubi eniz abū
dauit delictū superabūdauit ⁊ gratia: vt dicit̄ ad
Romanos. 5°. Hec aūt peccatrix ideo in presenti
euāgelio nō noiatur particulari noie ad denotan
dū s̄m morē sacre scripture: q̄ in statu peccati nō
erat deo cognita per approbationē: sicut nec vir/
gines fatue quib⁹ dicet. Nescio vos. Mat. 25°.
Sic ⁊ Luce. 16°. exprimitur nomē Lazari iusti:
⁊ tacetur nomē diuitis reprobati: licet aūt aliqui
doctores greci tenuerint: q̄ hec peccatrix non fuit
Maria magdalena: dicētes incōueniens vide/
ri credere q̄ tam nobilis mulier q̄lis fuit Mag
dalena ad tantā infamiam turpissimāq̄ vitam
deuenerit. Inter quos doctores fuit Origenes di
cēs. Nō tres fuerūt mulieres que vnxerūt Chri/
stū: de quaruz vna habetur in presenti euangelio
scripto Luce. 7°. De alia vero Matthei. 26°. ⁊
Marci 14°. De tertia autē Joānis. 12°. Tamē do
ctores latini communiter tenēt q̄ semper fuerit ea/
dē mulier: scilicet Maria magdalena soror La
zari ⁊ Marthe. Et argumētis in cōtrarium ad/
ductis respōdēt clarissime: maxime Petrus Jo
annis super Mattheū. c°. 26°. Et idez dicit Au/
gustinus in libro de cōsensu euāgelistarū. Sicut
ergo nemo negat Petrum principez apostolorū
quē tamē scimus Christū ter etiā cum iuramen
to negasse: ⁊ Paulū doctorez gētium ⁊ fidei lu/
mē ⁊ vas electionis quez scimus fuisse maximū
persecutorez christianoruz. Et Dauid sūmū pro/
phetaruz quem legimus adulterū: homicidam:
proditorē: ac superbū quandoq̄ fuisse. Ita Ma
riaz magdalenā laudibus efferimus: cuius quā/
to iniquitas fuit abūdantior: tanto satisfactio ac
penitētia virtusq̄ fuit copiosior. Tribus autez re
spectibus bonum est predicare de peccatis Ma/
rie magdalene. Primo ad reuelādū corda pecca
torū: ne polluti in dsperationis laqueum incidāt:
sed Magdalene exēplo veniaz sperent. Secūdo
vt qui fornicātem sunt secuti: imitētur ⁊ peniten/
tem. Tertio vt homines cognoscant diuinā boni/
tatē que tam abūdanter in corda penitētiuz se ef/
fundit. Magdalenaz igitur fuisse peccatricē ma
gnā tenet Aug. sup Joānē: ⁊ Cesarius sermone.
7° Tenet quoq̄ hoc sancta mater ecclia que in
festo eius legit euāgeliuz hui⁹ peccatricis. Ex quo
significat q̄ fuit ipsa peccatrix: de qua in ipso euā
gelio fit mētio. In historia etiā ipsi⁹ Marie mag
dalene habet̄: q̄ ipsa reuellauit cuidaz sacerdoti
qui eā in heremo inuenit: se fuisse illā famosaz pec
catricez de qua in hoc euāgelio recitat̄. Nicolaus
quoq̄ de lira ex textu euangelioꝝ declarat Mag
dalenā fuisse istam peccatricē. Nam Joānis. xj°.
dicitur Maria erat que vnxit dominū vnguen
to: ⁊ extersit pedes eius capillis suis: cuius frater
Lazarus infirmabat̄. Marci aūt vltimo dicit̄.
Surgēs Jesus mane p̄ia sabbati apparuit pri/
mo Marie magdalene: a qua eiecerat septez de/
monia. Et ideo Gregori⁹ in omelia hodierna ait.
Hāc quam Lucas peccatricē mulierez: Joānes
Mariā noiat: illam aūt esse Mariā credimus
de qua marcus septē demonia eiecta fuisse testa/
tur. Et qd per septē demonia nisi vniuersa vicia
designant̄? Quia enim septē diebus omne tēpus
cōprehendit̄: recte septēnario numero vniuersi/
tas figurat̄. Septē ergo demonia Maria habu
it que vniuersis vicijs plena fuit. Habuit ergo
Magdalena primū demoniū in facie illā pillan
do ⁊ fucando: qd est graue peccatum: vt dī in. c°.
fucare. de cōsecra. di. 5ª. Dic de illa vana muliere
que post sepulturā suam exhumata: inuēta ē ha/
bere caput plenū argento viuo qd in vnctionib⁹
fuerat quas quotidie i facie sua faciebat: vt pul/
chrior appareret. Ipsa aūt Magdalena ex hac
sua fucatiōe cū pulchritudine nāli multos incita
bat ad luxuriā. Scriptū est. n. Eccl. 9°. Propter
speciē mulieris multi perierūt. Scdm diabolū ha/
buit in ore cātādo luxuriose cātilenas: ⁊ incitādo
ad amorē viciosum: qd est graue pctm̄: ex q̄ mul
ta mala oriunt̄. Jō Prouer. 5°. dī. Fauus distil/
lās labia meretricis: ⁊ lingue ei⁹ q̄si gladius acu
tus: nouissima aūt illi⁹ amara q̄si absinthiū. Ter/
tiū diabolū habuit in crinib⁹ ⁊ capillis dealbatis
⁊ artificiat̄: qd est mortale pctm̄ s̄m Alex. de ales
in. 4ª. p̄te sūme: in tractatu de eucharistia. Quar
tū diabolū habuit i oculis: multotiēs iuuenes aspe
ctibus ad ꝯcupiscētiaz attrahēdo. Et hoc p̄p̄e est
offiīm meretricis. Unī Eccl. 26°. dī. Fornicatio mu
lieris i extollētiā oculoꝝ: ⁊ in palpebris illi⁹ cogno
scet̄. Quītū diabolū habuit in vestib⁹ pōpatice ve
stiēdo: ⁊ nouas adinuentiōes vestiū deferēdo. De
quo inqt Joānes Apoc. 17°. Uidi mulierē sedē/
tē plenā noīb⁹ blasphemie. Sextū diabolū habu
it i manib⁹ ⁊ pedib⁹ corrizādo: ⁊ ad luxuriā puo/
cādo: qd ē graue pctm̄: ⁊ mltoꝝ cā maloꝝ. Jō Ec
cle. 9°. dī. Cū saltatrice nō sis assidu⁹: nec audias
v̄ba illi⁹. Septimū diabolū hūit i pectore ⁊ collo

ipsuz nudū ondēdo. Et hoc est etiā offīm meretricis. De quo Prouer. 7°. dī. Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio: preparata ad capiēdas animas: garrula ⁊ vaga: quietis impatiēs: nec valēs [illegible] domo cōsistere pedibꝰ suis. De his q̄qꝫ Magdalene vicijs loquēs Bernar. in sermōe d̄ gratia xp̄i iqt. Maria magdalena cū sorore sua Martha loq dedignabaṫ: in oculis erat vagabūda: in crinibꝰ: in vestibꝰ: in gula ⁊ in corpe nihil aliud erat q̄z luxuria. Ex quibꝰ patet nō esse verā sniāz illoꝝ q dixerūt: q̄ Magdalena nō peccauit carnaliter actu sed solū volūtate ⁊ corde. Que etiaz opio reprobaṫ auctoritate eccl'ie: que in festo eiꝰ nō facit offīm virginū: cū tn̄ ꝓm oēs doctores mētalis virginitas recupeṫ per penitētiā. Si ergo vt isti dicūt Magdalena fuisset virgo corpe ⁊ carne: licet ꝑdidisset mētalē ꝟginitatē: postea ea recuperata per penitētiā debuisset honorari offō virginū. Nā ꝓm determinationē Theo. in. 4°. distic. 49a. vbi Ric. art. 5°. q. 4a. Integra corpe sꝫ corrupta mēte si peniteat recipiet aureolā virginuz. Cōtra istos etiaz facit q̄ eccl'ia nō iudicat de occultis: sed de manifestis. c°. erubescāt. 32a. di. ⁊. 32a q. 5a. c°. xp̄iana. ⁊. c°. a nobis. el. 2°. de sentē. exc. ⁊ c°. sicut. in fi. ⁊. c°. tua nos. de simo. Cū ergo euangelista eā noiet peccatricē ⁊ in ciuitate notā: seqṫ q̄ de manifestis eius peccatis: ⁊ nō tm̄ de secretis scripserit. Licet aūt quidā tenuerint q̄ Magdalena eēt publica meretrix per dictuz Chrisostomi super Mattheū: q ait de ea. Tūc illa prostituta lupanar eriuit: q̄si discipulus gehēnā intrauit. Et Hieronymꝰ ad furiā dicit. Meretrix illa in euāgelio que pedes dn̄i lachrymis lauit: ⁊ crine ∂tersit: ⁊ cōfessionis sue honorauit vnguēto: manifeste depingit ecclesiā de gētibꝰ cōgregatā. Et idem in prologo Osee prophete inqt. Hec est illa mulier meretrix ⁊ adultera: de qua loquiṫ dn̄s ad iudeos di. Meretrices ⁊ publicani precedēt vos i regno celorū. Mat. 21°. Tn̄ videṫ verior opio q̄ ipsa nō inhabitaret in lupanari publico: q2 non est verisimile nobilissimā: atqꝫ potētē: ac ditissimā dominā: loca spurcissima pro questu ac precio ihabitasse. Sed pro eo a doctoribꝰ dī fuisse publica meretrix: qa in domo propria: taz lassiua erat atqꝫ dissoluta: ⁊ oibus libidinibꝰ sic inuerecūde dedita: vt ab oibꝰ tanq̄ȝ publica meretrix reputareṫ: ⁊ digito tanq̄ȝ infamis mōstrareṫ. Si aūt queraṫ que fuerint cause vt in tātis peccatis corrueret. Rn̄deo q̄ fuerunt multe. Pria formositas ⁊ pulchritudo. Erat eni pulchra atqꝫ formosa naturaliter: ⁊ pulchritudinē illā ampliabat cū ornatu vano atqꝫ inhonesto: ⁊ gestibꝰ impudicis. Et ideo verificata fuit snīa Theophrasti q ait. Mulier pulchra cito adamaṫ: ⁊ difficile est custodire quā multi amāt. Et Prouer. vltio dī. Fallax species ⁊ vana est pulchritudo. Propter qd̄ Hieronymus in ep̄la ad Furiā taliū mulieꝝ ornatū reprehēdit di. Ornatus iste nō dn̄i est velamē: lꝫ antichristi: lingua personat castitatē: ⁊ totuz corpus prefert impudicitiā: ⁊ idem ad sacras virgies de ∂tinētia virginali iquit. Propheticus ꝯmo nos proferaṫ de vobis. Filie eoꝝ cōposite: circūornate vt silitudo tēpli: ⁊ dealbate ab extra vt monumēta que auro relucēt: intus ∂o plena sunt ossibus mortuoꝝ. Hē nō filie regis Christi: sed regis thiri: hē semper in muneribꝰ vultus impudicitia diuites plebis ⁊ capiūt ⁊ capiūtur. Impudicissimꝰ mulierū affectus semper in auro: semp in gēmis: semper in ornamētis extrinsecus gloriā ponit. Nō sufficit eis libido innata nature: sed occasionē q̄rūt explēde libidinis. Affectant proculdubio vt oculi viroꝝ aurum contēplātes ⁊ gēmas: tandez figanṫ in faciē: ⁊ furtiuis oculoꝝ suoꝝ nutibꝰ facilius incitētur ad libidinosum incēdiuz: hec ille. De hac etiam causa libidīs loqtur Frāciscus petrarcha in suis triūphis di. E [illegible] ∂cordia che sira [illegible] al mundo. Cō sūma pudicitia alma beltade. Et Iuuenalis idem canit di. Rara est cōcordia forme atqꝫ pudicitie. Ouidius vero in ep̄lis ait. Lis est cū forma magna pudicitie. Et Prouerbio. xj°. dī. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra ⁊ fatua. Nam sicut sus habēs i naribus suis circulū aureum: imergit se in lutum ⁊ fedat. Sic mulier pulchra ⁊ fatua seipsaz maculat per immūdicias suas. Secūda causa fuit nobilitas: propter quā nemo illā icrepare audebat. Item q2 vt nobilis ⁊ potēs de dictis iferioꝝ nihil curabat. Ait enim Philosophus. 6°. Politico. Preeminētes nihil curant. Tertia causa fuit prosperitas: ⁊ vbertas atqꝫ abūdātia bonoꝝ tpalium qbus in oibꝰ voluptatibꝰ vtebaṫ: sumptuose comedēdo: ac potādo: supflue dormiēdo: atqꝫ ocio vacādo. Ait eniz Frāciscus petrarcha vbi supra. La gola [illegible] somno e le ociose piume: hano dal mūdo ogni virtu sbādita. Et Ezechie. 16°. diciṫ. Hec fuit iniqtas sodome sororis tue: saturitas panis abūdātia ⁊ ocium. Et pc. ad Thi. 5°. ait Paulꝰ. Vidua que in delitijs est: viuēs mortua ē. Quarta fuit libertas: ꝓm enim Augm in libo. de decem chordis. Quattuor sunt custodie mulieris qbus adiuuaṫ vt honeste viuat. Prima est timor dei. Prouer. vltio. Mulier timēs deum ipsa laudabiṫ. Secūda est timor legū adulteras puniētiū. Tertia societas viri. Quarta ꝟecūdia viri. Hieronymus

[illegible] autem ad Furiā ait. Tenera res est in feminis fama pudicitie: ⁊ quasi flos pulcherrimus cito ad leuem marcessit auram: maxime vbi etas consentit ad vicium: ⁊ maritalis deest auctoritas cuiꝰ vmbra tutamē ē vxoris. Magdalena igitur nec deuz nec leges timens atqꝫ in libertate sua existens: ac sine viro: omni impudicitie operam dabat: erat enim nemini subiecta. Nam Lazarꝰ eiꝰ frater militie vacabat. Martha vero Bethanie morabat: ⁊ ipsa in Magdalo oppido quod eiꝰ dominio subiectū erat. A quo Magdalena appellata est. Quinta causa fuit mala ⁊ inhonesta societas: ait eniz Berna. Cū mulieribus inhonestis: ⁊ cū iuuenibus impudicis conuersari ⁊ non peccare: maius miraculū est ꝙ̄ mortuos suscitare. Et Hiero. in transitu suo inquit. Ego iudico ꝙ si cum viris femine habitauerint: viscariū diaboli non deerit. Et Prouer. 6°. dicitur. Nūquid potest quis abscōdere ignē in sinu suo: vt vestimenta eius non ardeant: aut ambulare super prunas vt nō comburantur plante eiꝰ. Sextam causaz addūt alij dicentes: ꝙ Magdalena erat sponsa Joannis euangeliste: quem Christus de nuptijs ad apostolatuz vocauit. De quibꝰ nuptijs habetur Joannis secūdo. Et ideo Magdalena licet tūc eēt bona: tamen indignata contra Christū eo ꝙ sibi abstulisset sponsum suuz: postea quicquid potuit cōtra doctrinā eius fecit: ⁊ tanꝙ̄ desperata omnibus voluptatibꝰ se immersit. ait eniz Lectantius firmanꝰ libro. 4°. de beata vita. Tria sunt que homines i omnia facinora precipites agūt ira: cupiditas: ⁊ libido. Sed non est verisimile ꝙ Christus fuerit causa sue ruine. Item non ē verisimile ꝙ Magdalena nobilissima· utpote que erat de regali stirpe ⁊ filia ducis: atqꝫ potēs ac diues: accepisset i spōsū Joannē pauperē ⁊ filiū piscatoris si ipsa fuisset hōesta ⁊ bona. Posito gº sine p̄iudicio [illegible] ꝙ ipsa Magdalena fuerit spōsa Joānis: pōt dici ꝙ eū accepit qꝛ erat pulcher iuuenis: nec comparem sibi in nobilitate ac diuitijs sponsum inuenire potuisset: cū esset infamis tanꝙ̄ meretrix publica ut prediximus. Et forte deus preceperat beato Joanni dicens illud Osee primo. Sume tibi vxorez fornicariaz. Joannes quoqꝫ licet esset pauper: tamen erat de stirpe regali ex parte matris sue. Dominus autem in ipsis nuptijs ex miraculo aque in vinum conuerse cū sponsum eius conuertisset ad virginitatem conseruādaz: etiam ipsam Magdalenam aliqualiter cōmouit: ⁊ sic postea ad ipsum alia vice cucurrit ⁊ penitentiā fecit. Et ad hanc opinionem facit ꝙ legitur de cōuersione eiꝰ scilicet ꝙ postꝙ̄ Magdalena multis temporibꝰ predictis voluptatibꝰ operā dedit: volens eam Christꝰ ex sua misericordia cōuertere hanc ei fecit habere visionē. Dormiens enim mulierē quandam pulcherrimam vidit: que ei filiū suū pulcherrimū ostēdit dicens. Vis filiū meū pulcherrimū: ditissimū ac potētissimū habere i spōsum? Magdalena autem eum studiose intuēs in eiꝰ mox amorem succensa respōdit. Volo. Et domina subiūxit. Non habebis eum nisi vitam quaz nūc habes relinquas: ⁊ vitā sequaris quā Jesus predicat. Que euigilata super hac visione cogitare cepit. Et ideo postea adueniente tēpore nuptiarū vidensqꝫ beatam virginē in illis nuptijs cū filio suo: ⁊ eorū effigies recognoscēs quas in somnis viderat: postea ēt viso miraculo ⁊ ipsa vitā mutauit.

Bernardus vero in sermone de gratia Christi dicit: ꝙ predicante Jesu in hierusalem Martha ad eius predicationem quotidie pergebat ⁊ deuote stabat: sollicitabatqꝫ sororem suam Magdalenam: vt ⁊ ipsa venire vellet: que superba responsione eam increpabat. At Martha nullo labore fessa a predicatione rediens sepe illam in lecto reperiebat: dicebatqꝫ ei de doctrina Jesu melliflua: ⁊ inter alia dixit eum esse pulcherrimum pre filijs hominum. Tandem autem Magdalena sororis importuna sollicitudine ac tedio deuicta: [illegible] p̄dicationē abijt tota vanitatibꝰ ornata: Martha ipsaz sequente tanꝙ̄ pedissequa: sedensqꝫ verba saluatoris quasi nolēa audiebat: atqꝫ iuuenes in circuitu existētes aspiciebat. Saluator āt ipsam cōuertit multipliciter. Primo sue sanctitatis attractione. Et per hoc figuratꝰ ē per patherā: de quo dicit Isi. 12°. libro Ethimo. ꝙ omniū animaliū ē amicꝰ excepto dracone quem valde odit propter venenum ⁊ draco ipsū fugit. De quo etiā inqt Piniꝰ li°. 8°. c°. 18°. ꝙ maxima color varietate decoratur: ⁊ quādo emittit vocē exit ab ore eius odor aromaticꝰ valde suauis: propter cuius suauitatem omnia animalia ipsū sequūtur. Ipse enim saluator varietate omniū virtutū decoratꝰ ⁊ omniuz hominū amicꝰ ⁊ draconis. i. diaboli aduersarius: ex ore suo mellifluo emittebat vocez super omnia aromata odoriferam: cuius virtute ad se corda hominuz attrahebat. Unde ipse dixit Joannis. 12°. Omnia traham ad meipsū. Secundo conuertit eam ⁊ ad se traxit sua amabili visione. In eius enim facie splendor diuinitatis relucebat qui ad se peccatores trahebat. Uñ Hie

ronymus inqt. Certe fulgor et maiestas diuinita
tis occulta etiã in humana facie relucebat: et q̃
ad se vidẽtes trahere poterat aspectu. Et iõ qui
libet eũ vidẽs dicere illi poterat. Ualde admira
bilis es tu domine: et facies tua plena ẽ gratiarũ
Hester decimoquinto. Tertio conuertit et tra//
xit eam ad se sua potenti dignatione. Unde Hie
ronymus subdit. Si in magnete lapide hec vir
tus esse dicitur: vt annulos et festucas sibi co//
pulet: quanto magis dominus omnium crea/
turarũ ad se trahere poterat quos volebat. Si
cut [illegible] magnes quadã occulta virtute ferrũ ad
se trahit. Sic de⁹ occulta virtute bonitatis sue
affectũ mentis humane ad [illegible] reducit. Quarto
traxit eã interna inspiratione. Unde Gregorius
in omelia hodierna ait. Quid miramini fratres
Mariã venientem: an dominũ suscipientẽ dicã
an trahentem? Meli⁹ dicã suscipientẽ et trahẽ/
tẽ: q2 nimirũ ipse eã per penitẽtiã traxit int⁹: qui
p misericordiã suscepit foris. Quinto traxit eã
sua odorifera conuersatione. Unde ipsa Ma/
gdalena illi dicere poterat illud Cantic. primo.
Trahe me post te: in odorem curremus vn//
guentorum. etc. Sexto conuertit eam sua beni/
gna respectione. Sicut enim vt dicitur in libro
de proprietatibus rerum. Animal quod dici/
tur Linx radio suorũ oculorũ corpora opaca
ca penetrat: et radius solaris terrã penetrãs au/
rũ generat: et columba in aqua respiciẽs vmbrã
accipitris considerat: et eius insidias vitat. Ita
xp̃s cor Magdalene suo respectu fũdit⁹ pene/
trauit: et tali respectu i corde illi⁹ aurũ sue grẽ ge
nerauit: et aquã suarũ lachrymarũ cõsiderãs dmo
nes ab ea eiecit. Septimo eã cõuertit sua feruẽ
ti p̃dicatione. Ei⁹. n. verba erãt ignita et medu/
las cordis penetrãtia. Sermo enim dei est viu⁹
et efficax ac penetrabilior omni gladio ancipiti.
Ad Hebre. 4°. Dicũt autẽ doctores q Christ⁹
sex sagittis vsus est in predicatione ista. Pria
dicit dulcoratiua. Peccatores enĩ verbis dul/
cib⁹ meli⁹ a peccato retrahunt q asperis. Et iõ
cepit p̃dicare de misericordia diuina allegans il
lud Iere. 3°. Uulgo dicit. Si dimiserit vir vxo/
rẽ suã et recedẽs ab eo duxerit virũ alterũ: nun/
qd reuertet ad eam vltra? Nũquid nõ polluta
et cõtaminata erit mulier illa? Tu autẽ fornica/
ta es cũ amatorib⁹ multis: tamen reuertere ad
me: et ego suscipiã te. Leua oculos tuos in dire
ctũ et vide vbi nũc prostrata sis. In vijs sedebas
expectãs eos quasi latro in solitudine. Polluisti
terrã in fornicationib⁹ tuis et in malicijs tuis.

Quãobrem phibite sunt stille pluuiarũ et hym
ber serotinus nõ fuit. Frons mulieris meretri/
cis facta est tibi: noluisti erubescere. Ergo saltẽ
amodo voca me: pater meus: dux virginitatis
mee tu es. etc. Item dicebat illud Ezechi. 18°.
Quacũq3 hora ingemuerit peccator oĩum ini/
quitatũ eius quas operat⁹ fuerat non recorda/
bor. Nolo enim mortẽ peccatoris: sed vt magis
cõuertatur et viuat. Et breuiter dixit passionem
quã latur⁹ erat pter peccatores. Exclamabat
autẽ domin⁹ Iesus dicẽs. O anima mea p cu
ius amore deus homo fact⁹ sum: cur me perse/
queris: cur creatorem tuũ ita cõtemnis? Reuer
tere reuertere sunamitis: reuertere reuertere vt i
tueamur te. Cant. 6°. Reuertere ad me qui te
patienter expecto: dulcissime inuito: et clemẽtissi
me suscipiã. Ueni ergo ad me secura. Ueni dile
cta mea: et remittã tibi oĩa peccata tua. Nõ enĩ
veni vocare iustos sed peccatores ad penitẽtiã
Matth. 9°. Ad hec aũt verba cõmota sũt om
nia Magdalene viscera: et dixit itra se: Anima
mea liquefacta est [illegible] dilect⁹ locut⁹ est. Can. 5°.
Statim autẽ ad p̃dicta verba saluatoris cepit
Magdalena lachrymas effundere: et vanitatẽ
crinũ destruere: et pect⁹ suũ tondere. Ipse autẽ
domin⁹ vidẽs eã cõtritã: sagittauit eã secũda sa
gitta amaricatiua: declarãs ei malignitatẽ pec/
cati: et eius horribilitatẽ: ac seueritatẽ vniuersa
lis iudicij: et eternas penas inferni peccatoribus
preparatas: vnde ipsa magis flere cepit: cuius
lachrymas Christus laudabat dicens. O bone
lachryme que imundam animam lauant. etc.
Tertiam quoq3 sagittam confortatiuam subiũ
xit dicens. O paupercula anima que peccatis
tuis letificasti demones: qui ad te deuorandam
erant preparati: et valde contristasti angelos de
tua damnatione dolentes: confortare quia hac
contrictione tua demones ipsos confudisti: et to
tam celestem curiam iubilare fecisti. Quia gau/
diũ ẽ angelis dei. etc. Luce. 15°. Quartã isup sa
gittam vibrauit que dicitur despectiua: eã nã/
q3 animauit ad mundanas vanitates contem/
nendas: ostendens q amicitia huius mundi
inimicitia est dei. Iacobi quarto. Et vt Grego/
rius ait. Quicunq3 inimicus est dei: inimicus ẽ
totius celestis curie. Quinta autem sagitta dici/
tur recordatiua. Ad memoriam enim [illegible] redu/
xit gaudia eterna paradisi que dabit deus agẽ/
tibus penitentiam. Matthei quarto. Et q so//
lo peccato etiam veniali detentus nunquam po
terit in illam patriam celestem intrare: nisi ab

to fuerit purgatus de consecratio. distinctio .4ª.
cº. non potest. Sexta sagitta dicitur electionis.
Ait enim illud Eccle. 15º. Ante hominem vita
⁊ mors: bonū ⁊ malū: quod malluerit dabit ei.
Ecce tibi aperta est porta inferni si in tātis abho
minationib⁹ perseueres: ⁊ ianua paradisi si īcep
tam pniam perficies: ⁊ ad me saluatorem tuum
reuertaris. Elige ergo anima mea poti⁹ pati cō
fusionem in terra q̄ eternaliter confundi in īfer
no: potius carere transitorijs vanitatibus seculi
q̄ infinitis gaudijs paradisi. Finita aūt p̄dica/
tione ecce q̄ Magdalena tota lachrymis ma/
defacta capillis p spatulas sparsis: ⁊ ab imo pe/
ctore singultus ac suspiria trahēs pergebat ꝯlus
domū: ⁊ dissolutos iuuenes per viā reperiens: q
forte eam more solito infestabant ⁊ ad malū īui/
tabant: ipsa ab eis veniam postulabat: pro eo q̄
fuerat causa eorum damnationis pp suas vani/
tates: ⁊ eos ad pniam inuitabat di. Nonne au/
disti bonū magistrū de penis inferni vobis p̄pa
ratis tam terribilia: ⁊ econtra de triumphi para
disi penitentiā agentibus dandis predicantē? O
fratres mei nolite perdere animas vestras: s; ite
ad eum ⁊ veniā postulate. Ad domū igitur suaz
rediens statim vt cognouit q̄ Jesus accubuisset
in domo pharisei. s. Simonis leprosi: tulit alaba
strum vnguenti: vt dicitur in euangelio hodier
no: ⁊ stans retro secus pedes domini lachrymis
cepit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis sui ter
gebat ⁊ osculabatur pedes eius: ⁊ vnguento vn
gebat. Ex quibus patet q̄ bene Magdalena sa
tisfecerit pro peccatis suis. Unde Gregorius in
omelia hodierna inquit. Sed iam textum san/
cti euangelij percurrentes ipsum quoq; ordinez
quo venerat sananda videamus: liquet enim q̄
illicitis actibus prius mulier intenta vnguentū
sibi pro odore sue carnis adhibuit: quod ergo si/
bi turpiter exhibuerat: hoc iam domino lauda/
biliter offerebat. Oculis terrena concupierat: s;
hos iam per penitentiam conterens flebat. Ca/
pillos ad compositionem vultus exhibuerat: sed
iam capillis lachrymas tergebat: ore superba di
xerat: sed pedes domini osculans hoc in redemp
toris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit
oblectamenta viciorum: tot de se iuenit holocau
sta virtutum. Conuertit ad virtutes numerū cri
minum: vt totam seruiret in penitentia quicqd
ex se deum contempserat in culpa: hec ille. Qui
Secūdo dicit Albert⁹ vbi. s. ꝙ fortitudo sine patiā ē aliaꝝ virtutuꝫ ꝓbatiua et examinatiua. Ait enīꝫ Seneca in li° de ꝓuidentia. Tūc apparet quāta sit hoīs virt⁹:quantūq; pollet:cū quid possit patiā ostēdit. Tertio ē pctōꝝ purgatiua:vñ similis ē arene cui⁹ virt⁹ ē colloca-tiua:⁊ aque salse ⁊ amare purgatiua ⁊ dulcorati-tiua. Aqua n. que p arenā collatur purior ⁊ dulcior redditꝛ. Similis etiā ē igni:q dū materiā aliquā iflāmat ab omnib⁹ sordibus eā purgat. Jō dicit̄ Eccle. 2°. In igne ꝓbatur aurū ⁊ argētuꝫ: hoīes vero receptibiles ī camio humiliationis. Quarto ē hostilis ꝑfidie expulsiua:vñ Cecilius firman⁹ ī li°. de btā vita. c°. 4°. ait. Malorū victrix ē fortitudo. Jō dicit Albert⁹ vbi. s. ꝙ patiā ē similis gēme que dꝛ alectoria: cui⁹ virt⁹ eē dꝛ cōstantē hoīeꝫ facere:⁊ iuictū reddere ī certamine. E cōtra vero ē de ipatientia. Jō Albert⁹ ibidē dicit:ꝙ ipatiētes sūt vitro similes:qꝺ percussū statꝫ cōfringit̄:imo sūt vitro fragiliores: q: vitrū nō nisi tactū frangit̄:sꝫ hō ipatiens ad solū verbū ɔ frūpit̄. Sūt ēt similes sali qꝺ ī igne positū statꝫ stridet:in aqua xͦo statꝫ fluit ⁊ euanescit. Lignū ēt castanee si ponat̄ ī igne acriter clamat ⁊ sp clamādo scintillat. Quib⁹ exēplis figurant̄ ipatientes q vl vnū verbū sustinere nō possūt:sꝫ verbo vno cētū rñdēt verba:⁊ addunt facta si possūt sūt:ñ aliq q dū potētiā se vindicare nō pñt ad astutiā se cōuertūt. Vñ vulpes q̄ cū taxo cōtinuū bellū gerit:cū illū vēre ledere nō possit pp duriciē pellis:diligenter cōsiderat quādo taxus suā cauernā exeat:⁊ eam itrās vrina ⁊ stercorib⁹ totā fedat:qꝺ cū tax⁹ rediēs cernit:cauernā ipsā derelinqt eo ꝙ fetorē sustinere ñ possit. Hec Albert⁹ vbi. s. Qui ēt addit ꝙ leopardus quē mirabiliter leo odit:eo ꝙ ɔ vxore adultera nat⁹ ē:leonē vbiq; fugit:eo ꝙ cū illo virib⁹ bellare nō possit:sꝫ qꝺ potētia efficere nō potest astutia obtinet. Parat. n. sibi cauernā orificiuꝫ duplex hñteꝫ:vnū p qꝺ intrat ⁊ aliꝺ p quod exeat. Et hec fouea ī vtroq; orificio ē valde lata: sꝫ ī medio valde stricta. Leone igit̄ veniēte q grossior ē leopardo:leopardus ad foueā fugit quem ꝑsequēs leo foueā cursꝫ itrat:sed ad mediū veniens pp stricturā fouee vltra trāsire nō valet:nec retro bene se vertere pōt. Leopardus xͦo p aliud orificiū exiēs ⁊ post eū veniēs a tergo eū pongit ⁊ mordet. Est ēt qdā spēs vnicornis q̄ oēm rubeū colorē mirabiliter odit. Vñ venator se rubeis induit ⁊ ad bestie locū accedit:quē dū bestia cernit ī ipetu sui furoris ut eū occidat occurrit: sꝫ dū post arborē se abscōdit illa cornu suo tam fortiter ī arborē ferit:ꝙ vltra trahere cornu nequit. Accidit ergo vt dū p ipatiāꝫ alteri⁹ mortē q̄rit ī ill⁹ man⁹ incidat q ei⁹ vite nō parcit. Sepe igit̄ accidit hoī ipatiēti qꝺ euenit leoni ⁊ vnicornuq; dū vindictā sup alterū q̄rit ipse vulnus ⁊ mortē icurrit:⁊ ī laquꝫ cadit quē alteri ipse parauit:hec Albert⁹. Et sic verificat̄ illud psalmi septimi. Lacū aperuit ⁊ effodit eū ⁊ incidit ī foueā quā fecit. Et. 56°. Foderūt ante faciē meam foueā ⁊ inciderūt ī eā: ⁊ Eccle. 27°. Qui fodit foueam incidit in eā:⁊ q laqueum alteri ponit peribit ī illo:⁊ q statuit lapidē ꝓximo offendet in eo. Et Prouer. 26°. Qui emittit lapidē reuertet̄ ad eū. Jō dicit vulgare ꝓuerbiū. Molti sano da bēuenuto. Che ando p battere e fu batuto.

¶ Pars tertia De virtute temperantie siue moderationis. I

Quia supra ī parte p̄ma hui⁹ opis mlta dixi ī laudē abstinētie ⁊ vituperationē gulositatis:q̄ pñt applicari ad pñteꝫ materiā:de qb⁹ hētur ī sermone. 4°. ⁊. 5°. Et etiā sermōe. 6°. in. c°. de pctō gule. Jō hic breui⁹ me expediā. Sciēdū g° ꝙ Tuli⁹ in. 2°. rethorice diffiniēs temperāiā inqt. Tēperātia ē rōnis in libidinē atq; in alios non rectos mot⁹ aī firma ⁊ moderata dominatio: hec ille. Sicut enīꝫ equ⁹ p frenū dirigit̄ ⁊ refrenat̄: ita sēsualitas a rōne p tēperantiā moderat̄ ⁊ reprimit̄:iuxta illud psalmiste. In chamo ⁊ freno maxillas eoꝝ cōstringe ⁊c. Aristo. aūt li°. p°. magnorū moraliū. c°. 39°. dicit. Temperātia ē circa delectatiōes ⁊ tristitias ī gustu ⁊ tactu scās. Et in primo rhetori. c°. 13°. idem ait. Temperātia est virt⁹ pp quaꝫ ad delectationē corporis ita se homo hꝫ ut lex precipit:incōtinētia vero ɔtrarium:hec ille. Veruꝫ q: Albert⁹ magn⁹ ī tractatu de virtutib⁹ politicis. c°. de tēperantia. diuidit hanc virtutē ī tres partes di. ꝙ est tēperātia quo ad gustū: ⁊ ē tēperātia quo ad tactuꝫ: ⁊ alia tēperantia quo ad mūdū: volens ostendere quantū sit hec virt⁹ comendabilis a temperātia gust⁹ incipiā ad quaꝫ hortatur Salomō Prouer. 25°. di. Mel inuenisti:comede quātū sufficit tibi:ne forte saturatus euomas illud. Et Ecclesiastici. 29°. dicit̄. Initiū vite hoīs aq̄ ⁊ panis

Et trigesimoprio eiusdem libri. Utere quasi homo frugibus que tibi apponuntur. Et primi. Macha. primo. Multi de populo israel elegerunt magis mori quam cibis coinquinari. Et prime ad Thimotheum quinto inquit apostolus Noli adhuc aquam bibere: sed modico vtere vino propter stomacum et frequentes infirmitates tuas. Et ad Thimotheum secundo Juuenes hortare ut sobrij sint. Et Tulius in oratione pro deiotaro rege. Frugalitatem idest modestiam et temperantiam virtutem maximam iudico. Augustinus vero in sermone tertio quadragesime ait. Abstinentia corpus macerat: sed cor impinguat: carnem debilitat: sed animam confortat. Et idem ad heremitas scribit. O magna et admirabilis abstinentie virtus: per quam homines filij dei efficiuntur: per quam vicia expelluntur et demones: per quam non solum salus animarum agitur: sed etiam corporum sanitas possidetur. Et iterum ad eosdem de ieiunio loquens ait. Audistis frequenter fratres Charissimi: quod ieiunium est res sancta: opus celeste: ianua regni: forma futuri seculi: quod si quis iuste perfecerit: dei socius extimabitur: quia dum sibi coniungitur celestis efficitur. Per ieiunium fratres mei prosternuntur vicia: augmentantur virtutes: humiliatur cor: diabolice vincuntur potestates. O sacrum ieiunium: tu corpus refrenas ne insurgat: tu virtutes incitas ut resurgant: tu corpus sanas vt viuat. O ieiunium: tu suaue es bonis: sed odibile malis: tu delectabile es sanctis: sed detestabile prauis. O sacrum ieiunium: tu misteria diuina pandis: que sapientie et prudentie sunt agnoscis: recordari preterita facis: ordinare presentia non negligis: prouidere futura festinas: hec ille. Sed heu quia verificata est sententia eiusdem Augustini in predicto sermone dicentis. O quam plures sunt ex vobis qui prius tabernam visitant: quam templum: prius corpus reficiunt quam animam: prius demonem sequuntur quam deum. Tales vacantes commessationibus et ebrietatibus: et luxurijs deberent lapidari: iuxta legem positam Deutorono. vigesimoprimo. Ideo dicitur Prouer. vigesimotertio. Noli esse in conuiuijs peccatorum: nec in commessationibus eorum qui carnes ad vescendum proferunt. Uera est enim sententia Salomonis predicti libri. c°. vigesimoseptimo. Anima saturata calcabit fauum idest spiritum sanctum. Et Deuteronomij. tregesimoprimo dicitur. Incrassatus est dilectus et recalcitrauit. Et Osee. decimotertio. dicit dominus. Ad impleti sunt et saturati sunt et leuauerunt cor suum et obliti sunt mei. Propterea abstinere a gulositate nos hortatur ecclesia in c°. sexto die. et c°. luxuriosa. trigesimaquinta distinctio. et capitulo. delitie. et capitulo. quisquis. quadragesimaprima distinctio. et capitulo. non liceat. quadragesimaquarta. distinctio. et de consecratio. distinctio. 5ª. c°. nihil. Et de vita et honestate cle. c°. a crapula. que breuitatis causa pertransco. Sed o gulosi audite quid Ambrosius in sermone de ieiunio dicat. Male domine seruitur gule que semper expetit: nunquam explet. Quid enim insatiabilius ventre? Hodie suscipit: cras exiget. Et idem in sermone quadragesime ait. Fames amica est virginitatis: inimica lasciuie: saturitas vero castitatem perdit: nutrit illecebras. Ideo precipit Augustinus in regula sua dicens. Carnem vestram domate ieiunijs et abstinentia esce et potus quantum valitudo permittit. Abstinentiam quoque commendabilem reddit nobis saluatoris exemplum: qui quadraginta diebus: et quadraginta noctibus ab omni cibo et potu in deserto abstinuit. Math. quarto. Et sancti Nicolai qui etiam puerulus: quarta et sexta feria a lacte abstinuit. K

Philosophorum quoque gentilium habemus exempla maxime Platonis qui valde fuit abstinentia decoratus. Unde ait Tulius in tuscu. questio. li°. primo. quod cum Thimotheus athenis clarus: et princeps ciuitatis: cenasset apud Platonem: post triduum ait illi Tenue cene: non solum in prima: sed etiam postera die iocunde sunt. Refert quoque Hieronymus. quod Epicurus licet totius voluptatis esset assertor omnes libros suos repleuit pomis et vilibus cibis: asserens eis esse vtendum quia carnes et exquisite epule: ingenti nimium cura et sollicitudine preparantur: et maiorem habent penam in acquirendo: quam voluptatem eis abutendo. Addens quod sapientie operam dare non possumus: si de mense abundantia cogitamus. L

Sed dimissis exemplis hominum: veniamus ad exempla bestiarum que magis gulam refrenant quam homines. Unde inquit Albertus vbi. s. quod licet Leo gulosum sit animal: tamen quando vna die bene se pascit: per tres dies sequentes a cibo quiescit: et quando venatores adesse presentit si cibo grauatum se percipit ut currere bene non possit: cibum quem come-

dit ad fauces reducit: et cum branchia omne superfluum foras trahit: et sic leuis ad bellum accedit. Item predictus Leo rex quadrupedum bestiarum adeo liberalis est quod numquam predam solus comedit: sed de ea semper animalibus eum sequentibus derelinquit. Et idem facit Aquila auium regina. Sed gulosi sunt similes cani: cui si aliquid cibi superfluit: sollicite illud in aliquo loco reponit: et quamdiu aliquem sentit: numquam illud derelinquit: sed contra omnes appropinquantes insurgit. Item canis in tantum gulosus existit: quod etiam fetidissima comedit. Similis etiam est gulosus porcis: qui pascuntur de stercoribus et immunditijs. Ideo inquit Albertus vbi. s. quod gula est res feda et vnctuosa. Unde refert quod rex quidam valde pinguis Philosophum quendam ad cenam inuitauit: quem ad mensam intra se sedere fecit. Cumque rex sicut porcus comederet: et barbam totam vnctam haberet: et Philosophus spuere vellet: omnemque locum sericis ornatum videret sup barbam regis sputum fecit. Cumque omnes occidere eum vellent: rex prohibuit: et causam huius rei ab eo quesiuit. Cui Philosophus nihil timens ait. Cum spuere necesse haberem: nec loca honesta inficere vellem: cum nullum locum turpiorem tua barba viderem: in ea statui iure esse spuendum. Quod rex dum audiuit in melius vitam mutauit. Et hec de temperantia quo ad gustum dicta sufficiant.

M

De temperantia vero quo [illegible] tactum: quia multa dicere intendo infra sermone vigesimooctauo vbi de virginitate et castitate tractabitur. Ideo hic solum aliqua in commendationem continentie maxime virginalis adducam. Hec est enim illa virtus cui maximum retribuit deus premium. Iuxta illud Sapientie tertio. Felix sterilis et incoinquinata: que nesciuit thorum in delicto: habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Hec est illa que facit animam sponsam dei. Ideo in figuram dicitur tertij Regum primo. Queramus domino nostro regi adolescentulam virginem et stet coram rege. Hec est illa que facit eam habentes socias virginis Marie: psalmo quadragesimoquarto. Adducentur regi virgines post eam. Hec est que reseruatur ab interitu damnationis eterne. Unde in figura precepit deus Numeri trigesimoprimo. Et Iudicum vigesimoprimo dicens Mulieres que cognouerunt viros interficite; virgines autem reseruate. Hec est illa preciosa Margaritha cuius valorem soli eam habentes bene intelligunt. Unde Hieronymus ad filiam Mauritij [illegible] epistola igitur. Quisque pudicitiam aut nullius pretij aut parui existimat: certum est illum aut ignorare: aut non voluntarium eius ferre laborem. Nam illi semper castitati derogant qui eam aut non habent: aut habere coguntur inuiti. Hec est illa que se habentem facit esse hortum delitiarum in quo habitat deus. Unde ipse ait sponse sue virgini Cantico. quarto. Hortus conclusus: fons signatus: emissiones tue paradisus. Surge aquilo et veni auster. Perfla hortum meum et fluent aromata illius. Hec est que [illegible] habentes ornat mirabiliter maxime mulieres vt habetur in auten. quomodo oportet epis. §. oportet enim. collumna secunda. Hec est quam leges ciuiles semper colendam preceperunt. l. si qua illustris mulier. C. ad senatus consul. orfi. Unde inquit imperator in autenti. quibus modis nati efficiantur legitimi. §. illud. ver. nouimus enim. Nos enim castitatis sumus amatores. Hec est illa virtus que facit beatam virginem cum sanctis: imo etiam dominum Iesum de celo descendere ad introducendam animam ipsa ornatam in eternis polorum tripudijs. Unde inquit Hieronymus ad Eustochium. Qualis erit illa dies cum tibi Maria mater domini choris occurret comitata virgineis. Cum post rubrum mare cum suo exercitu Pharaone submerso timpanum tinens precinerit. Cantemus domino: gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem proiecit in mare. Tunc tecla in tuos leta volabit amplexus. Tunc et ipse sponsus occurret et dicet. Surge speciosa mea columba mea et veni hec ille. Hec est illa virtus excellentissima cui in regno celorum nullus [illegible] clausus locus. Unde idem Hieronymus ad filiam Mauritij inquit. Magnus est pudicitie labor: sed maius est premium: temporalis custodia: sed remuneratio eterna. De his etiam Ioannes apostolus loquitur dicens. Quod sequuntur agnum quocunque ierit. Quod ita intelligendum puto. Nullum scilicet eis locum in celesti curia claudendum: et cuncta illis diuinarum mansionum habitacula reserata. Hec Hieronymus. Hec est illa preclarissima virtus quam semper Christus mirabiliter exaltauit: dum non de corrupta: sed de virgine nasci voluit: dum Ioannem Uirginem super ceteros discipulos amauit: et ei fluenta euangelij reuellauit: et cui matrem virginem vir

gini cōmendauit. Jo.19°. Paulum insuper sin
gulari electione propter virginitatē vocauit: licȝ
esset ecclesie persecutor: de quo dixit. Uas electio
nis est mihi iste. Actuū. 9°. Joannē quoqȝ bap
tistam virginē: suum precursorem eē voluit: de
quo dixit. Inter natos mulierū non surrexit ma/
ior Joāne baptista. Matthei. xi°. Ideo Grego.
in moralib⁹ ostēdens dignitatē virginitatis inqt.
Gaudeat magis puella nobilis gnē: sȝ nobilior
sanctitate: qꝫ sit per diuinū cōsortiū precipuā i ce
lis cōsecutura sublimitatē: q̄ȝ [illegible] eēt per humanū
cōnubiū: prolem in terra genitura sublimem.
Btūs quoqȝ Aug. in sermone ad heremitas de
castitate loquēs exclamat di. O castitas ornamē
tum nobiliū: exaltatio humiliū: nobilitas igno
bilium: pulchritudo vilium: solamen merentiū:
augmentū pulchritudinis: decus sancte religio/
nis: minoratio criminū: multiplicatio meritorū:
dei amica: angelorū cognata: patriarcharū vita: p
phetarū corona: aplorum cingulū: martyrū auxi/
lium: confessorum vehiculū: virginum speculū
viduarū refugiū: ꝛ cunctorū bonorū gaudium ac
solaciū. Hec est illa virtus que nos deo cōmen/
dat: que nos angelos facit: que nos sup sydera ex
tollit: hec ille. Qui etiā ibidē addit. Ecce ego iam
epus hipponēsis cū quibusdā seruis xpi: ethio/
piā perrexi: ut ibi sanctū euangeliū xpi predica
rem: ꝛ vidimus ibi multos hoīes ac mulieres n̄
habētes capita: sed oculos grossos fixos i pecto/
re. Inter quos sacerdotes eorū vidimus vxora/
tos: tante [illegible] abstinētie: qꝫ nisi semel in anno vxo
res suas tangere volebāt: qua die ab omni sacri/
ficio abstinebāt. Uidimus etiā in iferioribus par
tibus ethiopie hoīes oculū vnum tm̄ habentes
in fronte: quorū sacerdotes cōuersiones holuȝ fu/
giebant: ꝛ ab oī libidine carnis abstinebāt: ꝛ in
septimana in qua dijs suis thura offerre delibe/
rabant: nihil sumebant nisi metā aque per diem
ꝛ sic cōtenti manētes: sacrificiū dijs suis offere/
bant. O grādis xpianorū miseria. Ecce pagani
doctores fideliū facti sunt: ꝛ peccatores ac mere/
trices precesserunt fideles in regno dei. Hec Au
gustinus.

Nunc de tēperantia quo ad mundum eēt di
cendum. Uerum qꝛ intēdo multa dicere q̄
ad ipsam applicari pn̄t infra sermone. 27°. par
te. 2ª. vbi tractabit̃ de contēptu mūdi. Et etiam
sermone. 30. vbi loquar de nocumento diuitiarū:
ꝛ de laudib⁹ paupertatis. Ideo hic cā breuita/
tis solum dico qꝫ debetis euitare omnes supflui/
tates ꝛ excessus. Quia vt inquit Aristo. 2°. Ethi
corum. c° 3°. Corrūpitur tēperantia ex supabun
dantia. Quapp Cassiodorus. libro. 9°. epistolarū.
epla. 15ª. inquit. Omnia decet sub ratione mo/
derari. Nō. n. possunt dici iusta que minima sūt.
Et epla 25ª. eiusdem libri iterum dicit. Indubi/
tata gloria morū ꝛ custodire mensurā. Et Isido
rus libro. 2°. soliloquiorū. c°. 46°. ait. Etiam i bo
nis imoderatus esse nō debes. Omnia. n. in suo
modo perfecta sunt. Bona vero imoderato vsu
noxia efficiuntur: ꝛ nimietas omnis in vicio de/
putat̃. Et Henricus samariensis libro. 2°. cant
Preualet i cūctis modesta discretio reb⁹. Qua
sine virtutū grande peribit opus. Ideo in vul/
gari prouerbio dicit̃. La cosa moderata dura: e
ogni tropo noce. Chi ha mensura p amica: se ca
ua dogni briga. Chi tuto vole: tuto perde. Chi tro
po abraza: pocho strenze: Chi tropo parla: spesso
falla. Chi piu monta che nō debbe: piu tosto ca
de che non crede. Tanto e il tropo: quāto e il mē
te. Chi tropo mesura: pocho labora. Chi ha tro/
po pipero: ne mete nele rape. Chi tropo tira: la
rompe. Eapp inquit Jacobus beneuētanus sui
li. c°. 22°. hoc decet omnes: Actibus in cunctis
semper habere modum.

Pars quarta huius sermōis de virtute pru
dentie.

O
Dicitur qꝫ quidā summus pontifex cō
gregato consistorio pposuit vnum du
bium. s. que eēt melior via peruenien/
di ad vitā eternā. Nam in vnū quoqȝ
genere est aliqd precipuū qd̄ oīa alia excedit: sm
phūm. x°. Methaphisice. Sicut iter metalla au
rum: inter lapides preciosos onichinus siue to/
pacius: vel carbūculus sm quosdā: inter sericas
cremesinus: inter pannos purpura siue scarlata.
Et ideo inter oēs vias ad celū perducētes debet
esse vna alijs oibus singularior ac preciosior. Di
xit aūt predictus Pontifex cardinalib⁹ ꝛ cleri/
cis: ac religiosis: ceterisqȝ fidelibus christicolis i
simul congregatis. Quia nos suscepimus curā
pascendi gregem dn̄i: ut in c°. nisi cum pridē. ꝑ.
pp maliciā. de renū. Et nō tantū clericorū: sed etiā
laicorū vtilitatibus subuenire debemus. vt l. c°.
quia presulatus. p°. q. 4ª. Et nobis incūbit pro/
uidere saluti omnium fidelium. c°. cūcta p mun
dū. 9ª. q. 3ª. ꝛ in phemio sexti. Idō ad pfectū oiuȝ
fideliū volumus per sapientes diligēter inquiri ꝛ
discuti que sit rectior semita ad eternā felicitatem
perueniendi. Quia vero veritas quo magis fue
rit exagitata ampli⁹ elucescit. cap°. si. 35ª. q. 9ª.
Ideo vt melius appareat: volum⁹ vt vnusqsqȝ
dicat opinionē suā. Primo aūt locutus est qdā
canonista dicens sibi videri ordinē sacrū eē viā

per quā rectius ad deū inceditur pp cuius administrationē ⁊ executionē dignitas sacerdotalis oib⁹ alijs ē sublimior: ita q̄ q̄nq̄ȝ appellant̄ dij ⁊ aliq̄n angeli ipsi sacerdotes: vt in .c°. sacerdotib⁹. xj^a. q. 3^a. Et equiperant̄ soli. c°. solite. de maio. ⁊ obe. Vñ Aug. in li°. de ecclesiasticis dogmatib⁹ ait. Nulla maior dignitas ē sub celo q̄̄ sacerdotis qui ē ad celestia sacramenta ptractāda cōsecrat⁹. ⁊c. Ad ordinē quippe sacrū pertinet pdicare ⁊ deo sacrificia offerre: q̄ que sūt maxime necessaria humane saluti: vt in .c°. inter cetera de offi. ordi. ⁊ i cle. si dñm. de reli. ⁊ ve. san. ⁊ in .c°. inter opa. de spon. Jtē ad ipsū p tinet ministrare sacramēta ecclie hoibus q̄ sūt ad eorū salutē instituta: ut p Theologos in. 4°. di. p^a. Secūdo locut⁹ ē legista dicēs. Mihi v̄r q̄ hec via sit pax: propter quā leges sūt emanate defendentes innocētiā. ut i. c°. facte. 4^a. di. ⁊ in prohemio decretaliū. Et iō imperator in aūt. vt iudi. sine quoquo suf. in pricipio col. 2^a. dicit se noctes ducere insōnes ut subditi in oī q̄ete cōsistāt: ⁊ i autē. ut diui. iussi. col. 8^a. ēt ait. Volūtarios labores appetim⁹ ut alijs q̄etē pparam⁹. Et iō si fm canonistas sacerdotiū cūctis ē pferendū: via legalis p quā pax cōseruat̄: ut patet i phemio insti. Profecto ē dignissima cui⁹ administratores appellant̄ sacerdotes: ut in. l. p^a. ff. de iusti. ⁊ iu. Vñ ista ē via regia ad quā instruēdā venit fili⁹ dei. ut in. c°. nisi bella. 23^a. q. p^a. Et ipse appellat⁹ ē rex pacific⁹: ⁊ disposuit suos subditos ēt eē pacificos: ut in phemio decretaliū: ⁊ ipsā pacē suis fidelib⁹ in testamēto reliq̄t. Jo. 14°. Tertio locut⁹ ē medic⁹ dicēs. Mihi v̄r q̄ curatio infirmorū sit melior via. Nā altissim⁹ creauit medicinā ut dī. Eccl. 38°. Et a deo ē ois medella: ut ibidē dī. Et ideo ibidē ait sapiēs. Honora medicū: ppter necessitatē enī illū creauit altissim⁹. Jtem xp̄us se verū medicū demōstrauit sanādo infirmos a diuersis langorib⁹. Jteȝ q̄n honorat aliquē sanctū facit miracula p eū in sanādis infirmis: q̄ vero ars medicine sit via pducēs ad salutē pp exercitiū pietatis apparet: q̄ q̄̄ plures ex medicis sūt ab ecclia canonizati: ut sācti⁹ Lucas euāgelista. Joannes Chrisostom⁹ q ēt dicit̄ Joānes mesue: sācti Cosmas ⁊ Damian⁹ frēs: cū multis alijs. Jtē hec ars ē magis vniuersaliter necessaria hoib⁹ q̄̄ alie. Et iō quāto bonuȝ ei⁹ est communi⁹ tāto ■ ē diuini⁹. p°. Ethicorum ⁊ quāto aliqs i bonis suis ē communior ⁊ vniuersalior tāto ē deo similior: ut ait Plato in Thimeo. Quarto Philosoph⁹ dixit. Mihi v̄r q̄ cōtēpt⁹ diuitiaȝ sit hec via q̄ sicut auaritia est radix oiuȝ maloȝ. c°. bonoȝ. 47^a. di. ⁊ de peni. di. 2^a. c°. q̄ radix. ⁊ in autē. ut iudi. sine quoquo. suf. §. cogitatio. Jta a cōtrario q̄ ē fortissimū argumētū. l. 1^a. §. hui⁹ rei. ff. de offi. ei⁹ cui man. ē iuris. Et c°. sciēdū. 8^a. q. p^a. ⁊ c°. hospitioluȝ. 32^a di. Cōtēpt⁹ ipsi⁹ causabit omne bonuȝ. Et ideo Pithagoras audiēs oīa bona sua dissipata eē dixit. Jubet me fortuna expediti⁹ philosophari. Quinto fratres Basilij: Augustini ⁊ Dominici dixerūt scientiā eē illā semitā rectissimā qua ad supernā sapiētiā ptingim⁹: q̄ sicut ignorātia est mater omniū maloȝ. c°. p°. 38^a. di. Jta e cōtrario scientia ē m̄r oiuȝ bonoȝ. Vñ i cōstitutionib⁹ ordinis n̄ri factis p Joānē cardinalē auctoritate Martini pape q̄nti dī. Cū scia donuȝ dei sit. Armatura ad defensādā sāctā fidē catholicaȝ corona ordinis: lumē veritatꝭ et via in tenebris ambulātiū populoȝ ⁊c. Sexto frēs Benedicti dixerūt cōtēplationē eē illā p quā deo cōiungimur. Vñ tert⁹ in. c°. nisi cū p̄ridē. de renū. dicit. q̄ cōtēplatio ē pulchrior ⁊ securior vita. Et glo. in aūt. de mona. in pn. col. p^a. dicit. q̄ vita cōtēplatiua ē latior ⁊ celsior oibus. Et ideo dñs de Magdalena cōtēplatiua inq̄t. Luce. 19°. Maria optimā ptē elegit q̄ nō auferet̄ ab ea. Septimo. Fratres minores dixerūt q̄ ē humilitas: q̄a Gregori⁹ in omelia quarte dominice de aduentu ait. Qui ceteras virtutes sine humilitate cōgregat: quasi puluerē in manu ante facieȝ venti portat: ⁊ vnde aliq̄d ferre cernit̄: inde deterius excecatur: e cōtra vero de humiliāte se dicitur. Prouer. 21°. Sapientia humiliati exaltabit caput eius. Et Ambrosius ait: q̄ humilitas ē clauis que aperit regnū celorum: ⁊ reserat misteria scripturarū. Jtē scientia que per consanguineos nostros ē cōmendata nihil valet sine humilitate. Unde Jacoponus noster canit. Scientia acquisita da mortal ferita: se de humilita nō he vestita. ⁊ Ber. in libro de gratia humilitatis: ⁊ ponit glo. si. in cle. p^a. de reli. domi. dicit. Gloriosa res est humilitas qua ipsa quoq̄ȝ supbia palliari appetit ne vilescat. Legit̄ ēt in vitis patrū q̄ diabolus dixit sctō Machario. Tu vigilas: ⁊ ego nūq̄̄ dormio: tu abstines: ⁊ ego nūq̄̄ comedo. Sola humilitas tua me vincit. Hāc virtutē xp̄s verbo docuit ⁊ exemplo: ut dicit textus in. c°. domin⁹. 93^a. di. vbi dicit̄. Humilitatem nos humilis docuit. ⁊ in. c°. cōtra morē. 100^a. di. scriptum est. Nihil magis fulget i episcopo q̄̄ humilitas. Beda quoq̄ȝ super Lucam ait. Nō nisi per virtutem humilitatis quis ad sorteȝ potest redemptionis attingere. Octauo Fratres

cartusienses dixerunt ꝙ est silendum: quia dicit᷑
Prouer. 13°. Beatus qui custodit linguam in
omni tempore. Et ideo dicitur Jacobi p°. Sit
autē omnis homo velox ad audiendū: tardus
vero ad loquēdum. Nam ex lingua prorūpit vni
uersitas iniquitatis. Jacobi. 3°. E cōtra vero de
taciturnitate dicitur. Ysa. 32°. Cultꝰ iustitie silē/
tium ⁊ securitas vsqꝫ in sempiternū. ⁊ Prouer.
18°. Mors ⁊ vita ī manu lingue. Et Treñ. 3°.
c°. scriptum est. Bonum est prestolari cū silētio
salutare dei. Sedebit solitarius ⁊ tacebit: ⁊ leua
uit se super se. Nono heremita dixit ꝙ est oratio
sine qua nihil potest obtineri etiā de his que pre
destinata sunt. c°. obtineri. 23ª. q. 4ª. vbi dicitur
Ea que sancti viri orando efficiunt ita predesti
nata sunt ut precibus obtineant᷑ ⁊c. Et ibi di/
cit glosa ꝙ xp̄s quartum mortuum nō resuscita/
uit: qꝛ non fuit de hoc rogatus: de quo est textus
in. §. christus. de peni. di. pª. De orōne autē inqt
Augustinꝰ ⁊ recitat Jo. an. in fine glose magne
in cle. si dñm de reliqui. ⁊ ve. san. ꝙ est oranti p̄/
sidium: aduersario incendium: angelis solaciū
animo gaudium: ⁊ deo gratū sacrificiū. Decimo
diuites dixerūt ꝙ est elemosyna. Ait enim domi
nus Luce. xj°. Date elemosynam: ⁊ ecce omnia
munda sunt vobis: transūptiue in. c°. medica//
mētū. de peni. di. pª. Et Tobie. 4°. dicit᷑. Elemo
syna non patiet᷑ ire in tenebras. transūptiue in
c°. quam obrem. de peni. di. pª. E cōtra vero di/
citur negare xp̄m qui non facit elemosynam. c°.
omnis. 7ª. q. pª. Vndecimo mercator dixit. Mi
hi videt᷑ ꝙ hec via sit corporalis exercitatio: ⁊ ī
laboribꝰ viuere: quia de non laborantibus inqt
psalmista. In labore hominum nō sunt. ⁊c. Et
subdit. Ideo tenuit eos superbia: operti sūt ini/
quitate ⁊ impietate sua. Et ideo 2ª. ad Thesa. 3°. di
citur. Qui nō laborat nō māducet: ⁊ notat᷑ in. l.
si ex duobus. ff. de noxa. ⁊ pª. q. 2ª. c°. fi. ⁊ de pe.
ni. di. 4ª. c°. si impiꝰ. Et alibi dicitur: ꝙ q minꝰ
laborat minus meretur: ut in autē. contra qui p̄
priam. C. de nō nume. pe. item dr̄ ꝙ vigilātibus ⁊
nō dormientibus iura subueniunt. l. pupillus. ff.
de his que in frau. cre. ⁊ pª. ad Cor. 3°. ait aposto
lus. Vnusquisqꝫ propriā mercedem accipiet sꝫ
suū laborē. Et saluator inquit Matth. xj°. Ve/
nite ad me oēs q laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego
reficiam vos. E contra vero dicitur: ꝙ ocium ⁊
voluptas sunt arma hostis antiqui. c°. nisi cum
pridem. in prin. de renun. De vita autem actiua
inquit glosa. i. c°. sancta quippe rusticitas. 2ª. q.
pª. ꝙ licet sit magis laboriosa q̄ꝫ contemplatiua
tamen est magis fructuosa. d. c°. nisi cum pridē

in fi. vbi dicitur ꝙ figuratur in Lia que fecun
cunda licet non esset ita pulchra sicut Rachel
sterilis: ⁊ respectu istiꝰ fructuositatis preferatur
cōtemplatiue ut ait glosa in predicto. c°. sancta.
Et allegat c^m. scias. 7ª. q. pª. ⁊. c^m. in scripturis.
8ª. q. pª. Duodecimo. Pauper dixit sibi videri
ꝙ abstinentia sit hec via regia: quia sicut gula
de paradiso deiecit hominem: ita abstinentia ad
paradisum ipsum reuocauit. c°. sexto die. 35ª. di
stin. ⁊ Hieronymꝰ in. c°. sint tibi. de cōse. distin.
5ª. ait. Jeiunium curat vulnera delinquentis: cu
ratosqꝫ sanctificat. OO

His autem omnibus auditis in tanta opini
onum diuersitate ait papa. Incertiores fa/
cti sumus q̄ꝫ prius: sed bonum nobis videtur
eligere aliquem sapientem theologum qui exa/
minatis his opinionibus determinet quid tenē
dum sit. Nam iudicantem oportet cuncta rima
ri, ⁊c. c°. iudicantem. 30ª. q. 5ª. ⁊ oportet ꝙ sciat
cognoscere quicquid debet iudicare. Judiciaria
enim potestas expostulat: ut quod vult iudica/
re discernat. c°. qui vult. Et c°. caueat. de penitē.
di. 6ª. ⁊. 38ª. di. c°. nulli. ⁊. c°. sequenti. Tunc cete
ri omnes dixerunt. Fiat. Electus igitur fuit q/
dam sūmus Theologus qui accepta benedictio
ne Pape incepit loqui dicens. Licet omnes pre
dicte opiniones sint bone: tamen melior est opi/
nio illa de qua legitur in vitis patrum. Vbi dici
tur: ꝙ congregati sancti patres coram sancto
Antonio ceperunt in simul discutere que esset
virtus qua mediante homo melius euaderet in
sidias diaboli: ⁊ citius veniret ad statum perfe/
ctionis: ⁊ quibusdam dicentibus ꝙ erat castitas
⁊ alijs diuersas virtutes preferentibus: ipse An
tonius conclusit ꝙ erat discretio que [illegible] condi/
mentum ⁊ custodia omnium virtutum. Et hec
determinatio confirmatur per parabolam sal/
uatoris Matth. 25°. de decem virginibus: de
quibus quinqꝫ ingresse sunt cum sponso: ⁊ alie
foris remanserunt. Licet enim omnes essent vir
gines: ⁊ omnes haberent lampades: tamen sole
virgines prudentes que ex prudentia sua acce/
perunt oleum in lāpadibus suis acceptate sunt
fatuis virginibus exclusis. Ex quo concluditur
prudentiā eē viā regulatricē oīum virtutū. Vnde
Ber. super Canti. dicit. Discretio non tam vir/
tus est q̄ꝫ quedam moderatrix virtutum ⁊ au/
riga: moderatrix ⁊ doctrix morum. Hec autem
veritas clarius patebit discurrendo omnes pre
dictas opiniones. Primo enim qd̄ dixit canoni
sta verissimū ē offim̄ sacerdotis ⁊ p̄dicatoris est
dignissimū: sed tamen sine discretiōe nihil valo

Unde ait Augustinus i c°. ante omnia. 40ª. di. Episcopi: presbyteri: aut diaconi officio nihil est apud deum miserius: tristius: ac dānabilius: si perfunctorie atqȝ adulatorie res agitur. Et ideo dicit i. §. ecce. e. l. 3°. pª. q. pª. ꝙ maiori discretiōe indiget sacramentum ordinis ꝙ̄ cetera. Similiter officium predicatiōis indiget discretionis sale. Unde discipulis suis ait saluator Matthei. 5°. Vos estis sal terre: quod si sal euanuerit i quo salietur? ꝛc. Et ideo inquit Gregorius in pastorali: vt habet in c°. sit rector. 43ª. di. Sit rector in silentio discretus: ꝛ vtilis in verbo: ne aut tacēda proferat: aut proferēda reticescat. Nam sicut incauta locutio errorem protrahit: ita indiscretum silentium hos qui erudiri poterant in errorem derelinquit. Debet ergo ṗdicator esse discretus: ita ut accōmodet sermonem suum ſm qualitatem audientium. c°. oportet. 8ª. q. prima. ꝛ c°. in mandatis. 43ª. di. Sacerdos quoqȝ debet eē discretus in dispensando iuxta merita ꝛ contritionem delinquentium. c°. p°. ꝛ 2°. extra qui cle. vel vo. Et ibi per Panor. ꝛ alios: ꝛ nō passiȝ dispensare: vt in c°. si quis prepostera. ꝛ in c°. tua. ꝛ in caplo. studeat. ꝛ caplo. hi qui. 50ª. di. Item in confessionibꝰ quas audit debet esse diligens inquisitor: ꝛ subtilis inuestigator: ut prudenter ꝛ astute interrogaret a peccatore quod forsitā ignoraret: vel ex verecundia vellet occultare. c°. qui vult. de peni. di. 6ª. Secūdum vero quod ait Legista de pace est verum: qꝛ sine ea non possumus scandere regnum pacis. Sed tamē pax sine discretione nihil valet: qꝛ cum omnibus non est pax habenda. Unde dicit Bal. de pace constā. in vsi. feu. ꝙ pax non est cum his qui in dolo sunt. Et Isidorus [illegible] libro de summo bono ait: ꝙ cōcordia malorum contraria est bonorum: ꝛ ideo sicut optādum est ꝙ boni adinuicem Pacē habeant ita optādū ē: ꝙ mali ad inuicē sint discordes. Item nō debet haberi a patre cum filio indigēte correctione. c°. non osculatur. 5ª. q. 5ª. ꝛ caplo. licet heli. de simo. ꝛ c°. legant. 37ª. di. Item nō debet haberi a prelato cum subdito delinquente: qꝛ disciplina ꝛ misericordia multuȝ destituitur: si vna sine altera teneatur. caplo. disciplina. 45ª. di. Et ideo dicitur ꝙ iusti solent recte peccatoribus indignari caplo. vera iustitia. eadem di. Item pax per collusionem facta cum aduersario reprobatur. caplo primo. de collu. dete. Cum malis etiaȝ pacē hēre nō debemus qñ ex ea sequitur iniuria dei: sed eorum peccata debemꝰ odio habere: exēplo psalmiste: qui ait deo. Nonne qui oderunt te domine oderam: ꝛ super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos: ꝛ inimici facti sunt mihi. Tertium quoqȝ quod ait medicus de pietate circa infirmos est bonum. Sed sciendum est ꝙ medicina sine discretione nihil valet qꝛ vnū remedium non debet omnibus infirmitatibus adhiberi: sed ſm diuersitatem infirmitatum debent esse diuersa genera medicinarum. l. i. ff. de ven. inspi. ꝛ capitulo. necesse. ꝛ 29ª. di. ꝛ capitulo. vt constitueretur. 50ª. di. Item medicus debet considerare causam morbi: quam si ignorat sanare non potest. Sicut dicit Galienus. Et etiam Joan. an. in capitulo primo. de cle. egro. libro sexto. ꝛ specu. in ti. de aduo. §. 3°. circa prin. Itē debet abscindere vulnera que fomenta medicine non sentiunt: ꝛ sic nō debet mederi incurabilia. 82ª. di. capitulo. qꝛ aliquanti. ꝛ 16ª. q. pª. capitulo. in canonibus. Item prudēter debet inducere infirmum ad cōfessionem. c°. infirmitas. de peni. ꝛ remis. Non debet etiam facere differentiam in hominibus: quia etiam pauperes debet gratis curare. caplo. prouidendum. 83ª. di. Iteȝ debet mederi vbi est fixum vulnus. pª. q. pª. c°. ventum. Et quādo dubitatur de medicina ꝙ debeat sibi nocere potius debet infirmuȝ relinquere in manu creatoris: ꝙ̄ eius vitaȝ committere incertitudini. l. quod si nolit. §. culpam. ff. de edi. edic. Item nō debȝ īfirmo facere aliquod remedium quod vertatur [illegible] detrimentum salutis. d. capitulo. cuȝ infirmitas. ꝛ c°. illud. 26ª. q. 2ª. nec semper debet cōsiderare precepta medicine: que cōtēr sunt contraria vite spirituali caplo. ꝯtraria. de conse. distin. quinta. Quartum etiā quod ait philosophus de contemptu diuitiarum ē bonum: sed sine discretione nihil valet. Et ideo oēs philosophi pagani ꝛ infideles licet omnia contempserint sunt dānati: quia non fecerunt hoc discrete ꝛ debito fine. Unde dixit sanctus Joannes euangelista vt legitur in vita eius cuidaȝ philosopho qui appellabatur Craton: qui faciebat discipulos suos mundū contēnere ad acquirendam gloriam temporalem. Stultus est iste mūdi contemptus: qui hominum ore laudatur: sed diuino iudicio reprobatur. Quintum vero qđ dixerunt fratres Basilij ꝛ alii de scientia est similiter bonum: sed tamen sine discretione nihil valet: quia non passiȝ omnia oportet legere: sed illa que sunt anime vtiliora. Unde prohibetur studium legum ꝛ medicine clericis: vt in capitulo magnopere. ꝛ i caplo. super specula. extra ne cle. vel mo. Et ideo Hieronymus fuit verberatus qꝛ lȝ post multas lachrymas studebat i libris Platonis ꝛ Ciceronis. ꝛc. vt hꝫ i capitulo. legimus.

tiam.c°.non mediocriter.eadem di. vbi dicitur. q talis ieiunãs cõmittit furtũ de rapina. Et iõ ait apostolus ad Roma.12°. Rationabile obse/quiũ vestrum. Concludo igitur cum Gregorio in.c°. hinc tenim.49ᵃ.di.q ait. Per nasum quo odores fetoresq3 discernimus discretio exprimitur: p quã virtutes eligim⁹: et delicta reprobam⁹. His autem dictis omnes assenserunt. Et insuper eu3 rogauerunt vt ipse qui omnibus sapientior est inuentus: aliquid de ipsius prudentie quiditate e excellentia: ac vtilitate eis predicaret: qui inuocata gra spũs sctĩ sic incepit. P

PRudentiam diffinit Tulius in.2°. Rethorice di. Prudentia est rerum bonarũ et malarum verarũq3 scientia. Aristotiles xo.6°. Ethicorum dicit. Virtutes omnes ierunt: si prudentia fuerit. Quare nulla erit virtus: prudentia nõ existente: quia prudentia est recta ratio agibilium: sine qua nulla virtus recte operatur. Aug. etiam in libro.83. Questionum inquit. Prudentia ẽ cognitio rerum appetendarum et fugiẽdarum. Et in primo de libero arbitrio.capitulo.14°. dicit. Prudentia est appetendarum et vitandarum rerum scientia. Et ibidem. Prudẽtia est affectio anime vel motus quo intelligit eterna superiora esse et magis appetenda q̃ temporalia: que nouit esse inferiora. Et ibidem in libro de moribus ecclesie ait. Prudentia est amor circa ea quib⁹ adiuuatur homo: ab eis quibus impeditur sagaciter eligens. Et iterum ibidem dicit. Prudẽtia est amor bene discernens ea quibus adiuuatur ad tendendum in deum: ab his quibus impediri potest. Juriste autem diffiniunt prudentiam dicentes. Prudentia est diuinaru3 humanarumq3 rerum notitia: iusti atq3 iniusti scientia: vt habetur in.l.iustitia.§.iuris prudentia. ff. de iusti.et iur. Et insti.eodem.§.primo. Aristoteles insuper libro primo magnorum moralium. capitulo.41°.dicit. Prudentia est circa operabilia: in quibus est electio et fuga. Et in secundo libro.c°.7°.ait. Neq3 absq3 prudentia alie virtutes fiunt: neq3 prudentia perfecta est absq3 aliis virtutibus: sed cooperantur quodammodo ad se inuicem consequentes prudentiam. Et in primo Rethorice capitulo.13°. dicit. Prudentia est virtus intellectus: s̃m quam bene consiliari potest de bonis et optimis dictis ad felicitatem. De qua virtute tres considerationes faciemus. Prima quarum appellatur commendationis. Ait enim Aristotiles in libro primo magnoru3 moralium capitulo octuagesimoprimo. Prudentia sicut architector virtutum est. Et Tullius in tuscu.questionibus libro primo. Nihil est hominis prudentia dulcius. Et Cassiodorus.libro.6°.epistolarum: epistola.xᵃ. Sola est prudentia que rebus omnib⁹ preponitur: quãdo in homine feliciter inuenitur. Et idem libro 12°.epistola.3ᵃ. Ubiq3 probatur necessaria eẽ prudentia quoniam rebus omnib⁹ videtur adhibere commoda. Unde Prouer.2°.iquit Salomon. Prudentia seruabit te ut eruaris a via mala. Et eiusdem libri.9°.c°. Ambulate per vias prudentie. Homo in caute et prudenter solet incedere in via lubrica: fossata et illaqueata. Via autem huius mundi est lubrica per luxuriam. Unde de luxuriosis dicitur Jere.23°. Via illorum erit quasi lubricu3 in tenebris. Item est fossata per auariciam: iuxta illud psalmiste. Foderunt ante faciem meam foueam etc. Item est illaqueata per superbiam. Unde psalmista ait. Jn via hac qua ambulabã absconderunt superbi laqueũ mihi: et funes extẽderũt in laqueũ: et iuxta iter scãdalum posuerũt mihi. Et iõ hortatur apostolus ad Ephe.5°.di. Videte fratres quomodo caute ãbuletis: nõ quasi insipientes s3 ut sapiẽtes etc. Jlle aũt ẽ sapiẽs q est prudens. Unde Salomon iquit Prouer.14°. Jn corde prudentis requiescit sapientia. Et.16°. Qui sapiẽs corde est appellabitur prudens. Et Jbidẽ etia3 hortatur dicens. Acquire prudẽtia3: quia preciosior est argẽto. Et.19°. Custos prudentie inueniet bona. Et.24°. Sapientia hedificabitur domus et prudentia roborabitur: et.28°. Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam. Et Sap.5°. Melior ẽ sapientia q̃ vires et vir prudens q̃ fortis. Et Eccl.x°.dicitur. Ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. Et.20.c°. Homo prudens placebit magnatis. Hec prudentia est illa que semper hominẽ regere debet ne in aliquo labatur. Unde metrice dicitur. Non de ponte cadit qui cum prudentia vadit. Licet autem in omnibus hominibus esse debeat: quia ut ait Aristo. in secundo de anima. Homo est prudentissimũ animalium: tamen magis reperitur in vno q̃ in alio. Jnquit enim Aristo.in libro problematum parte.30ᵃ. Parui capitis prudentiores sunt eis qui sunt magni capitis. Magis etiam est i senibus q̃ in iuuenibus. Unde Aristo.in.6°. Ethicorum ait. Juuenis expertus non est: et ideo iuuenes non videntur esse prudentes. Multitudo autem temporis facit experientiam et prudentiam. PP

SEcunda consideratio de prudentia dicitur

distinctionis. Duplex enim invenitur prudentia
scilicet proprie dicta et improprie. Prudētia pro
prie dicta est virtus cardinalis: ut probāt Tho.
in.3°.di.33ᵃ. Et ista solum in bonis reperitur. vñ
ait Aristo.6°.Ethico. Impossibile est aliquem
prudentem esse non bonū. Et ideo beat⁹ Tho.
2ᵃ.2ᵉ.q.47ᵃ.ar°.13°. pbat triplici rōne: q̄ ꝑfcā
prudentia in peccatorib⁹ non est. Dicit quoqȝ ꝑ
dictus doctor in ꝑdicta questione: q̄ est alia pru
dentia improprie dicta que in peccatoribus re/
peritur: nō tamen est virtuosa nec meritoria. Et
hec est triplex. Prima falsa et mala: sicut ē astu
tia illius qui propter obtinendū malū finē scit
ordinare aliqua media illi fini. Sicut cōsuevit
dici. Ille prudens latro quia scit cōveniētes vi/
as invenire ad furādum. Et de hac calliditate et
versutia dicitur Jere.4°. Sapientes sunt ut faci
ant mala. Et loquit̄ de sapientia et prudētia ma
quā habent avari in acquirēdo divitias: luxu
riosi in acqrendo delitias: et superbi in acquirē/
do honores: et alij maligni in decipiendo proxi/
mos. De qua etiā dicit̄. Jacobi.3°. Non est ista
sapientia de sursū descendens sed terrena: et hoc
quo ad avaros. Animalis: quo ad luxuriosos:
et diabolica quo ad superbos et proximos decipi
entes. Tales prudentes ad malū dicit Albertus:
in tractatu de virtutib⁹ politicis.c°. de iprudētia
esse similes lupo: qui ut canē aliquē capiat lupos
plurimos advocat et insidias illi parat. Alijsqȝ i
insidijs collocatis ipse solus ad locum ubi est ca
nis vadit: quasi cum eo solus bellare velit. Cū/
qȝ canis nihil cogitans de insidijs eum invadit
ille simulans tam diu fugit donec eum ad insidi/
as traxerit. Et sic fallaciter eum lupis comeden
dum exponit. Sunt etiam similes vulpi que est
animal fraudulentum: cuius iter semper est tor/
tuosum et nunq̄ȝ rectum. Hec dum multum fa/
mescit in terra rubea se involuit et quasi mortua
et sanguine cruēta super terrā se ponit. Quod dū
aves aspiciunt eam secure conveniunt: sȝ dū
illam depillare rostris incipiunt fraudulentam
vulpem morsibus mortiferis esse ꝑsentiūt. Sūt
etiam similes ceraste serpenti fallaci: qui ut deci/
pere possit aviculas totū corpus sub arena oc/
cultat: et cornua sua vermibus similia avib⁹ mō
strat. Ad que dum tāq̄ȝ comesturi vermes aves
veniunt non cibum optatū sed anguē decepto/
rem inveniunt. Q

Dicit ēt Albert⁹ ubi supra q̄ bona pruden/
tia et mala semꝑ īter se pugnāt: sȝ bone pru/
dentie cedit in fine victoria: q̄uis mala pruden
tia multa ingerat ei ꝑicula. Et ad hoc iducit exē

plū de tigri que est admodū sagitte in cursu ve
locissima: varijsqȝ maculis suppicta: significans
hanc malā prudentiā ad cursum malū ꝓmptissi
mā: et maculis maliciaꝝ plenā. Hui⁹ tñ fraus et
malicia ꝑ hoīs prudentiā vincit̄. Dū eni ab ho/
mine sui catuli rapiunt̄ odore raptorē persequit̄:
q equo velocissimo transportat̄. Qui dum audit
strepitū bestie sequentis unū de catulis sibi pro/
ijcit. Quē illa in via inveniens rapit et ad nidū
reducit. Et interim raptor navē ascendit: et in al
tū mare se trahit: ad quē locū bestia non accedit.
Si autē venator oēs catulos velit habere: in via
specula post se abijcit. Que illa intuens dū suam
imaginē ibi cernit filios esse credit. Et dū ꝓ acci
piendis filijs morā trahit prudens venator eva
dit: hec ille. R

Est secūdo alia prudentia improprie dicta
q̄ appellatur industriosa: et est illorū qui in
agibilib⁹ mūdi sunt sagaces. De q̄bus inq̄t salva
tor Luce.16°. Filij hui⁹ seculi.i. peccatores prudē
tiores sunt filijs lucis.i. iustis: in gñatione sua.i.
in negocijs secularibus. S

Tertia prudentia dicit̄ vana: et est illoꝝ q de
ꝑtinentib⁹ ad vitā corporalē bene sciunt cō
siliari et providere: sed nō de pertinentibus ad sa
lutem: ut īquit Aug. in li°.83.q̄ōnum. Et ista ap
pellat̄ prudentia carnis: de qua ait Paulus ad
Roma.8°. Prudentia carnis mors est. Possu/
mus quoqȝ q̄rtam prudentiam fatuā adiūgere:
que est illoꝝ q bene alijs consulere sciūt: sibiipsis
aūt minime. Tales dicit Albert⁹ ubisupra esse si
miles cāpane vel cithare que dū alijs pulchꝝ so
nū reddit seipsā consumit. Sūt etiā similes oculo
cūcta vidēti et alijs oñdenti: sȝ seipsū non aspici
enti. Itē candelle alios illuminanti: seipsā vero
cōsumēti. Et aque alios lavāti: seqȝ ipsā inficiē
ti. Dicit ergo ꝑdict⁹ doctor q̄ turpe est ut q sibi ce
cus est: alijs de colorib⁹ velit iudicare. M

Tertia ꝯsideratio de prudentia dē operationis.
Scdm̄ eni Augustinū in ꝟmone ad here.
ut ēt īquit Tulius in.2°. Rheto. Ad prudentiā
ꝑtinet tria operari. Primo preterita ad memoriam
reducere. Scdo ꝑsentia ordinare. Tertio futura
ꝓvidere: iuxta illud Deut.32°. Gens absque cō
silio est et prudentia: utinam saperent scilicet pre
terita: et intelligerent scilicet presentia: ac novissi
ma providerent. Et ideo prudentia depingi so
let cū tribus capitib⁹: quoꝝ uno respicit ante se:
alio sursum: et altero post se. Primū igitur offi/
cium prudentie est revocare ad memoriā ꝑteri
ta: qd nobis triplr est utile. Primo ne supbiamus
Et ad hoc fac̄ quod refert Hierony.l. q̄ romanis

principibus de bello cū victoria redeūtib⁹ magn⁹ honor exhibebatur: qui triumphus dicebatur. De quo fit mētio in pĥemio institutionū in prīci. pio. Tot⁹.n. populus victori redeūti cū leticia magna occurrebat: oēs quoqꝫ captiui ligati currū sequebant: τ ipse victor tunica Jouis indutus sedebat sup currū ornatissimū: quē trahebāt q̄tuor equi albi: τ sic cū gloria ducebat ad capitoliū. Sed ne his honoribus superbiret qdā vilissimus homo collaphizabat eū di. Cognosce te ipsū τ noli superbire de tanto honore. Respice ad eos q ante te fuerūt: τ hoiem te esse memento: scilicet moriturū. Secūdo pdest reminisci p̄teritoꝝ vt presentia melius intelligamus: vñ iuriste dicunt propter hoc ꝙ q in p̄terito fuit malus: etiā in p̄senti talis p̄sumit. l. si cui. §. hisdem. ff. de accu. Et ecōtra. Qui in p̄terito fuit bon⁹ etiā in presenti talis p̄sumitur. l. non oēs. §. a barbaris. ff. de re mili. Jō Grego. volens comēdare Maximū episcopū dicit in. c°. mandata. extra de presum. Ex trāsacta vita tua didicim⁹ qd de sequenti tua conuersatione sentiam⁹. Tertio prodest talis memoria vt futuris prouideam⁹. Facta.n. in preterito possūt extimari etiā debere fieri in futuro. c°. scribā. extra de p̄sum. vnde Esopus fabula. 50°. inqt. Preteriti nō scire futura facit. Jmo ēt aīalia irrationabilia ex p̄teritis actis p̄sumunt similia debere agere in futuro. Insti. de rer. diui. §. ceruos. τ. ff. de acq. re. do. l. naturalem. §. ceruos. vbi habet ꝙ ceru⁹ q ex consuetudine solit⁹ est ire ad siluas: τ postea redire domū: p̄sumit ꝙ ita faciet in futuꝝ. Recordent ergo filij quid in parentes egerūt vicē p oīa recepturi: vt inqt Hierony. in li°. de honorādis parentib⁹. Et certe de filio percutiente patrē potest dici illud qd̄ h̄etur in. l. nemo C. de epis. audi. ꝙ semper fecit semper expectet: vnde legitur ꝙ in ciuitate Mediolani quidā patrē interfecit: qui postea a proprio filio est interfect⁹: τ ille postea a filio suo: τ sic in multos gradus peruenit hoc factū. Tandem vltim⁹ videns se patrē interfecisse noluit vxorē ducere ne τ ipse interficeret: τ sic domus illa ad nihilū deuenit. Cōtrariū vero exēplū de recordatōe bonoꝝ p̄teritoꝝ: τ exhibitione similiū habet in annalib⁹ romanorū de Nerua imperatore: q cū omnib⁹ etiam popularib⁹ adeo se familiarē exhiberet: vt nō imperator sed amicus cū amico videret. Interrogatus quare sic faceret: respondit: qꝛ aliquando homo priuat⁹ fui τ tūc optabam mihi imperatores familiares esse. Nūc ergo cū sim imperator volo talis esse subiectis: quales ego existēs subiect⁹ optabam erga me esse impatorē. De hac quoqꝫ recordatiōe p̄teritoꝝ loq̄ns Arist. in. 6°. Ethicorū dicit. Necesse est plurimoꝝ p̄teritoꝝ habere memoriā: τ videre qd in eis acciderit vt in pluribus. Et ex his cōiici poterit a prudēte qd̄ accidere debeat in futuro. Qua ex re Mathathias machabe⁹ confortabat filios dicens. Filij estote emulatores legis: τ memētote operū patrū nostrorū q̄ fecerūt in generationib⁹ suis: τ accipiet glo riam τ nomē eternū: p̄mi Machabeoꝝ. 2°. Sic Judas machabe⁹ videns valida castra inimicorū contra quos pugnare debebat: potestas patrū victorias ad memoriā socijs reduxit dicēs. Mementote quomodo salui facti sūt patres nostri in mari rubro: cū sequeret eos Pharao cū exercitu multo. Et sic animauit eos. primi Machabeorum. 4°.

¶ Secundū officiū prudentie ſm Tuliū vbi supra est ordinare p̄sentia τ discernere: τ sic habet discretionē que est mater omniū virtutū. c°. primo. de officio custo. τ. c°. p̄sentiū. p°. q. 5°. τ in Cle. 2°. §. verū qꝛ de sen. τ re iudi. Per discretionem autē separat homo τ discernit iustū ab iniusto: τ licitū ab illicito. ff. de iusti. τ iu. l. i. Per hāc discernit inter bonū τ malū: bonū tenēdo τ malū fugiendo p°. ad Thi. 4°. Per hanc discernit inter mai⁹ bonū τ minus: vt maius eligat τ preferatur minori: τ publicū priuato. C. de pcu. l. exigendi. Et. ff. de furtis. l. si seru⁹ communis. §. ꝙ vero. Item per hanc discernit inter maius τ min⁹ malū: vt de duobus malis minus incurratur. l. absentem. p°. respō so. ff. de pe. τ. l. ita vulneratus. in fine. ff. ad legem aqui. τ. 22°. q. 4°. c°. non solū. τ. c°. p°. 13°. di. τ. l. i. §. p°. ff. de ven. in pos. mittē. τ l. quotiens. la quarta. ff. de reg. iur. Per hanc insuper discernit ad sequendū τ qd̄ fugiendum sit. Unde Aug. in sermone ad here. ait. Prudentia tibi est necessaria: qꝛ docet quid fugiendum sit τ quid sequendū. Docet enim vt non superbias de rebus transitorijs cū sint caduce: sed ea que possides tanq̄ aliena possidere auertas. Docet etiam vt ea que non potes perpetuo retinere: fructuose permittas abire. Docet quoqꝫ vt in cunctis idē sis tam in prosperis q̄ in aduersis: sicut manus que eadem est cum in palma extenditur τ cum in pugnum restringitur. Prudentia etiam docet te quomodo reprehensibilis sit nimia laudatio: τ immoderata vituperatio. Jllam quidem adulationem: τ istam suspectam malignitatem. Prudentia quoqꝫ testimonium veritati nō amicitie reddit. Prudentia cum discretione promittit: promissum accelerat: τ amplius q̄ promiserat prestat. O beatus τ felix qui prudens

in omnibus inuenit. Nam si cuncta que hz amisit clamat. Oia mea mecũ sunt scilicet virtutes. Cum enim prudens in seipso contentus sit: omnia secum habens in omnibus sufficiens est: hec ille. Per prudentiam quoqz discernit homo inter verum ⁊ falsum: dum prudens cognoscit naturam cauillationis: de qua in .l. natura cauillatiõis. ff. de regu. iur. per hãc etiã discernit inter rectitudinem ⁊ simulationẽ ac deceptionẽ: ita vt non possit fraudari. Unde inqt auctor libri de formula honeste vite. c°. 2°. Prudens fallere nõ vult: ⁊ falli non potest. Debet enim qsqz facere pposse ne fallat aliũ: nec ipse fallat. l. fi. C. de ponderatione auri. li. x°. Habeat ergo prudens astutiã serpentinã ne decipiat ⁊ simplicitatẽ colũbinam ne decipiat. c°. si cupis. 16ª. q. pª. sicut precepit dñs Math. x°. dicens. Estote prudẽtes sicut serpentes ⁊ simplices sicut columbe. Ut enĩ ait Augu. in sermone ad here. Simplicitas sine prudentia stultitia reputat. Astutia vero sine simplicitate supbia appellat: ⁊ ideo nec simplicitas debet esse sine prudentia: nec prudentia sine simplicitate. Albertus vero vbi supra in capitulo de prudentia dicit: qz sicut serpens p cõseruatione capitis totũ corpus exponit: ⁊ dũ incãtari vult vnã aurem terre infigit: ⁊ aliã caude imissione claudit ⁊ sic vocẽ incãtantis effugit. Sic nos pro capite nostro xpo debemus vitã exponere: ⁊ pro salute anime corpus. Et ne audiamus vocẽ diaboli incãtantis: ⁊ mala suggerentis aurem terre debemus infigere. i. nostrã misericordiã considerare: iuxta illud Geñ. 3°. Memẽto homo qz cinis es: ⁊ in cinerẽ reuerteris. Hoc autẽ faciebat Archalada rex sicilie: qui natus fuerat ex patre figulo paupere: vnde semp vtebat vasis fictilibus: ⁊ nõ aureis vel argenteis: vt in humilitate persisteret sue pme conditionis nõ oblitus. Aliam vero aurẽ debemus cauda ꝯcludere. Quia. n. cauda est pars vltima corporis: p eam significat mors que ẽ finis hominis: quã debemus pmeditari ⁊ semp ante oculos cordis hẽre. Dicebat. n. Plato. Oium sapientũ vitã meditationem esse mortis: hec ille. Nos vero aliam serpẽtis astutiã siue prudentiaz addere possumus scilicz: qz quãdo senescit ⁊ prurigine corpus suũ grauari sentit: ad angustũ foramẽ alicuius petre vadẽs p illud trãsit: ⁊ ibi pellem veterẽ oino relinqt ⁊ sic renouat ⁊ sanatur. Petra autẽ est christus cuius foramina sunt ipsius pluria vulnera. Cũ ergo veterẽ pellẽ idest nostrã preteritã cõuersationẽ corruptã ⁊ abhominabilem deponere volumus: deuota cõtemplatione ⁊ recordatione passionis christi per illa foramia transeamus. Ipse enim ait illud Exo. 33°. Ponam te in foramine petre ⁊ protegam te dextera mea. X

Tertium prudentie officium est futura prouidere fm Tulium vbi supra. De quib' omnibus iquit Seneca in li°. de quattuor virtutib'. Si prudens est aius tuus tribus temporibus dispenset: preterita recordare: psentia ordina: futura prouide. Sciendũ tamẽ qz prouidere futura p viam scientie non possumus. ff. de iudi. l. sed ⁊ si restituatur. §. fi. Futura enim prescire soli' dei est. 26ª. q. 5ª. in principio. puidere aũt futura per viam prudẽtie sũma virtus est: que habet ex memoria preteritorũ ⁊ intelligẽtia presentiũ. De qua Terẽtius in adelphis. c°. xi°. ait. Illud est sapere non quod ante pedes modo est videre: sed illa q futura sunt prospicere. Et Tulius in arte veteri. li°. 2°. inquit. Prouidentia est per quã futurorum aliqd videtur ante qz fiat. Et Seneca epistolarũ li°. 15°. epistola. 4ª. dicit. Nihil nob improuisi esse debet. ⁊ idem li°. 17°. epistola. 3ª. ait. Quodcunqz lesurum est multo anteqz accidat speculare ⁊ aduerte. Ut enim dicebat serapion. Uanum est consilium consumata lite. Boetius quoqz li°. 2°. de consolatione inquit. Neqz enim quod ante oculos situm est sufficit intueri rerum exitus prudentia metit. Et Gregorius in pastorali. c°. 57°. dicit. Dum contra ictum quisqz paratior redditur: hostis qui se inopinatũ credit eo ipso qz preuisus est eneruatur: hec ille. Sicut autem galea militis caput defendit ab ictibus: sic prudentia rationem que caput est anime bene dirigit ⁊ cauet ne a malicia vulneretur. Y

Debemus ergo facere sicut leo q [illegible] per viã incedit: ne a venatorib' inueniri possit sua vestigia cauda destruit. Quod exponens Albertus vbi supra ait. Qui sunt venatores nisi demones? Quid est cauda vestigia trãsacta delere? nisi factis posterioribus priora destruere? Hericij quoqz astutiã imitandaz predictus doctor addidit: qui dũ quicquã contrariũ sibi sentit: se in globum conuertit ⁊ tanta se fortitudine constringit vt saluo corio aperiri vix possit: ipsisqz aduersarijs suas spinas opponit. Item ponit exemplum de columba que residet iuxta aquas: ⁊ semper est suspecta nec vnqz secura nisi in foraminibus petre. Sic vir prudens vbiqz timere debet: ⁊ iuxta aquas lachrymarum residere: christiqz auxilium implorare ac in eius vulneribus versari ⁊ de eis meditari: iuxta illud Canticorz. 2°. vbi inuitat dominus di. Ueni columba mea in foraminib' petre: in cauerna macerie. Z

Dicit etiā Albertus vbi supra φ officium prudētie est nō solū sibi:sed ēt alijs precauere ⁊ prodesse:iuxta illud Prouer.14°. Prudens indoctos quosq3 erudiet. Unde dat exēplū de aquila:que ut possit ab oibus venenosis defendere filios:preciosum quēdā lapidē inuenit:quem [illegible] nido cum filijs ponit:⁊ oēmq3 venenositatē ab eis excludit. Sic ergo quilibet prudēs pr̄familias debet lapidē charitatis inter filios ponere: quos si viderit a via veritatis declinare ⁊ a virtutibus degenerare:debet a se remouere. Nā ⁊ aquila cuius nature est solem in eius rota respicere:⁊ ī eo visu plurimū delectari:volens filios cognoscere: vtrū sint nobiles vel forte degeneres: eos vngue capit ⁊ contra solē exponit ⁊ vt in solē respiciant rostro cogit. Quē ergo absq3 lachrymatione solem respicere viderit:ipsū tanq̄ sue nature participē in nido reponit ⁊ sollicite eum pascit:si3 cuius oculū lachrymari cōspexerit:illū tanq̄ degenerem ⁊ a sua natura extraneū abijcit ⁊ nō pascit. Reffert etiā ibidem de astutia henricij in pascendis filijs qui vitē siue pomū ascendit:vuasq3 seu poma deijcit:sup quibus postea se inuoluit:vt suis pinniculis infigant̄ ⁊ sic escam deferat filijs. Est quoq3 prudētie offm̄ nocia p̄cauere. Debēt eni3 prudentes esse sicut illi de quibus glosa in. l.papinia.§.sed nec.ff.de inoffi.te.ait φ h̄nt mātellu3 [illegible] oēm ventum. De hac aūt prudentia precauēdi nocia dat Albertus vbi supra exēplum dicēs de mugine pisce:φ dum retia piscatorū presentit:mox retro redit: ⁊ supra aquam virtute magna se eleuans retia trāsilit:quasi volans. Quid est ergo:o homo φ tu diabolica retia effugere nescis:qui oib9 piscibus dn̄aris:hec ille.

Addens φ ad prudentia3 etiā spectat aduersarij potētiā astute superare. Unde refert φ quidā miles vltramontanus dextreriū habebat que3 maxime diligebat. Cumq3 cerneret eū macrescere:⁊ a scutifero didicisset φ annona3 ⁊ oia necessaria quotidie illi daret:voluit itelligere:vñ hoc procederet. Cumq3 in sero ī stabulo latitaret statim post annonā data3 mures maximi ī multitudine grādi [illegible] presepiū descenderūt: ⁊ quasi ī momento annonā comederūt equo stupescente: ⁊ se quātu3 poterat a presepio elongāte. Cūq3 gatum illuc attulisset:illi sup murilegū se voluētes tam atrociter vulnerauerūt. Gatus igit̄ p octo dies nō cōparuit. Tandē cum multitudine gatorum rediit:stabuliq3 mirantib9 cūctis ante noctem introiuit:⁊ more humano [illegible] diuersis locis insidias ordinauit. Cumq3 latentib9 gatis muri vt solebāt descendissent, gati de insidijs exeuntes eos sic valide inuaserūt φ oēs perimerūt ⁊ maximū ex eis aceruū fecerunt. Si ergo tanta ē brutorū industria ad sua vitanda pericula:arguitur plurimū humana prudentia si sua nō se tuetur ab aduersarijs demōib9 sapiētia:hec Albertus. Qui iterū dicit:φ ad prudentiā pertinet contra egritudines querere remedia. Nā est quedā species lactuce:cuius succū accipitres scalpando extrahunt ⁊ ex eo suco sibi oculos liniunt: ⁊ sic a [illegible] cecitatē expellunt quā senescētes icurrūt. Stelio quoq3 quedā bestiola tergo depicta lucens quasi stella:tota hieme quasi dormit ⁊ in obscuro quiescit:ppp quod cecitatē icurrit. Sed dū tp̄s ɔgruū aduenit locū querit vnde soles orientem respicere [illegible] possit. In quē dū respicit dessicat̄ humor qui creuerat in oculis: ⁊ sic lumen pristinū recipit. Serpēs quoq3 ⁊ vrsus du3 ex longo sōno hebetātur in uisu medicinā sciunt querere qua sanātur. Subdit insup prefat9 doctor φ offm̄ prudētie ē necessaria sibi pro futuro tēpore,puidē exēplo formice de qua inqt Salomon Prouer.6° Uade ad formicā o piger ⁊ cōsidera vias eius ⁊ disce sapientiā:que cū nō h̄eat ducem nec preceptorē:nec principē:parat estate cibū sibi: ⁊ ɔgregat ī messe quod comedat ī hieme:hec ille. Sic ergo ⁊ nos bonorū operū fruct9 in estate vite p̄sentis cōgregare debem9:quib9 ī hieme future vite in qua ampli9 tp̄s metendi non erit viuere valeam9. Ex predictis autē oibus pōt colligi φ prudētia bene ordinat hominē quo ad:seipsum: ⁊ quo ad deū:ac quo ad ,ximū:cui9 virtutis defectu ut legit̄ in vitis patrū q̄ plures q erant de numero scōrū patrū:⁊ multis virtutibus florere videbant̄ a sanctitatis tramite deuiauerūt ⁊ male finierūt. Pro conclusione aūt huius sermonis vltra ea que ad prudētiam nos ī citāt ex documento nature: dico φ debemus ea3 arte acquirere. Ait eni3 Aristo.in li°.de aialib9 φ natura que cūctis aialib9 arma cōtulit:homini illa negauit ut sibi per artem acquireret tāq̄ aial prudens quod natura non daret. Et iō demosthenes philosophus vsq3 [illegible] canos prudentiam quesiuit. Et cū [illegible] cētū ⁊ septē annorum eēt ⁊ moreret̄:se solum de hoc dolere dixit:quia tūc adiscere incipiebat. Plato quoq3 octuaginta ⁊ ⁊ vno anno viuens:nec ab inquirēdo nec a scribēdo cessauit. Sochrates etiā nonaginta noue3 annis quibus vixit semp scripsit ⁊ docuit : ita φ nec in carcere a disputatione cessauit. Cato censorin9 vir sapiēs:in senectute litteras grecas discere nō erubuit:que oia testatur Albert9 vbi supra:⁊ ad hoc ,ppositū adducit. Quib9 exem-

phis patet ꝙ quilibet ad acquirendam prudētiā debet insistere. Ad quod hortaꝛ nos Salomon Prouer.2°. dicens. Inclina cor tuū ad cognoscendam prudentiam: ⁊ dominꝰ dabit tibi sapiētiā: qua.s.eius gratiā cōsequeris ī presenti seculo ⁊ gloriam in futuro Amē.

¶ Dominica in ramis palmaꝝ de superbieꝰ detestatione: filiatione: ⁊ de eius oppositione. s. humilitate. Sermo nonus.

Humiliauit semetipsuz. ad Philip.2°. ⁊ in epl̄a occurrētis dn̄ice Sicut supbia facit hoiem deo rebellē. vt scribiꝛ Eccle.x°. ubi dꝛ. Initiū supbie hoīs apostatare a deo: qm̄ ab eo qui fecit illū recessit cor eius. Ita hūilitas facit hoīem deo subditū ⁊ obedientē: ac q̄rentē in oībus nō gl̄iaz ꝓpriaz sed diuinū honorē: iuxta illud Eccl.3°. Magna potentia dei soliꝰ ⁊ ab hūilibꝰ honoraꝛ. Cuz ergo hūilitas honeret deū: merito honoraꝛ a deo: vñ inqt dn̄s primi Regū.2°. Quicūq3 honorificauerit me glificabo eū: qui aūt ɔtēnunt me erunt ignobiles. Sicut ergo supbia deo ⁊ hoibꝰ odibilis est: ut dꝛ Eccle.x°. ita hūilitas ē grata. Ait.n. Hiero. in quadā epl̄a. Nihil est ꝙ hoibus nos ita gratos ac deo faciat: q̄ si vite merito magni humilitate simꝰ infimi. Propterea ī ps°.137°. dicitur Excelsus dn̄s humilia respicit ⁊ alta a longe cognoscit. Respicere aūt s3 vguitionē ⁊ alios grammaticos est retro vel iterum aspicere. Et q2 rem multū dilectā solemus iterum ⁊ frequenter īspicere: hinc est ꝙ in sacra scriptura solet dici ꝙ deus respicit cū multū diligit. Vñ Gen̄.4°. diciꝛ Respexit deꝰ ad Abel ⁊ ad mūera eiꝰ: ad kaim aūt ⁊ ad munera eiꝰ nō respexit. A lōge vero cognoscere in sacra scriptura idē est qd̄ reprobare. Solemus.n. rē nobis despectā a nobis elōgare. Hinc ē ꝙ aliqd dꝛ elongari a deo cū illud reprobat ⁊ ɔdēnat. Vñ ps°.72°. inqt Dauid loquens deo. Ecce qui elōgāt se a te ꝑibunt. Et Prouer.15°. ait Salomon. Lōge ē dn̄s ab impijs. Humilia ergo dn̄s respicit.i. amat: approbat ⁊ magnificat. Alta xo.i. supbia a lōge cognoscit.i. reprobat ⁊ ɔdēnat. Nā qd̄ hoibꝰ est altū abhoīatio ē apd̄ deū: vt iqt saluator. Lu.16°. q̄ēt ait Mat.23°. ⁊ Luc.8°. Oīs q se exaltat hūiliabiꝛ: ⁊ oīs q se hūiliat exaltabiꝛ. Btā q3 vgo Maria. Lu.p°. cecinit dī. Deposuit potētes d̄ sede ⁊ exaltauit humiles. Quapp ut ad fugiēdā supbiā ⁊ seq̄ndā humilitatē dn̄i nr̄i Jesu xp̄i ⁊ mr̄is eiꝰ aiemur: tres ī p̄nti s̄mōe ɔsideratōes faciemꝰ: Prīa dicetꝛ de testatōe eiꝰ: scd̄a filiatōe eiꝰ: tertia xo oppositione eiꝰ.

¶ Prīa ps de supbie detestatione. ¶ Supbiā diffinit Aug.4°. de ciui.dei.c°.15°. dī. Supbia est pu̇erse celsitudinis appetitꝰ. Et idē li°.2° ɔ̄ manicheū inqt. Quid est supbia nisi deserto secreto cōscie foris velle videri quod nō est: Et [illegible] li°. de innocētia iterum dicit. Supbia est inordinatꝰ amor ꝓprie excellentie. Que diffinitio trāsūptiue ponitꝛ a magro in.2°. sen.dī.42°. Cui concordat Bernardus in quodā s̄mone dī. Supbia ē ꝓprie excellē tie appetitꝰ. Btūs xo Thō.2ª.2e.q.162ª. eā diffinit dī. Supbia ē q̄dā extollētia p quā qs se extollit supra id ꝙ est ei prefixuz a diuina regula. Cōtra illud qd̄ diciꝛ.2e. ad Cor.x°. Nos nō imensū gl̄iamur: s3 s3 mēsurā regule quā mēsus ē nobis deꝰ. Alij āt sic eā diffiniūt. Supbia est ꝓprie cōditionis presūptuosa extimatio: vt refert beatus frater Michael de carchane in p°. quadragesimali de peccato sermōe.36°. parte secunda. Est autem sciendum ꝙ superbia est quoddam triuiuz: eo quod habet tres vias: prima est in affectu: secūda ī itellectu: ⁊ tertia ī actu. Prīa q̄ ē ī affectu cōsistit in appetitu excellētie: ⁊ ista ortū hūit ī celo: qn̄ Lucifer voluit dn̄ari: ⁊ vsq3 ad celi altitudinē exaltari dicēs illud Isa.14°. In celū ɔscendā ⁊ super astra celi exaltabo soliū meū: ⁊c. Et q2 supbia ē orta in celo iō sepe viros spūales ⁊ celestes inuadit sicut iuasit aplos. Luce.9°. vbi dꝛ. Intrauit aūt cogitatio in eos qs eoꝝ eēt maior. Itē qn̄ Jacobus ⁊ Joānes q̄rebāt sedere vnꝰ ad desterā ⁊ alius ad sinistrā xp̄i in regno eiꝰ. Mat.20. ⁊ Mar.x°. Scd̄a supbia ē ī itellectu: ⁊ ɔsistit ī appetitu vane ⁊ mūdane sciē: ⁊ ista ortū habuit in paradiso terrestri: qn̄ primi parētes voluerūt hr̄e sciaz dei. Gen̄.3°. vbi dixit eis diabolus. Eritis sicut dij sciētes bonū ⁊ malū. Ista aūt superbia multos iuadit: q2 multi sūt supbi in suo sensu. Et iō dꝛ Isa.4°. Veh qui sapiētes estis ī oculis vr̄is: ⁊ corā vobis metipsis prudētes.⁊c. Tertia supbia est ī actu cōsistit in irrogatiōe iniurie ⁊ ista est sparsa p totū mundū: q2 supbi ⁊ potentes opprimūt ⁊ sequūtur bonos ⁊ hūiles: iuxta illud Abacuch.p°. Impius ꝑualet aduersus iustū ⁊c. Vñ Sapie.2°. dicūt supbi pcōres. Opprimamus pauperē iustū ⁊c. Sed nūc videamus ad q̄s fines iste vie ꝑducūt. Prīa via supbie ꝑducit ad profunditatē infimā: vñ dictū fuit Lucifero. Ad infernū detraheris in ꝓfundum laci: Isa.14°. Scd̄a vero ducit ad eternā ignorantiā iuxta illud Eccl°.9°. Nec rō nec sapia erit apd̄ inferos quo tu ꝓperas. Tertia xo ducit ad eternā cruciationē. Mali.n. ꝓsequūtꝛ bonos aliqā[...]

plena vsq ad sanguinē: r isti sāguie ire dei inebriati būt iuxta illō Apoc. 8°. Sāguinē scōr r pphār ef fuderūt r sanguinē dedisti eis bibē vt digni sūt: r 14°. eiusdē libri. c°. dī. Hic bibet de sanguie ire dei. Legit q Thamaris regia caput Ciri regis i vtrē sanguinē plenū misit dī. Satiare sanguine quē sitisti. Aliqñ xo psequūt bonos i terrēa substātia: r isti i vētre scidenf: r i auro liqfacto pcre mabunt iuxta illō Job. 20. Diuitias qs deuorauit euomet: r de vētre illi extrahet eas de. Legit q Nero ipator q fuit alienaz rez raptor: visus est apō iferos balneare se in auro liqfcō: r cū vidisset cuncos aduocatoz dixit eis. Uēite ad me vēa le gen boiuz: r mecū balneamini q: vob optimā ptē reseruaui. Aliqñ aūt psequunt bonos i fama: eis falsa crimia iponēdo: r talib oia sua crimina i collo ponent r ab oib cognoscent. iux illō Treno. p°. Uigilauit iugū inigtatū meaz: r in manu dñi inuolute sūt: r iposite collo meo. r Naū. 3°. ait de supbo. Reuellabo pudēda tua i facie tua: r ondā cūctis gētib nuditatē tuā: r cūctis regnis nuditatē tuā: rc. Quātū xo sit detestabile hoc maledictū supbie viciū dclarat rōnib: auctoritatib r exēplis. Pria rō dī auersiōis. Tāto. n. pctm ē grui r magis detestabile: quāto magis hoiez auertit a deo: q: hec ē pncipalis malignitas pcti auertere a deo: fz snia; Aug. i li°. d libo arbitrio. Sz pctm supbie magis auertit a deo. q: i alijs pctis hō auertit a deo: vel pp ignorātiā: vel pp ifirmitatē: seu pp fragilitatē aliquā: vel pp cupiscētiaz alteri boi: p supbiā āt auertit a deo: ex eo q non vult subijci deo nec ei pceptis: vt declarat Alexā. de al'. i. 2°. pte sūme i tractatu de supbia. Et btūs Tho. vbi. s. Ergo supbia ē grauissimū pctm. Jō sup illō ps°. Emūdabor a delicto maxio ingt glo. hoc est a peccato supbie. D

Scōa rō dī opatiōis. Jllō. n. q oibus pctis grauitatē iponit ē grui: p illā regulā positā i p°. Posterioz. r 3°. Topicoz. pp vnūqōqz tale: r illud magis Si. n. pricipātia cū igne sūt calida: ergo ignis marie calidus erit. Sz superbia aggrauat pctm: q: tāto vnūqōqz pctm ē grauis: qto [illegible]etum fuerit cum maiori superbia r contemptu: Ergo rc. E

Tertia rō dī origīatiōis. Jllō. n. qd ē origo oium pctoz r cā eoz ē maximū oiuz: p illā regulā phi. i. 2°. Metha. Qd ē cā alioz vt sint talia illō ē marie tale: sz supbia ē origo oiuz pctoz. Scriptū ē. n. Eccle. x°. Jnitiū ois pcti ē supbia: q tenuerit eā replebit maledictis: r subuertet eum i finē. Ergo ē grauissimū pctm. Et hoc ē qd ingt gl. sup illō ps°. Supbi inique agebant vsqueqz di. Maximū pctm i hoie ē supbia: q: inde manauit nři delicti origo. Ea pp scus Tob. dicebat filio suo sui libri. c°. 4°. Supbiā nūqz i tuo sensu: aut in tuo xbo dñari pmittas: q: in ipsa initiū sumpsit oium perditio. F

Quarta rō dī pmissiōis: sic arguēdo. Apud deū r mūdū pmitit min malū vt euitet r extirpet maximū: vt colligi pōt ex snia Aristo. in 3°. Topico. Uñ sapiēs medic i remediū maioris morbi patit ifirmū icidere i minorē r leuiorē morbū. De qqz i veteri testō pmisit libellū repudij dari vt euitaret vxoricidiū: r leges humane supportāt postribulū vt euitet adulteriū. Q: pctā pdcā gruiora sūt. Sz i remediū pcti supbie pmittit de hoiez irruere i pctā grauia r turpia: vt ingt Greg. i moralib. vñ Augu. 14°. de ciui. dei. c°. 13°. dicit. Audeo dicere supbis eē vtile cadere i aliqd aptū manifestūqz pctm: vt sibi displiceāt q iā sibi placēdo ceciderāt. Et Jsido. in li°. de sūmo bono ait. Qui detinet supbia r nō sentit labit i carnis luxuriā vt p hāc humiliat pfusione exurgat. Ergo concludendum est superbie vicium esse grauissimum. G

Quīta rō dī oppositiōis. Jllud ē grauissimū pctm qd marie se oppōit deo. Sz supbia ē hmōi: dicēte Greg. i moralib. Qd cū oia vicia fugiāt a deo: sola supbia oppōit se illi. Sicut fecerūt ex Noe descēdentes [illegible] voluerūt turri erigere ptingentē vsqz ad celū: vt dī Geñ. xi°. Ut si forte iterz de mitteret diluuiū possēt ab eo se ōfendere: r nō submergi: ac possent cū dō pugnare. Sz de illoz supbiā pfudit p diuersitatē linguaz: ita vt se mutuo non itelligerent: r sic ab edificanda turri cessarent. Ex qb patet grauitas supbie q contra deū isurgit. Et iō de supbo dī Job. 15°. Tetēdit aduersus deū manū suā: r p oipotētē roborat ē: cucurrit aduersus eū erēcto collo r pigui ceruice armat ē. Q: aūt supb ē deo pri nō pōt eē sibi ipsi pacific: iuxta illud Job. 9°. Quis resistit ei r pacē hūit: qsi dicat: nullus. H

Sexta rō dī offensiōis. Nullū ē. n. pctm q ita offendat diuinā maiestatē sicut supbia: per quā vult hō eqri deo: dū affectat pesse: r nulli subesse: qd ē pprium dei. De q ingt Aug. i speculo. c°. 18°. De ē. s. quē nihil: sine quo nihil: sub q totum: cū q totū: in q totū: a quo oia: p quē oia: r i q oia. Supb āt hāc pemiēntiā desiderat: affectās oēs alios pire. Et ideo marie deo iniuriat: vsurpare volens eius pprietatē. Et hoc est qd scriptū est secūde ad Thesa. 2°. Qui extollit sup oē qd dicit deus. Quod licet pricipalr itelligatur de antixpo potest etiā intelligi de quolibet supbo: vnde super

illa verba inqt Ber. Ois supb⁹ extollit supra deū vult eni deus fieri volūtatē suā: vult ⁊ supb⁹ suā fieri. Iā videt equalitas: sed vide male cōgruam ꝓportionē. Deus.n. in his que ratio approbat suam vult fieri volūtatē: supb⁹ ꝯo cū rōne: ⁊ contra rōnem: hec ille. I

Septia rō dr subiectiōis.s. diabolice. Superbia.n. hoiem speciali seruitute diabolo subditū facit: qr vt dr. Job.41°.c°. Ipse est rex sup oēs filios supbie. Octaua rō dr destructiōis.s. oiū virtutū ⁊ grāꝝ. vnde Grego in quodā sermōe ait. Sicut humilitas oia vicia extirpat: oēsq virtutes colligit ⁊ roborat: sic supbia oēs virtutes destruit ⁊ eneruat: hec ille. Sicut ergo qdā aues nō valētes comedere nucleū nucū donec ē iclusus cortice: nec ostreas marinas qdiu in cōchis ⁊ testis suis latētī alto eas eleuāt: ⁊ deijciētes ad ima sup durū lapidē frangūt ⁊ postea deuorāt. Sic demōes nō valētes grās ac virtutes hoīs deuorare donec latitant sub cortice ac testa humilitatis: in altū eū ꝑ supbiā eleuare cōtendūt: vt in ꝓfundū īferni ꝓijciāt ⁊ frāgant. Iō dicebat Job in ꝑsona supboꝝ sui libri.c°.30. Eleuasti me ⁊ qsi supra ventū ponēs allisisti me valide. Hanc aūt rōnē tāgēs Isido. in li°. de sūmo bono dicit. Sicut supbia ē origo ⁊ radix oiū criminū: ita ē ruina oiū virtutū. K

Nona rō dr iniuriatiōis. Supbia.n. nocet ⁊ iniuriat ꝓximo: iuxta illō psalmi 19. Dū supbit ipi⁹ icendit paup. Vn̄ iquit Dauid ps°.118° Cōfundant supbi qr iniuste iniqtatē fecerūt in me. Solēt.n. supbi ꝓximos cōtemnere ⁊ coangustare. Scriptū ē.n. Prouer.xi°. Ubi fuerit superbia ibi erit ⁊ ꝯtumelia. Et.22°. eiusdē libri.c°. dr. Arma ⁊ gladij in via supbi. Et.24°.c°. Qui se iactat ⁊ dilatat iurgia ꝯcitat. Ideo inqt Innocētius in li°. de vilitate cōditiōis humane. Ambitiosus stati vt est ad honorē ꝓmot⁹ in supbiā extollit: in iactātiā effrenat. Nō curat ꝓdesse: s gloriat ꝑesse: ꝑsumit se meliorē: qr cernit se supiorē: ꝑores dedignat amicos: notos ignorat: externos comites cōtemnit antiqs: vultū auertit: ceruicē erigit: fastū ondit: grādia loqtur: sublima meditatur: subesse nō patit: p̄eesse molit: subditis onerosus: oib⁹ īfestus: p̄ceps: molestus: arrogans: grauis ⁊ iportun⁹: hec ille. Multipłr ergo molestat supb⁹ ꝓximū suū: maxie verbis ꝯtumeliosis. scriptū ē.n. Eccle.xi°. Sicut eructāt ꝑcordia fetētiū: sic ⁊ cor supboꝝ. Nā sicut stomacus vētositate īflatus eructare solet: sic ⁊ hō supbia plen⁹ vētosa verba emittit: ⁊ cū ꝓximis litigat. Scriptū ē.n. Prouer.13°. Inter supbos semp iurgia sūt. Ideo.14°. moraliū Grego. inqt. Cūctis nāq superba apud se cogitatiōe tumētib⁹ inest clamor in locutiōe: amaritudo in silētio: dissolutio in hilaritate: furor in tristitia: inhonestas in actiōe: erectio in [illegible] īcessu: rācor in rn̄siōe: hor mēs semp ē ad irrogādas ꝯtumelias valida: ad tollerandū īfirma: ad obediēdū pigra: ad lacessendū alios importuna: hec ille. Sic̄ ergo fum⁹ supra domū est signū īterioris fumi ⁊ ignis. Et sicut signū vini vl alteri⁹ rei venalis facit bonā iuris ꝑsumptionē q talia sint venalia. C. de emp. ⁊ vē. l. nec emere. vbi lex ꝑsumit q vbi est signū ibi sit ⁊ signatū. Ita signa supbie exteriora idicāt eē in hoīe supbiā interiorē: que nō facilr pōt occultari sed ad exteriora signa p̄rūpit: vn̄ in ꝑsōa supbi dr: Job.32°. Plenus sū sermōib⁹ ⁊ coartat me spūs ventris mei. vēter me⁹ qsi mustū absq spiraculo: qd lagūculas nouas disrūpit. L

Decima rō demōstrās detestationē supbie dr abhominatiōis. Valde.n. abhomiat eā de⁹ tāq rē fetidissimā. Vn̄. Joelis.2°. scriptū est. Ascēdet fetor ei⁹: ascēdet putredo ei⁹ quia supbe egit. ⁊ Amos.6°. inqt dn̄s. Detestor ego supbiam Jacob ⁊ dom⁹ ei⁹ odi. ⁊ Judith.9°. dr deo. Supbi nō placuerūt tibi ab initio. ⁊ Prouer.8°. Arrogātiā ⁊ supbiā ego detestor ait dn̄s. Et.16°. eiusdē libri.c°. Abhomiatio dn̄i est oīs arrogās. M

Undecima rō appellat expulsiōis.s. a regno celesti. Inqt.n. de⁹ ꝑ ps^am. Nō hītabit i medio dom⁹ mee q fac supbiā. ⁊ Iō btā virgo cecinit Luce p°. Dispsit supbos mēte cordis sui. N

Duodecia rō dr pūitiōis: valde.n. pūit de⁹ supbos: vn̄ Deut.17°. dr. Qui supbierit nolēs obedire sacerdotis īpio moriet. ⁊ Nūeri.15°. Aia q cōmisit aliqd ꝑ supbiā: pibit de pplo suo. Et ps°.3°. inqt Dauid. Retribuet abūdāter facientib⁹ supbiā. ⁊ Prouer.15°. Domos supboꝝ demolit dn̄s. ⁊ Eccle.x°. Sedes ducū supboꝝ destruxit deus: ⁊ radices gētiū supbaꝝ arefecit: ⁊ ꝑdidit memoriā eoꝝ. ⁊.21°. eiusdē li°.c°. Substātia supbi eradicabit: ⁊ Malachie.3°. Erūt oēs supbi sicut stipula: ⁊ īflamabit eos dies veniēs dicit dn̄s exercituū: ⁊ nō relinquet eis radicē nec germē. O

Scdo ꝓbat detestādā eē supbiā auctoritatibus. Et p°. sacre scripture. Nā ps°.17° īqt Dauid deo. Oculos supboꝝ humiliabis. ⁊.88°. Tu humiliasti sicut vulneratū supbū. ⁊.93°. Redde retributiōes supbis: ⁊ Job.2°. Si ascēderit vsq ad celos supbia ei⁹ ⁊ caput ei⁹ nubes tetigerit qsi sterquilinū in fine ꝑdetur. ⁊.35°. eiusdē libri.c°. Clamabūt ⁊ nō exaudiet pp supbiam malignoꝝ. ⁊ 4°.c°. dr. Disꝑge supbos in furore tuo: ⁊ respiciens oēm arrogantē humilia: respice cūctos supbos ⁊ confunde

⁊ cōfunde eos. Et. Prouer.16°. Melius est hu/ miliari cū mitib⁹: ꝙ̄ diuidere spolia cū supbis. Et Eccle.3°. Sinagoge supborū nō erit sanitas ⁊.xj°. Sicut capra i laqueū sic ⁊ cor supboꝝ ⁊.27°. Et fusio sanguinis i rixa supborū: ⁊ maledictio eorū auditus grauis. Et ps°.58°. Cōprehendant in supbia sua. ⁊ 82°. Superbia eorū q te oderūt as/ cendit semp. Et 100. Seperbo oculo ⁊ insatiabili corde cū hoc nō edebaz. ⁊ iterū. Prouer.14°. ait Salomon. In ore stulti iurgia supbie. ⁊ 21°. eius/ dē libri c°. Supbus ⁊ arrogans vocat idoct⁹: qꝫ in ira operat supbiaz. Et Sapiētie.5°. dicūt dā/ nati. Quid nobis pfuit supbia: aut diuitiarū iactā tia qd cōtulit nobis? Et iterū Isa.5°. scriptū est. Dies dn̄i exercituū sup oēm supbuz ⁊ excelsuz: ⁊ sup oēz arrogantez humiliabit: ⁊ oculi sublimiū deprimet ⁊ x°. eiusdē libri c°. Excelsi statura suc/ cidēt ⁊ sublimes hūiliabunt. ⁊ 13°. Requiescere fa/ ciaz supbiā infideliū: ⁊ arrogātiā fortiū hūiliabo ⁊ 23°. Dn̄s exercituū cogitauit vt detraheret sup/ biā oīs glie: ⁊ ad ignominiā duceret oēs inclytos terre ⁊ 28°. Ueh corone supbie: qꝛ pedib⁹ concul cabit. ⁊ 37°. Supbia tua ascēdit in aures meas ponā ergo circulū i narib⁹ tuis: ⁊ frenū i labijs tu is. ⁊ Ezechiel.31°. Eleuatū est cor ei⁹ in altitudie sua: ⁊ tūc tradidi eum i man⁹ fortissimi. ⁊ Abdie p°. Si exaltat⁹ fueris vt aqlia ⁊ iter sydera posue ris nidū tuū: inde detrahā te dicit dn̄s. ⁊ scḋi Ma cha.7°. Tu vo iustas penas dei iudicio superbie tue exolues. ⁊ Matthei.18°. Nisi cōuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut paruuli nō itrabitis in regno celorū. ⁊ Jacobi.4°. Supbis deus resistit humili bus aūt dat grāz suā. Uñ dicebat beat⁹ frat nr̄ ter gidius soci⁹ beati Frācisci: ꝙ sicut rex magn⁹ vo/ lens mittere dilectā filiā suā ad maritum nō ponit eā sup equū indomitū: ⁊ calcitrosuz: sꝫ sup māsue tuz: ita deus nō ponit grāz suā sup supbū ⁊ arro gantē: sed sup humilē. Non est aūt mirū si de⁹ ita īpugnat superbiā: qꝛ ipse eā nō fecit: sꝫ diabol⁹ eā adinuenit. Uñ dr̄ Eccle.x°. Nō est cōcreata hoi/ bus supbia. Et ideo sicut demones abhominat ꝓ pter superbiā: ita supbos hoies abhorret de⁹ iu/ xta illud Eccle.16°. Execratus est illos pp super/ biam eorum. P

Auctoritate quoqꝫ sanctorū doctoruz detestat superbia. Inqt.n. Greg.31°. mora. Radix cū cti mali ⁊ regina oium vicioꝝ supbia est. Et Au gustinus in epla ad quēdā comitē dicit. Subpia ex angelis demones facit: ⁊ vt euidēter ostendat. Ipsa est peccatorū oiuz initiū: finis: ⁊ cā: qm̄ non solū est peccatū ipsa supiba: sꝫ nullū pctm̄ eē po/ tuit aut poterit sine illa: hec Aug. Auctoritate qꝙꝫ canonica detestat supbia. Scriptū est.n.i c°. sicut 18.p°.q.6°. Qui nitit ad altiora cōscēdē qd aliō agit nisi vt crescēdo decrescat: ⁊ ascēdendo exteri us iteri⁹ in pfundū descēdat? Et 40°.di.c°. mul ti.dr̄. Unusqsqꝫ qrat nō qūo alijs maior appare/ at: sꝫ qūo oībus iferior videat: qm̄ nō qui maior fuerit in honore ille est iustior: sed qui fuerit iusti/ or ille est maior. Q

Quili ēt auctāte idē declarat. Nā.C.de pna/ tis carce.l.j. inqt imperator. Jubem⁹ viris cla/ rissimis puīciaꝝ rectorib⁹ dare operā semp vt ne phandissioꝝ hoīuz arrogātia modis oībus cōpri matur. Philosophi quoqꝫ supbiaz detestant: vñ Tulius i p°. de officijs ait. Etiam i reb⁹ psperis ⁊ ad volūtatē nr̄az fluētib⁹: supbia magnope atqꝫ arrogātia fugiēda ē. Pictagoras aūt dicebat: vt legit i vitis philosophoꝝ. Liber nō ē quē supb⁹ istat anim⁹. Et Plaut⁹ i aularia inqt. Res nimi um singularis est hō parē ferre nō valēs: mino/ res naqꝫ despicim⁹: maiorib⁹ iuidem⁹: ab equali/ b⁹ dissentim⁹. Poete ēt supbiā detestādā oñdūt. vñ. Prudēti⁹ i li°. ꝯ ꝯflictu vicioꝝ ⁊ v̄tutū dicit. Desine grande loqui: frangit deus omne supbuz. Magna cadūt: inflata crepāt: tumefcā pmunt. Disce supercilium deponere: disce cauere. Ante pedes foueā quisqs sublime minaris. Peruulgata viget nostri snia xpi. Scādere celsa humiles ⁊ ad ima redire feroces. Et Claudian⁹ li°.p°. Inqnat egregios adiuncta supbia mores. Et Ouidi⁹ li°.2°. ꝯ arte amādi. E/ rue fast⁹. Curā māsuri qsqs amoris hēs. Et Se neca i li°. tragediaꝝ. Uos qb⁹ rector maris atqꝫ terre: ius dedit magnū necis atqꝫ vite: ponite īfla tos tumidosqꝫ vult⁹. Quicqd a vobis minor ex pauescit: maior hoc vobis dn̄s minat. Oē sub re/ gno grauiore regnū ē: quē dies vidit veniēs sup/ bū: hūc dies vidit fugiēs iacētē: hec ille. Sed heu qꝛ nō solū dn̄i: sꝫ ēt fui sunt supbi. Ait.n. Juue/ nalis li°.p°. satira 5°. Maxia queqꝫ dom⁹ fuisē plena supbis. O maledicta supbia tu es illa que a nobis pacez ac trāqllitatē auferes: vñ̄e Mar/ tiale li°. vndiqꝫ suscepto.c°.2°. Etherea pacē ven tus ⁊ supbia tollūt. Auctor qꝙꝫ Austrolabij con trat supbiā inqt. In sua fit pceps discrimina qs/ qꝫ supbus. Intollerabili⁹ nihil ē ꝙ̄ vita supbi. Jō Gualteri⁹ de castelioē li°.p°. ait. Parcite morta/ les aios extollere fastu Collasqꝫ opib⁹ aspnariqꝫ mi nores. Et auctor libri q dr̄ facetus.c°.2°. inqt. At placeat cūctis nullū decet eē supbū. Qui sic istat desinit eē bonis. Debem⁹ ergo sūmope fugere sup biā ⁊ humilitatē seq: qꝛ vt dr̄ i vulgari puerbio. Chi non se pigha se rumpe.

L agnello huuse tetta la sua mse e laltrui. R
AD hoc etiã faciendũ hortamur exẽplis. Et p°.
luciferi ⁊ alioꝝ angeloꝝ supbiẽtiũ: quos sta
tiʒ de celo deiecit deꝰ: vt scribit̃ Isa. 14°. Et Apoc.
12°. Et ideo timenduʒ est nobis: q: vt scribit̃ in. l.
j. C. ad. l. iuliã. repe. Pena vnius debet eẽ metus
multoꝝ. S
SEcundũ exẽpliũ habet̃ de Saul rege israel: q
cũ eẽt humilis in oculis eiꝰ electꝰ est rex. Sʒ
postq̃ supbiuit adeo deiectus ẽ: vt scriptũ est pri
mi Regũ 15°. Tertiũ exẽpliũ est de Dauid pp cuiꝰ
supbiã deus pestilẽtia mori fecit septuagita mi/
lia viroꝝ bellãtiũ scd̃m Regũ vlti°. Et p̃mi Pa/
ral. 21°. Quartũ exẽpliũ est de Sẽnacherib rege as
sirioꝝ: pp cuius supbiã occidit angelus dñi cẽtũ
octuaginta quinq̃ʒ milia viroꝝ. Et ipse rex super
bus postea a suis filijs occisus ẽ q̃rti Reguʒ 19°.
Quintũ exẽpliũ est de Nabucdonosor qui pp sup
biã de regno deiectus ẽ: ⁊ cũ bestijs fenũ vt bos se/
ptẽ annis comedit. Dañ. 4°. Sextuʒ exẽplum de
Aman supbo qui idignabat̃ q: mardocheus sibi
nõ assurgeret ⁊ reuerẽtiã exhiberet: q tandẽ suspẽ
sus est i patibulo: quẽ ipse parauerat mardocheo.
Hester. 4°. Septimũ exẽpliũ ẽ de Antiocho rege
supbissimo ɔtra deũ ⁊ pp̃luʒ israel supbiẽte: qui
adeo pcussus ẽ ita horribili plaga: vt ex eiꝰ carne
viuẽtes ṽmes scaturirẽt: ⁊ fetore suo eiꝰ exercitus
aggrauaret taliter q nemo eiꝰ putredinẽ poterat
tollerare. Et sic miserabil̃r defunctꝰ est: scd̃m Ma
cha. 9°. Octauũ exẽpliũ h̃etur de magno põpeio
q adeo supbus erat vt nullũ parẽ vellet. Ut Lu
canus refert li°. p°. Audiẽs aũt venire Cesarẽ ɔt
se: ex arrogãtia ait. Si terrã pede cõcussero totum
orbẽ ad arma ꝓuocabo: vt recitat Plutarchꝰ in
historia illiꝰ. Sʒ postmodũ miserabil̃r a Ptolo
meo rege egypti iterfectus ⁊ decapitatꝰ est: cuiꝰ ca
put inimico suo Cesari predictꝰ rex p̃ñtari fecit.
Nonũ exẽpliũ h̃etur i officio exaltationis sancte
crucis de Cosdroe rege persarũ q se adorari facie
bat vt deũ: atq̃ʒ appellari regẽ regũ ⁊ dñm dñan
tiũ. Morabatq̃ʒ in turri argentea: in q̃ erat sol:
⁊ luna: ac stelle ex auro purissima: residebatq̃ʒ in
throno aureo gẽmis lucẽtibus ornato. Cũq̃ʒ di/
cta turris artificiose moueret̃: tonitruũ facere vi/
debat̃: ⁊ per occultas fistulas aquã trahẽs q̃si deꝰ
pluere videbat̃. Quẽ superbũ regẽ humilis ipe/
rator romanoꝝ Eraclius iterfecit ⁊ oĩa abstulit.
Decimũ exẽpliũ est de Sabor rege psaruʒ: de quo
legitur in historia tripartita lib°. 4°. q cũ roma/
nos superasset: iperatorẽ romanũ Ualeriũ captũ:
qñ equũ ascẽdere volebat sibi sub pedibꝰ proster
ni faciebat atq̃ʒ per superbiã ascẽdẽdo equũ euʒ
cõculcabat. Propter cuiꝰ superbiã in eius exer
citu misit deus culices ⁊ cinifices: q intrãtes i na
res equoꝝ ⁊ elephantiũ: ⁊ in aures ⁊ nares homi
nuʒ: totum illum superbum exercitũ fugauerunt
⁊ dissipauerunt.

¶ Pars secunda de superbie filiatione. M

d IMissis quattuor spẽbus supbie de q
bus tractauimꝰ sup̃ in pte. p^a. s̃mone.
7°. dico s̃m s̃niaʒ Alex. de ales i 2^a p/
te sũme i tractatu de supbia ⁊ beatum
Tho. 2^a. 2^e. q. 162^a. q duodecĩ sũt filie supbie: q̃ã
quartũ ẽ extollẽtia. qñ. s. aliqs pp dona nature spi/
ritualia: aut corporalia: aut tp̃alia: vtputa: pp di
uitias: generis nobilitatẽ: corporis formositatẽ: ro
bur ⁊ fortitudinẽ: elegantiã: subtilitatẽ igenij: fe/
cunditatẽ: capacitatẽ memorie: ⁊ similia deificat
seipsum ⁊ deũ cognoscere negligit. Sicut faciebat
ille rex tiri cui dictũ est Ezechiel. 28°. Eleuatũ est
cor tuũ: dixisti deus ego sum. Jdõ inqt deus Jere.
9°. c°. Non glorie̅t sapiẽs i sapiẽtia sua: nec fortis i
fortitudine sua: nec diues in diuitijs suis: sʒ i hoc
glorie̅t scire ⁊ nosce me. In hac extollentia pecca/
bat Atreus q superbia elatꝰ dicebat. Equalis astris
gradior ⁊ cũctos supo: altũ supbo ṽtice attingẽs
celũ. Talis fuit superbia romanoꝝ. de qbus Aug.
in p°. de ciui. dei c°. p°. inqt: q ad tantã extollẽtiaʒ
deuenerãt vt se in numero deoꝝ extimari vellent:
optarẽtq̃ʒ i suis laudibꝰ dici. Parcere subiectis
⁊ debellare supbos. Talis etiã fuit supbia Domi/
tiani impatoris q ut refert Orosius li°. 7°. deuʒ
ac dñm se iussit appellari: ⁊ i ɔctis primordijs sua
rũ l̃rarum scribebat. dñs ⁊ deus d̃r Domitianus
iperator ita mãdat: qui tandẽ a cubicularijs suis
interfectꝰ est. Ad hãc quoq̃ʒ extollẽtiã ascenderat
Herodes agrippa: de quo refert Josephꝰ 19°. li°.
antiqtatũ: q cũ cesareã aduenisset: ⁊ ad eũ totius
ꝓuincie viri vnanimiter ɔuenissent: ille veste fui
genti ex auro ⁊ argẽto mirabiliter ɔtexta indutꝰ
icipiẽte die ꝓcessit ad theatrũ vbi cũ p̃mos solis
radios vestis argẽtea suscepisset: repercusso splen/
dore duplicatã spectãtibus lucẽ fulgor metalli vi
brantis effudit vt intuẽtibꝰ perstringeret acieʒ ⁊
terreret aspectꝰ. Illico aũt adulãtis vulgi cõcre/
pãt voces dicẽtis: vsq̃ʒ nũc te vt hoieʒ timuimꝰ:
sʒ ex hoc iã sup̃ humanã naturã te eẽ fatemur. Et
dũ adulatoribꝰ demulceret̃ honoribꝰ: ⁊ oblatos si
bi diuinos honores nõ respueret: repẽte mortife
ro viscerũ dolore corripit̃: ⁊ dũ p manꝰ suoꝝ depor
taret̃ dicebat. En ego ṽr deus ducor ad mortem.
Sicq̃ʒ infra qnq̃ʒ dies ṽmibꝰ eiꝰ viscera corrodẽti
bus expirauit. Et v̆ificata fuit s̃nia Senece i li°.
tragediaꝝ dicẽtis. Supbos sequit̃ victor a tergo

terra. Laũ penitẽt. sicut fecit Rimor⁹ rex q̃ cũ flo
rẽret maria potẽtia īperij sui iussit collocari sedil
le suũ ī litore maris: ⁊ alloquẽs mare dixit. Impo
nit ne ascẽdas terrā meam: nec vestes aut mẽbra
mea madefacere p̄sumas: s; tñ mare ascẽdit ter
ras ⁊ pedes ei⁹ madefecit. Quo fcõ resiliẽs rex ō se
dili ait. Sciãt oēs habitatores terre ⁊ orbis: vanū
⁊ friuolū eẽ oē regnū: ⁊ vanā regū potẽtiā: nec re
gis noīe quēpiā dignū p̄ter eū ad cui⁹ nutū celū ⁊
terra ac mare obediūt. Et deponēs coronā aurea;
de capite iposuit capiti saluatoris dei dicēs. Tua
ē potētia: tuū regnū dñe. Nec vnq̄ postea capiti
suo coronā iposuit cū tñ rex eēt normādie: datie: ⁊
anglie. Ad extollētiā ēt ptinet qdā grad⁹ supbie q
dr singularitas: q̄ ē vt inqt Bernar. i quodā ser
mone qñ hō facit aliqd vltra cōia ⁊ p̄sueta vt p̄
ceteris reputet̃ ⁊ excellētior appareat. In hoc autē
vicio erat Juli⁹ cesar. q vt refert Plutarch⁹ cu;
eēt cū alio socio p̄sul roman⁹: nō pmittebat sociū
exire de domo: s; ipse faciebat ⁊ vsurpabat totu;
offm̄: ⁊ sol⁹ volebat tenere vicē duoꝝ. Vñ i litteris
suis scribebat. Juli⁹ ⁊ cesar p̄sules. U

SEcūda filia supbie ē arrogātia p quam hō
p̄ualpēdit primos ⁊ i pctis dictis suis: gestis:
ac motib⁹ supbe se h;. Arrogās. n. supbe icedit: su
perbe loquit̃: supbe comedit: supbe oīa facit: ⁊ cu;
clamore ac strepitu: ac minis contumelijs. Talis
oīb⁹ fit exosus Ait. n. Tuli⁹ li°. p°. artis veteris c°.
i4°. Ex arrogātia odiū solet euenire. Et Boetius
li°. 3°. topi. Ex arrogātia fit qsq; odiosus. Jō iqt
Sapiēs Eccle. 3°. Quāto maior es: tāto magis te
humilia ī oīb⁹: ⁊ coram deo iuenies grã;. Et Oui
dius i 3°. de arte amãdi ait. Non natet i vultu dā
nosa superbia vro. Et Cassiodorus in eplis. Or
namētū oīu; bonorū est sincera bñgnitas. Igit̃ si
tu gradu: aut dignitate: aut v̄tute supas reliq̄s
noli illos pedib⁹ p̄culcare: sis amabilis: affabilis re
vultu facieq; placidus. Tulius quoq; i q̄dā orō
ne ad Cesarē ait. Crede mihi cesar nihil est tā po
pulare q̄ bonitas. Et Seneca ad lucilliū. Sic cū i
feriore viuas quēadmodū tecu; superiorē viuere
velles. Sed cōtrariu; huius faciūt arrogātes: q
bus iqut dñs Ezechiel. 38°. Vos cu; austeritate
imperabatis eis ⁊ cū potētia. Hoc aūt viciū i magi
stris ⁊ p̄ceptorib⁹ supbis marie inenit̃. De quibus
Greg. i4°. mora. Et hētur 46ª. di. i c°. hoc h;. in
quit. Hoc h; pp̄riū doctrina arrogātiū: vt humili
ter nesciāt iferre q̄ docēt: ⁊ recta q̄ sapiūt recte mi
nistrare ñ possint. In v̄bis. n. eoꝝ prodit̃. Nā cu;
docēt q̄si quodā sibi videt̃ sublimitatis culmīe
residere: eosq; quos docent vt lōge ifra se positos:
velut ī imo respiciunt q̄b⁹ nō cōsulendo loqui: s;

vir dñando dedignant̃: hec ille. Et ideo inquit au
ctor libri de formula honeste vite c°. 2°. Non eris
arrogans: sed que nosti sine arrogantia prestolan
ti imparties. X

TErtia superbie filia est vanagloria. S; quo
modo vanagloria dicatur plerisq; audire cu
piunt. Nam si loquamur de gloria celesti de qua
in ps°. penul°. dr̃. Exultabūt sancti in gloria: cer
te vana nō est: quā cūcti desiderare tenent̃. Tēpo
ralis aūt gloria vana nō ē cum virtuti faueat: ⁊
eā crescere faciat vt iquit Ouidi⁹ in li°. de pōcto.
Unde dicit Tuli⁹ in tuscu. qōnib⁹. Honos alit ar
tes. Itē gloria tpalis naturali iclinatiōe appetit̃:
vt ait Claudian⁹ li°. p°. ⁊ a v̄tuosis marie ōsidera
tur. Vñ Seneca ad Lucilliū scribit. Nulla ē tā ex
celsa v̄tus q̄ dulcedine glīe nō tangat̃. Et Tuli⁹ i
orone p Archia poeta dicit. Trahim⁹ oēs studio
laudis atq; optim⁹ qsq; marie glīa ducit̃. Ex q
bus nō vr̃ rephendēd⁹ q glia; appetit: marie cu;
ex his q̄ a natura isunt nemo debeat vituperari 2°.
Ethico. Preterea glīa ⁊ fama aium roborat ⁊
fortē facit ad quecūq; ardua ⁊ difficilia: vt inquit
Ouidius in 5°. de tristib⁹. Vñ Augu. in 5°. de ci
ui. dei. c°. i8°. ait. Hec sunt duo illa: libertas ⁊ cu
piditas laudis humane que ad facta compulere
mirāda romanos. Econtrario aūt īfamia hoīe;
deiicit ⁊ p̄sternit: vñ ait auctor rudiū li°. 2°. Ne
glector fame: fiet neglector honoris. Et merito cū
eris ille neglect⁹ erit. Et iō dicit Ric. i. 4°. di. i9ª.
ar°. 3°. q. pª. q fama nō est qcq̄ ā p̄ciosius iter tē
poralia ⁊ multū est vtilis ad sp̄ūalia: qa multi a
pctō retrahūtur timore īfamie. Sed qñ hoīes se
īfamatos cōsiderāt magis sine freno peccāt: vnde
glo. super illud Matthei. i8°. Corripe eū inter te
⁊ ipsū solū ait. Ne publice correct⁹ verecūdiam
amittat: qua perdita i peccato remaneat: hec ille.
Ea pp̄ dī q oībus licitū est defēdere dignitate; ⁊
reputationē suā. ff. de postu. l. i. in p̄ncipio. Itē qui
libet debet parcere pudori suo ⁊ honestati. ff. man
dati. l. quint⁹ muti⁹. Et de procu. l. que oīa. Nam
quilibet p̄sumitur talis prima facie: qualis est in
comuni opinione. C. ne de statu. defū. l. si mī ⁊ ff. ō
questi. l. diuus pius. §. fi. vnde quotiēs de aliquo
negocio dubitat̃: recurrēdū est ad comunem opi
nionem. ff. de fundo instruc. l. cum de laneonis. §.
asinam. ⁊ de flumi. l. i. imo tam efficax est comu
nis opinio: vt quandoq; plus valere dicat̃ q est
in comuni opiniōe: q̄ q in veritate. l. his qui pu
tat. ff. de acquiren. here. ⁊. l. barbarius. ff. de offici.
preto. Ideo inquit philosophus. 7°. Ethi. Fama
quam multi famāt non omnino deperdit̃. Solēt is
etiā fama facit fidē. §. in criminali. 4ª. q. 3ª. bona

insuper fama vtilis videt̃ ad beatitudinē ꝯseqn/dā. Ait eni͂ Jacob⁹ beneuētan⁹ sui libri. c°. 2°. Jl/lis erit cui bona fama viget. Oēs ergo charaȝ hēre debēt famā suā. Qui enim eā negligit crudelis est. xj^a. q. 3^a. c°. nō sunt. Et homicida reputat̃. c°. nolo. 12^a. q. p^a. Ait ēt Grati⁹ in ep̃la ad Quintū. Falsus hono: iuuat ⁊ mēdax īfamia terret. Et iō sapiēs Eccl̃. 41°. inqt. Curā habe d̃ bono noīe qꝛ magis tibi ꝓderit: q̃ mile thesauri p̃ciosi ⁊ magni. Qd̃ ꝯsiderās Paulus dicebat p^c. ad Cori. 9°. Expedit mihi magis mori: q̃ vt gl̃iam meaȝ quis euacuet. Y

Sed pro p̃dictoruȝ declaratiōe est sciēdū ſm Alex. de ales vbi s̄. ⁊ btm̄ Tho. 2^a. 2^e. q. 132^a. qd̃ gl̃ia tpalis pōt appeti ordiate ⁊ sine pctō: imo cū merito: p:io cū qs cogitat bonū suū dignū laude ⁊ approbat illd̃ tanq̃ v̓tuosuȝ: cupiēs illd̃ laudari ab alijs pp diuinū honorē. Et in hoc adimplet p̃ceptū dn̄i Mat. 5°. dicent̃. Sic luceat lux vr̃a corā hoīb⁹: vt videāt bona opa vr̃a ⁊ gl̃ificēt prẽȝ vr̃m q in celis est. De hac gl̃iatione ait ap̃ls 2^e. ad Cor. x°. Qui gl̃iat̃ in dn̄o gl̃ie. Scd̃o pōt qs desiderare opus suū laudari pp ꝓximi vtilitateȝ. Et hoc est ēt meritoriū: ad qd̃ hortat̃ ap̃ls ad Ro. 12°. di. Prouidētes bona nō solū corā deo: ſȝ etiam corā oīb⁹ hoīb⁹. Et p^c. ad Cor. x°. Placete oīb⁹ per oīa sicut ⁊ ego oīb⁹ per oīa placeo: vn̄ dī. 12^a. q. p^a. c°. nolo. q̄ bona ꝯscīa est nobis necessaria quo ad deū: ⁊ bona fama quo ad proximū. Scd̃o pōt qs desiderare laudē inordiate. Et hoc dupl̃r: p:io cuȝ peccato veniali: vt cū qs laudari appetit de his que nō sūt laude digna: vt de diuitijs: pulchritudīe: honorib⁹: ⁊ alijs tpalib⁹: nolēs tn̄ pp hoc offendere deuȝ vel proximū. Talis eniȝ peccat per vanagloriam: qꝛ oīa tpalia vana sunt. Eccl^s. p°. Et iō in eis laus q̃ri nō debet. Est etiā vanagl̃ia pctm̄ veniale qn̄ nō deliberate appetit̃: sed solū ex subreptiōe. Et significat̃ per pulůereȝ de quo dn̄s dixit ap̃lis Mat. x°. Excutite puluerē de pedib⁹ vestris: ⁊ bt Greg. dicit. Predicatio vix sine aliqua pulueris īmixtione trāsit. Nā p̃dicās aut ad indignationē trahit̃ si ꝯtēnat̃: aut ad quātulācūq̧ gloriaȝ: si ab auditorib⁹ honorat̃: si aūt qs de virtutib⁹ vel de gratijs quas nō hēt: vel magis q̃ habet laudari appetat: licet dicant aliq eū mortal̃r peccare: tn̄ sic distinguit p̃dicator qdā ordis ñ: q̄ si hoc affectat citra ꝯtemptū dei ⁊ proximi: nec in tali laude ponit finē suū: peccat venialiter: sed grauī⁹ q̃ in predictis casib⁹. Si v̓o hoc appetat vt alijs magis virtuosis preferat̃ ⁊ exaltetur: peccat mortaliter. Unde glo. sup illd̃ Joā. 5°. Gloriā ab inuicē expectātes aīt. Magnū viciuȝ est humāe laudis ambitio que vult de se estimari quod non habet: ⁊ super alios efferri: hec illa. Secūdo peccat homo mortaliter per vanagloriaȝ. Et hoc tripliciter. Primo quādo querit gloriam de eo qd̃ est peccatū mortale. Sicut luxuriosus d̓ carnalitate: iracūdus de vindicta ⁊ huiusmodi. Quē reprehēdit ps̄^a. di. Quid gloriaris in malicia qui potēs est in iniquitate? Secūdo quādo appetit laudari in cōtēptū ꝓximi vel dei: suā magis gloriā affectās q̃ diuinam de vanagloriosis dicit̃ Joā. 12°. Dilexerūt gloriam hoīum magis q̃ dei: ⁊ isti sunt fures: ⁊ raptores ꝓprietatis dei cui competit honor ⁊ gloria: qui inqt Jsa. 42°. Gloriam meā alteri nō dabo: de quo etiā inqt Ap̃ls p^e. ad Thimo. p°. Soli deo honor ⁊ gloria. Z

Tertio peccat mortaliter quādo qs est parat⁹ peccare mortaliter vt aliquā laudē vel gloriā acqrat aut ne eā amittat: vel in tali laude finē suū constituit: vt inqt Hēric⁹ de gandano in p°. suo quolibet. Et ideo iqt saluator. Mat. 6°. Attēdite ne iustitiā vestrā faciat̃ corā hoīb⁹ vt videami ab eis. Jō. n. fatue v̓gines nō potuerūt īrat̃ ad nuptias eterni regis. Matthei. 25°. qꝛ oīa opera sua propter humanā laudē faciebāt: vt inquit Gregori⁹ in quadā omelia. Dicit aūt Chriso. sup Mattheū: q̄ vanagloria potest accidere aut in principio aut in medio aut in fine. Tūc aūt venit in p̃ncipio: quādo qs aliquēd opus bonū ex sua vanaglia facere īcipit: ⁊ istud op⁹ dī viciosū qꝛ ex viciosa radice processit: ⁊ est potius intermittēdum q̃ ꝓficiēdū: hoc eni͂ opus prohibet dn̄s in verbis p̃allegatis. Aliqn̄ v̓o vanaglia est in medio operis. Sicut quādo qs ex recta intētione aliqd̃ bonum opus incepit: ⁊ in ꝓsecutione aliqs motus vanagloríe se īgerit: ⁊ tale opus nō est intermittēdū sed perficiēdū: maxime cū sit sepe potius inimici tentatio: q̃ alicui⁹ vaneglie passio: vnde legitur de sancto Bernardo q̄ cū semel gratiose p̃dicaret ⁊ ex hoc aliqs mot⁹ vaneglie se īgererent: tentationi respondit: nec per te īcepi nec per te dimittā. Aliqn̄ aūt in fine operis accidit homini quoddam gaudiū mētis ⁊ complacētia cordis: pro eo qd̃ tale op⁹ bn̄ cōpleuit: ⁊ talis cōplacētia opus p̃cedēs viciare n̄ potest: qꝛ naturale ē q̄ gliter delectat̃ in operibus ⁊ sermonibus suis: iuxta illud. Prouer. 15°. Letat̃ homo in sententia oris sui. Jmo etiā sancti viri habēt magnū gaudiū de bonis operib⁹ que faciūt propter deū: vn̄ super illud ps̄^e. Jn custodiendis illis retributio multa: dicit glosa. Non tn̄ pro eis in futuro redditur p̃miuȝ sed etiā hic eis magnū est gaudiū seruire illi cui seruire regnare est. A

Dixit quoq; idē Chriso. q vanagloria diffi/ culter vincit triplici de cā. Primo qr ō bo/ no nascitur. Sicut.n.ex vestimento tinea nascitur que vestimentū rodit: ⁊ ex ligno vermis: ⁊ ex ole/ ribus eruca exterminās ⁊ corrūpēs illud ex quo nascitur. Sic ex bonis operib⁹ aliqñ vanagloria nascitur: que ipsa bona inficit ⁊ maculat. Secun do qr cū oīa alia vicia habeāt bona cōtraria per que vincunt: sicut fornicatio vincit per castitatē: superbia p humilitatē: ⁊ iracūdia per māsuetudi nē: sola vanagloria nō hz aliqđ bonū p qđ supet. Tertio qr quāto plus cōpescit tanto ampli⁹ auge tur: ⁊ rō est fm eūdē Chriso. qr oē malū ex malo nascit: sola aūt vanagloria de bono procedit: ⁊ iō nō extinguit per bonū sz magis nutrit. Dicit etiā ibidē ipse Chriso. Nullū remediū pōt eē cōtra vanāgloriā nisi ōio sola: ⁊ adhuc ipsa vanitatem habebit: nisi caute effusa fuerit. Hoc nāq; inanis glorie viciū adeo est subtile: vt ēt i viris probis: saltē quādo solū est veniale peccatū sepe intret: vñ Hierony. ad Sabinianū ait. Naturali ducim⁹ malo adulatoribus nr̄is libēter fauem⁹: ⁊ ꝙuis nos rñdeamus indignos: ⁊ calidus rubor ora p fundat: tamē ad laudē sui intrinsec⁹ anima letat. Et Chriso. super Matth. inquit. Cū cetera vi/ cia locū habeant in fuis diaboli inanisgloria lo/ cum etiā hz in fuis xpi. Et ideo iquit Paul' ad Gal'. 6°. Non efficiam⁹ inanisglorie cupidi. Ut aūt falsis laudib⁹ quis nō extollat dz fuat ɔsiliū Catonis dicētis c°. 2°. Cū [illegible] aliquis laudat tuus iudex esse memēto. Plus alijs de te ꝙ tu tibi cre dere noli. Itē debet respicere ad vitā suā preteri tam: pñtem ⁊ futurā. Si.n. respicit ad vitā suam preteritā inueniet se multa cōmisisse: de quib⁹ dz erubescere: iuxta illud ad Roma. 6°. Quē ergo fructū tūc habuistis in illis: ī quib⁹ nūc erubescē/ tis? Si vo respicit ad vitā pñtē inueniet se eē in loco exilij ⁊ in magno periculo: qr hītat inter ma los. Vñ de hoc debet multū dolere ⁊ dicere cum psalmista. Heu mihi qr īcolatus meus prolōga/ tus est: habitaui cū habitantib⁹ cedar ⁊c. Si aūt respicit ad vitā futurā inueniet super se dei iudi/ cia de quibus dz multum timere. Sicut faciebat ps°. dicēs deo. A iudicijs.n. tuis timui. Nullus er go in hac vita [illegible] velle laudari postꝙ habet cām tanti ruboris: doloris ⁊ timoris. B

Quarta superbie filia est iactātia de qua duo videnda sunt. Primū est diffinitiōis. Dif/ finit aūt a philosopho 2°. ⁊ 4°. Ethi. q ait. Iactā/ tia est ostentatio ꝓprie laudis cū veritas nō sua/ det. Et fm Astesanū nostrū in 2°. li°. sue sūme. hac rōne dicit iactantia qr sicut cū quis a lōge vult aliquid iactare: manū ī altū eleuat: ita q cu/ pit se laudare: verbis in altum se extollit. Et ut ait Alexā. de ales in 2ª. parte sūme. Iactātia procedit ex supbia ⁊ inani gloria. Notādū tñ fm Alexan dri sñiam vbi.s. q aliqs potest se laudare tripli/ citer. s. meritorie: venialiter ⁊ mortaliter. Merito rie etiā tripliciter. Primo cū laudat se quis pro/ pter charitatē dei ac illi⁹ gloriā: gratias sibi a deo concessas nō ad se sed ad dei honorē referēdo. De hoc inquit Cyprian⁹ in epl'a ad Donatū. Odiosa iactatio est: ꝙuis nō iactatū eē possit sed gratū quicqd nō hominis virtuti ascribit: sz de dei mu/ nere predicat. Sic fecit gloriosa ✠go: que cecinit Luce p°. Magnificat aīa mea dñm ⁊c. Sequit. Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce.n. ex hoc beatā me dicēt oēs generationes. Secūdo po test quis cū merito se laudare ꝓpter charitatem proximi: vtputa: ne scādalizet pp verba detrahē/ tium. Nam vt dr. 6ª. q. pª. c°. sunt plurimi. Sūt plurimi qui vitā moresq; bonoꝝ ampli⁹ ꝙ debēt laudāt. Ideo pmittit de⁹ malos in obtrectatiōes ⁊ obiurgationē prorūpere: vt [illegible] qua elatio ab ore laudantiū in corde nascit: ab ore vituperantium suffocet: hec ibi. Qua de re: qr sepenumero de bo nis viris ⁊ iustis pusilli maloꝝ diffamationibus scandalizant: licitum est qñq; proprias virtutes aperire. Sicut fecit beatus Augustin⁹ qui in ser/ mone qui legitur in festo ei⁹ dixit. Charitati vse de nobis ipsis hodie sermo reddendus est. Quia enim vt ait apl'us. Spectaculū facti sumus mūdo angelis ⁊ hoibus qui nos amāt: querunt qd lau/ dent in nobis. Qui vero nos oderūt: querūt quid detrahant nobis. Nos aūt in vtroq; medio cōsti tuti: adiuuāte deo vitā ⁊ famā nr̄ā sic custodire debem⁹: vt nō erubescant de detractorib⁹ laudato res: hec ille. Cuius doctrinā sequi volētes: debent fuare ɔsiliū qd ponit auctor rudiū li°. 2°. dicēs.

At quisquis famā cupiat retinere celebrem.
Omnibus hic studeat: gratus adesse bonis.
Sit mitis cūctis: tractabilis: atq; benignus.
Subleuet vt nomē prospera fama suum.
Et si displiceat prauis non sollicitetur.
Quis nisi sit prauis nemo placere potest.
Uerum profiteor simul omnibus opto placere.
theologos i.2°.di.25ª.vbi Tho.ar°.p°.et i pª. par [redacted] summe.q.19ª.ar.x°.et Alexã. de ales in.2ª. pte sũme: in tractatu de libero arbitrio: qr liberum arbitriũ est eo⁊ que non ex necessitate vel naturali instinctu volumus sed libere: quod maxime cõuenit deo. Et id Ambro.in li°. de trini.inqt de spiritu scõ qui [redacted] deus. Spiritus sctũs diuidit singulis put vult.i.libere volũtatis arbitrio: non necessitatis obsequio. Preterea aliqs dicit̃ habere liberũ arbitriũ: p hoc q est domin⁹ suo⁊ actuũ: sed hoc maxime cõpetit pmo agenti.s.deo: cui⁹ actus ab alio nõ dependet. Item vt dĩ p°. Metha. Illud est libe⁊ qd sui causa est: qd nulli competit nisi prime cause que est deus: ergo liberũ arbitriuʒ maxime ⁊ pfectissime est in deo. Simil̃r et in angelis beatis est liberũ arbitriũ perfectius q̃ in hominibus: vt pbat Alex.de ales vbi supra et Tho. in pria parte sũme.q.59ª.ar°.3°. vñ Damascen⁹ li°.2°.c°.3°.inqt. Angelus est substãtia itellectualis semp mobilis: arbitrio libera: incorporea: deo ministrãs: gratia nõ natura imortalitatem suscipiens. Dicit autẽ Tho.in questionibus disputatis de libero arbitrio.q.3ª.q posse eligere malum vel posse peccare nõ est de rõne liberi arbitrij: nec pars eius vt inqt Anselmus: sʒ tamẽ posse eligere malũ et sic peccare consequit̃ liberũ arbitrium: s̃m quod est i natura creata possibili ad defectũ. Cõcludit ergo Tho.vbi supra. et in sũma contra gentiles li°.p°.c°.88°.q ad rõneʒ liberi arbitrij non pertinet vt ĩdeterminate se hẽat ad bonuʒ et ad malũ: qr liberũ arbitriũ p se est ordinatũ in bonum. Cũ bonũ sit obiectũ volũtatis: nec in malũ tendat nisi [redacted] aliquẽ defectũ qui aprehendit̃ vt bonum: cũ voluntas non sit nisi boni vel apparentis boni: vnde dicit beatus Bonauẽ.in.2°.di.25ª. parte.2ª.ar°.p°.q.3ª.q s̃m comuneʒ rõnem s̃m quã libe⁊ arbitrium reperitur in creatore et creatura obiectũ eius est bonũ et equũ. Malum vero nõ est obiectũ eius quod intendit liberũ arbitrium p actũ propriũ: nisi inquãtum illud respuit et detestatur. Ex qbus patet q liberũ arbitriuʒ est excellentissime in deo: et in angelis magisq̃ in hominibus: qr in ipsis est perfectio⁊ electio boni et detestatio mali. Accipiendo ergo libe⁊ arbitriũ generaliter put cõuenit deo: angelis et hominib⁹ sic diffinit̃ ab Anselmo i li°. d libero arbitrio. Liberũ arbitriũ est potestas seruandi rectitudinem pter se.i.pp ipaʒ rectitudinẽ. Illa aũt diffinitio Augustini s̃m Alexã. vbi supra pprie est, put liberũ arbitriũ est in hoĩe: i quo proprie remanet electio boni [redacted] gratiaʒ: et mali p se sine gratia: potest tamen s̃m eundem etiam referri ad angelos ratione primarij status. Tunc enim potuerunt eligere bonum gratia assistente: et malũ gratia desistente: sicut mõ possũt homines viatores in quorum arbitrio est adherere bono vel malo. Quare autẽ deus non fecit hominem impeccabileʒ: sʒ reliqt eum in libertate peccandi et non peccandi. Et quare creauit eos quos preuidebat peccaturos et damnandos: declarabo infra: sermone.13°. parte.2ª.circa fineʒ: et aliqua dixi supra in parte pª.huius operis: sermõe 37°.parte pª. Magna ergo est excellentia aie rõnalis: sine cui⁹ volũtate: ac cõsensu deus nõ saluat eã: dicẽte Augustino vbi supra. Qui fecit [redacted] sine te.s.efficiente: non saluabit [redacted] sine [redacted] scilicet consentiẽte: vt exponit Alexan.de ales vbi supra. Et in li°. de agone xpiano idẽ Aug.ait. Deus hoĩem iestimabilem fecit et ei libertatis liberum arbitrium dedit. Non enim esset optimus: si dei preceptum necessitate non voluntate seruaret. Ideo inqt sctũs Bonauẽ.in.2°. di.24ª.ar°.p°.q.pª.q si libe⁊ arbitriũ ita artaret̃ q non posset facere malum: non esset liberuʒ nec opus eius esset meritorium. In tali ergo dignitate cõstituta est anima rationalis: q nec deus de potentia ordinata liberum eius arbitrium cogere potest: aliter liberum arbitrium nõ esset vt probat Alexan.de ales in.2ª.parte summe: i tractatu de libero arbitrio. Et sctũs Bona.in.2°.di.25ª. parte.2ª.q.5ª. Et Ricar.nr̃ in eadem di. Et btũs Tho.ibidẽ. Quãuis auteʒ aliqui libero arbitrio male v tant̃: tamẽ hoc non debet vel potest deo imputari: qui fecit hominẽ rectum: vt dicit̃. Sapie 7°. et nemini mãdauit ĩpie agere: et nemini dedit spacium peccãdi: vt ait Sapiẽs. Eccle.15°. Nec propter hoc nõ debuit deus dare homini liberuʒ arbitrium. Cuius rei exẽplum et similitudinẽ ponit Augustin⁹ li°.2°.de libero arbitrio di. Uides quãtũ bonũ desit corpori: cui desunt manus: et tamen manibus male vtitur: qui eis seua vel turpia operatur. Si aspiceres aliquẽ sine pedib⁹ fatereris deesse integritati corporis plurimum bonum: et tamẽ qui eis vteret̃ [redacted] nocẽdum cuiq̃: vel ad dehonestandũ seipsum: male euʒ vti pedibus nõ negares. Quãtum bonum deest in facie vbi desunt oculi: et tamen oculis quis male vtitur. Et sic de alijs sensibus. Quemadmodum ergo probas ista in corpore: et non intuens eos qui male vtuntur: in his laudas illum qui hec dedit bona. Sic liberam voluntatem sine qua nemo potest recte viuere: oportet esse bonum etiam diuinitus datum. Et potius eos esse damnandos qui hoc bono male vtuntur: q̃ eum qui dedit dare non debuisse fatearis: hec ille. Quamuis

vero nō possit quis benefacere: nisi adiutus di/uina gratia ut supra probaui sermone sexto parte vltima: qr bona operatio nr̄a principalr̄ a dei adiutorio dependet: qui nos ad benefaciendum suis inspirationib⁹ attrahit: iuxta illud saluatoris dictū Joānis. 6°. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit illū. Et iō sap. 8°. ait Salomō. Scio q̄ aliter nō possum esse continēs nisi deus det. Tamen ad bonā operationē requirit̄ secūda no liberi arbitrij nostri cōsensus. Ideo igt̄ Augu. in li°. de predestinatione. In oī opere sancto prior est voluntas dei: posterior liber arbitrium. qr enim prior opatus est deus: coopatur homo: hec ille. Ex quibus apparet q̄ si nō bene facim⁹ prouenit ex indispositione nostri liberi arbitrij. Quia semper nos deus adiuuaret: si nostra malicia eius gratiam nō impediret: iuxta illud Augu. 16^a. q. p̄ma. c°. decime. Benefacere semp̄ de⁹ est paratus: sed hominū malicia prohibet̄. V

Et ad hoc declarandū pōt adduci tale exēplū. Homo est cōpositus ex materia & forma f̄z philosophū. 2°. de anima. i. ex corpe & aīa. Aīa aūt informat corpus: & est tota in toto corpore: & tota in qualibet parte eius: vt supra declaratum est. Ipsa ergo anima est illa que facit aurem audire: oculū videre: manuz palpare: os gustare: & nares odorare. Est enim cā hor̄ sine qua nō: qr si tollatur aīa: isti sensus non habebūt operationes suas. Quāuis aūt in quolibet sensu sit anima: nō tamē pōt operari f̄m dispositionē sui organi. Et sic auris nō pōt habere operationez oculi: nec econtra. Similiter oculus ceci: quāuis in eo [illegible] anima non potest tamen videre: qō non procedit ex defectu anime: sed indispositiōe ipsi⁹ oculi. Sic ergo & deus qui est vita aīe eam viuificans: atq3 illam viuificare cupiens: si illā nō viuificat: non procedit ex eius defectu: sed ex indispositione liberi arbitrij. Causa enim prima eq̄liter diffundit bonitatem suā in hec inferiora f̄m eorum dispositionem: vt ait auctor i libro de causis. Aliud quoq3 potest dari exemplum. Naz oīa metalla sunt eggressiōes terre: & ibi generantur per influentiam solis per radios perpendiculares ibi fluentes: vt ait Aristo. 4°. Methauror̄ Et tn̄ oīa metalla nō sunt eq̄lia. Nā aliō est aurū: aliud est argentū: aliud auricalchuz: vel ferrū: & huiusmodi: quod nō p̄cedit ex defectu solis: sed ex dispositione illius terre seu mōtis i quo metalla generant̄. Et ita spiritualiter deus ē sol lucens oībus hoībus equaliter in quātuz oībus offert & preparat gratiā suam: sed f̄m diuersas dispositiones eoruz. Alios facit aureos. i. perfectos alios argēteos idest minus perfectos. Et sic quālibet animam perficit f̄z liberi arbitrij sui dispositionem. Ideo Osee. 13°. ipse inquit. Ex te perditio tua israel: tantū in me auxilium tuū. X

Quo ad tertiā conditionem anime que appellatur nobilitatis anime patet ex tribus scilicet ordine: magnitudine: & pulchritudine. Primo ordine: qr in supremo loco ordinatā est. Nam quia bonum vniuersi consistit in ordine. xi°. Metha. primo deus i infimo loco posuit terraz & terrena grauia. Secūdo loco superiori posuit aquam: tertio aerem: quarto ignem quem pp̄ calliditatem a nobis elongauit: post ignez posuit lunam: deinde Merchuriū: post Venerem: deinde Solem: Martē: Jouē: Saturnū: celum stellatum cum duodecim signis: & quasi septuaginta duabus cōstellationibus: & in numeralibus stellis quo ad nos. Post firmamentū siue celū stellatū: posuit celū cristallinum: & vltimo celum empireum. Ad hunc autem locū de⁹ aīam nostram ordinauit. Cum igitur natura ordinet ignobiliora iferi⁹ nobiliora vero superius: patet aīaz nr̄az esse nobilissimā ipso ordine: qr ut finaliter collocet̄ in nobilissimo loco ordinata est. Y

Secūda magnitudīe: qr magna est terra: vt patet: vn̄ dixerūt Theodosius & Euristenes phī q̄ lōgitudo terre ē triginta & vnū milia miliarior̄: & mile passus faciūt vnū miliare: l3 aūt terra sit tante magnitudinis: tn̄ maior in decuplo est aqua: & sic semp̄ ascēdendo qōlibet elemētū est maius altero in decuplo. Et silr̄ vnū celuz altero. Et iō celū empireū est idicibilis altitudīs & magnitudinis: vn̄ dicūt quidā q̄ si massa plūbea a celo empireo descēderet: vix in q̄ngentis annis vsq3 ad terrā veniret. Nam ut refert Rabi Moyses magn⁹ phūs: quolibet celū cuiuslibet planete h3 i spissitudine viā q̄ngētor̄ annor̄. i. tantum spaciū quātu3 qs posset ire de via plana in q̄ngētis ānis. Et dē phūs dicit: q̄ iter celū & celū silr̄ est distātia vie q̄ngētor̄ annor̄: vn̄ f̄m euz a cētro terre vsq3 ad ocauum celi saturni ē via. 7700^a. annor̄. i. tantū spatiū quātū de via plena aliq̄s iret in. 7700^a. ānis si tātū viueret: ita q̄ quilibet annus cōponat̄ ex. 365. dieb⁹: & iter cuiuslibet diei sit. 40^a. miliarior̄ & quolibet miliare sit duor̄ miliū cubitor̄. Si aūt tāta est distātia a terra vsq3 ad celū saturni qō est septimū celū. Quāta erit vsq3 ad decimū. s. empireū. Utrū aūt p̄dicta i oībus vera sint deus nouit: q oīa fecit i pōdere: nūero: & mēsura. Sap. xi°. Indubitāter tn̄ est tenēdū q̄ celū ip3 empireū est maximū & altissimū in loco āt illo maxio collocabit̄ aīa nr̄a. Uñ

ipsa dicere pōt illud Isa.66°. Celū sedes mea: et illud Eccle.24°. Ego in altissimis hītaui: et hoc est qđ dī Baruch.3°. O israel quā magna est do/ mus dei: et ingēs locus possessiōis ei⁹: magnus et nō hn̄s cōsumationē: excelsus et imensus. Ex quo apparet nobilitas aie in tam excellētissimo loco collocande. Z

Tertio patet aie nobilitas ex eius pulchritu dine et preciositate: de qua Aug. in epla ad deodatū iqt. Aie nā: nec terra: nec maria: nec sy dera: nec luna: nec sol: nec qcq̄ oio qđ tangi aut videri pōt: nō deniq̄ ipsū qđ a nobis videri ñ pōt celū: meli⁹ eē credendū ē. Imo hec oia lōge deteriora eē q̄ est q̄libet aia rō certa conuincit: hec ille. Ex pdictis ergo p3 q̄ nobilior est aia q̄ oēs alie creature pter angelicā. Qđ etiā sic pbat. Nobilior est finis his que sūt ad finē. 2°. phi. S3 finis quodāmō oium est hō. 2°. de aia. Quodā/ modo dixit: qr vt hī p°. Ethi. duplex ē finis. s. pn cipalis et secūdarius: siue finis sub fine. Si loqui mur de fine pricipali dicit dn̄s Bona. i. 2°. di. 5ª. ar°. 2°. q. pª. et Ricar. eiusdem li. di. pª. ar°. 5°. q. 3ª. q̄ deus ē finis oiū creaturaꝝ q̄s ad sui gliā creauit. Prouer. 16°. Si āt loqmur de fine secū dario sic hō est finis oiū. vn̄ Gen̄. 2°. dixit dn̄e. Dominamini volatilib⁹ celi: piscibus maris: be stijs terre etc. Si ergo hō ē finis aliaꝝ creatura rū: ergo ē nobilior illis. Pars aūt hois dignior: ē anima. vn̄. Aug. 8°. de ciuita. dei. c°. 15°. dicit. Oī corpori pferunt aie. Et idē i li°. sollilogorū ait. Quicqd celi ābitu ptinet: hūana aia iferius est. Et Ouidius 2°. Metha. canit. Celoq3 aius pstātior oi. Et sic aia dignior ē celo empireo in quo ē collocāda. Nam et plerūq3 contētū digni us ē cōtinēte: sicut lapis preciosus suā capsellā valore trāscēdit. Ideo de aia loquēs in libro de de quātitate aie Aug. ait. Queadmodū fatēdū ē aiaz humanā nō esse qđ de⁹ ē: ita presumen/ dum est nihil inter omnia que creauit: ipsi deo esse propinquius: hec ille. Item Criso. i li°. de lapsu mūdi dicit. Quanto celū terra pulchrius tanto anime pulchritudo oēm formā quamuis pulcherrimā superat. Et ibidem ait. Si fieri posset vt corporalib⁹ oculis anime pulchritudi nē videremus deridderemus omnia hec que ex terrea sba decora esse videntur. Quod autem anima preciosior sit omnibus alijs rebus et cor/ poribus habetur etiam de peniten. et remis. c°. cum infirmitas. 12ª. q. pª. c°. precipim⁹. 24ª. q. 3ª. c° [illegible] hēs. et c°. sedulo. 38ª. di. et c°. solite. de ma ior. et obedien. hoc idem. C. de sacrosanc. eccle. l. sancimus. Ecce ergo q̄ mirabiliter est aia nr̄a preciosa et dignissima. Imo etiam in quibusdā priuilegijs est magis nobilitata q̄ natura ange lica: quia de⁹ et creator non suscepit naturā an/ gelicā in vnitate psone: sicut aiam humanā. Ita qđ vere est dicere: q̄ de⁹ est hō et nō angelus rōne humānitatis assumpte. O igit infelix aia q̄ magis extimas aurū q̄ teipā. Agnosce nobilitatē tuam et cōditionē. Et hoc scias p certo q̄ sicut nūc in grā dei existēs es pulcherrima et pciosissima. Sic ecōtra si pctō mortali labefacta ex hac vita trāsie/ ris: tāto turpior: despectior atq3 vituperabilior eris iuxta illud Treno. 4°. Qm̄o obscuratū est aurū: mutatus est color optimus: qr sicut pposituū in p posito: ita oppositū in opposito. 4°. Topi. Sicut ergo vinū bonū quāto est dulcius: tāto cū in ace tū vertit efficit acrius. Et sicut quāto aliqd ē no/ bilius et magis delicate cōplexionis: tāto cū cor/ rūpitur et putrescit magis fetet. Ita tu quāto [illegible] maiori es dignitate et bonitate creata: tanto hor ribilior atq3 fetidior per mortale peccatum effecta i inferno torquēberis.

¶ Pars tertia huius sermonis de dilectiōe dei erga animam. A

Triplici rōne cognoscere valem⁹ deum sūme diligere aias nostras. s. Custodi tiōis: Redēptionis: et Glorificatōis. Quo ad primā rōnē dico: q̄ res viles pua diligētia solēt custodiri. Ecōtra aūt fit de pre ciosis et multū dilectis. Quātū igit sit pciosa aia nr̄a et a deo dilecta: ondit [illegible] hoc q̄ ipse de⁹ de ip sa aia specialē curā gerit: eāq3 custodit: iuxta illđ psalmi. 96. Custodit dn̄s aias sctōꝝ suorū: et de manu pctōris liberabit eas. Et psalmo. 144°. ite rū ait dauid. Custodit dn̄s oēs diligentes se. Cu stodit ēt aiam nostrā p ministeriū angeloꝝ: vnde inqt dauid psalmo. 90. Angelis suis mandauit de te: vt custodiāt te i oībus vijs tuis. Cū igitur ad custodiā psone vilis: nō deputet psona [illegible] ex cellētissima dignitate ↄstituta: videam⁹ p° digni tatē angeloꝝ: vt ex ↄn̄ti cognoscē valeam⁹ digni tatē aiaꝝ ab ipsis angelis custoditaꝝ. Ideo sciē/ dum est sm Dyonisium in li°. de angelica hierar chia: q̄ nouē sunt angeloꝝ ordīes: vt ēt hētur de peni. di. 2ª. c°. ois lapis. in pn. Et idem dicit Ra banus in li. de misterio crucis. Sūt aūt tres hie/ rarchie angeloꝝ vt ait Dyoni. vbi. s. Est aūt hie rarchia sm eundē: vt etiā hētur in. 2°. li°. de pro/ prie. rez. Rez sacrarum et rōnabilium ordinata potestas in subditis debitū retinens principatū. Quelibet autē hierarchia habet tres ordines an gelorum. In primo ordine sunt seraphin. De q̄/ bus inqt Grego. in omelia de distinctiōe nouem

ordinū. Seraphin ardentes vel incēdētes vocan
tur:q̄ ita deo cōiuncta sūt:vt inter hec ⁊ deū:nulli
alij spūs intersint. Et tāto magis ardēt:quāto il/
li vicinius vidēt. In scđo ordine sūt cherubin.
De qbus ait Grego. vbi supra. Sublimiora illa
agmina:ideo cherubi vocata sunt:q2 tāto pfectio
ri sciētia plena sunt:quāto claritatē dei vicinius
cōtemplant. In.3°.aūt ordine sunt throni. De
quibus dicit Grego. ibidem. Throni quoq3 illa
agmina sunt vocata:quibus ad exercendum iu/
diciū semp oipotens deus presidet. In.4°.vero
ordine sunt dñatiōes. De qb⁹ vbi supra ait Gre/
go. Ea angelo⁊ agmina que potius pminēt: p
eo q̄ eis cetera ad obediēdū subiecta sunt dñatio
nes vocātur. Quintus ordo est pricipatuū:quo/
rū gradū declarans Grego. ibidē dicit. Princi/
patus vocātur q ipsis quoq3 bonis angelo⁊ spiri
tibus psunt:q subiectis alijs dū que sint agenda
disponūt:eis ad explēda diuīa misteria principā
tur. Sextus ordo est potestatū. De quibus Gre.
go. in eadē omelia inqt. Potestates vocātur: hi
qui hoc potentius in suo ordine preceperūt:vt eorū
dictioni ꝟtutes aduerse subiecte sint:quo⁊ pote/
state refrenant:ne corda hoīum tm̄ tentare vale
ant quātum volūt. Septimo in ordine sunt ꝟtu
tes de quo⁊ dignitatem Grego. vbi supra. ait. Vir
tutes vocant hi nimirū spūs:p quos signa ⁊ mi
racula fiunt. Octauus ordo est archangelorū de
quibus ibidē Grego. scribit. Qui sūma annun/
ciant archangeli vocant. Hinc est q̄ ad mariaz
virginē nō quilibet angelus sed Gabriel archā
gelus mittit. Nono in ordine sunt angeli:de qb⁹
iqt Grego. vbi supra. Hi qui minima ānunci
ant angeli vocant. Quante aūt sint dignitatis an
geli ostēdit Aug. xi°. de ciui. dei in.c°.14°. di. An/
gelica natura cetera oīa que de⁹ cōdidit:nature
dignitate pcellit. Qz igit oīs artifex i pricipio ma
gis conat suam sapiētiam in effectibus suis de/
monstrare. Sic deus volens se ostēdere artificez
dignissimū:specialiter se in creatiōe angelo⁊ ostē
dit. Qz vero sm̄ q̄ ait phūs.2°. de celo ⁊ mūdo: ⁊
p°. Elen. Opposita iuxta se posita magis eluce/
scūt. Ideo in pricipio pduxit duo extrema s. no/
bilissimā creaturam:⁊ vilissimā. s. naturā angeli/
cā ⁊ materiā informē:vnde Geñ p°. dī. In prin
cipio creauit deus celū ⁊ terrā. Per celū.n. desi/
gnant angeli. de peni. di.2°. §. q̄ aūt. B

De nobilitate vero ⁊ natura angelica inqt
Anselmus in quodā sermone:q̄ si vn⁹ an
gelus staret in celo stellato:⁊ tot essent soles quot
sunt stelle:claritas istius solius angeli obfuscaret
oēs illos soles sua claritate. Sic modo claritas
solis obfuscat claritatē stellarū. Et iterum ibidez
dicit:q̄ ille angelus tantū transcendere nosceret
pulchritudinē solis:quantū sol transcendit pul/
chritudinē terre:imo magis i cōparabilr. Et ista
nobilitas est oībus angelis cōcreata. Et ideo di
cit Dyonisius vbi supra:q̄ demones hēnt orga/
na splendidissima:sz p habitus viciosos depres/
sa sunt. Sicut si sol cuz caldari nigro esset detect⁹
In angelis autē bonis tanq̄ in speculo claro ⁊
mundo relucent omnia inferiora. Et ideo Dyo/
nisius in li°. de diuinis noībus vocat angelū spe/
culum splendidissimū. Ad istos ordines angelo
rum vnaqueq3 sancta anima est sublimāda:sm̄
qualitatē meritorum:vñ Grego. vbi supra ait.
Distincte cōuersatiōes hominum:singulorū or/
dinum angelorum dignitatibus congruūt: ⁊ in
eo⁊ sortem vel ordinem per cōuersatiōis similitu
dinē deputantur. Concludit ergo Magister in
2°. sententiarum. di. 9°. q̄ quia de oībus ordinib⁹
angelicis cum lucifero multi ceciderūt. Ideo il/
le sedes ruinose de animabus iustis in xp̄o cre/
dentibus cōplebūtur:vñ Augustinus i li°. En/
chiridion dicit. Superna hierusalem mater no/
stra:dei ciuitas:nulla ciuium suorum numerosi
tate fraudabit. Nam in locū immūdorum de/
monum succedentes filij catholice matris in ea
pace de qua illi ciciderunt sine vllo temporis ter
mio permanebūt. Origenes quoq3 super li°. Nu
meri omelia.19°. dicit. Agunt angeli diem festuz
letantes super his que refugiētes cōsortia demo
num:per exercitia virtutum angelicis festinant
sociari consortijs. Hos autem angelos tam nobi
les:deus hominū ministerio deputauit. De quo
angeloruz ministerio habetur Ecclesiastici.18°.
vbi dicitur. In vnaquaq3 gente posuit rectores:
glosa. i. angelos:vnde Isidorus in libro de sūmo
bono ait. Boni angeli ad ministeriū salutis eter/
ne deputati sunt vt cunctis mūdi hominib⁹ ad/
ministrēt:⁊ regant omnia iussu dei. Et Bernar/
dus in sermone de angelis dicit. Benignus es
domine:qui non es contentus nostra fragilitatē
sed ipsis hominibus custodientibus angelicam
custodiam superponis. Idez quoq3 Bernardus
super Cañ. sermone.5°. ait. Angelus curat sata/
gitq3 in libertate spiritus administrare officium
pietatis futurorum bonorum:promptum mor/
talibus:alacremq3 sese ministrum exhibens: vt
pote suis in eternum futuris ciuibus ⁊ coheredi
bus supne iocūditatis:hec ille. C

Duodecim autem sūt erga aīas officia āge/
lorum. Primo nāq3 deputati sūt angeli bo
ni ipsis aīabus ad militandum:q2.n. vt dicitur

Job.7°. Militia ē vita hoīs sup terram. Sicut eunti tironi ad bellū de bono puidet magistro: q sciat oīa ad bellū necessaria illi ostēdere: vz qua ex parte hostē aggredi debeat: qualitercūq3 ictus cauere possit. Sic misericors deus humanā fragilitatē cognoscēs eē inexpertā ⁊ ineptā ad bellandū: ⁊ resistendū pitie ⁊ astutie sathane: ne ab illo fallat ⁊ vincat: dedit hoī bonū angelū magistrū expertū scientem oīa necessaria ꝓ humana salute: vt eū defenderet cōtra malū angelū tenebrarū: iuxta illud Eccle.33°. Contra malū bonū. De cuius demonis ptāte scriptū est Job.41°. Non ē potestas super terrā q̄ cōparet ei q factus est ut nullum timeret. His autē demonib⁹ fortiores sunt boni angeli: ⁊ eoꝝ audaciā ⁊ potētiā possunt refrenare: vt ait Augusti.3°. de trini. vnde Apoc.20. dicit beatus Joānes. Vidi angelū descendentem de celo: ⁊ apprēdit draconē serpentem antiquū q est diabolus ⁊ sathanas ⁊ ligauit eū.

Indicibilis ergo est angelica fortitudo. Nam vnus angelus reuoluit totū celū stellatum: ⁊ singuli angeli alios orbes. Cū ergo sol excedat terram in magnitudie ⁊ multe etiā stelle sint ea maiores: apparet angelicam fortitudinē esse maximam: vñ legit ꝙ vnus angelus vna nocte interfecit cētū octuaginta qnq3 milia hoīum pugnatorū in exercitu sēnacherib regis assiriorū. quarti Reg.19°. In signū aūt ꝙ angeli nos defendūt ⁊ pro nobis pugnāt: hētur i figura secūdi Macha.11°. vbi dicit ꝙ cū Judas machabeus vidisset fortissimū exercitū hostiū: rogauit dominū: vt mitteret ei angelū bonū in adiutoriū. Qui statī venit: ⁊ auxiliū prestans suos aduersarios iudas cū paucis socijs prostrauit. Debem⁹ ergo nos deuote quotidie ꝯmittere angelo nostro dicētes cū auctore libri rudiū. Angele qui meus es custos patiōe supna: Me tibi cōmissum serua: defende guberna. Vt.n. ait Hierony. i omelia scti michaelis: non possz tuta eē humana fragilitas iter tot ⁊ tanti hostis insidias nisi sanctoꝝ angeloꝝ muniret auxilio. Demones.n. nos suffocarēt ⁊ occiderent nisi angelus nobis deputatus eos cohrceret. Jmo ēt in vētre matris occidisset nisi ab ipo angelo ꝓhibitus eēt [illegible] ait Fran. de mairo. in sermone de angelis. Secūdo deputati sūt nobis angeli ad custodiēdum: vnde Hierony. sup illud. Matth.18°. Angeli eorū semp vidēt faciē patris. ait. Magna ē dignitas aiarū vt vnaqueq3 hēat ab ortu sue natiuitatis angelū [illegible] sui custodiam deputatū: hec ille. Et glo. ibidē dicit. Non sunt hoīes cōtemnēdi ad quoꝝ custodiam mittunt angeli. Sed sciēdum ꝙ ē duplex natiuitas. scilicet in vtero quādo creatur ⁊ infundit anima in corpore: ⁊ natiuitas ex vtero: quādo homo exit de ventre matris: vt ingt scūs Bonauē. in.2°. di.11°. in q̄stionibus circa litterā. ⁊ Alexā. de ales in 2ª. parte sūme: in tractatu de aīs. Angelus vero vt dicūt predicti doctores ibidē: deputatur in prima natiuitate: nec debet differri: qꝛ et tunc potest aīam adiuuare ⁊ defendere. Quidā tñ alij doctores opinati sūt ꝙ donec ē in ventre matris custodiat per angelū eiusdē matris custodie deputatum tanq̄ vnū [illegible]ca: sed prima opinio ē verior. De hac custodia dicit dominus Exodi.23°. Ecce ego mittam angelū meum: q perducat te ⁊ custodiat in vis. Ideo Judith sui libri. c°.13°. ait. Viuit dominus: qꝛ custodiuit me angelus ei⁹: ⁊ hic euntē ⁊ ibi cōmorantē: ⁊ inde huc reuertētē. De hoc angeloꝝ bñficio dicit domin⁹ cuilib3 aīe: cū eam mittit in corpus illud Mala.3°. Ecce ego mitto angelū meum q preparabit viā ante facie tuā. Et hoc est rōnabile: vñ ingt btūs Tho. in pma parte sūme. q.113ª. ar°.9°. homo in statu vite istius cōstitutus est quasi in quadā via: qua tendere debet ad patriā. In qua quidē via pericula multa hoī iminēt tam ab interiori q̄ ab exteriori: s͡m illud psalmi.141. In via hac qua ambulabam abscōderunt superbi laqueū mihi. Et ideo sicut hoibus p viam nō tutā ambulātibus dantur custodes ⁊ ductores ita ⁊ cuilibet hoī q̄diu viator ē: custos angelus deputat ⁊ ductor. Quādo aūt iam ad terminū vie peruenerit: iam non habebit custodem: s3 [illegible] regno hēbit angelum cōregnantē. In inferno autē demonē punientē: hec ille. Dicit aūt Alex. de ales in secūda parte sūme q.19ª. mēbro.3°. ar.2°. in fine. Angeli existētes in celo sunt custodes hoīum q sunt habitatores terre. Distātia.n. localis huiusmodi nō impedit qn possit cognoscere ea que aguntur in terra: s͡m ꝙ accipiūt a v̄bo eterno: vel rōne pspicacitatis naturalis possūt ēt cognoscere p̄sentia q̄ tamē remo[illegible] sunt [illegible] loco: hec ille. Et ita exponit illud saluator Matth.18°. Angeli eoꝝ in celo semper vidēt faciē patris mei. S3 tamē possumus ēt dicere ꝙ qꝛ vbi ē papa ibi ē roma: vt notat Archi. in c°. ꝓsenti. de p̄bē. ⁊ di. ⁊ in. c°. scire. 7ª. q.pª. ⁊ Inno. in c°. ego. n. de iureiurā. ⁊ in. c°. quodcūq3. 24ª. q. pma. Ideo dicunt angeli aīarum custodes in celo videre deum: qꝛ semp eum vidēt q ē vbiq3: ⁊ vbi videt deus: ibi ē paradisus. Aristotiles quoq3 in li. de secretis secretorum ad Alex. ingt. Nescis ꝙ teste hermogene egregio doctore: duo sunt spūs q te custodiūt: quoꝝ vnus stat ad dexteram ⁊ alius ad sinistrā: custodientes ⁊ scientes opera

tua ⁊

tes ꝛ referētes factori tuo qcqd feceris. Hoc solū ī veritate dēbꝫ o Alexander te retrahere ab omni inhonesto opere: hec ille. Qd̄ hec intellexit de bono ꝛ malo angelo: quē vnus quisqꝫ hꝫ: vel qꝛ Alexāder erat prelatus hēbat duos angelos bonos custodes: vnū pro se ꝛ aliū pro regimine subditoꝝ: vt dicūt qdā doctores īter quos ē Fran. d̄ mayro. in quodā sermone. Aug. quoqꝫ in libro solilogoꝝ. c°. 29°. ait. Facis dn̄e angelos tuos spūs sup me: qbus mādasti vt custodiāt me in oīb⁹ vijs meis: ne forte offendā ad lapidē pedē meū. Hi sunt custodes sup muros noue hierusalē: ꝛ montes ī circuitu ei⁹ vigilātes ꝛ custodiētes vigilias noctis super gregē suuꝫ: ne qñ rapiat vt leo aīas nr̄as ille antiqu⁹ aduersarius noster: q̄si leo rugiens circuit q̄rens quē deuoret: hec Aug. Et ibidē iterū dicit. Magna sunt dn̄e beneficia qb⁹ nos honorasti: dans nobis angelos ī ministeriū nostrū. Desideras. n. nobis qcqd celi ambitu cōtinet: ꝛ quasi parua eēnt hec que sub celo sunt: addis illa que sunt sup celū. Et Bernardus inqt. Magna dilectio charitatis. Quis: qbus: de quo: ꝛ quid mandauit. Siquidē deus angelis mādauit. De ho mine mādauit: ꝛ custodiāt te ī oībus vijs tuis mādauit. Quantā tibi dꝫ hoc verbū inferre reuerentiā: afferre deuotionē: ꝛ ꝯferre fiduciā: reuerentiā pro p̄ntia: deuotionē pro beniuolētia: fiduciaꝫ pro custodia: hec ille. Et ideo ꝯsiderātes φ angelica custodia est nobis necessaria ꝛ valde vtilis: qꝛ p ipsaꝫ defendimur a malis ꝛ multiplicamur ī bonis: vn̄ dicere possum⁹ illud Tobie. 12°. de angelo nos custodiēte. Bonis oīb⁹ cū repleti sum⁹: debemus ipsorū angeloꝝ ꝑsidia deo efflagitare cū sancta mr̄e ecclesia canētes. Angelū pacis michael ad istā celitus mitte rogitam⁹ aulaꝫ: nob vt crebro veniente crescāt ꝓspera cūcta. Angel⁹ fortis gabriel vt hostē pellat antiquū volitet ab alto sepius tēplū veniēs ad istud visere nostrū. Angelū nobis medicū salutis: mitte de celis raphael vt oēs sanet egrotos: pariterqꝫ nr̄os dirigat act⁹. Est aūt inter alios angelos deuot⁹ Michael exorādus cū eadē sancta mr̄e ecclesia deprecādo ꝛ dicēdo. Princeps gloriosissime Michael archangele: esto memor nr̄i hic ꝛ vbiqꝫ: semp ꝓcare ꝓ nobis filiū dei: vt. n. ī officio ei⁹ canit. Hic est Michael archangelus ꝓnceps militie angeloꝝ: cui⁹ honor ꝓstat bn̄ficia populoꝝ: ꝛ oīo ꝑducit ad regna celoꝝ: ꝛ ibidē de eo dī. Archangel⁹ Michael ꝓpositus paradisi quē honorificāt angeloꝝ ciues. Tertio deputaꝝ angelus hoī ad remouēdū. s. ne cadat in malūꝫ culpe. Et hoc facit tripliciter. Primo increpādo de peccato preterito: vt ab eo nō recedat: vt patet Judicū. 2°. Ubi cū angelus filios israel icrepasset ipsi eleuauerūt vocē cū fletu ꝛc. Scd̄o eripiēdo a peccato p̄nti: vt patet ī eductione loth: ꝛ vxoris eius de sodomis. i. de peccati cōsuetudine. Gen̄. 19°. Tertio impediēdo peccatū futurū ne fiat: vt patet. Nūeri 22°. i balaaꝫ q ad maladicēduꝫ israel ꝓgens: ab angelo ipeditus est. Quarto deputaꝝ angelus nobis ad īducēdū. s. ad bonū grē. Et hoc facit tripl'r. Primo ꝯē ipedimētuꝫ ad bonū remouēdo: vt patꝫ Exodi 12°. vbi angelus pcussit ꝓmogenita egyptioꝝ: q populuꝫ dei retinebāt ne iret ad terrā ꝓmissiōis. Et sic eos abire ꝑmiserunt. Scd̄o a pigritia excitando: vt patet Zacha. 4°: vbi dicit ꝓpheta. Angel⁹ dn̄i excitauit me q̄si hoīeꝫ q excitaꝝ a sōno: ꝛ ad laudādū deuꝫ cōmouēdo dicēte. ps⁴. Preuenerūt ꝓncipes. i. angeli ꝯiūcti psalētib⁹: vnde idem propheta inquit deo. In ꝯspectu āgeloꝝ psallā tibi: adorabo ad tēpluꝫ sc̄m tuū: ꝛ ꝯfitebor noī tuo. Tertio in via penitētie ꝯducēdo ꝛ reducēdo: vt patet Thobie. 5°. ꝛ xj°. vbi angelus duxit Thobiā ꝛ reduxit.

Quinto deputaꝝ angeli ad iustificādū: ꝛ hoc tripl'r. Primo mouēdo ad ꝯtritiōeꝫ: vt patet. Judicuꝫ. 6°. vbi āgelus eduxit ignē de petra. Nā sepe de hoīb⁹ dictis angel⁹ eduxit ignem ꝯtritionis: ꝛ Tobie. xj°. vbi ad documētū angeli: de felle p qd̄ intelligiꝝ ꝯtritio: liniuit Tobias pr̄is oculos. s. cordis. Scd̄o purgādo labia ad ꝯfessioneꝫ: vt patet Jsa. 6°. vbi p angelū labia Jsaie purgaꝝ. Tertio gaudēdo ad satisfactiōeꝫ. Luce 15°. Gaudiū est angelis sup vno peccatore p̄niaꝫ agēte: qd̄ ēt hētur ī c°. qꝛ tua. 50ᵃ. di. Sciūt. n. hoīeꝫ eē factū pro reparādis eoꝝ ordinib⁹. de ꝯsecra. di. pᵃ. c°. hi duo. Et iō exultant cū facit penitentiā per quam appropinquat regno celoꝝ. Matthei 4°.

Sexto deputaꝝ angel⁹ ad protegēdū nos. Et hoc tripl'r. Prīo ꝓtāteꝫ demonis refrenādo: vt patet Tobie 8°. vbi angel⁹ religauit demoneꝫ ī deserto supiori. Scd̄o ꝯcupiscētiā debilitādo: ut patet Gen̄. 32°. Ubi angel⁹ tetigit neruū femoris Jacob: ꝛ emarcuit. Tertio memoriā passiōis xp̄i nostris mētib⁹ iprimēdo: p quā libamur a demonio ꝑcutiēte: vt patet Ezechiel. 9°. de angelo signante Thau sup frōtes viroꝝ gemētiū. Septio deputātur angeli ad liberādū nos a tētationib⁹: tribulationib⁹ ꝛ inimicis: vn̄ Angel⁹ dn̄i Petrū de carcere eduxit. Actuū 12°. Ubi ēt ad ꝯfirmationē ꝓdictoꝝ dī. Erat Petr⁹ ī nocte dormiēs iter duos milites: vinct⁹ cathenis duab⁹: ꝛ ecce angel⁹ dn̄i astitit: ꝛ lumē r̄fulsit ī habitaculo carceris: pcussoqꝫ latere petri excitauit eum dicēs. Surge velociter. ꝛ ceciderūt cathene de manib⁹ eius: vn̄ Petrus

P

liberatus ab angelo dixit. Nūc scio vere q̄r misit dn̄s angelū suū: ⁊ eripuit me d̄ manu herodis ⁊c. Et iō Ber. sup Cātica dicit. Quotiens grauissima cernit surgere tētatio: ⁊ tribulatio vehemens imminere: angelū inuoca custodē tuū: adiutorium tuū i oīb9 opportunitatibꝰ tuis. In tribulatiōe enī nō dormitat: sed qn̄qȝ ad tps dissimulat: hec ille. In huius autem signuȝ exclamabat angelus Apoc. 7°. Nolite nocere terre ⁊ mari neqȝ arboribus. Terra sūt pueri nouiter de terra nati: mare sūt adolescētes ⁊ iuuenes i mare ↄcupiscētiaꝝ feruidi ⁊ instabiles. Arbores sūt senes i vita prolongati. De hoc ēt fructu angelico ait psalmista ps°. 33°. Immittit dn̄s angelū i circuitu timētiuȝ eū ⁊ eripiet eos. Patet hoc ꝑ exēpluȝ qd̄ ponitur Dan̄. 6°. Ubi dr̄ ꝙ angelus dn̄i ↄclusit ora leonū ne deuorarēt Danielē: ⁊ ꝑ illud qd̄ scriptū ē Gen̄. 32°. Ubi hētur: ꝙ cū Jacob valde timeret Esau: angelos sibi obuios hūit: ipsum adiuuare paratos: ⁊ ait. Castra dei sūt hec. Heliseꝰ quoqȝ cōfortans discipulū suū de adiutorio angeloꝝ ꝯ ꝑsecutores suos dixit. Noli timere: q̄r plures sūt nobiscū: q̄ȝ cū illis: q̄rti Re. 6°. ⁊ vidit discipulꝰ eiꝰ exercitū angeloꝝ i adiutoriū eis astare. Et iō illi q̄ hȝ angelicuȝ adiutoriū: ait ꝓpheta. ps°. 90. Sup aspidē ⁊ basiliscū ābulabis: ⁊ ↄculcabis leonē ⁊ draconē. Per aspidē. n. q̄ aurē i terra figit itelligitur auaritia siue demō tētās de ea: ꝑ basiliscū q̄ hȝ visum venenosuȝ itelligit̄ luxuria q̄ aspectibꝰ inflāmat: ꝑ leonē itelligit̄ supbia: ꝑ draconē xo q̄ caudā iuoluit itelligit̄ ↄsuetudo mala: licet aūt ēt alij angeli nobis auxiliū ꝑstēt: tn̄ archāgelꝰ Micha[illegible] q̄ hūit i celo victoriā de lucifero ⁊ sequacibꝰ eiꝰ: iuxta illud Apoc. 12°. Factū est ꝓliū magnū i celo: Michael ⁊ angeli eiꝰ ꝓliabant̄ cū dracone: ⁊ ꝓiectꝰ est draco ille magnꝰ serpēs antiquꝰ q̄ vocatur diabolꝰ ⁊ sathanas in terrā: ⁊ angeli eiꝰ cū eo: audaciꝰ isurgit ꝯ malignos spūs: ⁊ nobis victoriā de illis exhibet: vn̄ sic ab eo liberatꝰ q̄sqȝ pōt dicere illud Dan̄. x°. Michael vnꝰ de ꝑncipibꝰ ꝑmis veni in adiutoriū meū. Huiꝰ aūt archāgeli adiutoriū nobis ꝓmittit̄ i tpe tribulatiōis ⁊ tētatiōis diabolice Dan̄. 12°. vbi ait deꝰ. In tpe illo ↄsurget Michael ꝑnceps magnꝰ: q̄ stat pro filijs populi mei vt ꝓliet̄ cū dracone. Est aūt sciēdū ꝙ sanctꝰ Michael fuit ꝑnceps sinagoge: Dan̄. x°. Nemo mihi adiutor ē i q̄t angelus iudeis: nisi Michael ꝑnceps vester. Sȝ postq̄ȝ iudea dn̄ȝ crucifixit: factꝰ est ꝑnceps ecclīe. Vn̄ refert Josephꝰ ꝙ audite sūt voces angeloꝝ dicētiū. Trāseamꝰ ab his sedibus. Et iō sancta mr̄ ecclīa canit. Collaudamꝰ venerātes oēs celi milites: sȝ ꝑcipue primatē celestis exercitꝰ Michaelē i virtute ↄterētē zabulon. Quo custode ꝓcul pelle rex xp̄e pijssime omne nephas inimici: mūdo corde ⁊ corpe: paradiso reddē tuo nos sola clemētia. Hic ē. n. ille de quo iterū canit̄ in offō eiꝰ. Magna magnalia d̄ Michaele archāgelo q̄ fortis i ꝓlio fecit victoriā. Et i missa eiusdē ēt rogamꝰ eū dicētes. Sancte michael archāgele defende nos i ꝓlio vt nō pereamꝰ i tremēdo iudicio. Alij tn̄ angelici spūs ēt ↄbellāt pro nobis aereas ꝑtātes. Sūt. n. milites dei: de q̄bꝰ dr̄ Job. 25°. Nūqd ē numerꝰ militū eiꝰ: q̄si dicat n̄. Sicut aūt videmꝰ ꝙ i curia terrestris regis sūt q̄dā milites regē associātes ⁊ coram illo decātantes. Alij vero q̄ castra ⁊ ciuitates custodiunt: ⁊ alij q̄ hostes regis ⁊ amicoꝝ eiꝰ expugnāt. Sic i curia regis celestis sūt q̄dā angeli q̄ ipm regē associant: ⁊ corā eo decantāt sicut cherubin ⁊ saraphin: d̄ q̄bꝰ dr̄ Isa. 6°. Clamabāt alter ad alterū sanctꝰ: sanctus: sanctꝰ: dn̄s deꝰ sabaoth: ⁊ Job. 38°. ait deꝰ. Cū me laudarēt vt astra matutiā ⁊ iubilarēt oēs filij dei. Alij xo custodiūt ꝓuicias sicut ꝑncipatꝰ: vel ciuitates ac loca spālia sicut archāgeli: vel ꝑsonas singulares sicut angeli: iuxta illud Isa. 61°. Sup muros tuos hierusalē ↄstitui custodes: tota die ac nocte nō tacebūt. Alij aūt ꝯ demōes hostes dei ⁊ hoiuȝ amicoꝝ eiꝰ decertāt ⁊ ꝓliant̄: atqȝ ipis hoībꝰ auxiliū ꝑbent: vn̄ ad hoc significāduȝ dicit̄ Exodi 14°. ꝙ angelꝰ dn̄i ꝓcedebat castra filiorꝰ israel. Propheta ēt iquit deo. ps°. 103°. Qui facis angelos tuos spūs: ⁊ ministros tuos ignē vrentē .s. ad exurendū ⁊ cruciandū demones. h

Octauo deputant̄ angeli ad ministrandū: iuxta illud ad Hebre. p°. Oēs sūt administratorij spiritus i ministeriū missi pp eos q̄ hēditatē capiūt salutis. Propter qd̄ Bernardꝰ i q̄dā ꝓmone ait. Dn̄e qd ē hō q̄r inotuisti ei: aut filꝰ hois q̄r reputas eū: Deniqȝ mittis [illegible] vnigenitū tuum: īmittis spūs tuū: ꝓmittis vltū tuū: ⁊ ne qd vacz i celestibꝰ ab ope sollicitudinis: illos ēt btōs spūs pp nos mittis i ministeriū nr̄uȝ: hec ille. Et iō q̄r angelꝰ cuilibet nr̄uȝ deputatꝰ: sp ē nobiscū. Ait Bernar. sup Can̄. In q̄uis diuersorio: i q̄uis āgulo: reuerētiā exhibe angelo tuo: ne audeas illo ꝑnte: qd̄ me presente nō auderes. Debemꝰ ēt diligēter attēdere ne angelū nr̄uȝ malis opibꝰ ad idignationē prouocemus: ne postea sit ꝯ nos i die mortis ⁊ dicat deo illd̄ Jere. 51°. Curauimꝰ babilonē ⁊ nō ē curata. Nihil. n. dimittūt angeli qd̄ ad nr̄aȝ ptineat salutē. Saraphin. n. opant̄ ad cordiū iflāmationem: ut patet q̄rti Re. 2°. i angelis q̄ in curru igneo ⁊ equis igneis apparuerūt Helie. Et Isa. 6°. ait ꝓpheta. Uolauit ad me vnꝰ de saraphin. Cherubi opant̄

ad scientiarū eruditionē: vt patet Apoc. x°. in angelo qui hēbat manū i manu. Et Apoc. xx°. Joānes. Sustulit me angelus in spiritu in montem magnum & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam hierusalē. Et Actuum x°. habetur quomō angelus illuminauit in fide cornelium centurionem: & Apoc. p°. c°. habetur: q̄ deus per angelū suū reuellauit Apocalipsim seruo suo Joāni. Et 38°. c°. &t habet de angelo a cui⁹ claritate terra illuminata est. Angelus. n. ſm Dionisiū h̄z virtutē illuminatiuam: purgatiuam: & perfectiuam: vnde rationem in nobis illuminat: affectionem purgat: & memoriam perficit ac confirmat. & Apoc. 22°. Ubi misit deus angelum suum ostendere seruis suis que oportet fieri cito. Throni vero operātur ad iudicij informationem. Informant enim iudices vt leges intelligant: vnde dicitur. Actuū 8°. Accepistis legem in depositione angelorū. & ad Gala. 3°. Lex ordinata fuit per angelū in manu mediatoris. Dominatiōes operantur ad sensuz sub dominio rationis subiugationem: vnde Geñ. 16°. angelus dixit Agar vt ad dominā suaz rediret: & se ei humiliaret: ꝟtutes nobis obsequūtur ad miraculorum operationem: vt patet Tobie. xj°. De raphaele angelo qui Tobiam illuminauit & filiuz eius a deglutione piscis eripuit. Et Joā 5° dicitur q̄ angelus domini ſ̄z tempus descendebat in piscinam: & mouebatur aqua & sanabatur vnus: & beatus Joannes euangelista rogabat per manus angelorū preciosos lapides restaurari: vt in eius legenda habetur. Potestates operantur ad demonum & tentationum repressionez: vt patz Exodi 13°. Ubi angelus domini interposuit se inter egyptios persequentes filios israel & ipsum populum dei. Principatus operātur principum & prelatorum instructionem: vt patet Dañ. x°. Ubi habetur quomodo angelus domini instruxit tres princeps: scilicet persaruz: grecorum: & iudeorū. Archangeli operantur ad maiorum secretorum reuellationem: vnde Gabriel archangelus natiuitatem christi virgini nunciauit. Luce primo Angeli operantur ad singularium personarum corroborationem: vt patet tertij Regum 19°. Ubi angelus portauit Helie subcinericium panez & vas aque: & comedit: & ambulauit in fortitudine cibi illius vsq3 ad montem dei oreb. Et Daniel 14°. habetur q̄ angelus ministrauit Danieli cibum cum esset in lacu leonū: tollēs Abacuch per capillos &c. Matthei quoq3 q̄rto d̄r q̄ post tentationē diaboli. quā dederat xpo: accesserunt angeli & ministrabant ei. Nono deputant̄ nobis angeli ad ꝯsolādū. Ipsi enim sunt ꝯsolatores tribulatorꝝ: vñ Zacha. p°. dicit ꝓpheta. Angel⁹ loquebat̄ i me v̄ba ꝯsolatoria & bona. Et Tobie 5°. dixit angel⁹. Gaudiuz sit tibi: forti aīo esto. In proximo ē ut cureris. Annūciauit quoq3 angel⁹ gaudiū natiuitatis xp̄i pastorib⁹: dicēs Luce 2°. Annūcio vobis gaudiū magnū: q: nat⁹ ē hodie saluator mūdi. Et mulieribus annūciauit ei⁹ resurrectiōez dicēs. Nolite timē: Scio. n. q̄ Jesum queritis. Surrexit. non est hic &c. Marci vl°. Beato q̄q3 Frācisco cū eēt nimia ifirmitate grauat⁹ affuit angel⁹ dñi cū cithara &c. Dañ. quoq3. 3°. habet̄ quomō angel⁹ dñi cū trib⁹ pueris i fornacē d̄scēdit: & fecit mediū fornacis q̄si ventū roris flantē. Itē Judicū. 6°. angelus cōfortauit gedeonē. Dañ. quoq3. 9°. habet̄ q̄ cū Daniel orasset dñz vt dimitteret sibi & populo israel peccata: apparuit ei angel⁹ ꝯfortās eum & dicēs. Ego veni vt idicarē tibi. s. pctā eē dimissa: q: vir d̄sideriorꝝ tu es. In eodē &t c°. d̄r q̄ cū Daniel corruisset i terrā: tetigit eū angel⁹ dicēs. Noli timere: pax tibi: ꝯfortare: & esto robust⁹. Decimo nob deputant̄ angeli ad p̄sentādū: vñ Bernard⁹ super Cañ. dicit. Discurrit angel⁹ medius iter dilectuz & dilectā: vota offerrēs: & refferēs dona: excitat istaz: placat illū: hec ille. Angeli enī desideria nr̄a offerrūt deo: vnde. Thobie. 12°. dixit angelus. Qñ orabas cum lachrymis & sepeliebas mortuos: obtuli oōnē tuā dño. Et ꝓpea dicit̄. Geñ. 28°. q̄ p scalā quā vidit Jacob angeli ascēdebāt & descēdebāt. Qō exponit Frā. de mayro. in sermone de angelis di. Angeli ascēdunt portātes oōnes nr̄as & bona opa corā deo. Et descēdūt ad nos mysteria fidei & gr̄e que vident i deo nobis reuellādo. Jō Augu. loquēs deo li°. soliloquiorꝝ. c°. 29°. dicit. Hi sūt ciues btē ciuitatis ꝑpetue hierusalē a [illegible] missi: vt cōfortēt & moneāt nos: & oōnes filiorꝝ offerāt in cōspectu maiestatis tue. Et ibidē etiā dicit. Diligūt nempe angeli ciues suos: per quos sue ruine scissuras istaurari expectāt. Jō q3 magna cura & vigilāti studio adsūt nobis oīb⁹ horis & locis: succurrētes & ꝓuidētes necessitatib⁹ nr̄is & sollicite discurrētes iter nos & te dñe: gemit⁹ nr̄os & suspiria nr̄a referētes ad te: vt ip̄etrēt nobis facilē tue benignitatis ꝓpitiationē: & referāt ad nos desideratā tue gr̄e bn̄dictionē. Ambulāt nobiscū i oīb⁹ vijs nr̄is: itrāt: & exeūt nobiscū attēte cōsiderātes: q̄z pie q̄z honeste in medio ꝑuaricatiōis cōuersemur: quā [illegible] studio: quātoq3 desiderio q̄ram⁹ regnuz tuuz & iustitiam eius quanto timore & tremore seruiamus tibi & exultem⁹ in letitia cordis nostri. Adiuuant laborātes: protegunt quiescentes: hortāt̄ pugnātes: coronāt vincētes: ꝯgaudent gaudētib⁹

cōpatiūtur patientibus: grādis est eorū cura de
nobis: ⁊ magnus feruor dilectiōis eorū erga nos
⁊ hoc totū propter honorez tue inextimabilis cha
ritatis qua dilexisti nos: diligūt enim quos tu di/
ligis custodiūtqꝫ quos tu custodis: hec ille. H
Undecimo deputantur nobis angeli ad alle/
gādū ꝓ nobis: iuxta illud Job. 33°. Si fuerit
pro eo angelus loquēs vnū de similibꝰ vt anūciet
hominis equitatē: miserebit̃ eius. Ideo Zacha.
p°. dixit angelus. Dn̄e exercituum vsquequo tu
non misereberis hierusalē ⁊ vrbiū iuda qbꝰ ira
tus es? Iste iā annus septuagesimꝰ est. I
Duodecimo deputantur nobis angeli ad de/
portādū. s. in celū iuxta illō Exodi. 23°. Ecce
mitto angelū meū q introducat te in trā quā ꝓmisi
pr̄ibꝰ tuis ⁊ eiusdē libri. c°. 33°. habet̃ ꝙ deꝰ dixit.
Mittā precursorem tui angelū vt eijciat cana/
neū: ⁊ intres terrā fluentē lac ⁊ mel: portāt autem
aīas valde reuerēter: vnde dicūt̃ eas portare nō
in humeris sed in manibꝰ dicēte ꝓphēta. ps°. 90.
In manibꝰ portabūt te. ⁊c. Itē portant diligēter:
qr eas ab oībus offendiculis custodiūt: ⁊ ideo se
quitur: ne forte offēdas ad lapidez. ⁊c. Itē portāt
gaudēter cū cāticis ⁊ iubilationibus: iuxta illud
Isa. 55°. In letitia egrediemini ⁊ in pace dedu
cemini: ⁊ mōtes ac colles: idest maiores: ⁊ mino/
res angeli cantabūt corā vobis laudem. Portāt
quoqꝫ humiliter: quia paupes ⁊ abiectos non de
spiciunt: vnde Luce. 16°. dicit̃. Factū est vt more
retur mendicus: ⁊ portaretur ab angelis in sinu
Abrahe. Predicta autē omnia angelorū mini/
steria cōprehēdēs Aug. in sermone ad heremitas
ait. In supernis spiritibus non solū admirabilis
dignitas ⁊ dignatio adamabilis inuenitur: sed
tāta gloria est: ꝙ lingua vel cor humanū nullate
nus dicere valet vel cogitare. Ipsi enim deo sem
per assistunt: domestici dei sunt: celi ciues: prīcipes
paradisi: scientie magistri: doctores sapientie: illu
minatores animarum: custodesqꝫ earū: zelatores
corporum: ⁊ defensores bonorū. Ipsi sūt ꝓuiciarꝫ
rectores: dignitatesqꝫ nostras tam spūales ꝙ tpa
les oī diligētia custodiētes. Itē sūt cōtra fomitez
imperātes: ⁊ pro nobis cōtra demonē victoriam
obtinētes. Ipsi sūt per quos ad fletuz contritionis
penitētie ⁊ orationis īducimur: per quos ab impe
dimētis ⁊ tribulationibꝰ liberamur: per quos nr̄a
facta vel cogitata ad celuz hilariter portant̃. Ipsi
sūt fratres nr̄i qui valde nos diligūt: nosqꝫ vbiqꝫ
instruunt: in cūctis nos ꝓtegūt: nr̄m aduentū ex/
pectātes ad celuz: ⁊ sedes paradisi per nos repleri
affectātes. Isti sunt sanctissimi spiritꝰ qui nobis
dormiētibꝰ adsunt custodes: adsunt tripudiātes

orātibus. Quis ergo frēs angelorum memoria in
mēte carebit? quis eos nō diliget? quis nō venere
tur? Isti sūt per quos sustētamur: per quos in ma
ri ⁊ in terra iuuamur: per quos frequēter ab infir
mitatibꝰ liberamur: per quos ⁊ a qbꝰ in extremis
in fide solidamur: ⁊ a maligno spiritu defēsamur.
Et obtēta victoria ad paradisū vel ad purgatori
um per eosdē deportamur. Et dū purgamur sepe
nos visitare dignant̃: ꝓmittētes nos ad celestem
ciuitatē hierusalē ingressuros: hec ille. Prīcipali
ter aūt archangelus Michael est a deo ordina/
tus ad suscipiēdas aīas d̀ hoc seculo migrantes.
Unū vt canit eccl̄ia dixit illi deꝰ. Archāgele micha
el cōstitui te prīcipē sup oēs aīas suscipēdas. Itē
ipse archāgelus Michael sm̄ ecclesie picturas:
habet officiū pōderādi aīas: de qua pōderatione
dicit̃ Prouer. 16°. Pōdus ⁊ statera iudicia dei
sūt. Sed veh illi cui dicet illud Dan. 5°. Appen/
sus es in statera ⁊ iuētꝰ es minꝰ habēs: veh aūt
maius illi cui dicet. Appēsus es. ⁊c. ⁊ iuētꝰ es ni
hil habēs. s. meriti: gaudiū aūt magnū erit illi cui
dicet. Appēsus es in statera ⁊ iuētus [illegible] satis vel
multū habens. Ministrāt autē ⁊ seruiūt angeli
hominibꝰ cum magna diligētia: attēdētes ꝙ di/
uina natura associata est humane in eadē perso
na: ⁊ ideo homo est frater dei: ⁊ honor qui exhibe
tur homini: in xp̄m fr̄em refundit̃. Sciūt quoqꝫ
ipsi angeli: ꝙ licet sint digniores hoīe propter na
ture simplicitatē: tamē homo est dignior propter
assumptā a diuinitate humanitatē: ꝓpter qd̄ ho/
mo magis attinet xp̄o ꝙ angelus. Primo quia
deus nō solū fecit hoīem de ꝓgenie sua: quādo eū
ad imaginē suā creauit sicut ⁊ angeluz: sed insup
seipsū de ꝓgenie humana fecit qn̄ verbū caro fa/
ctū fuit. Maxima quidē esset homini cuilibet di
gnitas ⁊ gl̄ia atqꝫ nobilitas: si imperator mundi
vel papa de eiꝰ se faceret ꝓsapie ⁊ parētella. Mul
to aūt maior nobis est gloriatio ꝙ deus se nostra
fecit progenie ⁊ cognatione. Secūdo quia ange/
lus tantū attinet xp̄ ex parte patris qui est pater
xp̄i per eternā generationē: ⁊ angelorū ac hominū
per temporalem creationē: sed homo attinet xp̄o
etiā ex parte mr̄is: que nō est angelice nature sed
humane: ad Hebr. 2°. Nusqꝫ eni angelos appre/
hēdit sed semen abrahe. Tertio quia deus contra/
xit parentellam cuz angelo solūmodo dādo. Quā
do. s. filiā suā. i. imaginez ei dedit: quā etiā homini
cōcessit: sed cū homine cōtraxit parētellā etiā reci
piēdo: quia sororē eius. s. animā rationalē: ⁊ ma/
trē ipsius. s. humanā naturā sibi copulauit. Ex p̄
dictis aūt cōcludere possumꝰ ꝙ hoīes dnr̄ ange/
lis maiores in quātū habēt deū frēm suū: quē an

geli hñt dñm τ nõ cognatũ. Sed τ alia ex cã eos excedũt: q: beatitudinẽ hñt in visione humanitatis xpi i quã desiderãt angeli pspicere. p^c. Pe. p^o. τ i ptẽplatione diuinitatꝫ quã angeli solũ hñt i cõtẽplatione diuinitatꝫ. Itẽ q: hũana natura ẽ deificata. Nõ aũt angelica. Itẽ q: ipsa hũana natura est sup oẽs angeloꝝ choros exaltata: vt patet i humanitate xpi τ mřis ei⁹. Sũt aũt angeli maiores hoib⁹ donec sũt i hac corruptibili vita rõne sue icorruptibilitatꝫ: vñ Aug. ait. Quilibꝫ spũs melior est q̃ corruptibile corp⁹: τ Mat. xj^o. de Joanne baptista inqt saluator. Qui mior ẽ in regno celorũ: maior ẽ illo. Et iõ d̃ hoïe loquẽs Dauid ps^o. 8°. inqt. Minuisti eũ paulomin⁹ ab angelis: gloria τ honore coronasti eũ: τ cõstituisti eũ sup opa manuũ tuaꝝ. Dicit̃. n. hõ i hac vita aliquãto minor angelis pp mortalitatẽ: sꝫ p⁹ hãc vitã adepta imortalitate erit cõpar τ soci⁹ angeloꝝ: iuxta illõ Mat. 22°. c^o. Erũt hoies sicut angeli dei i celo: τ iõ cũ Joãnes apl's vellet adorat̃ angelũ q sibi apparuerat: ille ait. Uide ne feceris: pseru⁹. n. tu⁹ sũ τ fratrũ tuoꝝ: vt habet̃ Apo c. 22°. c^o. Ex qb⁹ oïb⁹ apparet hũane nature excellẽtia τ nobilitas. Itẽ imensa dilectio dei erga aĩam rõnalẽ: q: tam excellentes ac dignos ministros ei dedit. M

SEcundo oñdit̃ dilectio dei erga aĩaꝫ nřaꝫ rõne redẽptiõis. De pditiõe. n. rei vilis nõ multũ dolem⁹: nec pro ei⁹ recupatione multũ laboramus. Eꝫ aũt est de re pciosa τ chara. Quia igit̃ ieffabiliter diligebat de⁹ aĩaꝫ nřaꝫ: eã pditã multis cruciatib⁹ reparauit. Tripl'r aũt cognoscit̃ qñ qs diligit rẽ pditã. Primo qñ nõ aliũ mittit: sꝫ solus ipse eã reqrit. Secũdo qñ ad q̃rẽdũ illã longum iter facit. Tertio qñ pro ea iueniẽda τ rehabẽda multos labores sustinet τ multa erogat. O bone Jesu tu vidẽs aĩaꝫ nřaꝫ spõsaꝫ tuã p peccatũ perditã τ a regno celoꝝ expulsaꝫ: i his trib⁹ actibus amorẽ tuũ erga illã oñdisti. Non. n. ad querẽduꝫ eã angelos vel archãgelos misisti: sed tu ipse de celo descẽdẽns: cũ multis laborib⁹ τ sudorib⁹ eã quesisti. O igit̃ igrata aĩa que creatori tuo: sponsoq; tuo amoris vicẽ nõ rĩpẽdis: vade. n. ad cruceꝫ τ vide redẽptoreꝫ tuũ in ea suspẽsum τ toto corpore laniatũ τ interroga eum dicẽs. O amãtissime atq; elegãtissime iuuenis: qd q̃ris? qd facis i hoc horrendo patibulo? q̃re tot cruciat⁹ pateris? Cur sicut altũ ascẽdisti? Et ip̃e rñdebit tibi. Ego quero te aĩa mea: sponsa mea dilecta: q: perdita es: τ mortali vulnere sauciata. Ego expecto te vt reuertaris ad me creatorẽ tuũ: factorẽ tuũ: amatorem tuũ: τ saluatorem tuũ. Jn altũ ascendi vt oẽs me viderẽt: brachia extendi vt oẽs ad me venientes suauiter ãplexarer. Reuertere ergo ad me τ ego suscipiã te. Et hoc est qđ inqt Bernardus i quodam ſmone dicẽs. Ascendit in altũ: vt longi⁹ audiretur. Fortiter clamauit: vt nullus excusaretur: clamori lachrymas addidit vt hõ ei cõpateret̃: hec ille. Ut ẽt oñderet pciositatem aĩe nře: eã multo precio cõparuit: vñ inquit Paulus apl's p^c. ad Cor. 6°. Empti. n. ẽstis pcio magno: glorificate τ portate deuꝫ in corpore vestro. Et p^c. Petri p^o. dicit̃. Scientes q̃ nõ corruptibilibus auro vl' argento redẽpti estis: sed precioso sanguine Jesu xpi. O insensibilis aĩa: o ingratissimũ genus humanum: o obstinati peccatores: respicite in cruce dñm vestrũ sanguine madefactũ: τ a capite vsq; ad pedes vulneribus plenũ: clamãtẽq; τ dicẽteꝫ. Sitio. Interroga ergo illũ o aĩa deuota: o aĩa tantuꝫ a deo dilecta: o aĩa preciosa: τ dic ei. Quid sitis dñe mi? Quid fles o creator angeloꝝ? plasmator seculoꝝ gaudiũ beatoꝝ? Et ipse tibi rñdebit. Non habeo sitim aque vel alterius potus: sꝫ sitio salutis tue desiderio. Sitio [illegible] eripere de iferni supplicio: τ glõsam te facere in paradisi palacio: q: te cõperaui precio sanguine meo. Quod cõsiderãs quidã frater noster versificator i quadã sua epistola iquit. Heu heu q̃ sacro redemit sanguie xps. Noli noli aĩe proditor eẽ tue. τ iõ curã illius habe Luce. x^o. N

Notandum est aūt q ipse pditus antixps i tantis malis z flagitiis nō emolliet̄ ad aliquā cōpunctionē vel remorsum cōscientie: sed instigante diabolo totaliter alienabit̄ a tramite rationis. Et verificabit̄ i eo illud Job 41°. Cor ei⁹ idurabit̄ quasi lapis: z stringet̄ quasi maleatorū icus. Itē nō timebit diuinā vltionē. Uñ Grego. 34°. mora. c°. 13°. iquit. Quid mirū si hūanas vires despicit: q ipsa etiā in se supni iudicij tormēta contēnit: De quo dr̄ Job. 41°. Quasi stipulam extimabit maleū: z deridebit vibrātē hastā. Qd exponēs Gre. ubi. s. c°. 14°. ait. Qr. n. per maleū desup venientē celestis pōdus pcussionis exprimitur. Jdeo iste Leuiatan maleū despicit: qr supne aīaduersiōis ictus formidare ptēnit. Uibrātē etiā deridet hastā: qr ex districto iudicio qcqd graue z qcqd horribile se preuidet pati nō metuit. S3 q se eterna tormēta euadere nō posse cōspicit: eo in exercenda neqtia durior assurgit. Itē sic alienabit̄ opatiōe diabolica: ut in stuporē mētis cōuersus isensibilis quodāmodo efficiat̄. Uñ Gre. 34°. mora. c°. 21°. iqt. Factus est Leuiatan vt nullū timeret. Nullū videlicet: qr nec deū: sed nec hoc qd̄ passurus est metuit. Cui nimirū felicius fuerat timēdo vitare suplicia: q̄ nō timendo tollerare. Appetitū nāq̄ celsitudinis vertit in rigorē mentis: ut iā per duriciā se male egisse nō sentiat, q pesse p gloriā qrebat. Nā qr ius quesite ptātis nō obtinuit: q̄si qd̄dā supbie sue remediū insaniā insensibilitatis iuenit: hec ille. Que xba l3 principaliter itelligant̄ de diabolo. Tñ ēt itelligi pūt de antixpo. Est aūt sciendū q post istā psecutionē ascēdet ipse maledict⁹ antixps sup mōtē oliueti: z ibi diabolica arte fultus splēdoribus ac tāq̄ angelor malor choris circūuallatus: ibi se adorari faciet a populis: stans i illo loco aeris vbi xps ascēdit i celū z dñsit videri a discipulis suis. Et oñd3 se velle i celū ascēdē. Et tūc d̄ celo d̄scēdet dñs Jesus q eū iterficiet spū oris sui: 2°. ad Thes. 2°. i. suo pcepto faciet iterfici. Nā ipe antixps fulminabit̄ ab archāgelo Michaele ad pceptū xpi: ut dic̄ Nico. d̄ li. sup pdcā vba pauli ad the.

Et de predictis hētur. Dañ. xj°. vbi dicit̃ de antixp̄o. Figet tabernaculū solij sui sup mōtē iclytū .s. oliueti: ⁊ nemo auxiliabit̃ ei .s. cū occidet̃ modo predicto. Quidā tñ dicūt ꝙ existente eo in mō[illegible] sion: ⁊ ibi se adorari faciēdo pro deo: īterficiet̃. Quia de ipso monte dī Isa. 25°. Precipitabit dominꝰ i mōte isto faciem vinculi colligati. Et ibidez subdit̃ de xp̄o. Triturabit̃ moab: idest antichristus. Moab. n. īterpretatur ex p̄re: ⁊ ipse erit ex patre diabolo ad eius generationē cooperāte. Sub eo sicut triturant̃ palee i plaustro. Et extēdet manus suas sub eo sicut extēdit natans ad natādū. Uñ vulgariter dī. Ella disteso como vno ranogio. Descēdet quoqꝫ ignis de celo ⁊ deuorabit antichristuz ⁊ principes eiꝰ: iuxta illud Apoc. 20. Descēdit ignis de celo ⁊ deuorauit eos. Et Dañ. 7°. inqt ꝓpheta. Uidi ꝙ īterfecta esset bestia: ⁊ perisset corpꝰ eiꝰ: ac traditū eēt igni. Et Apoc. 19°. ait beatꝰ Joānes. Apprehēsa est bestia ⁊ cū illa pseudo ꝓpheta: qui seducebat gentes vt adorarēt imaginē bestie. Et missi sunt hi duo in stagnū ignis ardētis sulphure: ⁊ ceteri occisi sūt .s. fautores eiꝰ. Et. [illegible]. c°. eiusdē libri dī. Et diabolus qui seducebat eos missus ē i stagnum ignis ⁊ sulphuris vbi bestia ⁊ pseudo prophete cruciabunt̃ die ac nocte i secula seculoꝝ. N

Post mortē vero antichristi nō statiz veniet dies iudicij: sed parū tp̄oris restabit: quo ecclesia dei hēbit pacē ⁊ tranqllitatē: atqꝫ predicabit̃ regnū dei ⁊ fides Jesu xp̄i. Licet āt qdā dixerint ꝙ a morte antixp̄i adhuc multis ānis durabit mūdus: quo tp̄e discipuli antixp̄i relaxabūtur ad peccādū cū sequacibus suis. Boni āt ⁊ decepti ab ipso antixp̄o: ⁊ [illegible] tormētoꝝ accerbitate: ac penarū timore eū cōfessi fuerāt: errorem suū emēdātes deo seruient: atqꝫ ad iudiciū vniuersale suscipiēdū se preparabūt: ⁊ postea veni[illegible] dñs Jesus ad iudicādū viuos ⁊ mortuos: oībꝰ ignorātibꝰ diē ⁊ horā aduētus eius. Et cum hac opinione videt̃ transire. Nico. de lira super Dan. 12°. c°. Tamen alij doctores tenēt ꝙ post obitū antixp̄i nō durabit mundus nisi ꝑ modicū tp̄s. Et de hoc hab̃t Apoc. 7°. vbi dī ꝙ cuz angelus aperuisset septimū sigillū: i quo cōprehendit̃ ꝑsecutio ⁊ mors ipsius antixp̄i: factū est silētiū: idest pax ⁊ trāquillitas in celo: idest in ecclesia militāte: quasi media hora: idest paruo tēpore. Ubi dicit glosa: ꝙ dabunt̃ q̄draginta quinqꝫ dies vel circa his qui titubauerāt: vel seducti fuerant ab antixp̄o ad faciendā penitentiā. Et hec opinio videt̃ probari. Dañ. 12°. vbi postq̄ dictum est de tempore antichristi ꝙ durabit ꝑ dies. 1290ª. subditur. Beatꝰ qui expectat ⁊ peruenit vsqꝫ ad dies 1335ª. qui sunt dies quadragintaquiqꝫ plus q̄ dies persecutionis antichristi. Licet quidā dicāt ibi accipi diē pro anno: iuxta illud Eze. 4°. Diem pro anno dedi tibi. Sit autem quomōcunqꝫ: est magis credēdū ꝙ predictū tēpus post mortem antichristi erit breue: sed incertū nobis quo ad eiꝰ quantitatem: atqꝫ so[illegible] deo cognitū. In hoc autē paruo tempore conuertentur multi ad fidē predicationibꝰ sācto[illegible] [illegible] tūc erūt: maxime iudei ⁊ filij israel aliarū tribuū q tunc erūt. Juxta illud saluatoris Joanis. x°. Fiet vnū ouille ⁊ vnus pastor. Et ita verificabit̃ illud qd̄ scriptuz est tertij Esdre. 13°. vbi dicitur: ꝙ filiꝰ dei colliget ad se multitudinē decē tribuū israel quas captiuas duxit Salmanasar rex assiriorum i babiloniam. Qui trāslati in terram alienā: inierunt cōsiliū proficiscēdi in terram vlteriorē: vbi nunq̄ habitauit genus humanum: vt ibi seruarent legitima sua q̄ non seruauerant in regione sua. Et transierunt fluuiū euphratē per angustos introitus. Nam deꝰ fecit stare aquā ad partē donec transirent: sicut fecit transeuntibus filijs israel mare rubruz ⁊ iordanē quando venerūt in terrā promissiōis. Et predicte decē tribꝰ ierūt in regionem multe vie: scilicet itineris vnius anni cū dimidio: ⁊ ibi stabunt vsqꝫ ad tempora nouissima: ⁊ tunc iterum exsiccabunt̃ aque illius fluuij: vel ad partem ibunt diuina voluntate donec transeant: ⁊ venient ad filium dei cuz pace: hec ibi. Nec ista cōtrariātur superioribus: qꝛ postq̄ isti populi deliberantes facere penitentiam de peccato suo idolatrie vitulorum: vt dictum est supra transierunt euphratem: ⁊ perrexerunt in illam regionem longinquam: sciens deus eorum instabilitatez: ne reuerterentur [illegible] vomitū ⁊ pristina mala ⁊ peccata: si redirent in babiloniaz: vel ad patriam suam: inclusit eos in montibus illius regionis qui dicuntur caspij: ⁊ sic habent duo impedimenta scilicet montium in quibus sunt inclusi: ⁊ fluminis qui euphrates appellatur: quē transire nequeunt: maxime quia impediuntur a regina amazonum ⁊ populo eius sub cuius imperio ⁊ dictione viuunt: vt dicitur in compēdio theologie libro vltimo. Non obstat etiaz superioribus ꝙ hic dicitur ꝙ venient cum pace quia hoc intelligitur post deceptionis cognitionem. Primo enim seducentur a diabolo ⁊ antichristo qui permissione dei faciet montes illos aperiri: ⁊ flumen dare eis locum itineris: vel exsiccari. Et [illegible] ipsum antichristum cōmitabunt̃

credentes eũ esse messiam in lege sibi ꝓmissum.
Mortuo vero antichristo: ⁊ cognita veritate ve
nient ad fidẽ domini nostri Jesu xp̄i: ⁊ ad pacẽ
atqꝫ vnionẽ ecclesie catholice. Et in hierusalem
adorabũt dominũ nostrum Jesum xp̄m. Et sal
ui erunt residui oẽs de populo israel inuocantes
nomẽ domini sicut prophetatũ fuit Malachie
vltimo: ⁊ Johel.2°. Et ut ait Paulus ad Ro
ma.xj°. Tũc intrabit ad fidẽ plenitudo gẽtium:
⁊ omnis israel saluus fiet. Et predicta etiam cõ
firmantur per ea que habent. Eze.38°. vbi ait
deus. Adducã te super terrã meã: ut sciant gen/
tes multe cũ sanctificatus fuero ■ te in oculis
eoꝝ o gog. Licet aũt quasi innumerabiles popu
li ad fidez venient. Tamen ministri antichristi
⁊ multi scelerati homines nõ credentes aliõ ex
terminiũ sibi debere euenire: i his paucis die
bus qui remanebunt post mortem antichristi:
in suis peccatis perseuerabunt, conuiuantes et
luxuriantes ac delitijs vacantes: iuxta illud Je
re.48°. Requieuit moab in fecibus suis: nec
est transfusus de vase in vas: idest de statu pec/
candi ad statum penitentie. Dicent enim tales
obstinati. Licet princeps noster mortuus sit: ta
men nos eius diuitias habemus quibus gau/
dere ⁊ in consolationibus viuere valemus. De
quibus dicit Apostolus.1°. ad Thesa.5°. Cum
dixerint pax ⁊ securitas: tunc repentinus eis su
perueniet interitus. Istis ergo qui fuerunt de e/
xercitu antichristi ⁊ i malicia sua perseuerabũt
adueniet illud quod eis minatur domin⁹. Eze.
38°. dicens. Ignem ⁊ sulphur pluam super euz
⁊ super exercitum eius: ⁊ super populos multos
qui sunt cum eo ⁊ magnificabor ⁊ sanctificabor
⁊ notus ero in oculis multarum gentium: ⁊ sci/
ent quia ego dominus. Veniet enim cito filius
dei ad iudicium post predicti antichristi mortẽ
licet de die prefixa non sciatur certitudinaliter.
De quo iudicio loquens Joannes apostolus
ostendit quantum erit terribile: dum describit
quomodo christus veniet ad iudicandum di/
cens Apoc.19°. Oculi eius sicut flamma ignis
⁊ in capite eius diademata multa. Et vestitus
erat vestem aspersam sanguine ⁊ exercitus qui
sunt in celo sequebantur eum. Et de ore ipsius
procedebat gladius ex vtraqꝫ parte acutus: ut
in ipso percutiat gentes. Et.20.c°. iterum dicit.
Vidi thronũ magnum ⁊ candidum ⁊ sedentez
super eum: a cuius aspectu tremit terra ⁊ celuz.
Et vidi mortuos magnos ⁊ pusillos stantes in
conspectu throni: ⁊ libri aperti sunt: et mor/
tui iudicati sunt ex his que scripta erant in li/
bris ſm opera eorum. Et dedit mare ⁊ infer/
nus mortuos suos. Et qui non sunt inuenti in
libro vite scripti: missi sunt in stagnum ignis:
hec ibi. De bonis autem inquit c°. sequenti. Et
vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam de
scendentem de celo: adeo paratam sicut sponsã
ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam
de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cũ
hominibus: ⁊ habitabit cum eis: ⁊ ipsi populus
eius erunt: ⁊ ipse deus cum eis erit eorum deus.
Et abstergit deus omnẽ lachrymam ab oculis
eorum: ⁊ mors vltra non erit: neqꝫ luctus: neqꝫ
clamor: neqꝫ dolor erit vltra: que prima abierũt
⁊ dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio
omnia. Et qui vicerit possidebit hec: ⁊ ero illi de
us: ⁊ ipse erit mihi filius. Quam gratiam vin/
cendi vitia ⁊ peccata ⁊ esse bonos seruos ⁊ fili/
os dei concedat nobis ipse saluator noster dñs
Jesus: qui est benedictus in secula seculorum
Amen.

Feria tertia ī hebdomada sancta de victoria
suiipsius. Sermo duodecimus.

O c Rucifige eum. Math.15°. et
in euangelio occurrentis ferie.
Quicunqꝫ vult dei gratiam ⁊
gloriam eternam promereri ne
cesse est eum vincere passiones
suas ac sensualitates: ⁊ suppo/
nere eas rõni. Ideo dixit de⁹ ad kaim. Gen.4°.
c°. Sub te erit appetitus tuus: ⁊ tu dominabe/
ris illius. Regnũ.n. celorum vim patitur ■ vio
lenti rapiunt illud Math.xj°. vñ saluator ait.
Apoc.2°. Vincenti dabo edere de ligno vite qð
est in paradiso dei mei: ⁊.3°. eiusdẽ libri c°. itez
dicit. Qui vicerit faciam illum colũnam in re/
gno meo. Ideo dicit Apostol⁹ ad Gal.5°. Spi
ritu ambulate ⁊ desideria carnis non perficietis
Caro enim concupiscit aduersus spiritum ⁊ spi
ritus aduersus carnem: hec enim sibi inuicem
aduersantur: ut non quecũqꝫ vultis: illa facia/
tis. Manifesta autem sunt opera carnis q̄ sũt:
fornicatio: immunditia: impudicitia: luxuria
auaritia idoloꝝ seruitus: veneficia inimicitie: cõ
tẽtiões: emulationes: ire: rixe: discensiones: secte
inuidie: homicidia: ebrietates: comessationes: ⁊
his similia: que predico vobis sicut predixi: quo
niam qui talia agunt regnum dei nõ cõsequen
tur: hec ille. Et ad Ro.8°. iterum dicit. Fratres
debitores sumus nõ carni ut ſm carnem viua
mus. Si.n. ſm carnẽ vixeritis moriemini. Si ãt
spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Qui
cũqꝫ enim spiritu dei aguntur: hi filij dei sunt.

Et ad Gal. 6°. dicit. Nolite errare: deus non irridetur. Quecunq3 enim seminauerit homo hec et metet: quoniam qui seminat in carne sua: de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitã eternã. Quia ergo diabolus cõtinue nos impugnat per sensualitates: oportet nos viriliter pugnare cõtra eas: ne mors intret per fenestras nostras que sunt quinq3 sensus corporis: vt dicitur. 16°. q. 2ª. c°. visis. et sũt verba [illegible]. pape. Ideo dicitur. Eccl. 18°. Post cõcupiscẽtias tuas non eas: et a voluptate tua auertere. Si enim prestes anime tue cõcupiscẽtias eius faciet te in gaudiũ inimicis tuis. Gre. quoq3 in. 3°. dialogorum. c°. 19°. ait. Sine labore certaminis nõ est palma victorie: vnde ergo victores sunt nisi quia antiqui hostis insidias debellauerunt? Malignus quippe spiritus cogitationi: locutioni: atq3 operi nostro semper insistit si fortasse aliquid inueniat vnde apud examen eterni iudicis accusator existat: hec ille. Et Hiero. ad Eustochium dicit. Nisi vim facias: celorũ regnũ non accipies. An non videtur tibi grandis violentia cũ caro cupit esse quod deus est: et illic vnde angeli corruerunt angelos iudicatura conscendere? Eggredere ergo paulisper e corpore: et ob presentes labores ante oculos tuos depinge mercedẽ: quã nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascẽdit: hec ille. Ideo saluator Matth. 16°. nos hortatur dicens. Qui vult venire post me abneget semetipsũ: et tollat crucẽ suam et sequatur me. Ad quod possumus applicare verba pposita que dicũt. Crucifige eũ. i. appetitum sensualẽ. Super quo verbo duas considerationes faciemus. Prima dicet necessitatis. Secunda vtilitatis.

¶ Pars pma huius sermonis: in qua probatur q quilibet tenetur cũ ratione vincere omnes suas sensualitates: seu diabolicas et mundanas tentationes.

Quod quilibet tenetur subiugare sensualitates suas rõni probat primo quinq3 rõnibus. Prima dicit ordinationis. Fundamentũ cuius ponit comẽtator sup. 8°. Phisi. et. i. 2°. Metha. di. Ars et natura in suis adoperationibus ordinate agunt quantũ possunt: patet hec regula. p°. in arte bellica. Nã famulus siue saccomanus ẽm ordinẽ artis bellice obedit armigero: armiger pro squadrerio squadrerius aũt capitaneo generali: et capitaneus domino suo vel imperatori. Hoc idẽ patet in statu ecclesiastico discurrẽdo gradus eius. Patet etiã exẽplo naturali. Nam videm ẽm ordinem nature: q argentũ preualet ferro in valore: aurum vero preualet argento et ferro. Presupposito ergo q ẽm artẽ et naturã maiora semper sibi subijciũt iferior semp debet seruire in superiori: vt di. ff. de aqua plu. ar l. j. §. deniq3. Certũ ẽ q deus cõposuit hoiem ex materia et forma. i. ex corpore et aĩa: vt habetur. 2°. de anima. Sed clarũ est q forma simplr nobilior est sua materia: dicẽte philosopho p°. Phisi. Forma est quid diuinũ et appetibile a materia: materiã dignitate excedens. Quod si sic ẽ: peto quo fine deus ordinauit hominẽ ex parte rationali et ex parte sensitiua? Et manifestũ ẽ q hoc ideo fecit vt pars rõnalis que est nobilior regat et subiiciat sibi partez sensitiuam que ẽ sibi inferior: alias sequeretur vnũ qd est falsissimũ et impossibile: q deus illas inordinate fecisset: et q ars et natura eẽnt pfectiores ipso deo. Cõposuit ergo deus hoiez ex anima et corpore: vt aĩa regat corpus et sensualitates: vt ingt sanctus Bonauẽ. in. 2°. di. 38ª. ar. 2°. q. 2ª. Et ideo debem subijcere rõni omnes motus sensuales iordinatos: qr ingt Philosophus primo Politicorũ. Debemus vti reb simpliciter ad id ad quod ordinate sũt a sapientissimo datore. Et ideo anima debet eẽ regens corpus vero rectuz: hec ille. Domus enĩ male regitur cum ancilla dominatur: vñ Prouer. 30. dr. Per tria mouetur terra: et p quartuz q nõ põt sustinere per seruuz cũ regnauerit: per stultũ cum saturatus fuerit cibo: per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta et per ancillam cũ heres fuerit domine sue. Predicta autem patuerunt in agar ancilla Sarre que assumpta in matrimonium ab abrahã domino suo: cepit despicere ipsaz dominam suam Sarram: videns quod conceperat filiuz Geñ. 16°. Per Sarraz eniz intelligitur rõ per agar vero sensualitas: que si voluntatem quasi viruz ad se allexerit: et conceperit appetitum concupiscentie despicit rationem. Et ideo inquit deus ipsi abrahe idest cuilibet homini in predicto. c°. Eijce ancillam et filium eius. Voluntas eniz ipsius dei est q agar ancilla idest caro et sensualitas sit subdita Sarre idest rationi. Posuit nãq3 deus in domo anime nostre fratrem et sororẽ virum et vxorem: dominam et ancillam idest rationem et sensualitatem ut scilicet ratio sensualitatem instruat tanq̃ frater sororem: et eam corrigat tanq̃ vir vxorem suam: atq3 eam sibi subijciat tanquam domina ancillam suam: ut in oib sibi obediat vñ philosoph. 5°. Tho.

sit. q portium rõnalis [illegible] ꝯcupiscibile ē ⁊ irascibile q ipsa iperat: illa vero ministrãt. Qñ ãt aliter fitunc aia hoīs est peruersa. Et Plato i fedrone introducit Sochratē dicētem. Cū in eodē sint corpus ⁊ aīus. Hoc quidē parere atq; seruire natura iubet: aīum vero iperare ⁊ dñari. Diuinū quidē ita natura institutum est vt imperet ac dñetur. Mortale ãt vt pareat atq; deseruiat. Qui ergo cõtrarium faciunt .s. pmittētes passiones ⁊ sensualitates preualere rõni cum peruertãt ordinē diuine sapientie ⁊ ordinationis: magna digni sunt pena ipso domino attestãte: qui Luce 12°. dicit. Seruus sciēs voluntatē dñi sui ⁊ nō faciens: plagis vapulabit multis. Q

Secundo idē probatur rõne conuersionis siue transmutationis. Quando enim qs viuit ſm sensualitates dr̄ effici bestia. Fundamētū cuius ponit phūs. 2°. de aia ⁊ i. 7°. Metha. Et comentator Auerois ibidē. Et Gilbertus porretanus in libro sex principioꝝ di. Forma est q̃ dat esse rei: qua ablata res non est: patet hec regula. Nam tãto aliqua res dicitur ecclesia vel domus quanto in se retinet formã ecclesie seu domus: qđ si funditus destruat̃ per ruinam: nequaquã amplius ecclesia vel domus vocat̃: ſ; simpliciter dicitur esse cementum vel cumulus lapidum ⁊ lignorum. Et rõ est: q̃ perdidit formaz ecclesie vel domus. Quo presupposito peto quare homo singulariter appelletur homo? ⁊ certū est q ꝓpter vsum rõnis: dicente phō. 9°. Ethi. Homo ē maxime itellectus ⁊ rō: quod si sic est: clarū est q qñ homo submittit rationem inordinate concupiscētie: aut ꝯ rōez viuit: ⁊ ꝯ ꝯsequēs ē ac [illegible] rōe careret: perdit nobilitatē su noīs honoris dignitatis: vnde tā in ꝯspectu hoīum q̃ ꝯspectu celestis curie non amplius homo sed bestia censendus est: quia mutata forma: ⁊ substantia intelligitur mutata. ff. ad erhi. l. iulian⁹. §. sed ⁊ siquis. Confirmatur etiam hec ratio per sententiaz philosophi. 7°. Metha. di. Ex genere ⁊ differentia specifica: constituitur species: vnde nihil potest poni in specie aliqua nisi habeat differentiã specificam illius spei. Quo presupposito tunc sic. Hec est diffinitio hominis: homo est animal rationale: ⁊ non debet addi mortale. ſm Scotellū super vniuersalibus porphirij in tractatu de differentia. q. penultima. Et Joan. versoris in summa super dialecticam: in tractatu de specie: capitulo vltimo: quia per istam differentiam: scilicet rationale differt homo ab oībus alijs animalibus. Et nulla res est de qua possit dici q sit animal rationale nisi homo. Cum ergo ab alijs animalibus differat homo per rationem: ergo cum dimittit rationem per peccatum ⁊ sensualitatez: nihil differt a bestijs: ⁊ sic efficit̃ animal tantūmodo sensuale ⁊ non rationale: quia cui competit diffinitio: non competit etiaz diffinitum. Communis diffinitio. ff. de regu. iuris. Unde inquit glo. in auten. de mona. in prin. q nō sequens ratiōez non debet dici homo sed bestia. Et hoc est quod inquit Dauid. ps°. 48°. Homo cum in honore esset nō intellexit: comparatus est iumentis insipientibus ⁊ similis factus est illis. R

Pro quorum meliori declaratione sciendū; q inquit phūs primo Politicoꝝ: triplicem vitā positā fuisse a philosophis. s. voluptuosã: politicam: ⁊ contemplatiuam. Considerabat. n. hominem mediū inter superiora. s. angelos: ⁊ inferiora. s. bruta animalia. Et ideo attendebant hominē tripliciter posse cōsiderari. Primo vt participat cum brutis: ⁊ conuenit ei vita voluptuosa. Secundo inquantū vtitur ratione: ⁊ sic conuenit [illegible] ita politica. Tertio vt cōicat cuz angelis in speculatione ⁊ cōtemplatione: ⁊ sic conuenit ei vita contemplatiua. Qui ergo viuit vita voluptuosa dicit̃ bestia. Qui autē viuit vita politica idest rationali dicit̃ homo. Qui autem viuit vita contemplatiua dicitur angelus. Ait enim Hieronymus ad Eustochium. Profecto in carne preter carnem viuere non terrena sed celestis vita est. Concludo igitur ad propositum nostrū q viuens vita brutali ac viciosa: merito brutuz nuncupatur: ⁊ non potest appellari homo: nisi equiuoce: sicut homo depictus vel mortuus dicitur homo nomine tm̄ ⁊ non re. Ideo Salomon inquit Ecclesiastes tertio. Ostendit deus filios hominum similes esse bestijs: ⁊ iterum dicit. Nihil habet homo iumento amplius. Quia enim homo amissa ratione perdidit differentiam specificam hominis: ⁊ remansit solummodo in genere animalium. Genus autem non potest eē in rerum natura nisi sit in aliqua specie: ideo talem rationem carentem constituit in specie animaliū irrationaliuz. Quapropter Dauid post peccatū bestiale luxurie dixit ps°. 21°. Ego autem suz vermis ⁊ nō homo: ⁊c. Ait. n. phūs primo Politi. In tantū quis est homo inquātū habet in seipso rectitudinem per subiectionem virium inferioꝝ ad ipsam rationem. Et ibidem dicit. Sicut perfectus virtutibus optimum aīalium est homo: ita alienus a lege pessimū est omnium. Et rationem ibidem ponit dicens. Plura mala faciet malus homo: q̃ bestia. Et in septimo Ethico. iterꝝ ait. Homines dicitur sicut dij propter excellentiam

virtutis: homo aũt prauus deterior est oĩ bestia. Est enim peior galinis post rixã ad pastũ simul currentibus. Itẽ leonib⁹ qui mansuescunt cũ qs se eis prosternit: ꝛ lupis nõ comedẽtibus lupos: ꝛ sic de alijs feris. Item mulis equis ꝛ asinis qui nõ cadunt in eodem loco in quo semel ceciderũt imo nec per eandem viam incedere volunt. Itẽ turtures ꝛ multe alie aues seruant fidelitatẽ cõiugibus suis: quod non faciunt multi homines. De hac aũt hominis bestialitate Chrisostomus in omelia ascensionis super illud: homo cõparatus est iumentis dicit. Peius est comparari q̃ nasci. Naturaliter non habere rationem tollerabile est: hominẽ vero ratione decoratum irrationali nature comparari volũtatis crimen ẽ. Beatus quoqꝫ Thomas prima secũde. q. p⁰. ar⁰. 2⁰. inquit. Operationes nostre si ratione carent nõ humane sed bestiales appellande sunt. Boetius etiã quarto de consolatione: prosa tertia dicit de malis. Quare conuersi in maliciam: humanam quoqꝫ amisere naturam. Euenit ergo vt quem transformatum vicijs videas: hominẽ extimare non possis. Auaritia feruet alienarum opuꝫ violentus ereptor: lupo similem dixeris: ferox atqꝫ inquietus linguam litigijs exercet: cani comparabis. Insidiator occultus subripuisse fraudibus gaudet: vulpeculis exequetur. Ira intemperans fremit: leonis animum gestare credatur: pauidus ac fugax non metuenda formidat: ceruo similis habeatur: segnis ac stupidus torpet: asin⁹ viuit: leuis atqꝫ inconstans studia permutat: nihil ab auibus differt: fedis immundisqꝫ libidinibus immergitur: sordide suis voluptate detinetur. Ita fit vt qui deserta probitate homo eẽ desierit: cum in diuinam conditionem transire non possit vertatur in beluam. Chrisost. quoqꝫ super Mat. inquit. Si peccator es manifeste hominẽ ▪ dicere non possum. Cum .n. calcitres vt asin⁹: saltes ut taurus: fremas mulieribus ut equus: ꝛ castimergiã patiaris vt vrsus: impingues carnẽ tuam vt mulus: rememoreris aũt ut camellus: rapias vt lupus: irascaris vt serpens: percutias vt scorpio: dolosus sis vt vulpes: venenum maliciose obserues ut aspis: ꝛ vipera: qualiter te poterо cuꝫ hominibus cõnumerare? quasi dicat nõ est conueniens.

I Sta autem animalia ꝛ bestias debet quilibꝫ bonus predicator capere vel saltem vulnerare: aut ad minus contra eas vociferare sicut faciebat beatus Joãnes baptista dicẽs Joãnis p⁰. c⁰. Ego vox clamantis in deserto. s. istius mũdi: in quo habitant multe male bestie. Et ideo ingt mihi deus illud Gene. 27⁰. Sume arma tua: pharetrã ꝛ arcum: ꝛ egredere foras: ꝛ affer mihi de venatione tua: ꝛ fac mihi cibos vt comedam. Ista autẽ arma sunt virtutes ꝛ v̄ba ignita boni predicatoris: de quibus scđe ad Cor. x⁰. ait Paulus. Arma nostra nõ sunt carnalia: sed potius a deo ad destructionem munitionũ diaboli. Ad que arma induẽda hortat̃ idẽ apostulus ad Ephesios. 6⁰. dicens. Induite vos armaturã dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Per arcũ vero significat̃ doctrina sacre scripture quã habere debet predicator: vt sicut per arcũ eijcit̃ sagitta: ita per sacrã doctrinã eijciat̃ velet verbũ predicationis quod currat pertrãsiens interiora hominis: iuxta illud ad Hebreos quarto. Viuus est sermo dei ꝛ efficax: ac penetrabilior oĩ gladio ancipiti. De hoc aũt arcu dr̃ Job. 29⁰. Arcus meus in manu mea instaurabit̃: ꝛ Geñ 9⁰. ait deus. Arcũ meũ ponã in nubib⁹ ce[l]i. i. in p̄dicatorib⁹ de qbus Isa. 40. dicit̃. Qui sũt isti qui vt nubes volãt. Sicut .n. nubes exeuntes de mari. i. de amaritudine ꝛ turpi cõuersatiõe hui⁹ mũdi: eleuãtur sup terrã per contẽplationẽ: ꝛ effundũt sup terrenos ac carnales hoĩes aquã salutaris p̄dicatiõis. Isti ergo venatores sic armati debẽt intrare siluã mundanã plenã feris ac beluis. i. hoĩbus bestialiter viuẽtibus: de q̃ igt psalmista. Quasi ĩ silua lignoꝝ securib⁹ exciderũt ianuas eius in idipsuꝫ. Et de pcõre dĩ Deute. 32⁰. Inuenit eũ in terra deserta: ĩ loco horroris ꝛ vaste solitudinis. Intrãtes aũt hãc siluã venatores vt possint bestias siluestres app̄hendere de qb⁹ libẽter comedit deus: debẽt examinare diligẽter loca in qbus hitant: ꝛ prudẽter eas circũdare: cauentes ne venãdo destruãt cãpos plenos messe: ꝛ dãnificẽt canib⁹. i. suis verbis turpib⁹.

In ista aũt silua mũdana inueniũtur diuersa genera aĩalium ꝛ bestiaꝝ: que solent inueniri ĩ nemorib⁹. Primo .n. ĩueniũtur lepores qb⁹ tremit caput: ꝛ sunt valde pauidi: p quos significãtur illi qui timẽt aggredi viã penitẽtie ne ĩfirmẽtur: vel nõ possint pseuerare: quoꝝ quilibet ingt cũ psalmista. Timor ꝛ tremor venerunt sup me: ꝛc. Et iteruꝫ de illis dicit idem propheta. Trepidauerunt timore vbi nõ erat timor. Talis aũt timidus ait illud Prouer. 26⁰. Leo ẽ in via leena in itinere: occidẽdus sum. Leo. i. diabolus. leena .i. cõcupiscẽtia: qbus ñ sperat posse resistere. De ipso quoqꝫ timido dr̃ Prouer. 30. Lupusculus plebs inualida: collocat in petra cubile suum. In petra .n. cubile suũ collocat: q: in duricia sui pcti pdurat: vel ad lr̃am in petra iacet siue sedet ĩ vi

cis ꝛ plateis: in nullo bono opere occupatus ex timore predicto. Tales aũt timorosi debẽt apprehẽdi: vel saltẽ sagittari sagitta saluatoris Math. 8°. di. Quid timidi estis modice fidei. V

Secũdo reperiũtur capreoli qui bene saltant vnde secũdi Regũ. 2°. dr. Assael quasi vnus de capreolis q morant̄ i silua cursor velocissimus fuit: ꝛ istis capreolis figurãtur illi qui correis delectant̄ ꝛ tripudijs. De quibus correis exponi põt illud Isa. 13°. Requiescẽt ibi bestie: ꝛ pillosi saltabunt ibi. Nã mulieres vane sedent ibi more bestiarũ lasciuiẽtes: ꝛ expectãtes ꝙ laruati ꝛ pellibus induti sicut fit in carnispriuio eas inuitẽt ad corrizandũ. Cũ quibus saltãt: tanq̃ belue. Isti autẽ capreoli sunt vulnerãdi sagitta. Eccle. 9°. vbi dr. Cum saltatrice nõ sis assiduus: ꝛ nõ audias verba illius: ne forte pereas in efficacia eius. Item sagitta Amos. 8°. vbi ait deus. Cõuertã festiuitates vras in luctũ: ꝛ oĩa cantica vra i planctũ. X

Tertio reperiũtur vbi capree que vulgari nomine vocant̄ camucie: ꝛ iste pp suã leuitatẽ nunq̃ tenẽt firmũ locũ: sꝫ huc illucq; discurrũt: de qbus dr scdi Parali. 12°. Veloces q̃si capree in mõtibus: ꝛ istis figurant̄ vagabũdi ꝛ istabiles ꝛ qui nõ pseuerãt in bono icepto: vel in arte quã ceperunt: ꝛ nũq̃ permanẽt in vno bono ꝓposito. Qui feriẽdi sunt sagitta Salomonis. Eccl°. 5°. vbi ait. Ne ventiles te in oẽm ventũ: ꝛ nõ eas in oẽm viam: sed esto firmus in via dñi. Itẽ iste capree ascẽdũt cacumina mõtiũ: ꝛ significãt curiosos q volunt intelligere altitudinẽ diuinorũ secretorũ quos vulnerat Ecclesiasticus. 3°. sui libri. c°. di. Altiora te ne quesieris ꝛc. Y

Quarto reperiũtur cerui de qbus ait. Isi. 12°. ethimo. ꝙ mirant̄ fistularũ sibilum ꝛ i armonia delectant̄: erectisq; auribus acute audiũt: ꝛ sic a venatoribus capiũtur: vñ figurãt dissolutos qui delectant̄ canticis. Cõtra quos dr Job. 21°. Tenẽt timpanũ ꝛ citharã ꝛ gaudẽt ad sonitũ organi: ducũt in bonis dies suos ꝛ in pũcto ad iferna descendunt. Itẽ Plinius li°. 8°. nãlis historie dicit. Cerui tante sunt simplicitatis vt omnẽ mirent̄ ꝛ stupeant nouitatẽ: vñ equo vel bubalo ad eos accedẽte: ita in ipsum respiciunt ꝙ hominẽ iuxta se venientẽ ꝛ sagittis ipetere volẽtẽ nõ attendũt: hec ille. Et ideo significãt fatuos q ad oẽs nouitates mirant̄ ꝛ attẽdũt ꝛ facilr decipiũtur: vñ de illis dici põt illd Prouer. 14°. Fatuitas stultorũ i prudẽtia. Gloriãtur quoq; cerui de cornibus q̃ tñ sepe sunt cã ꝙ capiant̄ ꝛ moriãt̄. Et significãt vanagloriosos de pulchritudie: diuitijs ꝛ honoribus: ꝛ hmõi. Qui vulnerãdi sunt sagitta psalmiste dicẽtis. Nolite extollere in altũ cornu vrm ꝛc. Multas ẽt alias cõditiões hẽt ceruus quas bono respectu pertranseo. Z

Quinto reperiũtur asini: vt aũt dr li°. 18°. de ꝓprietatibus rerũ. Asinus ẽ aĩal melẽcoñ cũ: frigidũ ꝛ siccũ: nãliter põderosũ: tardũ ac pigrũ: stolidũ ꝛ obliuiosũ. Et isti asini figurãt negligẽtes i bono opere ꝛ accidiosos. Qui dẽt vulnerari sagitta Pauli. 2°. ad Thimo. 3°. dicentis Qui nõ laborat nõ mãducet: ꝛ dñi Jesu dicẽtis Matth 20. Quid hic statis tota die ociosi? Et Job. 5°. vbi dr. Hõ ad laborẽ nascit̄. Libẽtius quoq; comedũt asini spinas ꝛ tribulos ac cardos: q̃ alias bonas herbas: ꝛ significãt lasciuos q libentius audiũt ihonesta ac turpia ꝛ fabulosa q̃ bona ac sãcta verba ꝛ vtilia Juxta illd 2° ad Thi. 4°. Erit .n. tps cũ sanã doctrinã nõ sustinebũt: sꝫ ad sua desideria coacceruabũt sibi magistros prurientes auribus: ꝛ a veritate qdẽ auditũ auertẽt. Ad fabulas ãt ꝯuertẽtur. Qui vulnerãdi sũt sagitta pauli ad Col. 3°. dicẽtis. Deponite sermonẽ turpẽ de ore vro: ꝛ vbũ xpi habitet i vobis abũdãter. Asinus ẽt nõ timet stimulũ sꝫ oꝫ eũ pcutere cũ virga ꝛ baculo: ꝛ de istis asinis multi reperiunt̄ q sũt obstinati: ꝛ bonis verbi dei stimulis nõ pñt iduci: vt p viã mãdatorũ dei progrediant̄: sꝫ oꝫ ꝙ eos deus cogat p flagella ꝛ grauamina: ꝛ ad hoc exponi põt illud Ecclesi. 23°. Virga ꝛ palea ac onus asino sicut faciebat ille florẽtinus q cũ tãtũ onerasset asinũ ꝙ videbat̄ velle crepare ex põdere: pcutiẽs eũ virga cõfortabat dicẽs. Nõ crepare asino chel fiorisse lorzo. Dicit̄ quoq; Prouer. x°. Virga in dorso eius qui indiget corde: ꝛ eiusdẽ libri. 26°. c°. Virga i dorso imprudẽtiũ. Isti ẽt asini significãt rusticonos degibus ẽt q̃plures reperiunt̄: vñ de hoie rusticono dici solet vulgariter. Ele vno asino paneschino: vl ele vno orechinto. Asinus .n. hꝫ aures lõgas et largas: ꝛ ipe rusticitates magnas ꝛ multas. Sꝫ notãdũ ꝙ vt dr i li. de ꝓprie. reꝝ: cõtra asinos pugnat vrsus ꝛ eos comedit: ꝛ similiter istos asinos bipedes deuorabit diabolus. Dr quoq; i p dicto li°. de ꝓprie. reꝝ: ꝙ asini quãto magis senescunt tanto magis efficiuntur tristes ꝛ deformes: hispidi ꝛ pillosi: ꝛ figurant eos qui quottidie efficiuntur magis tepidi ꝛ pigri in seruitio dei: ita quod eis vita est in tedio. Quos vulnerare debemus sagitta Salomonis sapientie p° dicentis. Nolite zelare mortẽ. ꝛc. ꝛ Statij in epistolis canentis. Grauior ꝛ melior sis accedente senecta. Aliter eueniet illd Sap. 3°. Sine hono[re] erit senectus illorum. A

Sexto reperiuntur leones rugientes: per quos superbi et magnates designantur: qui volunt dilacerare pauperes Prouer.27°. Leo rugiēs et vrsus esuriēs princeps ei⁹ sup populū paupe rē. Itē querūt deuorare sībam eorū iuxta illud psalmiste. Susceperūt me sicut leo parat⁹ ad pdā. Et iterum. Insidiatur i abscōdito quasi leo i speluncā sua. De istis et dī Sopho.3°. Principes in medio ei⁹ quasi leones rugientes. Minantur .n. pauperib⁹: eosqz mordent et occidūt ac suppeditāt. Cōtra quos dī Job.4°. Rugitus leonū et vox leene et dētes catulorum eius contriti sūt. Istos autē superbos vulnerare debemus sagitta hūilitatis quā emittit beata virgo dicēs Luce pmo Deposuit potētes de sede et exaltauit hūiles. B

Septimo inueniuntur tigres iracūdi et furibūdi sicut ego oculis ppriis aspexi i vno adducto Mediolanū: q cōtinue fremebat: et figurāt rixosos et cōtētiosos atqz vindicatiuos Cōtra quos mittēda ē sagitta Ecclesia.28°. Qui vīdicari vult a dño iueniet vindictā. et c. Et Prouer 17°. Sēper iurgia querit malus. Angelus autem crudelis mittetur cōtra eum. C

Octauo inueniuntur simie sic dicte: qz volūt oia assimilare et facere quicqd vidēt ab aliis fieri. et figurant psūptuosos. Dic de simia vidēte barbitonsorē seipsū radētem ad speculū: qd et ipsa voluit facere et sibiipsi cū nouacula amputauit caput icidendo collū dū radere vellet sub gulla. Culpa āt est imiscere se rei ad se nō pertinenti. l. culpa. ff. de regu. iu. et c°. non est sine culpa. eodem ti. li°. vj°. Sūt quoqz simie exteri⁹ hominibus cōformes et interi⁹ valde dissimiles: et figurāt hypocritas qui exteri⁹ habēt apparētiā sanctorū: et interi⁹ similitudinē demonū. Contra quos iaculanda ē sagitta Job.13°. vbi dī. In cōspectu dei nō veniet ois hypocrita. D

Nono reperiuntur porci qui [redacted] vadūt i aliquo viridario: dimissis floribus odoriferis querūt stercora: et figurant detractores q dimissis virtutib⁹ pximi querūt et inuestigant vicia eorū: vt detrahant illis. Item libēter se iuoluūt in luto: et significāt luxuriosos de quibus dicit Johelis.p°. Computruerūt iumēta i stercore suo. O quot bonas animas fedauit et corrupit iste porcus luxurie: et quātū destruit ecclesiam dei. De ipsa enim iquit psalmista. Exterminauit eā aper de silua: et singularis ferus depastus est eā. O quot sues iueniuntur hodie bipedes: qui delectātur solum modo in volutabro carnis et sensualitatis. Sed notādum q sicut macellarius volēs interficere suem siue aprum siluestrem: qui vulgariter dicitur porcus senzatus: et fricat ventrem: et ille tali sensualitate delectatus in terram se extendit: vt illam delectationem melius percipiat. Macellarius vero postqz aliquātulum fricauit: gladio ad hoc preparato improuidente ipso porco illum in gutture eius transfigit atqz ipsum occidit. Sic diabolus fricat ventrem luxuriosi sensualitate carnali: in qua dum vt porcus delectatur et gaudet: statim eum repētina morte interimit. Sed hos porcos ferire debet predicator sagitta castitatis: laudādo pudicitiā: iuxta illud Sapiētie.4°. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Item sagitta apostoli ad Heb: e.13°. dicētis. Fornicatores et adulteros iudicabit deus. E

Decimo inueniuntur vrsi qui sunt inuidiosi. Cum enim ad brachia faciūt cū aliquo: si ab ipso vincūtur: ex inuidia eum vngulis dilacerant: et propterea de inuidioso dicitur Daniel. 7°. Ecce alia bestia similis vrso in parte stetit: et tres ordines dentium erant in ore eius: primus enim ordo est dolere de bono proximi: secūdus est gaudere de malo eius: tertius est ipsius famam dilacerare. Isti autem sunt feriendi sagitta charitatis: que facit gaudere de bonis proximi: vnde Augusti. in quodam sermone ait. Tolle inuidiam et tuum est quod habeo. Vrsi etiam sunt solaciosi: et significant lusores quos diabolus occidit: sicut venator vrsos. Nam venator facit formā hominis de palea cum brachiis apertis: quasi inuiter vrsum ad ludendum ad brachia. Ipse autem venator post illam formam ad arborem appodiatam stat absconsus Dum autem vrsus amplectitur illam formam siue imaginem hominis volens ludere ad brachia: statim ex improuiso iugulatur a venatore. Et similiter occidit diabolus lusores dum putant solaciari et ludere et c. Vrsi quoqz sunt impatientes: vnde alio modo capiūtur propter impatientiam suam. Nam venator sciens viam per quam incedere solet vrsus: tendit in ea chordam cum sagittis venenatis: ita q tacta chorda aliquātulum fortiter: statim cū impetu exit sagitta: vrsus autem qui adeo est impatiens q si in itinere inueniat lapidem eius viam impedientem: protinus ipsum cū ira longe proiicit: similiter cum ad predictam chordam venit et ipsam in medio itinere reperit: cum indignatione cum brachiis illam apprehendens ac dilacerare volens et proiicere: fortiter trahit: vnde statim cum ingenti impetu sagitta exiens eum ferit. Ex qua magis indignatus vrsus: sagittam ipsam

extrahit de vulnere ⁊ circum circa aspicit quis eum vulneravit vt ipsa sagitta illum ferire posset. Neminem autem videns: atqꝫ se madefactum cernens sanguine de vulnere exeunte: cum indignatione pillos sibi extrahit vt super vulnus ponat: ⁊ pillos ipsos extrahendo etiam carnem suam rumpit: vnde ⁊ ab ipsa ruptura sanguis fluit. Quapropter ab alia parte alios pillos similiter extrahit ⁊ vndiqꝫ sanguis fluit: vrsus vero statim ad flumen currit vt in eo sanguinez abstergat. Sed sanguis in aqua magis fluit: vnde debilitatus vrsus cito perit: vel saltez manus venatorum ex ipsa debilitate fugere nequit. Alio etiam modo apprehenditur vrsus qui est gullosus: ⁊ libenter comedit mel. Nam venatores cuz chorda appendunt maleum grossum ⁊ acutuz arbori: in qua sit fauus mellis: ita ꝙ dictus maleus sit prope fauum mellis: ex ea parte qua vrsus ad comedendum mel pergit. Cum autem vrsus hoc impedimentum inuenit: statim cum impetu maleum proijcit qui protinus ad locuz suum rediens caput vrsi percutit. At ille magis indignatus fortius ⁊ impetuosius illum proijcit. Maleus vero alia vice ad locum suum reuertens taliter vrsum [illegible] capite excutit: ꝙ de arbore totus attonitus cadit. Quem venator postmodum faciliter capit. Et figurat impatientes de aduersitatibus. Qui vulnerandi sunt sagitta apostoli prime ad Thesa. quinto dicētis. Patientes estote ad omnes. Qui enim patiens est multa gubernatur sapientia. Prouerbiorum decimoquarto.

F

Undecimo reperiunt vulpes que nūqꝫ ambulant recto itinere: ⁊ significant dolosos ⁊ fraudulentos: de quibꝰ dicit Prouer. 2°. quoruz vie peruerse: ⁊ infames gressus eorū. Est autē cōsiderandū ꝙ vt ait Alexander de ales super psalmo. 62°. Sola pellis vulpiū est chara venatoribꝰ ⁊ similiter sola exterior cōuersatio taliū fraudulētium hominū: que est in carnis mortificatiōe debet a bonis assumi: ⁊ cadauer proijci qđ sub pelle absconditur: idest eorū interior malignatio. Unde Matthei. 3°. dicit de Joāne baptista. Zona pelicea circa lumbos eius. Dicit ⁊ Alexāder ibidez ꝙ vulpes tenet lanā [illegible] ore ⁊ paulatiz se mergit in aqua a parte caude: donec pulices fugiant ad lanaz: ⁊ tunc deserit ⁊ proijcit ipsaz lanam in aqua: ⁊ sic pulices occidit. Et similiter homines dolosi ostendunt se libenter accipere reprehensiones mordaces: que per pulices significant. Sꝫ postea statiz proijciunt eas: ⁊ reprehensores suos crudeliter persequunt. Vulpes etiaz se inuoluūt in terra rubea: ⁊ ostendunt se mortuas vt capiāt aues: ⁊ significat simulatores qui decipiunt simplices, Et ideo inquit Oratius in poetria. Nunqꝫ te fallant animi sub vulpē latentes. Propter simulationez autez ⁊ proximorū deceptionē dicebat saluator Luce. 13°. de herode. Dicite vulpi illi ⁊c. Itez vulpes magis rapiūt animalia domestica qꝫ siluestria: ⁊ significant deceptores proximoruz ⁊ vicinoruz: de quibus dicit Abdie primo. Qui comedunt tecum ponent tibi insidias: vulpes etiaz pullos deuorant: ⁊ figurat gulosos qui vellēt omnia delectabilia cibaria deuorare. Istas autez vulpes capi precipit deus. Cañ. 2°. di. Capite vobis vulpes paruulas que demoliunt vineas. Tales aūt debent vulnerari sagitta David psalmo. 62°. vbi de ipsis ait. Introibūt in inferiora terre: tradent in manus gladij: partes vulpiū erunt. Sicut eniz cadauera vulpium proijciuntur in sterquilinio: sic ipsi proijcientur [illegible] eternas penas in inferni profundo.

G

Duodecimo reperiūtur lupi quorū natura ē fugere cum post eos clamatur: vnde semel quidaz tubicina quadaz die volēs ire ad pulsanduz in vna ciuitate: pergensqꝫ cuz tuba per quoddaz nemus: errauit per siluas taliter ꝙ nox superuenit. Ille autem circūquaqꝫ perlustrans vt inueniret vbi pro nocte illa dormiret: tandem inuenit vnam cassinulam in qua nemo erat: habebat tamen ostiuz quo claudi poterat. In qua ītrans clausit ipsum ostium: ⁊ postea ascēdit super quendam locum ibi eminentiorem. Deinde ne alius ascēdere posset traxit scalam desuper. Cum autē dormire inciperet: ecce multitudo magna lupoꝝ aduenit qui ibi in nocte dormire consueuerant. Qui ostium clausum inuenientes atqꝫ odorem humani corporis sentientes: vlulare fortiter ceperunt capitibus sursum eleuatis: vnde ille euigilans totus territus remansit. Illi autez lupi cū per ostium intrare nequirēt se inclinabāt ⁊ vnus ascendebat super alium: ⁊ postea erigebātur ⁊ ita faciebant quasi vnam scalam: ⁊ sic supra muruz ascendebāt ⁊ ipsam cassinulam intrabāt. Cum autem quasi omnes intrassent: ⁊ ad illum tubicinam ascendere nō possent: ceperunt similiter ascēdere vnus super alium vt quasi vnam scalam facerent sicut prius: vnde tubicina videns ꝙ ab eis se defendere nō poterat: tandem a deo inspiratus cepit fortiter sonare cum tuba in aures ipsorū lupoꝝ. At illi existimātes eum vocare alios q essent in insidijs: ceperūt quasi rabidi circa ostium psallere [illegible] eum aperirent: ⁊ vnus volebat cuius

altero exire: et sic interficient se inuicem: ab et tandem aperto ostio: adeo longe cucurrerunt quod ab illis partibus multum elongati sunt: predictus enim tubicina continue sonabat fortiusque poterat: et sic illo sonitu et clangore lupos omnes effugauit. Sed lupi nostri sunt domestici et bipedes et adeo temerarij: quod nõ timent clamores nec minas predicatorum: nec tubam diuini iudicij. Et isti sunt deteriores lupis siluestribus. Nõ enim recedunt si quis clamitet. Dai ali lupi. Hos autẽ apprehendere debemus aut vulnerare sagitta Zacharie pri°. vbi ait ꝓpheta. Ne sit sicut pr̃es vři ad quos clamabant ꝓphete priores et nõ audierunt nec attenderunt et cetera. Sunt quoque alij lupi qui nõ solum fugiunt ꝓpter clamores magnos: sed etiam ꝓpter quẽcunque vel paruum clamorem: et isti figurant eos, qui nõ solum fugiunt a predicatiõe quando acriter reprehenduntur: sed ꝓ omni verbo vel minimo quod videatur ꝯtra eos militare recedunt et amplius ad predicatiõez dire nolunt: licet in particulari nõ noientur: cõtra quos ait Hieronymus ad Nepotianũ. Neminem specialiter sermo meus pulsauit, generaliter de vicijs disputatio est. Qui igitur mihi irasci voluerit: prius ipse de se quod talis sit cõfitebitur. Alij etiam lupi assimilantur ouibus in colore: de quibus Jacoponus noster ait. Guardatiui da lupacini che hano le veste pecorini: de ipsis quoque ait Prudentius poeta. Latitat lupus ore cruẽto: Lacteolam mentitus ouem sub vellere molli. Et saluator Matth. 7°. Attendite a falsis ꝓphetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et isti sunt vulnerandi sagitta Job. 36°. vbi dicitur. Simulatores et callidi ꝓuocant iram dei. Lupus etiaz nõ discernit cuius sit quod rapit scilicet pauperis vel diuitis: et eodem mõ faciunt vsurarij et raptores. Item nõ curat vtrum damnum sit magnũ vel paruum: et figurat eos qui faciunt cõscientiam suo mõ: et nõ magis habent stimulum de magno peccato quam de minori. Ad predicta autem dari potest exemplum quod fabulose recitatur de lupo qui habens mandatuz a leone rege animaliuz: vt vltra tres solidos nõ daret damnum: postea comedit asinam vnam cum pullo suo: de quo accusatus: respõdit: quod nõ erat transgressus preceptuz: quia asinam iudicauit valere solũ duos solidos: pullum vero eius vnum solidum. Et similiter faciunt vsurarij pessimi qui iudicant sibi licere omnia: adducentes ratiões quod denarij sui debent aliquid lucrari et cetera. Item lupus quicquid capit dentibus: nõ dimittit sed firmiter tenet. Et similiter isti raptores nunquam restituunt ea que iniuste abstulerunt etiã a viduis: pupillis et orphanis et alijs miserabilibus personis: et inter quas morantur sicut lupi rapaces in medio ouiuz: de quibus etiã dicitur Ezechiel. 22°. Principes in medio eius sicut lupi rapientes predaz. Est etiaz lupus aial gulosuz: et ꝓpter gulositatẽ suaz apprehenditur: vnde semel quidaz fecerant foueaz magnaz ꝓfundam in qua posuerant pecudez seu aliud aial mortuũ: et postea cooperuerunt ipsaz foueaz stramentis palearuz: subter que posuerãt aliqua debilia virgulta: quibus ipsa stramẽta sustentari possẽt. Lupus autem quidam magnus inde transiens et odorem carnium sentiens ibi: querebat vbi essent: et sic in foueam ipsaz cecidit: et nunquam exire potuit. Accidit vero vt quidam lebetes reficiens inde ante lucem transiret et in eadem fouea caderet: lupus autem qui ibi erat: ad partem vnam fouee se trãstulit: et ille faber ab alia cum martello suo in mãu. Quibus sic stantibus venerunt venatores et submiserũt illi fabro vnam chordaz grossam vt eam ligaret ad collum lupi: quod et fecit. Naz lupus territus videns se captum in illa fouea et habere homines desuper cum armis: et illum fabrum cum maleo: permisit se ligari tanquam si esset vna ouis. Postmodũ vero illi venatores sursum traxerunt fabrum: et postea lupum sic ad gulam ligatum: quẽ adhuc in aere existentem protinus interfecerunt. Est insuper lupus animal desperatum: et maxime quando non potest sue gulositati satisfacere. Solet et lupus quando ouile intrat quicquid potest comedere: reliquum autem ouium interficere et sub terra abscondere in aliquo loco: vt postea illud comedere possit: vt vero famez prouocet arenaz comedit: qua comesta huc illucque discurrit et sic cibũ quo plenus est digerit et famescit. Quadam autem die cum cibo plenus esset quidaz lupus: quandam ouem interfectã sub terra abscõdit vidente factum quodam homine: ipso tamẽ lupo hoc non perpendente: postea autem perrexit lupus ad comedendaz arenaz: qua mediante se euacauit ita quod fame quodammodo rabidus erat. Interiz autem predictus homo ipsam ouez abstulerat: et postea in quodam loco eminenti et securo expectabat videre quid faceret lupus nõ inuenta oue. Accurrens ergo lupus sic famelicus et cibum preparatum non inueniens. Cum non haberet quid comederet in tanta fame desperatus contra vnam arborem currens sic caput suum in ea confregit quod protinus expirauit. De istis autem lupis rapacibus et voracibus plena est terra: iuxta illud Esopi dicentis. Ubi regnant

qualibet urbe lupi. Sed eo℞ rapacitas est ferien
da sagitta Isa.33°. vbi dicit. Veh qui pdaris qꝛ
ꝛ ipse pdaberis. Cōtra voracitatē vero illo℞ est
mittēda sagitta Isa.51°. Sicut vestimentū sic co
medēt eos vermes. Illā.n.carnē suā quā ipingu
ant de rapinis paupe℞ comedēt vmes in sepul
chro ꝛ demōes cruciabūt i inferno. Dicēte dño
d tali lupo rapace ꝛ vorace illō Apoc.18°. Quā
tū i delitijs fuit tantū date ei tormētū ꝛ luctum.
Sunt et alij ut muli ꝛ equi pp luxuriā: qbus ait
psalmista. Nolite fieri sicut equ⁹ ꝛ mulus qbus
non est intellectus. H

Alias quoqꝫ i spēs aīaliū trāsformat hō q
viuit sine rōne: vñ Hiero. ad Heliodo℞ in
qt. Absqꝫ noticia creatoris sui oīs hō pecus ꝛc.
Et Macro. in.2°. saturnaliū ait. In pecudū fe
rarūqꝫ nūero hꝫ: qsquis voluptatib⁹ vacat. De
qbus dr. ps°.48°. Sicut oues in iferno positi sūt
ꝛc. Et pecudes possunt intelligi ignorātes. Naz
si quis ignorat ignorabit: p.ª ad Cor.14°. Et ad
eternā ignorantiā perducet ꝛc. ꝛ.2ᵉ. Pe.2°. dicit
Hi vero veluti irrōnabilia pecora nāliter in ca
ptionē ꝛ perniciē in his que ignorāt blasphātes
in corruptione peribūt: ꝛ in fine capituli et dicit.
Canis reuersus ad vomitū: ꝛ sus lota in voluta
bro luti. Dicit aūt hō effici canis multis mōis:
marie canis rapidus ſm Pli.li°.3°. hꝫ linguaz
venenatā ꝛ sub ea quēdā vmiculū: ꝛ silr hꝫ dētes
venenosos: ꝛ significat inuidiosos ꝛ detractores
qui mordēt alios: detrahendo eis ꝛ famā eoꝛuz
dilacerādo: sicut dicit glosa sup illud Apoc.22°.
Foris canes ꝛ venefici. Et de his canib⁹ cōque
rit Dauid. ps°.21°. di. Circūdederunt me canes
multi ꝛc. Itē canes latrāt cōtra trāseūtes p viaz
ꝛ marie ꝫ paupes: ꝛ rabido ore irruūt i eos. So
lent etiā canes vni⁹ ꝯtrate simul se ꝯcordare ꝛ i
petere canē alteri⁹ ꝯtrate inde trāseuntē: eūqꝫ di
lacerare: ꝛ significāt partiales: guelphos ꝛ gibel
linos: q alios alteri⁹ ptis non possunt videre. Et
silr significāt aduocatos ꝛ ꝓcuratores qui simul
morant in ꝯtrata palacij de qbus di. Qui in pa
lacijs morant oia mala nouere: vt ait glosa in.l.
ab anastasio. C. mādati. hi.n. sepe simul ꝯcordāt
ad dilacerāda bona clientulo℞. Sed istos canes
debemus ferire sagitta. Dauid. ps°.58°. dicentis
Famē patiētur vt canes. s. in inferno. I

Transformat quoqꝫ hō in reptiliū numero
qñ eo℞ mores imitat. Reptilia.n. ſꝫ Isido.
12°. Ethimo. dicūtur illa aīalia q pectore ꝛ vētre
reptāt sup terrā: ꝛ figurāt auaros terrenis totalr
deditos: qui erūt cib⁹ diaboli cui dixit de⁹ Geñ.
3°. Terrā comedes cūctis dieb⁹. Inter aūt alia [illegible]
ptilia male cōditiōis ē anguis serpēs: qui iō sic
appellat qꝛ est angulosus ꝛ nunqꝫ incedit rect⁹:
vt dicit Isi. vbi supra ꝛ figurat duplices ꝛ proxi
mis insidiātes. Dicit etiā serpēs eo q in occultis
accessib⁹ serpit ſm Isi. ibidē. Iter alios serpētes
est basiliscus de quo di lib°.18°. de proprie.re. q
aspectu suo iterimit oē viuū: ꝛ q [illegible] ei⁹ aspectus
nulla auis illesa pertransit: ꝛ figurat eū de quo i
quit saluator. Mat.5°. Qui viderit mulierē ad
cōcupiscendā eā: iaz mechatus est eā i corde suo.
Draco aūt est maximus oīum serpentum: vt ait
Isi. vbi. s. d quo Hiero sup illud Leui.14°. At
traxerūt ventū sicut dracōes ait. Draco ē aīal val
de sitibundū in tantū q vix aqua pōt satiari: ꝛ
iō aperit os vento vt sic extinguat ardorem sitis.
Et aūt inquit Solinus in li°. de mirabilib⁹ mū
di: ethiopes comedūt carnes draconis: p ethio
pes vero figurant demones. Et ideo ferire debe
mus istū draconē. s. hoīem qui sitit sanguinē in
nocentū sagitta Dauid. ps°.73°. vbi ait deo. Cō
tribulasti capita draconū in aquis. Tu ꝯfregisti
capita draconis: dedisti eum escā populis ethio
pum. Itē ꝫ predictos serpentes vibranda est sa
gitta Isa.27°. vbi dicit. In die illa visitabit dñs
in gladio suo duro ꝛ grādi ac forti leuiatā serpē
tem veterē ꝛ tortuosum: ꝛ occidet eum. K

Dicitur etiā hō trāsmutari in nām auium
seu volatiliū in quib⁹ est cōstantia: nūqꝫ
enim stant firme longo tpe: sꝫ nūc huc: nūc illuc:
nūc in hāc arborē: ꝛ nūc in aliā volitāt: ꝛ figurāt
instabiles in bono proposito. Contra quos mit
tenda est sagitta Salomonis. Eccle⁹.5°. dicētis.
Non te ventiles in oēm ventum: sed esto firmus
in timore dñi. vnde Cato inquit. Constans ꝛ le
nis vt res expostulat esto. Nō solum aūt hō sine
rōne viuēs assimimilatur quadrupedib⁹: repti
libus ꝛ volatilibus: sed etiā piscib⁹: de quib⁹ in
quit phūs.7°. de aīalibus. Pisces p maiori par
te comedūt carnes ꝛ deuorāt [illegible] inuicē ꝛ vniuer
saliter sunt gulosi ꝛ auidi ad cibum. Et Ambro
sius in exameron ait. Pisces quidā se mutuo de
uorant ꝛ sua carne vicissim pascuntur. Minor
apud illos esca maioris est: ꝛ rursus ille maior [illegible]
esca alterius: ꝛ predator alteri⁹ cū aliū deuorauer
rit: tandē ab alio deuorat. Sunt aūt ſm Pliniū
vt recitat etiā Isi.12°. Ethimo. centū ꝛ qnquagi
ta quattuor genera pisciū: inter que cetus siue [illegible]
lena est maioris magnitudinis: ꝛ alio℞ piscium
deuoratrix. Nam qñ esurit: vaporem odoriferuz
ex ore emittit: cuius suauitate attracti alij pisces
os eius ingrediūtur: ꝛ sic ab ea deuorantur. Sꝫ
istū piscem qui significat deuoratorē ꝛ deceptorē

proximi vulnerare debemus sagitta Isa. vigesimoseptimo. vbi dicitur. In illa die occidet dominus cetum qui in mari est. Pisces etiam qui sunt lubrici in aquis significant voluptuosos in mundanis delitijs: contra quos mittenda est sagitta Isa. quinto. vbi dicitur. Computrescent pisces sine aqua. Et generaliter ptra omnes predictas species aialium irrationaliũ: vibranda est sagitta Ezechielis. 38°. vbi ait deus. Commouebunt a facie mea pisces maris: et volucres celi: et bestie agri: et omne reptile qd mouet super terrã. Ex quib⁹ oibus patet q hõ sẽsualitates sequẽs et nõ rõnez: dicit transmutari in bestiã. O igitur miserabilis creatura: o infelix aia: o vere bestialis persona hũana: que rõnem voluptati sensuũ submittis: noli morari in hoc statu bestiali: sed semp inordinatos appetitus rõni submitte. Iuxta cõsiliũ phi. 3°. de aia di. Appetitu duplici et cõtrario in hoie existente: qui superior fuerit secuz trahat inferiorẽ: sicut spera maior secum trahit omnes speras inferiores. L

TErtio probatur eadem conclusio ratiõe collocationis. Fundamẽtum cuius ponit. Aristoti. secundo de anima. et quarto Phisicorum ac quarto de celo et mundo dicens. Omnis locus debet esse cõnaturalis locato: et e contrario. Locatum dz hẽre similitudinem cum suo loco. Patet hec regula. Nam videmus in cõuiuijs: q loca digniora debẽtur personis dignioribus: et vnicuiqz dat locus ẽm suã conditionẽ. Siliter si vinum sit optimũ vel acetosum: preparat ei vas optimũ aut vile ẽm qualitatem suã. Quo ṗsupposito certũ est: q aia saluanda collocanda est i celo empireo ẽm theologos in quarto distinctio. quadragesima nona. Qui locus ẽm sanctuz Bonauenturam. in secundo: distinctio. secunda articu°. 2°. q. p°. in. 4°. argu°. habet precipue quinqz conditiones. Nam primo est valde spaciosus et latus: qr ẽm damascenum. Celum empireum est contentiuũ oium visibilium et inuisibilium. Secũdo hoc celũ est claz sup alios et lucidum: et pp hoc dr empireum a pir quod est ignis: eo q est splendidũ admodũ ignis. Tertio est pacificũ et quietũ: eo q celũ empireum est imobile et oino priuatũ oi genere motus. Quarto est vniforme: nec est diuersum vt est celũ stellatuz ceteriqz celi ipso stellato celo inferiores. Quinto est supremũ: pro eo q supest omnibus celis: et eis omnibus ṗdominat: ceteriqz oẽs celi tãq ipso minores sibi subijciunt. Cum ergo omne locatũ debeat habere similitudinẽ: cõuenientiam et proportionez cum suo loco: cõcludit necessario q anima saluãda et in celo empireo collocanda: tenetur et debet suo modo habere prefatas conditiones: vnde oportet q primo sit larga et spaciosa p charitatẽ ad deum et proximum: iuxta illud Canti. 2°. c°. Dillatauit in me charitatem. Secundo debet esse clara et lucida per conscientie serenitatem. Tertio debet esse pacifica et quieta atqz tranquilla: et non iracũda: rixosa vel turbida. Quarto vniformis ita q habeat vniformitatem morum ac virtutum: et obseruationis diuinorum mandatoruz vsqz ad finem vite: vt possit dicere cuz propheta. Omnis consumationis vidi finez. Quinto oportet q sit suppremã: idest q pars rationalis super sit sensualitati et carnalitati. Aliter non erit possibile q vnq in celo empireo collocetur: cum non habeat similitudinem: conuenientiam aut proportionem cum ipso.

M

QUarto idem probatur ratione dispositiõis. Fundamentuz cuius ponit beatus Thomas super libro de sensu et sensato dicens. Actiones simpliciter sunt bone que eggrediunt a subiectis bene dispositis. Patet hec regula. Nam si caro que datur homini in cibum sit sana: operabitur sanitatem vel vtilitatem in homine comedente. Si vero fuerit corrupta: operabitur mortem vel diminutionem sanitatis. Similiter potest exemplificari de aere: qui si fuerit sanus vel corruptus: talem dispositionem vel indispositionem corporibus adiacentibus immittet. Cum ergo actiones hominis procedant a toto composito: idest ab anima simul et corpore ẽm philosophum primo Phisicoruz: et primo de anima cõcluditur: q si coniunctum est in se diuisum et indispositum: ita vt inferior pars predominetur superiori: et sensualitas rationi: cum a subiecto indisposito non possit eggredi nisi actio imperfecta ac corrupta omnes operatiões talis hominis: si homo dici debet: sunt infecte et deo abhominabiles. Ideo dicitur Isaie. 64°. in persona sensualium. Facti sumus nos omnes sicut immundi: et quasi pannus menstruate: vniuerse iustitie nostre: et cecidimus quasi folium vniuersi. Et Boetius primo de cõsolatione. metro. 7°. dicit. Nubibus atris condita nullum condere possunt sydera lumen. Si mare voluens turbidus auster misceat estum: vitrea duduz parqz serenis. Vnda dieb⁹ mox resoluta sordida ceno visibus obstat. Et ibidem subiungit. Tu quoqz si vis lumine claro cernere verũ: tramite recto carpere callem. Gaudia pelle pelle timorem: spemqz fugato: nec dolor ad-

sit: nubila mentis est: vinctaqz frenis: hec vbi re//gnant.

N

Quinto idem probatur ratione discensiõis. Qui enim non subijcit sensualitates ratio ni: necessario ad infernum descendet. Quod pro batur per dictum Aristoti. quarto. de celo & mũdo di. Omne quod mouetur ad locum: simpliciter mouetur a predominante natura: patet hec regula in igne seu igneo vapore: in quo cuz predominetur leuitas: sursum eleuatur: lapides vero in quibus predominatur grauitas: tendunt deorsum. Ideo dicit philosophus ibidem. Omne leue sursum tendit: sicut ignis: graue vero deorsum: sicut terra. Patet etiam hoc in statera: in qua si ponatur ab vno latere res leuis: i alio vero aliquid graue quod leuius fuerit: semper fertur sursum: grauius vero deorsum. Quo presupposito: cum in homine possit esse duplex amor: vz spiritualis: & sensualis: si i morte nostra amor spiritualis seu bonorum celestium qui a ratiõe procedit preualeat amori sensitiuo & carnali: certuz est q amor ille animam simul et corpus secum trahet in paradisum. Si vero amor carnalis seu rerum carnalium qui procedit a corruptibili carne: preualeat seu preponderet spirituali amori: necessario concluditur: q talis amor ponde//rosus secum trahet in centro inferni animam simul & corpus: dicente Augusti. in libro confessio num. Amor meus: põdus meum: eo feror: quocũqz feror. De talibus sensualibus dicit prophe/ta. Descenderunt in infernum quasi lapis. vbi glo. dicit. Nunquã sic lapis tendit ad centrum terre: sicut peccatum trahit hominem ad centrũ inferni. Ideo dicit Augustin9 in libro de salutaribus documentis. Sicut equis frena sunt imponenda: ita concupiscentie & corpora nostra ieiunijs & orationibus sunt refrenãda. Nam quẽadmodum aurige si frena equis laxauerint per precipitia ducuntur: ita & anima cum corpore si ei frena non imposuerimus: ad inferni preci//pitia dilabitur. Simus ergo boni & docti aurige corpori nostro: vt per rectam viam eterne vite possimus incedere: hoc autem faciem9 si ei nõ delitiosa: non voluptuosa: sed tantum necessaria prestemus: quia iuxta apostolum. Si facta carnis mortificauerimus viuemus: hec ille.

O

Secũdo principaliter probatur hec conclu/sio figuris & exemplis: prima figura habe//tur Judicum decimosexto. vbi habetur q muli er quedam nomine dalida cõcubina sansonis: tentauit eum & molestauit vt diceret sibi in quo consisteret fortitudo sua: cui tandem consentiẽs dixit. Ferrum nunq ascendit super caput meũ quia nazareus idest consecratus sum domino: si rasum fuerit caput meum: recedet a me forti//tudo mea: & deficiam: eroqz vt ceteri homines: que statim fecit eum dormire super genua sua: vocauitqz tonsorem & rasit crines eius: & statim discessit ab eo fortitudo eius: quo viso: statim dedit eum in manibus philistinorum: quẽ cum cepissent eruerunt oculos eius: & duxerunt gazam vinctum cathenis: & clausum in carcere mollere fecerunt. Moraliter per dalidam decipientem intellige sensualitatem: per Sansonem fortissi//mum ab ea deceptum intellige rationem: que dũ consentit sensualitati: statim perdit omne robur diuine gratie: virtutis & meritorum: que per capillos significantur: per philisteos ĩtellige demones: in quorum manibus ratio ponitur: duz sensualitati consentit. Qui philistei idest demones: statim funibus diuersorum malorum animam ligant: Oculos mentis eius totaliter excecantes ne scilicet cognoscere possit qntum sit graue peccatum: qntqz magnum sit bonum diuine gratie & glorie: quod per peccatum amisit. De qua mentis cecitate: Sopho. primo dicitur. Ambula//bunt vt ceci: quia domino peccauerunt. Et proxima dicit. Sup cecidit ignis: scilicet male concupiscentie in anima per consensum: & non viderunt solem: scilicet diuine gratie amisse.

P

Alia figura ponitur secũdi Reg. vndecimo vbi legitur q cum Joab obsedisset filios Amon in rabath. Et ipsi filij Amon impetum fecissent super exercitum Joab: occiderũt viam etheum quosdamqz alios. Quod audiens Dauid misit ad Joab dicens. Ne deficias sed robustus esto: & fortiter dimicare contra eos: quia varius est euentus belli. Joab vero hoc audito fortiter perseuerauit pugnando: & tandem vicit inimicos suos: & deuastauit totam ciuitatem. Moraliter: Joab qui est dux exercitus dauid: significat hominem ducem rationis: & bonarum ope//rationum: qui ideo positus est in hoc mundo tã q in loco certaminis. Job septimo. Ut vincat inimicos & coronam glorie accipiat. Hunc inuadũt tẽtatiões mũdi: carnis & diaboli: atqz aliquãdo psternit: sz sup baculo rõnis se appodiãs & confortãs: viriliter pugnat: & sic tãdẽ de hoc mũdo: carne & diabolo victoriã reportat. Ideo dicit Prouer. 24°. Septies i die cadit iustus & resurgit. Licz ergo o pctõr quãdoqz a sensualitatibus

⁊ cōcupiscētijs sis supat⁹: tñ nolli pp hoc dimittere pugnā. Nā inqt Cato. c°. 3°. sui libri. Victorē a victo supari sepe videm⁹. Vñ dic Virg. 12°. Eney. Respice res belli varias. Et Ouidius in primo de arte amandi. c°. decimonono. inquit.

Mars dubius: nec certa ven⁹: victiqꝫ resurgūt.
Quosqꝫ neges vnqꝫ posse iacere cadunt.

Scḋꝫ etiā leges dī qꝫ dubi⁹ est euetus litis. ff. de pecu. l. eo tēpore. §. fi. ⁊ ibi Bar. ⁊ alias allegatur l. qḋ debet. ⁊. C. de appel. l. eos. §. sup his. Et ideo si perseueretis in pugna tandem obtinebitis victorias de sensualitatibus. Q

Alia figura habet Judith. 13°. vbi dr qꝫ Judith sctā mulier pugione abscidit caput holofernis: q erat pnceps militie Nabuchdonosor regis babilōie. Quo fcō filii israel posuerūt in fugā oēm exercitū holofernis. Moralr holofernē intelligit ꝯcupiscētia carnalis: vel appetit⁹ sensualis: q ē pnceps militie nabuchdonosor: idest diaboli. Judith autē. i. ratio cōterit caput ipsi⁹ holofernis: iuxta illḋ Gen. 3°. Ipsa cōteret caput tuū. Quo fcō: filij isrl. i. virtutes ⁊ bone operationes vertunt in fugam totū exercitū holofernis: idest oēs motus sensuales. Jḋ debemus facere sicut apostolus Paulus q dicebat p̄ Cor 9°. Castigo corpus meū ⁊ in seruitutē redigo: qḋ si ⁊ nos volumus facere: ⁊ de sensuali carnis victoriā reportare: debemus obseruare p similitudinē quod recitat Lucan⁹ poeta. Refert. n. qꝫ Hercules semel pugnauit cū Antheo gigante: cui⁹ erat consuetudo qꝫ quotiensciiqꝫ proijciebat ad terrā: fortior surgebat. Qḋ attēdēs Hercules ingeniosus vt eleuauit eū a terra: ⁊ strinxit eū a terra cū brachijs suis in tantū qꝫ emisit spm: ⁊ sic de eo victoriā habuit. Moralr caro est gigas: q̄ quāto magis ad terrā pijcit. i. ad terrenā voluptatē fortior resurgit ꝯtra spm ⁊ rōnem. Et ideo debemus cū rōne eā leuare a terra p cōtemplationē celestiū: ⁊ fortiter eam strigere maceratiōes ⁊ abstinentiā: donec eā mortificem⁹: ⁊ de illa victoriā reportemus p subiectiōēꝫ ad spm ⁊ rōnē.

¶ Par secunda huius sermonis de vtilitate victorie suppsitus. R

Jco qꝫ vicere seipsum ac passiones suas atqꝫ iordinatas affectōes: ⁊ subiugare sensualitates: rōni est maior victoria: honor ⁊ glia: qꝫ oēs mundi thesauros cōgregare: oēmqꝫ sciaꝫ mūdi acqrere ⁊ insup qꝫ toti⁹ mūdi imperiū sibi subiugare. Qḋ pbat ptis auctoritatib⁹. Inqt. n. Boeti⁹. 3°. de ꝯsolatiōe metro. 5°. Qui se volet eē potētē: Animos domet ille feroces: Nec victa libidie colla. Fedis submittat habenis. Et. n. lꝫ idica lōge. Tellus tua tur a tremiscat. Et seruiat vltima tille. Tñ atras pellere curas. Miserasqꝫ fugare querellas. Nō posse: potētia nō est: hec ille. Et Prouer. 16°. dicit Salomon. Melior est patiēs viro forti: ⁊ q dominat aīo suo expugnatore vrbium. Seneca quoqꝫ in li°. de clemētia inqt. Sūma sup oēs potētia est regē se ipsuꝫ vincere ⁊ bñ regere. Multi. n. habuerūt potestatē vrbiū: pauci vero sui. Illa vilior: hec aūt nobilior: hec ille. Et idē ad Lucillū epla. 25°. ait. Impare sibi maximū imperiū est: ⁊ in epla. 37°. iterꝫ dicit. Si vis oia tibi subijcere: te subijce rōni: multos reges: si rō te rexerit: hec ille. Unde beata Catherina dixit Maxētio impatori. Tu si animo regeris rex eris: si corpe fu⁹. Idē quoqꝫ Seneca i li°. ḋ quattuor virtutib⁹ [illegible] cit. Si magnanim⁹ fueris: neqꝫ qꝫ tibi iudicabis fieri iniuriā: de inimico dices: nō nocuit: sed habuit aīuꝫ nocēdi: ⁊ cū in tua fuerit potestate iudicabis tibi vindictā fieri: te potuisse vindicare: ⁊ honestissimū gen⁹ vīdicte est ignoscere: hec ille. Ambro. ēt in li°. de officijs inqt. Theodosi⁹ imperator tunc se bñficiū accepisse arbitrabat cum rogaret ignoscere: ⁊ tūc promptior erat ad veniā: cū fuisset promptior ad iracūdiā. Vñ ab oib⁹ optabat i eo: qḋ in alijs timet vt irasceret: hec Ambro. Tullius quoqꝫ in ozōne sua p marcello ait. Nulla corporis tāta vis est: que nō ferro ⁊ viribus debilitari frāgiqꝫ possit: aīum vero vincere: iracūdiā cohibere: victoriā tēperare: aduersariū nō modo extollere iacētem: sꝫ ēt amplificare eius pristinā dignitatē: hoc q fecerit: non ego sūmis viris cōparo: sꝫ similimū deo iudico. Demosthenes ēt ad Alexandrū regem ne obsideret Athenas ait. Nihil hēs rex Alexāder vel fortuna maius: qꝫ vt possis vel natura tua melius: qꝫ vt velis suare qꝫ plurimos. Nulla. n. de virtutib⁹ tuis: vel gratior misericordia: vel admirabilior clemētia: nec p aliud ꝓpius ad deos potes accedere: qꝫ vt salutē cōferas hoibus: vel dādo si eguerint vel parcēdo si deliquerint: vel idulgēdo si supplicauerit. Cū. n. vincamur a dijs in oī munere: sola clemētia est q̄ deos nobis reddit equales. Et infra. Adde qꝫ aīus tu⁹ ijsis angustijs terminis quos natura dedit mortalib⁹ ad viuēdū: nunqꝫ potuit esse contētus. Semp. n. imortalitatis gloriam flagrauit: nec tua ē dicēda virtus: velut ea q̄ solum corpore continetur ⁊ spū: sed diuina. Domuisti graios: vicisti lacedemōes: fregisti thebanos: psas postmodū debellaturus ⁊ indos: ⁊ hec [illegible] hois sūt: qm̄ naturā ⁊ cōditionē vt fieri possint hñt: verꝫ aium vincere: iracundiaꝫ cohibere: sibi imperare

sibi imperare: victis indulgere supplicātib⁹: qui hoc fecerit nō est sūmis viris equādus: sʒ deo simillimus iudicandus. Ne ergo credas iracundieq̄ est inimica consilio. Ne credas victorie: q̄ de natura sui est insolens ⁊ superba: sed vince te q̄ ceteros vincis glīa ⁊ virtute: hec ille. Ouidius quoqʒ in epistolis epistola. 4ᵃ. inquit. Uince animum iramqʒ tuam: qui cetera vincis. ⁊ Stati⁹ liᵒ. 6ᵒ. Theba. pulchrū est vitam donare minori. Et in. 8ᵒ. iterum ait. Si decidat hostis.
Ire supra satis est vitāqʒ relinquere victo.
Et Ouidius libro. 3ᵒ. de tristib⁹ epistola. 5ᵃ. dicit
Quo quisqʒ est maior magis ē placabilis ire.
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis ē prostrasse leoni.
Pugnā suum finem cū iacet hostis habet.
At lupus ⁊ turpes istant morientib⁹ vrsi.
Et quecunqʒ minor nobilitate fera est.
Seneca q̄qʒ in liᵒ. d̄ clementia dicit. Magni aī proprium ē: iniurias atqʒ offensas spernere: atqʒ morem ire sue gerere. Ysidorus ēt in liᵒ. 2ᵒ. solilogorum. cᵒ. 21ᵒ. ait. Disce mala ferre poti⁹ q̄ referre: magna ē virtus si nō ledis a quo lesus es. Uince nequitiā lenitate: vice maliciā bonitate. Tulius quoqʒ in liᵒ. pᵒ. de officijs. cᵒ. 41ᵒ. dicit. Nihil honorabili⁹: nihil magno preclaroqʒ viro laudabilius: placabilitate atqʒ clemētia. Ex qb⁹ oib⁹ auctoritatib⁹ pʒ q̄ magna virt⁹ sit vincere furorē aī: ⁊ passiones suas. S

Idem quoqʒ pbat̄ quinqʒ rōnib⁹. pᵃ. dr̄. ob iectiōis. Fūdamentū cui⁹ ponit phūs in liᵒ. 3ᵒ. de aīalib⁹ dicēs. Potētie eiusdē generis magis apphensiue obiectoꝝ: ceteris simpl'r sūt meliores ⁊ magis eligibiles. Patet hec regula per exēplū qd̄ ipē ponit ibidē. Nā cū potentia visiua noctue ⁊ aquile sint eiusdē generis quo ad actuʒ vidēdi: tn̄ potentia visiua aqle que irreuerberatis oculis solē ī rota intuet̄: nobilior ē potētia visiua ipsi⁹ noctue: que solis radios apprehēdere nō pōt. Silr̄ potētia visiua oculi sani: nobilior ē potentia oculi infirmi: ⁊ sic de alijs potentijs: q̄ tāto sūt nobiliores: quāto sūt magis apprehēsiue obiectoꝝ. Quo p̄supposito. Cū obiectū hūani intellect⁹ seu appetit⁹ sit simpliciter verū ⁊ bonum increatū: qd̄ est beatificatiuū ipsius intellect⁹ fʒ Theologos in. 4ᵒ. di. 49ᵃ. Cōcludit̄ q̄ oēs diuitie mūdi cū nō possint acquirere ⁊ apprehēdere tale obiectū: imo illi q̄ volunt tales diuitias acquirere: ⁊ diuites fieri incidūt in tentationē ⁊ laqueum diaboli: ⁊ desideria multa inutilia ⁊ nociua: q̄ demergūt hoīes in interitum ⁊ perditionē: ut ait Aposto. pᵉ. ad Thimo. 6ᵒ. Jō acquirere oēs mūdi diuitias: per quas hō nō cōsequit̄ obiectū sui beatificatiuū: nō ē tn̄ laudabile sicut vincere seipsū: per qd̄ acquirit regnum celorum: vt dicit saluator Matth. xjᵒ. Jō dicit Boetius in. 2ᵒ de cōsolatione. prosa. 4ᵃ. Quid ergo o mortales extra petitis intra vos positā felicitatem: ostendā breuiter sūme cardinē felicitatis. Estne aliqd tibi teipso preciosius? nō inquies. Igit̄ si tui cōpos fueris: possidebis qd̄ nec tu amittere velis: nec fortuna vnq̄ possit auferre: hec ille. II

Secūdo probo q̄ victoria suiipsius ē nobilior ⁊ p̄ciosior cūctis generib⁹ scientie mūdane. Fundamentum hui⁹ rationis ponit philosoph⁹. 2ᵒ. Topico. dicens. Quando vnum est simpliciter pp̄ alteꝝ illud alterum est simpliciter meli⁹ ⁊ eligibilius patet. Nā medicina ordinat̄ ad sanitatem: ideo sanitas ē melior medicīa. vn̄ dicit phūs pᵒ. de regimine principum. Cōseruare sanitatē: melius est omni medicina. Quo presupposito pero q̄ fine ⁊ respectu acquiritur sapiētia: siue quecunqʒ scientia: ⁊ certum ē q̄ ideo ut cognoscatur verū a falso: ⁊ bonum a malo: quo cognito malū euitem⁹ ⁊ bonū operemur: quod vtiqʒ aliter fieri nō poterit: nisi per victoriā suiipsius. Un̄ phūs pᵒ. Metha. dicit. Sapientem nō ordinari sed ordinare opʒ: ⁊ sapientis est regere ⁊ non regi. Et in. 2ᵒ. Ethi. iterū dicit. Ut sciamus nō scrutemur sed ut operantes boni efficiamur. Tullius quoqʒ in tuscu. q̄ōnibus liᵒ. 4ᵒ. ait. Sapiētis propositū est seipsum bene regere ⁊ nihil qd̄ penitere possit facere. Si ergo omnis sapientia ad hoc ordinata est: ut quisq̄ seipsum vincat ⁊ bene regat: cōcluditur q̄ victoria suiipsius excedit nobilitate omnem mundi sapientiam. Et hoc est quod inquit Greg. 18ᵒ. liᵒ. moralium dicens. Huiusmodi mundanoꝝ hoīum sapientia est: cor machinationibus tegere: sensuʒ verbis velare: que falsa sūt vera ostendere: que vera sunt falsa demōstrare: hanc qui sciunt ceteros superbiendo despiciunt. Uera autē iustoruʒ sapientia est: nihil per ostētationē facere: vera ut sunt diligere falsa deuitare: bona gratis exhibere: mala libenter tollerare: carnis illecebras compescere: nullam iniurie vltionem querere: contumeliam lucrum putare: hec ille. Ex qua ratione colligitur q̄ sapientior est paupercula mulier q̄ seipsam bene regit: ⁊ passiones suas rationi subijcit: q̄ sint omnes mundi sapientes seipsos nō bene regentes: ⁊ passiones suas inordinatas rōni non subijcientes. III

Tertio probo q̄ vincere seipsum est laudabilior virtus q̄ totum mundum contēnere

et quam ingredi strictissimam religionem. Fundamentum rationis ponit philosophus. 3°. Topi. di. Ubi contingit unum sine altero esse: illud simpliciter est melius eo: patet hec regula. Nam auctoritas papalis que potest esse sine sacerdotali est nobilior auctoritate sacerdotis: que non potest stare sine papali. Quo presupposito: peto nunquid quis possit salvari sine contemptu omnium mundialium et ingressu religionis: et clarum est quod sic: dicente domino Matth. 19°. Si vis ad vitam ingredi: serva mandata. Secundo quero an quis etiam ingrediens religionem possit salvari sine abnegatione sui ipsius: et refrenatione sensualitatum inordinatarum et malarum concupiscentiarum: Et clarum est quod non dicente domino Matth. 16°. Qui vult venire post me. s. ad vitam eternam abneget semetipsum etc. Et ideo concluditur quod abnegare seipsum est maioris virtutis: quam contemnere totum mundum: et quam ingredi religionem: sine hac abnegatione. Ait. n. Greg. in omelia sup Mattheum. Fortasse laboriosum non non est homini relinquere sua: sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet. Valde autem multum est abnegare quod est: hec ille. Et confirmantur predicta per distinctionem beati Tho. 2ª. 2e. q. 104ª. ar. 3°. in corpore questionis di. Cum queritur an victoria proprie voluntatis seu abnegationis proprii desiderii que acquiritur per obedientiam sit maxima inter omnes virtutes: Rndeo quod sic. Cum enim religiosus tria contemnat: et tria devoveat: videlicet castitatem: paupertatem: et obediam et tanto aliquid sit nobilius quanto est a nobiliori subiecto: ut dicitur p°. de aia. 2°. Metha. et in. 8°. Topico. Cum paupertas sit a terrenis rebus: castitas a corpore: obedientia vero a voluntate: que est nobilior corpore et divitiis. Sequitur quod maior est laus et meritum religioso in victoria et abnegatione proprie voluntatis: quam sit in observatione castitatis et paupertatis et per consequens in contemptione totius mundi. X

Quarto probatur quod vincere se ipsum est laudabilius incomparabiliter: quam debellare totum mundum sive imperio tpali sive spirituali. Et pro fundamento huius rationis occurrunt mihi duo versus morales. Esopi di. De precio victi pendet victoria: victor. Tantus erit: victi gloria quanta fuit. Declarantur hi versus hoc exemplo. Nam presupposito quod leo pugnaret cum mure: et econverso mus pugnaret cum leone: si leo vinceret murem: vel mus vinceret leonem peto cui maior laus et gloria daretur: Et certum est quod non leoni. Et ratio est: quia cum ipse sit fortissimus animalium: et econverso mus sit impotentissimus minima laus vel nulla ei daretur. Sed bene contrarium. Nam muri maximus honor esset. Et ratio est: quia cum sit aliquid exiguum et impotentissimum: tamen superasset leonem omnium fortissimum. Similiter si quis in bastiludio vinceret hominem vilem et inexpertum: minimam vel nullam laudem haberet. E contra vero si quis puer vel homo inexpertus et quasi impotens: de equo deponeret armigerum strenuissimum: et in armis potentissimum: utique maximam sibi gloriam acquireret et honorem. Quo presupposito peto quid sit maius et nobilius: an solus animus unius hominis an simul omnium hominum corporum neque mundi divitie: Et clarum est quod solus animus dicente philosopho p°. Ethico. Bona anime sunt magis bona quam bona corporis. Et. 6°. Politi. dicit. Triplex est bonum scilicet bonum aie: bonum corporis: et bonum exterius advenientis: iter que aia melior est omni corpore: et anime bonum omnibus bonis. Et ratio est quia cum illud sit melius quod est primo principio propinquius et similius ut di. 5°. Metha. et anima hominis sit deo similior et propinquior per intellectum: rationem liberam voluntatem: et amorem: quam oia oia humana corpora terrenique thesauri. Concluditur quod una sola aia hominis predictis omnibus nobilior est et melior. Quod si sic est: ergo sequitur: quod si quis aium suum vincit maiorem triumphum habet saltem coram deo: quam si totum mundum devicisset et superasset. Et confirmo hanc rationem sic pratice loquendo. Ecce quod Alexander magnus totum mundum devicit: ponamus nunc casum quod alius homo veniat: et cum industria et potentia sua Alexandrum devincat et sibi subiiciat: peto quis potentior et laudabilior extimabitur. Et certum est quod ille dicetur gloriosior qui vicit Alexandrum: quam ipse Alexander qui devicit mundum: per illam regulam civilem que dicit. Si vinco vincentem te: multo magis te vicere possum. ff. de diver. et temporali. prescrip. l. de accessionibus. Quo presupposito: quero quid est quod fecit principaliter Alexandrum totum mundum devincere: Et certum est quod fuit eius animus strenuus et magnanimus. Si igitur Alexander animum suum vicisset: per quem vicerat totum mundum: utique maiorem habuisset victoriam: quam de totius mundi debellatione. Propter quod legitur quod semel Aristotiles qui fuerat magister Alexandri: audiens illum turbatum contra quendam ita ut sibi minaretur mortem: scripsit sibi hec verba dicens. O Alexander audi me: magnum documentum docebo te. Quis est qui vicit omnes reges terre: et totum mundum tibi subiugavit: certe cor tuum strenue et nobile. Si ergo in hac re vincis cor tuum: eo quod vincens illud quod totum mundum devicit: eris maior victor quam fuisti. Vis ergo o civis: o mulier habere maiorem potentiam et victoriam: quam unquam habuerit

Alexander magnus: vince aium tuū ⁊ passiões cordis tui. Nam ut inqt phūs. xi°. de aialibus. Potētior est sola rō in hoībus: ꝙ oīs potentia i brutis aialibus: ⁊ hūanis corporibus. Et ideo si quis remittit odiū: seu cū rōne carnis concupiscentiā sibi subijciat: cū talis victoria facta fuerit per fortitudinē rōnis: victoria vero totꝰ mundi acquiraᷣ mediāte fortitudine māli hūanoꝝ corporꝝ: equoꝝ: lancearū: sagittaꝝ atqꝫ bodoardaꝝ. Certū est ꝙ talis victoria est incōparabiliter excellentior victoria totius mūdi. Sed quid cōparo victoriā suipsius victorie totius mūdi? Certe qui seipsum vincit: deū quodāmodo superat q infinitum mundū excedit: ⁊ eum in eternū facit sue volūtati obsequentē: dicente prophā. Voluntatē timentiū se faciet. O grandis victoria: o magna fortitudo: o inextimabilis gloria: laus ⁊ honor vincentis seipsum. Nō pōt. n. reperiri i hac vita maior triūphus quod patet: qꝛ nullibi reperitur ꝙ victorijs īperatoꝝ ⁊ alioꝝ victoriosissimorum viroꝝ datū sit regnū celoꝝ: nō. n. datuꝫ est Julio cesari: nō Alexādro magno: non Anibali: vel Scipioni aphricāo: nō magno Pompeio: licet viginti ⁊ duos reges subiugauerit: imo post ipsas victorias receperūt eternā dānationē: hoc aūt premiū eterne felicitatis ⁊ regni ppetui datur seipsuꝫ vincenti. Unde Apoc. 21°. de gaudijs paradisi iquit deus. Qui vicerit possidebit hec: ⁊ ego ero illi deus ⁊ ipse erit mihi filius. ¶

Predicta [illegible] xitas pbaᷣ. 5ª. rōne q̄ dᷣ oppositiōis. Fundamētū cuiꝰ ponit phūs. 4°. Topi. Sicut ppositū [illegible] ppositorita ⁊ oppositū i opposito: pꝫ hec regula. Nā cū tenebra ⁊ lux se habeāt sicut ꝫuareo ꝙ lux ē quedā positio: tenebra ꝫo ut dᷣ. 2°. de aīa: nihil est nisi quedā priuatio lucis: priuatio aūt ⁊ hitus: ut dᷣ. x°. Metha. sint radix ꝫrioꝝ: hinc est ꝙ cū lux sit matie disgregatiua visus: ergo per oppositū tenebra est ipsiꝰ visus sūme cōgregatiua. Et sicut lux est delectabilis ad videndū: Ecclesiastes. xi°. Dulce lumen ⁊ delectabile oculis uidere solē: ita tenebra luci opposita est cōtristatiua. Similiter si ex magno lucro facto in mercātia: vel alio modo: magnū acquiritur gaudium: ergo ex pditione tanꝙ ex re sibi opposita sūmus dolorē gnātur. Quo psupposito: peto quid sit vilius ⁊ vitupabilius in hac vita inter cetera? Et certū est ꝙ nihil est infelicius seruitute: vt inqt Seneca in epla. 52ª. ad Lucilluꝫ. Cū quo concordās Tulius in li°. de nā deorum dicit. Miserius seruitute: quid possumus aut dicere aut excogitare? quasi dicat nihil. vnde dicitur in. l. quod attinet. ff. de re. iu. Quod attinet ad ea que sunt iuris ciuilis: seruus pro nihilo reputatur. Unde iterum dicitur: ꝙ seruitus morti cōparatur. l. intercidit. ff. de condi. ⁊ demon. l. seruitutem. ff. de re. iuris. vbi iurisconsultus ait. Seruitutem morti comparamus. Et idem habetur in. l. cum hic status. §. si donator. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ in. §. si vero. in auten. de nup. Et ideo seruitus est cōtra ius naturale: quo iure omnes hoīes liberi nascebātur. ff. de iustitia ⁊ iure. l. manumissiones. ⁊ in auten. quibus modis na. ef. legitimi. §. si quis coll. 6ª. Propter tantam auteꝫ seruitutis calamitatem: multi potius voluerunt vitam amittere ꝙ libertatem. Sicut patuit de carthaginensibus: vbi regina ⁊ meliores ciuitatis ipsam ciuitatem igne succēderunt ⁊ sponte se [illegible] ignem precipitauerunt: ne romanis subessent ⁊ seruirent sicut recitat Horosius li°. 4°. Econtra autem de libertate dicit Esopus. Non bene pro toto libertas venditur auro. Hoc celeste bonum preterit orbis opes. Item iurisconsultus i. l. libertas. ff. de regulis iuris inquit. Libertas ē res inestimabilis. Et idem dicit imperator. i. §. sed cum libertas. institu. qui ⁊ quibus ca. manu. non pos. ⁊ in. l. infinita. ff. de regulis iuris scriptuꝫ est Infinita est estimatio libertatis: ⁊ in. l. libertas. la secunda. ff. eodem titulo. iterum dicitur. Libertas omnibus rebus fauorabilior est. Hanc libertatem tam preciosam perdunt homines seruitute. Ait enim phūs p°. Poli. Nullus seruus est naturaliter sui iuris ꝫ alterius. Et p°. Metha. Non est liber qui alterius gratia ē. Ideo dicit Julius celsus. Naturale est oēs homines studio libertatis incitari: ⁊ odisse conditiones seruitutis. Quibus psuppositis quero an ille qui psequiᷣ passiones suas ⁊ inordinatas affectiões: sit liber an seruus: ēt si eēt dñs totiꝰ mūdi? Et certū est ꝙ seruꝰ ē ⁊ nō liber: nō hoīuꝫ seruus sed ipsiꝰ inordinate affectiōis ⁊ pcti: dicente dño. Joā. 8°. Qui facit pctm̄ seruus est pcti. Et 2ª. Petri. 2°. dicit. A quo qs supatus est: eius et seruus ē. Et ad Ro. 6°. dicit Paulus. Serui facti estis eius cui obedistis. Quod egregie confirmans Tulius in paradoxis suis inquit. Omnis sapiens liber: oīs stultus seruus: cui libere imperabit qui cupiditatibus suis iperare nō potest? ⁊ ibidē. Quis neget oēs leues: omnes cupidos: oēsqꝫ iprobos seruos eē? ⁊ iterū. Ego istos ñ mō seruos: sed ⁊ nequissimos seruos appellādos puto: lꝫ de dignissima familia nati sint: hec ille. In historijs quoqꝫ Alexādri magni legitur: ꝙ bragmani scripserūt ei dicentes. Tu hostes exteriores spolias: ūt interiores nutrias: tu homines tue

subijcis seruituti et vicijs tuis interioribus seruis. Aug. etiã. 14°. de ciui. dei. c°. 15°. inquit. Prima cã seruitutis peccatũ est. Et in epigrãmatib⁹ p/speri epigrãmate. 53°. idem ait. Malus etiã si regnet seruus est: nõ vnius domini: sed qꝫ grauius est: tot dñoꝝ qt vicioꝝ. Cũ ergo seruitus oĩs sit preter naturam: ut ingt Ari. p°. Politico. c°. 3°. Et ut inquit Tulius li°. 2°. philippicoꝝ di. Seruitus postremũ maloꝝ oĩum est. Et ibidẽ li°. 3°. etiã ait. Oĩs seruitus est misera: et nihil fedi⁹ seruitute. Profecto constat qꝫ vilissimi sint illi: qui vicijs vacãtes serui efficiũtur voluptatum. Ecõtrario autẽ apparet nobilitas illoꝝ qui refrenãt vicia: iuxta illud Gofredi in poetria. Liber is ẽ: vicijs qui non inseruit habendis. Et Tulius in rhetorica noua. li°. vlt°. c°. x°. Liber is existimãdus est: qui nulli turpitudini seruit. Sola virt⁹ in sua ptãte est. Sed quod peius est: dico qꝫ talis seruus peccatoꝝ est vilioꝛ seruus qui possit reperiri. Et rõ est: qꝛ peccatũ nihil est: dicẽte Augustino in libro de natura boni. Peccatũ nõ ẽ natura aliqua: sed simpliciter defect⁹ et priuatio boni. Et idẽ ait Ansel. in li°. de conceptu virginali. Et probat sctũs Bona. in. 2°. di. 34ª. ar°. 2°. q. tertia: quia cum bonum et ens conuertant̃ p̃ıo Ethi. Quodcũqꝫ est bonũ: et in quãtũ ens: et iõ cum peccatũ nunqꝫ hẽat in se aliquã bonitatẽ: dicit̃ esse nõ ens et nihil: iuxta illud Joã. p°. c°. Sine ipso factum est nihil: idest pctm̃. Cũ igitur pctõꝛ sit seruus pcti sui ut supra dictũ est: qꝺ peccatũ dr̃ nihil: et melius sit simplr̃ eẽ qꝫ nõ esse. 2°. de generatione: patet qꝫ incomparabiliter est vilioꝛ talis seruus pcti: qꝛ nullã in se hꝫ bonitatem qꝫ si eẽt seruus vilioris hoĩs mũdi. Cũ iter ens et nihil: sit infinita distantia: et per consequẽs infinita vilitas. Ex quibus oĩbus concluditur p locum ab oppositis: qꝫ seruãs libertatẽ suam et subijciens rationi suas suas passiones: acquirit idicibilem victoriam et honorem. Ecõtra vero vacantes voluptatibus: non solum efficiuntur serui peccatorum: sed etiam ipsius diaboli: vt ingt glo. super Joan. 8°. c°. Et ideo dixit deus diabolo Genesis tertio dum esset in specie serpentis. Terram omni tempore manducabis. i. peccatores terrenos et sensuales in cibum habebis et dominium. Similiter Mar. 5°. scriptũ est: qꝫ cũ vnam legionem demonum eiecisset xp̃s a quodã demoniaco: misit illos in gregem porcorum: qui ingressi statim eos suffocauerũt. Per porcos. n. intelliguntur sensuales concupiscentijs vacãtes: in quibus habitat diabolus et tandem eos i baratri profundũ demergit. Luce quoqꝫ. 15°. legit̃ qꝫ filius prodigus adhesit vni ciuium regionis illius in qua perrexerat: idest diabolo qui regnat in regione peccati ꝓm glo. O igitur serue nequã scelerate peccatoꝛ o serue diaboli: o subdite inimici tui: et beelzebub iniquissimi: o vilissime famule: effuge qꝫ citi⁹ ab hac seruitute et vade ad libertatem per viciorum mortificationem: et recupera dignitatem tuam quam amisisti. s. viuẽdi ꝓm rationem. Exemplo Valerij maximi: de quo narratur in gestis romanorum. Quod cũ esset octuagenarius et virgo: et a multis narrarẽtur sue victorie virtutes: et gratie omnibus imposuit silentium dicens. Scitote generosi ciues qꝫ de vna victoria super omnes alias victorias gloriari possum et debeo: quoniam nequissimã carnem meam domaui: et concupiscentiã meam carnalem cunctis diebus vite mee: vsqꝫ [illegible] mortem rationi subieci. Aliud exemplum habem⁹ de Alexãdro magno: de quo legitur in gestis grecorum: qꝫ cum in siria vocatus fuisset ad conuiuium per regem cecilie: ad honorandum eũ fecit adduci pulcherrimas mulieres quas potuit habere contigit autem ibi esse tres pulcherrimas inter alias: quas Alexãder impudice concupiuit. Quod rex cicilie cognoscẽs: voluit Alexandrum retrahere ab hac turpi concupiscentia. Fecitqꝫ depingi pulcherrimum pannum: et poni ex opposito Alexandri: ut ex directo posset illum aspicere: et in panno illo erat depicta quedam pulcherrima domicella videlicet pudicitia et secum ducebat alias pulcherrimas domicellas. Super caput prime erat scriptum: prudentia. Super caput secunde erat scriptum iustitia. Super caput tertie erat scriptum: victoria maxima. Pudicitia autẽ coronabat prudentiã di. Sine me nihil sapis. Deinde coronabat secundam dicens. Sine me non regnas. Postremo coronãdo tertiam et dicebat. Sine me non triũphas. Cum autem Alexander prospexisset picturam et scripturam legisset: licet positus esset in turpitudine libidinosa: detestatus est eam ex documento pudicitie: et cessauit a prioꝛi furore libidinis sue. Tandem propositum fuit a sapientibus coram Alexandro que esset maioꝛ victoria inter omnes: et ab omnibus ibi astantibus diffinitum fuit et conclusum: qꝫ nulla maioꝛ est in mundo victoria qꝫ vincere seipsum et concupiscentias proprias.

Z

Tertium exemplum habemus dei Diogene philosopho cinico. Nam fuit etiam alius Diogenes dictus babilonius. De isto enim Diogene cinico dicitur in libro de moribus et vita

phōꝝ: ⁊ ēt ponit Ualerius marim⁹ libro. 4°. ꝙ Alexander magnus nō potuit vincere cōtinentiam eius. Diogenis inqt Ualerius cōtinētiam nō potuit vincere Alexāder: ad quē cū accessisset ad solē sedentē: hortareturqꝫ ut si qua ab eo pstari vellet indicaret. Rñdit. Ego qd a te poscā nō habeo: sed rogo ne mihi auferas: qđ dare nō potes. Ex interpositione. n. sua solem Diogeni auferebat. Sic igit̄ Alexāder qui oēs quasi nationes deuicerat: a Diogene vict⁹ est. Et ideo Seneca li°. 6°. de beneficijs ait. Potētior fuit Diogenes Alexandro oīa possidente: plus. n. erat ꝙ Diogenes nolet accipere: q̄ꝫ quod ille posset dare. Alexander Diogenē e gradu suo tentauit pellere: sed celerius dariuꝫ regē persarū suo gradu armis pellere potuit: hec Seneca. Ex qua sñtia pꝫ ꝙ maior fuit cōtinētia in Diogene qui nihil volebat: q̄ꝫ potuerit esse in Alexādro liberalitas dandi totuꝫ qđ habebat Ferl̄ etiaꝫ ī eodē libro ḋ moribus phōꝝ: ꝙ dū Alexander rex coraꝫ Diogene trāsiret: Diogenes tāq̄ꝫ illū sperneens: nec eū respexit: nec honorauit. Cui dixit Alexan. Quid est Diogenes ꝙ me nō respicis: quasi mei nō indigeas? Cui ille. Nequaquā indigeo seruitijs serui seruoꝝ meoꝝ. Et Alexander. Cū sim dominus totius mūdi: nūquid ego seruoꝝ tuoꝝ seru⁹ suꝫ. Ait ille. Ego preualeo cupiditatibus meis refrenās illas: ⁊ subijciēs illas mihi: ut mihi seruiāt: tibi aūt cupiditates p̄ualēt: ⁊ tu seruus illaꝝ effi-ceris iussibus eaꝝ obtēperans. Supbia ē domina tua ⁊ ancilla mea: tibi. n. imperat ego autem eā suppeditaui. Carnalis ꝯcupiscētia: gula ⁊ ira sūt dñe tue: q2 eis obedis: sed sūt famule mee q2 eas mihi subieci. Et ideo dico tibi Alexāder: ꝙ ī veritate tu es seruus seruoꝝ meoꝝ. Et si sui mei sūt te maiores: q2 eis in oībus obtēperas: quanto magis ego suꝫ maior dn̄s domin⁹: cui ꝓ oīa tui dñi obtēperant. Quo audito cū sui Alexandri vellent in eū irruere Alexander ait. Uidete ne eū cōtingatis: q2 ⁊ veritatē dicit: ⁊ vere seruus dei ē. Quo ēt exēplo ostēdit̄ qualr victoria suipsius excedit victoriam toti⁹ mundi. A

Quartū exēplū habetur de Cōstantino imperatore in legēda sci Siluestri pape vbi dicitur. Constantin⁹ imperator monarchiam tenens imperij: cuꝫ plurimas strages martyrū dedisset: ⁊ innumerabileꝫ populū p omnes ꝓuincias fecisset varijs penaꝝ generib⁹ īterfici: elephātie a deo lepra percussus ē. Huic cū vniuersa medicoꝝ ac magoꝝ agmia subuēire nō possēt capitolij pontifices hoc decreuerunt consilium: piscinam infantium occisorum sanguine impleri debere in quo sanguine calido statim ut nudus descenderet August⁹: mox possent vulnera eius lepre mūdari. Missum ē igitur ⁊ de patrimonio regis tria milia ⁊ eo amplius infantes adducti ad vrbem romam: pontificibus traditi sunt capitolij. Die autem constituto eggrediente Constantino de palacio: ⁊ ad hoc eunte in capitoliuꝫ ut sanguis innoxius funderetur occurrit ei multitudo inumerabilium mulierum que omnes solutis crinibus nudatisqꝫ pectoribus: dantes vlulatus ⁊ gemitus coram eo: se in platea fundētes lachrymas strauerunt. Percunctatus itaqꝫ qua de causa hec multitudo mulierū ista faceret didicit has esse matres filiorum eorum: quorum effundendus sanguis tam diu esset: quousqꝫ piscina repleretur: in qua medendi causa ipse lauandus descenderet ⁊ sanandus. Tunc imperator exhorruit facinus: iussitqꝫ stare caruchaꝫ: ⁊ atqꝫ erigens se conuocatis vniuersis dixit. Audite me cōmilitones mei: ⁊ omnes populi qui astatis. Sic semper nostra contra hostes certamina in prelijs stetisse nuncupantur: ut reus esset legibus ⁊ capitali sententia puniretur: quicunqꝫ aliquem occidisset infantem. Eratqꝫ hoc statutum in bello: ut facies quam pubertas non nouerat ⁊ gladium euaderet bellatorum: ⁊ vite incolumis permaneret. Nunc itaqꝫ quod in hostium filijs custoditum est: in filijs nostrorum ciuium exercebimus? Ne simus legibus rei: qui pugnando fideliter: de omni gente meruimus esse victores. Quid iuuat barbaros superasse: si a crudelitate vincamur? Nam vicisse extraneas nationes bellatorum virtus est populorum: vincere auteꝫ vicia ⁊ peccata virtus est morum. In illis prelijs fortiores extitimus illis: hic nobis ipsis fortiores simus: vincimus enim nosipsos dum a mala nos voluntate excludimus: ⁊ quod inconsulte desideramus: consulte ⁊ vtiliter execramur. Hoc autem facimus quando voluntatem dei nostris voluntatibus anteponimus: ⁊ diuinis desiderijs non obuiantes nostris desiderijs repugnamus. In hoc igitur certamine victos nos esse hac ratione gaudeamus: vt agnosciamus contra nostram salutem noluisse pugnare. Nam qui conatur perpetrare quod malum est: captiuitare vtiqꝫ studet libertatem. Cum ergo fuerit in isto certamine superatus victoriam obtinet victus: quoniam victoria perditionem inuenerat: ⁊ malam captiuitateꝫ incurrerat post triumphum: si triumphus dici potest: quando pietas ab impietate vincitur: ⁊ iustitia ab iniustitia superatur. Uicat ergo nos pietas in isto cō

gressu. Bene etenim omnium aduersantium poterimus esse victores: si a sola pietate vincamur. Omnium namqꝫ se esse verum dominum comprobat: qui verum se seruum ostenderit pietatis. Melius est ergo mori salua vita innocentium: q̄ per eorum interitum vitam recuperare crudelem: quam tamen recuperare incertum est: cum certum sit ꝙ recuperata crudelis ē. Cū qꝫ ad istam contentionem omnis exercitus omnisqꝫ populus diutissime declamasset: iussit ī cōspectu omnium filios suos matribus reddi: dona similiter amplissima ꝛ vehicula multa dari: ꝛ annonam iussit expendi vt gaudentes reuerterētur ad propria que flentes venerant ad patriā alienam. Propter quam victoriam suiipsius deus statim reduxit eum ad fidem ꝛ baptismū: ꝛ christianissimus effectus est ꝛ a lepra miraculose curatus. Et tandem ad vitam eternam perrexit ꝛ ab ecclesia canonizatus est. Quintum et vltimum exemplū habemus de beato patre nostro Francisco: de quo legitur in legenda eius: ꝙ cum semel pergeret a perusio ad sanctā Mariam de angelis cum fratre leone socio suo: vocauit eum cum aliquantulum distaret ab eo: dixit. O frater leo scribe: ꝙ si frater minor daret toti mundo bonum exemplum ꝛ edificationem magne sanctitatis: in hoc non stat perfecta leticia. Et post modicum iterum vocauit eum dicens. O frater leo scribe: ꝙ si frater minor faceret innumerabilia miracula: surdisqꝫ redderet auditum: cecis visum: mutis loquellā: claudosqꝫ dirigeret: atqꝫ leprosos mūdaret: paralyticos sanaret: demones ab obsessis corporibus eijceret: ꝛ quod plus est etiam quattriduanos mortuos resuscitaret: in hoc non stat perfecta leticia. Et post modicum iterum exclamauit dicens. O frater leo: si frater minor haberet omnem scientiam liberalem: omnemqꝫ cognitionem scripturarum: ꝛ eas perfecte intelligeret: haberetqꝫ spiritum prophetie: ut non soluꝫ predicere sciret futura ꝛ longe distantia: sed etiam conscientias hominum ꝛ secreta cordium cognosceret: ī hoc nō est perfecta leticia: post que verba iterum dixit. O frater leo: si frater minor sciret omnem virtutem herbarum ꝛ lapidum: omnemqꝫ proprietatem animalium ꝛ omniū creaturarum: taꝫ terrenarum q̄ celestium: haberetqꝫ perfectam noticiam ꝛ cognitionem de cursu syderum: ꝛ omniū aliarum reruꝫ noticiā ꝑfecte haberet: sciretqꝫ ad inuenire omnes mundi thesauros: in hoc nō perfecta leticia. Et iterum postmodum exclamauit dicens. O frater leo si frater minor haberet guam angelicam ꝛ esset melior predicator mūdi: ꝛ adeo bene predicaret ꝙ omnes infideles cōuerteret ad fidem Christi: ꝛ oēs peccatores ad penitentiam aīaret: scribe: ꝙ in hoc nō stat perfcā leticia. Ad que verba stupefactus frater leo interrogauit eum di. Pater dic queso: in quo stet perfecta hominis leticia. Cui beatus Franciscꝰ conclusiue respondit: ꝙ perfecta leticia est vincere seipsum: ꝛ sensualitates: contumelias: ꝛ persecutiones: atqꝫ verecundias tollerare patienter: cōtra inimicos non irasci: nec cōtra eos qui nos offendūt aīo turbari: sꝫ eos diligere: atqꝫ furoreꝫ aī nostri rōni subiugare: atqꝫ iordinatū appetitū appetitū: ꝛ sensuales motus ac desideria refrenare. Cuius consilium si obseruauerimꝰ: eterne glīe triūphū ꝑ victoriā propriaꝝ passionū acquiremus. Ad quā ille nos ꝛc.

¶ Feria quarta in hebdemoda sancta de missa Sermo tertiusdecimus. B

Hoc est corpus meū. Luce. 22°. et in missa occurrentis ferie. Quātū sit digna: excellēs ꝛ magnifica natura hūana ostēdit noster benignissimꝰ saluator: qui non dedit auctoritatē cōsecrādi suū preciosum corpus ꝛ sanguinem angelis: aut archangelis: thronis: aut dominationibus: principatibꝰ aut potestatibus: vel virtutibus: non etiam hac excellentia insigniuit cherubin: aut seraphin: sꝫ solum hominem elegit ad hoc dignissimum officium: sicut declarat magister subtilis Jo. Scotus. in. 4°. di. 13ª. ꝛ irrefragabilis theologus magister Alexan. de ales. in. 4ª. parte sūme: in tractatu de eucharistia. Sed inter omnes homines soli sacerdotes sunt preelecti qui habent auctoritatem consecrandi: ꝛ non aliqui alij cuiuscunqꝫ ordinis: vel dignitatis existant: ut declarant prefati theologi vbi supra. Et seraphicus theologꝰ scilicet Bona. in. 4°. senten. distin. 13ª. ꝛ ibi Ric. noster ar. p°. q. 2ª. ꝛ de hoc est textus in c°. p°. §. vna vero. extra de summa trinitate ꝛ fide catholica ꝛ in. c°. perlectis. 25ª. distin. Ideo exclamat Augustinus in libro de ecclesiasticis dogmatibus dicens. Nulla est maior dignitas sub celo: q̄ sacerdos dei ad celestia sacramenta pertractāda consecratus. O sacerdos dei: si altitudinem celi contemplaris altior es: si pulchritudinem solis: lune: atqꝫ stellarum rimeris pulchrior es: si discretionem angelorum discretior es: si omniuꝫ dnōꝝ sublimitatē sublimior es: solo tuo creatore

inferior est: hec ille. Ber. quoque i sermone de octaua pasce ait. O quantam dignitatem: et quantam nobilitatem: quantumque donum contulit vobis deus [redacted] sacerdotes: prerogatiuam. n. ordinis vestri pretulit deus omnibus regibus et imperatoribus terre: pretulit ordinem vestrum omnibus ordinibus mundi: imo ut altius loquar pretulit vos deus omnibus ordinibus angelorum: et omni angelice hierarchie. Sicut. n. non angelos: sed semen abrahe apprehendit ad faciendam redemptionem: sic non angelis: sed hominibus solisque sacerdotibus commisit dominici corporis et sanguinis consecrationem. O igitur veneranda sacerdotis dignitas in terra: in cuius manu velut in vtero beate virginis filius dei incarnatur. O celeste ministerium per quod pater et filius et spiritus sanctus tanta mirabilia operatur: ita quod subito idem dominus qui in celo residet in manibus sacerdotis sacrificatur: de quo angelus admiratur: horret infernus: contremiscit diabolus: quem revereri etiam plurimum debet omnis humana atque mondana celsitudo: hec Bernardus. Quantum autem sint venerandi sacerdotes. Apparuit in visione ipsius pueri mantuani nepotis vnius fratris nostri: qui a septem annis vsque ad duodecim quasi quotidie in missa vidit sacerdotem post consecrationem corporis et sanguinis domini circundari a duobus angelis: qui in capite eius tenebant vnam pulchram coronam donec recepisset sacramentum illud benedictum. Dicit autem Joannes gerson li°. 4°. [redacted] imitatione xpi. c°. 5°. Quando sacerdos celebrat: deum honorat: angelos letificat: ecclesiam edificat: viuos adiuuat: defunctis requiem prestat: et sese omnium bonorum participem efficit. Que omnia considerans beatus pater noster Francisus in quadam epistola sua directa capitulo generali: scripsit fratribus suis di. Audite fratres. Si beata virgo Maria sic honoratur ut dignum est: quia xpm portauit in vtero: et si beatus Joannes contremuit et non ausus est contingere sanctum dei verticem. Si sepulchrum xpi in quo per aliquod tempus iacuit sic veneratur: quantum debet esse homo sanctus: iustus et dignus: qui non iam moriturum sed in eternum viuentem et glorificatum: in quem desiderant angeli conspicere contrectat manibus: corde et ore sumit: et alijs ad sumendum prebet. Videte dignitatem vestram sacerdotes: et sancti estote: quoniam ipse sanctus est. Et sicut super omnes alios vos honorauit propter hoc ministerium: ita et vos super omnes alios ipsum diligite et honorate: hec ille. Ideo cantor spiritus sancti Dauid propheta hortatur omnes sacerdotes ad celebrandum deuote sacrificium corporis et sanguinis domini nostri Jesu xpi. ps°. 4°. di. Sacrificate sacrificium iustitie et sperate in domino. De quo sacrificio tres considerationes faciemus. Prima dicetur declarationis: Secunda verificationis: Tertia fructificationis.

¶ Pars prima in qua declaratur quid sit missa: et a quo sit ordinata: et quare dicatur missa: et quomodo homines obligentur ad eam. ¶

Quia inquit Tullius in p° de officijs. Omnis que de quacunque re traditur institutio: a diffinitione debet proficisci. Et Arist. in p°. de anima inquit. Diffinitio est principium omnis demonstrationis. Et. 6°. Topi. ac. 7°. Meth. et p°. ac 2°. Posteriorum etiam ait. Diffinitio indicat esse rei per essentialia. Unde Pla. in Thimeo inquit: quod in omni causa semper querendum est in principio quid sit illud de quo loquimur: et eius proprietates. Et Arist. in p°. post. ait. Ante omnem demonstrationem oportet precognoscere de subiecto quid est. Ideo vos scire volo missam a beato Augu°. in omnibus sermonibus: sermone. 19°. sic diffiniri. Missa est celebratio: qua corpus et sanguis xpi consecratur. Et sciendum est secundum Ric. nostrum in. 4°. sen. di. 13°. ar°. 4°. q. 4°. Ut etiam refert Ugo de sancto victore in 2°. de sacris: parte. 8°. c°. vl°. Quod primus qui celebrauit missam fuit noster saluator: qui consecrauit corpus et sanguinem suum: vt habetur Luce. 22°. et in euangelio hodierno. Primam autem missam post xpm celebrauit beatus Petrus apostolus antiochie: ut dicitur in martiniana: de gestis summorum pontificum. c°. 34°. Postea vero sanctus Jacobus episcopus hierosolimitanus: et sanctus Basilius episcopus cesariensis: misse solennitatem quandam nobis tradiderunt: quia beatus Petrus sine his solennitatibus missam suam celebrauerat. Et hec habentur de conse. di. p°. c°. iacobus. Postea vero in successu temporis: alias solennitates ad sacrificium misse ecclesia adinuenit: vt habetur in c°. ecclesiasticarum. xj°. di. que omnia sunt inuenta ad maiorem reuerentiam sacramenti: secundum Ric. in. 4°. di. 8°. ar°.

S tertio. q. prima ¶

Sed hic queritur quare hoc sacrificium dicatur missa. Nomina enim debent proprietatibus rerum correspondere secundum Tho. in. 3°. parte summe. q. 37°. ar°. 2°. vt patet in nominibus generum et specierum. 4°. Metha. Et ideo dicitur communiter: quod nomina debent esse rebus consona. 12°. q. prima. c°. clericus. 16°. q. prima. capitulo. si cupis. 24°. q. prima capitulo. pudenda. de preben. et di. capitulo. cum secundum apostolum. institu. de dona. §. est et aliud. C. de episcopis. et clericis. l. decernimus. C. de officijs pre. vrb. l. prima. C. de defen. ciuita. l. defensores. ff. de tutel. in auten. de defen. ciui. in principio coll. secunda. Facit ad hoc lex a nullo. C. de feri. cum ibi notatis. Et nota in. l. ita vulneratus. in principio. ff. ad. l. aquiliam. Ideo volo vos scire hoc sacrificium appellatum esse missam triplici ratione. Primam assignat Ricardus noster. in. 4°. di. 13°. in questionibus circa litteram di. Quod per verba consecrationis christus in hoc sacramento altaris venit: tanquam de nouo missus. s. a deo patre i

hostia consecrata: sicut in incarnatiõe missus est in vterũ virginis. Et hoc confirmat̃ auctoritate Aug. in li°. de corpore xp̄i dicẽtis. Sacerdos facit xp̄m radio velocius de celo descẽdere. Imo q̄ btã virgo fecit octo verbis. Sacerdos facit qnq̃ vbis in cõsecratione. Et ideo a missione xp̄i in hostia hoc sacrificiũ nõ imerito missa nuncupat̃. Scḋam rõnem huius noĩs assignat Ugo de sancto victore in scḋo de sacramẽtis: parte. 8ᵃ. c°. vi°. dicens. Sacerdos est vicarius xp̄i: et mediator inter deũ et hoies. Et ideo fideles per eius intercessionem in sacrificio corporis et sanguinis domini mittunt desideria sua: petitiones et oratiões i cõspectu altissimi. Unde in canõe dicit sacerdos secrete. Supplices [illegible] rogam⁹ oipotens deus: iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuũ: in ꝯspectu diuine maiestatis tue. Idcirco hoc sacrificiũ missa appellat̃. s. a missione precum ac orõnum: tam sacerdotis q̃ populi in cõspectu dei per ministeriũ sacerdotis: et ob hanc cãm in fine misse reuoluẽs [illegible] ad populũ sacerdos inquit. Ite missa est. s. vestra petitio in celum. Dicit aũt antẽ Archi. in c°. 2°. de conse. dist. prima. q̄ missa grece latine interpretatur iterpellatio pro plebe. F

Tertiã rõnem assignat Aug. in li°. de corpore xp̄i. Cuius verba ponit magister sen. di. 13ᵃ. quarti dicens. Missa dicit̃ ex eo: q̄ celestis nuncius de celo mittit̃: idcirco nisi angelus adueniat missa nequaq̃ iure vocari põt. Hoc et confirmat venerabilis Beda in omelia pascali di. Non enim dubitare licet vbi corporis et sãguĩs dñi misteria celebrant̃ supernoꝝ ciuiũ adesse cõuentus. Et hoc idẽ dicit Gregorius in quadam Omelia pascali: et habetur de conse. di. secunda. c°. quid sit. vbi dicitur. Quis enim fidelium dubium habere potuit: in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri: in illo Iesu christi misterio angelorũ choros adesse. Nõ solum autem angeli mittuntur ad honorandũ sacramentum: sed etiam anime que sunt in celis. Unde Hieronymus contra Uigilantiũ ait. Anime sanctorum comitantur christum in hũc mũdum in sacerdotum manibus quotidie venientem. Ideo Apoca. 14°. dicit̃. Uidi supra montẽ sion: idest super altare agnum stantem. i. Iesum christum [illegible] hostia consecrata: et cum eo centũ quadraginta quattuor milia etc. Et in eodem capitulo. Dicitur de virginibus. Sequuntur agnũ quocũq̃ ierit. Et Apoc. 19°. etiam dicitur. Exercitus qui sunt in celo sequebantur eum. Super autem omnes sanctos mittit̃ beata virgo Maria cum filio ad honorandũm consecrationẽm corporis eius: iuxta illud psalmi. 44. Astitit regina adextris tuis in vestitu deaurato circundata [illegible] varietate. Merito ergo hoc dignissimum sacrificium super omnia alia sacrificia missa appellatur: propter missionem angelorum ac sanctorum: ad reuerentiã exhibendam glorioso corpori et sanguini domini nostri. O si sacerdos posset videre quando celebrat: quantis angelorum agminibus circundatus est: quantaq̃ reuerentia ibi sanctorum multitudo existat: profecto cũ magno timore: totaq̃ cordis puritate tam sãctissima ministeria celebraret. Et de hoc sic ait Ambrosius. Quanta cordis contritione? Quanto et quali lachrymarum fonte? quanta reuerentia et tremore? Quãta cordis et anime puritate: istud diuinissimum sacramentum est celebrandum o bone Iesu? Ubi caro tua in veritate sumitur. Ubi sanguis tuus in veritate bibitur. Ubi sũmis ima iunguntur. Ubi sanctorũ adest presentia angelorum. Ubi idem est sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter? Considerate ergo o deuoti christiani: q̄ si tñ ab angelis et sanctis atq̃ a gloriosa virgine hoc sacrificiũ veneratur: quanta reuerentia debetis sacris missarum solemniis interesse. G

Sed iam queritur. Utrum omnes christiani teneantur audire missaꝫ omni die festo? Et respondeo q̄ sic nisi sint legitime excusati. Unde dicitur de conse. distin. prima in c°. missas. Missas secularibus totas speciali ordine audire precipimus: ita ut ante sacerdotis benedictionem eggredi populus non presumat: quod si fecerit: ab episcopo publice confũdatur. Et in c°. cũ ad celebrandas eadẽ distinti. dicitur. Cum ad celebrandas missas in dei nomine cõuenerit populus: non aũ discedat: q̃ misse solemnitas cõpleatur. et in c°. qui die. ea. di. scriptum est. Qui die solemni pretermisso ecclesie conuentu: ad spectacu[illegible] vadit: excõicetur: hec ibi. Et licet in his capitulis nõ fiat mentio: nisi de secularibus: tamẽ fꝫ Hosti. et alios canonistas in dicto capitulo. missas. omnes clerici et alij religiosi non legitime excusati: huic precepto obligantur: q: sunt penitus diuino cultui deputati. 12ᵃ. q. pᵃ. c°. duo. Qui cultus precipue consistit in officio misse. Dicit autẽ Franciscus de mayro. in tractatu de corpore xp̄i q̄ aliqui obligant̃ non solum [illegible] venerandũ et sumendũ hoc sacramentum: sed etiã ad cõficiendum: sicut omnes sacerdotes nõ ipediti in solẽnitatibus magnis. Illi. n. qui nunq̃ celebrãt tenent ociosam diuinã ptãtem. Quibus in vite ac

cedentib⁹ ad illud iocundissimū sacrꝫ dī Malachie p°. Nō est qui accedat ad altare meum gratuite: hec ille. Circa āt obligatōeꝫ misse ē sciēdum fm oēs Theologos ⁊ canonistas: ꝙ sūt nō nulli qui ab hoc precepto sunt excusati: ut sunt infirmi: qui nec ire ad missam: nec portari sine periculo possunt. Similiter eorum seruitores ⁊ puerorum nutrices qñ eos sine magno pículo deserere non possunt. Et idē dicitur de omnibus legitimā excusationem ratione necessitatis habentibus: qꝛ necessitas non habet legem. vt no. in. l. i. ff. de consulibus: ⁊ necessitas exempta est ab oī lege. c°. quod nō est. de re. iur. Tamen dicit Scotus in. 3°. di. 9ª. Quod hi qui aliqua necessitate non valent die festo missam audire: debēt eodeꝫ die si possunt: vel saltem in sequēti festo aliquod bonū opus facere in recōpensationem misse nō audite: ut qui nō possunt celebrare festū in actu determinato ab ecclesia. s. in auditione misse: saltē i alio actu ad honorē dei facto illō celebrēt. H

SEd circa predictā obligationē audiēdi missam: oriuntur quedā dubia. Primū. Utrū qui nō audit principiū misse: sed venit ea iam īcepta: puta cū legitur epistola peccet mortaliter non audiēs in illo festo aliam missaꝫ. Ad hoc respondet Ricardus noster in suo quolibet dicēs. Quod si talis nō ex cōtemptu: sed solum ex aliqua negligentia nō venit ad principium misse: nō pp̄ hoc mortaliter peccat: nō audiēs aliā missam eodē die: maxime si nō pōt aliaꝫ audire. Et rō est qꝛ quod minimū est pro nihilo reputatur. l. quod minimū. ff. de re. iur. Et no. in c°. re vera. de conse. di. 2ª. Peccat tamē venialiter: qñ non venit ad principium: ⁊ mortaliter si hoc faciat ex contemptu. I

SEcundū dubiū est. Utrū quis teneatur audire missam a suo prochiali sacerdote? Et primo videt aliqbus parrochialib⁹ ꝙ sic. p c^m. 2^m. extra de parrochijs: vbi dī. Qui contēpto ꝓprio sacerdote missam audit in alia ecclesia: dꝫ expelli de ecclesia ⁊ ad suā ecclīam remitti. Rūdeo fm oēs canonistas: ⁊ marie Inno. i dicto. c°. 2°. ꝙ illud c^m. itelligit de his qui hoc faciūt in cōtēptū ꝓprij sacerdotis: nō hn̄tes legitimā cām dimittēdi ac euitādi missaꝫ illius. Si āt quis hēt legitimā cām dimittēdi eius missaꝫ: eēt excusatus. Legitima aūt cā contēdi hr in c°. null⁹. 32ª. di. vbi dī. Nullus missam audiat p̄sbyteri: queꝫ scit cōcubinam indubitāter hēre: hec ibi. Que vba intelligit Ricar. in. 4°. di. 13ª. ar°. p°. q. 4ª. eē de obligatione: qñ talis presbyter est ꝯuictus in iudicio de tali crimine: vel cōdēnatus ꝑ sniaꝫ legitime prolatā: vel cōfessionē suā in iure factam: vel per rei euidētiā incelabilem apparet eius delictū. Hoc. n. casu nullus dꝫ audire missā illius. Itē dicūt p̄dicti doctores: ꝙ si qs ex deuotiōe: vel alia bona cā audiret missā alteri⁹ q̄ꝫ ꝓprij sacerdotis: n̄ peccaret: imo posset magis mereri audiēdo a meliorib⁹ sacerdotibus. Et hoc ꝯfirmant. Theo. in. 4°. di. 13ª. Consulo tamen ꝙ semper aliquis de domo vadat ad audiendam missam in parrochia: propter excōmunicationes que fiunt: ⁊ vt audiat publicari festa. Item si quis ex aliqua causa non velit ire ad parrochiam: debet tamen mittere oblationes consuetas sacerdotibus: hec est enim sententia omnium Theo. ⁊ canonistarum. Quod vbi est consuedo offerendi aliquid in missa illa omnino seruari debet: quia consuetudo habet vim legis. ff. de legibus l. de quibus maxime si sit prescripta. c°. fi. de consuetudine. Ubi autem non est talis consuetudo tunc offerre aliquid est consilij: ad quod exhortatur quilibet christianus ab ecclesia. i c°. omnis. de cōsecra. di. p°. vbi dicitur. Omnis christian⁹ ad missarum solemnia semper aliquid deo offerre procuret: ⁊ reducat ad memoriā ꝙ a domino per Moysen dictumē. Non apparebis in conspectu meo vacu⁹. Sic. n. faciens habebit partē in illa missa: ⁊ participabit de meritis illius sacerdotis. K

TErtium dubium est. Utrum melior sit missa boni sacerdotis q̄ꝫ mali. Ad hoc rn̄detur fm. Thomaꝫ. in. 4°. sen. di. 13ª. Et in. 3ª. parte sūme. q. 82ª. ⁊. s. Bona. in. 4°. distin. 13ª. ar. 2°. q. 4ª. Qō in missa possumus considerare vnuꝫ quod est substantiale ipsius misse scilicet consecrationem corporis ⁊ sanguinis domini. Et in hoc omnes sacerdotes sunt equales. Unde Augustin⁹. in libro de corpore Christi: transumptiue in. c°. intra ecclesiam. pª. q. pª. sic dicit. In hoc sacramēto nihil a bono maius: nihil a malo minus perficitur sacerdote. Et ad h° facit. c^m. cū scriptura. Et c^m. significasti. Et c^m. n̄ qles. ⁊. c^m. dn̄s. ⁊. c^m. n̄ nocet. eadē. di. Et ad hoc etiam facit illud qꝫ legitur in vitis patrum. Ubi habetur: ꝙ quidaꝫ heremita consueuerat cōmunionem recipere a quodam presbytero. Cum autem audisset illum inculpari de quodam crimine: renuebat amplius ab eo comunicari. Quapropter audiuit dei vocem de celo dicentem. Homines abstulerunt mihi iudicium meum. Cum autem ille heremita de hoc stupefactus esset: raptus fuit in extasi ⁊ vidit in visione vnum puteum bone aque: ⁊ chordam auream cum vase aureo appensam cū

qua hauriebatur aqua. Uidebaturq́ꝫ sibi ꝙ quidam leprosus aquam hauriret. Ipse autem habens sitim nolebat bibere ex nausea illius leprosi. Unde audiuit vocem dicentem sibi. Quare nõ bibis de aqua ista? Quid tibi facit ꝙ leprosus eam hauriat? Nonne vides ꝙ ipse eam non tãgit nec inficit: sed mundã in vase mũdo extrahit. Ad hãc aũt visioné in se reuersus ꝓdictus heremita: ⁊ intelligẽs qd significaret: postea ut prius se cõicauit ab illo sacerdote: cognoscẽs ꝙ malicia sacerdotis nõ inficit sacramẽtũ: sed ita consecrat malus sacerdos ⁊ verũ efficit sacramentũ sicut bonus ⁊ sanctus. Unde inquit Hiero. ꝙ sicut sterquilinium ⁊ stercoꝝ immundicia nõ inquinat solis radiũ. Ita sacerdotis viciũ nõ maculat corporis xpi sacꝛm. Scdo in missa possumus considerare vnũ quod est accidẽtale: vt sunt orõnes: ⁊ ipetrationes grãꝝ. Et quantũ ad hoc: qꝛ vt dicitur Joã. 9°. Peccatores deus nõ exaudit. s. in quantũ peccatores: melius est audire missã boni sacerdotis: q̃ mali ceteris parib⁹. Qꝛ scriptũ est [illegible] c°. ipsi sacerdotes. p^a. q p^a. Quãto sacerdotes fuerint digniores: tãto facili⁹ in necessitatib⁹ pro quibus clamãt exaudiunt. Et hanc eandem sniam tenet Petrus: ⁊ Allanus. Ut hꝫ in sũma confes. li°. 3°. ti°. 24°. q. 134^a.

II

QUarto: Queritur vtrum quis teneat distincte audire verba misse: an sufficiat videre sacerdoté celebrantẽ? Ad hoc respõdent. Theo. in. 4°. di. 13^a. Nõ sufficit videre aliter sequeretur ꝙ qñ dicitur missa vbi est magna multitudo: vl dicit a sacerdote habẽte vocẽ valde remissã: tales audientes cũ nõ intelligant verba: quia sunt longe distantes: vel qꝛ ipse nõ loquitur intelligibiliter: nõ seruarẽt hoc ꝓceptũ: sed essent obligati aliam missam audire qđ est falsissimum. Dicunt predicti theo. ꝙ quãuis nõ teneamur sub pena peccati mortalis intelligere vel audire verba misse: qꝛ leges nõ sunt ita amare interpretãdo: debꝫ tamen qlibet xpianus pro posse studere vt verba misse audiat: ⁊ iuxta possibilitatẽ suã itelligat vt dicit i. c°. apostolica. de cõse. di. p^a. Itẽ ad missam debẽt qlibet xpiani stare deuote. Scriptum ẽ. n. in. c°. quãdo. de conse. di. p^a. Quãdo aũt stamus ad orationẽ dilectissimi: inuigilare ⁊ incũbere ad preces toto corde debem⁹: cogitatio hominis carnalis ⁊ secularis abscedat. Nequaq̃ tũc aliud animus q̃ illud cogitet qđ precat. Jdeo autem sacerdos pfatione ꝓ missa parat fratrum mẽtes dicẽs. Sursũ corda. Et dũ respõdet plebs Habemus [illegible] dominum: moneatur ad dominũ: cor habere debere: claudat aduersario pect⁹ vt soli deo placeat: nec ad se dei hostem orationis tempore venire patiatur: hec ibi. Quando autem legitur euãgelium debet homo stare rectus: capite discooperto: attente audiens. Ut dicitur de conse. distin. pria capitulo. apostolica. quando autem nominatur melifluũ nomẽ Jesu christi: omnes reuerentiã facere debent saltem capitis inclinatione capitulo. decet. de imuni. eccle. libro. 6°. Et ad Phi. 2°. c°. inquit apostolus. In nomine Jesu omne genu flectatur: celestium: terrestrium: ⁊ infernorum. Quando autem sacratissimũ corpus aut sanguis domini eleuatur: omnes [illegible] terra prostrati deuotissime adorare debent. Ideo dicit beatus Franciscus in epistola directa capitulo generali. Omnis homo paueat: totus mundus contremiscat: ⁊ celum exultet: quando super altare in manibus sacerdotis est christus fili⁹ dei viui. O admiranda altitudo: o stupẽda dignitas: o humilitas sublimis: o sublimitas humilis: ꝙ dominus vniuersitatis de⁹: ⁊ dei filius sic se humiliet: vt pro nostra salute sub modica panis formula se abscondat. Uidete fratres humilitatem dei: ⁊ effundite coram illo corda vestra: vt totus vos recipiat: qui [illegible] vobis exhibꝫ totum: hec ille

III

QUinto queritur vtrum quis teneatur audire missam propriam diei festi: puta missam dñice in aduentu vel septuagesima ⁊ huiusmodi. Et primo respõdent qdam ꝙ sic: quia ſm eos missam peculiarem audiens vel dicens nõ satisfacit precepto de audienda missa. Affirmãt. n. ꝙ illa missa que precipitur est missa de festo: vel que ſꝫ officium debet dici: ⁊ allegant ad hoc capitulũ. quidam laicorũ. de cele. missarum: ⁊ capitulũ ⁊ hoc attendendum. de conse. di. p^a. Sꝫ in contrariũ credo ꝙ [illegible] veritas: ⁊ ꝙ capitula per eos allegata cõcludant ⁊ probent oppositũ. Nam dicitur i dicto c°. qdam laicorum. Quidã laicorũ habent in cõsuetudine vt ꝑ singulos dies audiant euangeliũ. In principio erat verbum: ⁊ missas peculiares: hoc est de sancta trinitate: ⁊ de sancto Michaele: hec ibi. Isti enim in missa quotidiana faciebãt dici In principio erat verbum: habẽtes [illegible] illud quasdam superstitiones vt infra patebit: ⁊ nolebant audire alias missas: nisi predictas peculiares: reputantes eas alijs meliores: ⁊ sic quodam modo contẽnebant ritum ecclesie romane de ordine missarum: ita ꝙ ordo missalis erat in abusum ⁊ ideo ecclesia prohibuit talem malam consuetudinem ⁊ abusum quotidianum. Unde post predicta verba imediate sequitur. Et ideo sanctũ est in eodẽ concilio vt vlterius hoc non fiat: nisi suo

tempore: et nisi aliquis velit propter reuerentiam sancte trinitatis: et non pro alia deuotione audire. hec ibi. Ubi manifeste apparet quod ipsum capitulum cōcedit quod possit dici et audiri missa de trinitate in festo alio: quando fit ad reuerentiam trinitatis: et non alia deuotione: idest secundum glosam: nō quasi melius sit missas istas audire quam alias canonicas de die. Post predicta autem verba hortatur ecclesia dicens. Sed si voluerint vt sibi misse cantentur: de eadem die missas audiāt pro salute viuorum et etiam defunctorū. In quibus verbis ostendit quod misse occurrentes de die possunt satisfacere non solum pro viuis sed etiā pro mortuis: quod non credebant talem abusum sequentes. Item in.d.c°. et hoc attendendum: recitatur dictum Augustini: cuius verba non sunt precipientia sed consulentia: vbi ait sic ad litteram. Et hoc attendendum vt misse peculiares que per dies solemnes a sacerdotibus fiunt. Ecce quod licitum est sacerdotibus celebrare in diebus solemnibus missas peculiares secundum Augustinum. Sequitur. Non ita in publico fiant: vbi glosa idest solemniter: sequitur: vt propter eas populus a publicis missarum solemnibus que hora tertia canonice fiūt abstrahatur. Sed et sacerdotes qui in circuitu vrbis: aut in eadem vrbe sunt et populus in vnum ad missarum publicam celebrationem cōueniant: hec ibi. In quibus verbis hortatur Augustinus sacerdotes ne missas peculiares in diebus solemnibus cantent solemniter coram populo in hora tertiarum: in qua solet in ecclesia maiori missa solemnis decantari: vt tam ipsi quam populus possint ad ipsam missam solemnem conuenire. Et iste intellectus est clarus ex textu: et ex glosa ordinaria et per Archi. ibi. Clarissimum est autē quod nec populus nec sacerdotes parrochiales tenentur ex precepto ad conueniendum in ecclesia maiori: ad audiendum decantari missam solemnē. Sed solum est exhortatio quedam que etiam habetur in registro vbi dicitur quod non debet populus statim audita missa in festo ire ad conuiuandū: sed ad predicationem: et ad audiendū missam solemnē decantari. Concludo ergo quod ex rationabili causa potest sacerdos in die dñico et alio festo solemni dicere missam de mortuis: et aliā votiuam: vt pro peccato: vel de beata virgine: aut de apostolis et huiusmodi vt tenet Archi. in.d.c°. et hoc attendendum. Uerum tamen est quod in ecclesia collegiata siue conuentuali in qua quotidie est celebranda vna missa de officio: vt notatur in cle. pria de cele. mis. Si quis omitteret illā in dominica vel alio festo de precepto pro dicēda peculiari seu votiua peccaret mortaliter: quādo ad ipsum pertineret dicere illam missam de festo vel ex eius causa nō diceretur. Item si quis secularis vel religiosus ex contemptu misse de die: vel ordinis et ritus ecclesiastici quo ad missas: audiret missam peculiarem refutans audire propriā in festo: peccaret mortaliter. Nō autē peccat si audit quis missam predictā: vel dicit ex ratiōabili causa: nec tenetur postea aliā audire. Et hoc tenet Archiepiscopus flo. in secūda parte sūme. ti°.9°.c°.x°. vbi dicit. Utrum quis teneatur audire missam propriā diei: puta dñice de aduentu. Ad te leuaui etc. et in septuagesima. Circūdederūt me. in festo natiuitatis beate virginis. Gaudeamus. etc. Et videtur quod sic: quia extra de cele. mis. c°. quādā laycorū. reprehenduntur qui dimittūt missas proprias propter peculiares. i. propter alias quas quis dicere facit ob specialem deuotionē ad illas: puta: de angelis et mortuis etc. Respōdeo: credo nō teneri ad propriā ex necessitate: quia nec capitulū. missas. de cōse. di. pria hoc dicit: sed indistincte loquitur. Tamen ex congruitate audire debet propriā: qui hoc nouit distinguere: et secundum hanc congruentiā loquitur decretalis supradicta. Neque enim mulierculę vel idiote scirēt discernere: si est missa propria vel alia et nimis onerosum esset quod vnum quemque oporteret interrogare si est missa propria. Et in diuersis ecclesijs in eadem die festiua erunt misse proprie variate. Reprehensibile tamen multum videtur et si non damnabile: dimittere missas proprias occurrentes propter missas defunctorum: vel alias ad instantiā laicorum: sine causa multum vrgenti. Docendus enim est populus non sequēdus capitulo. docendus. 62^a. di. hec ille. Cuius sententiam sequitur noster venerandus frater Baptista de trouamalis in rosella sua: in ti°. de missa. Preterea hoc clarissime patet: quia si quis teneretur audire missam de die: teneretur etiam ex precepto audire verba ipsius: et non sufficeret ad euitationem peccati mortalis videre sacerdotem celebrantem et interesse ipsi misse. Cuius tamen contrarium patuit supra. Si ergo sufficit ad impletionem precepti videre et adesse: licet melius sit etiā verba audire et intelligere: quid tali sic videnti confert quod sit magis missa propria quam peculiaris? Preterea in multis ecclesijs quotidie ex debito dicuntur multe diuerse misse .s. vt de festis et octauis occurrentibus religiosis: de sanctis eorum et de translationibus ipsorum: et de alijs obligationibus quas habent ecclesie et capelle: et tamen seculares ibi in festis audiūt ipsas missas et in dominicis: et

nõ missam de dñica vel festi occurrentis. Item populus Mediolani audit missas religiosoꝝ q nõ dicũt ees missas quas auctoritate apostolica ordinauit sanctus Ambrosius in dominicis ⁊ i alijs festis: ⁊ consequenter non missas proprias ipsius dici ſm ritum officij quod celebrari romana ecclesia ordinauit in illa diocesi. Preterea videmus quotidie ꝙ in festis concurrũt populi ad ecclias beate ꝟginis p diuersas mũdi ptes: ⁊ ibi vt cõpleant vota sua faciũt celebrari nõ solũ a sacerdotibus secularibꝰ: sꝫ etiaꝫ a religiosis ibi manẽtibꝰ missas ipsius ꝟginis ẽt in die dñico: ⁊ alio festo solemni: ⁊ similiter in multis mũdi ptibus sunt scole beate virginis: ⁊ corporis xpi: pro quibus omni mense in aliqua dominica celebraꝝ missa de dña vel de corpore xpi. Et hoc ẽt fit in terris imediate subditis ecclie romane: maxime perusij: vbi ex ordinatiõe beati fratris Bernardini feltrini facta cũ consensu epi pdicte vrbis ⁊ totius cleri: omni dñica prima mẽsis cantatur in ecclesia cathedrali sancti Laurentij vna missa de corpore xpi: ⁊ idem fit in ꝗ̃pluribus ciuitatibus Italie: qꝛ in ipa dñica cõmodius possunt omnes de societate corporis xpi ad audiendam ipsaꝫ missam cõuenire. Et hoc nõ solum nõ est peccatuꝫ: sed valde cõmendabile. Misse.n. solemnitas vt supra patuit est pricipaliter instituta ad venerationẽ corporis christi: ⁊ ideo causa valde rationabilis est dicendi ipsam missam particularẽ de ip[illegible] corpore christi: semel in mense ⁊ in die solemni: vt celebrius ⁊ honorificentius atqꝫ a pluribus venereꝝ. Predicta autem omnia nõ toleraret ecclesia romana si de necessitate salutis esset audire missam propꝛiaꝫ solemnis festi. Predicta quoqꝫ cõfirmantur dicto Anto. de butrio: q in dicto. cº. quidã laicoꝝ. dicit ꝙ ſm doc. dicta decretalis prohibens dici missam peculiarem i festo: itelligitur quando ibi est solum vnus sacerdos: quia tunc oporteret dimittere illam missam que est de debi[illegible] in ecclesia dicenda. Et idem affirmat Abbas panor. in. d. cº. dicens. Nota ꝙ propter missas pticulares nõ debent i ecclesia dimitti misse que occurrũt: siue de feria siue de festo proprio. Et intelligunt hoc doctores quando in ecclesia non est nisi vnus sacerdos. Si.n. essent plures: bene posset vnus dicere missam occurrentem: ⁊ alius ob deuotionem dicere missam peculiarem. Et pro hoc videtur textus in. cº. ⁊ hoc attendenduꝫ. de conse. di. pma hec ille. Ex quibus patet ꝙ tenentes opinionẽ contrariam non bene considerant capitula que allegant: qꝛ de directo cõfutant opinionem ipsorum. Predicta etiaꝫ de superstitionibus ad In principio erat verbum: approbat Panor. vbi supra dicens. Nota ꝙ euangelium In principio erat verbum: non est de necessitate dicendum in qualibet missa. Nam si hoc ẽet verum: non notarentur isti laici qui in singulis missis volebant audire illud euangelium. Non tamen putes per hoc malum esse in qualibet missa illud audire. Maxime cum hoc hodie habeat communis consuetudo. Sed damnatur hec suspicio: quia credebant isti sicut dicunt quedam vetule: ꝙ non poterunt sine penitentia decedere audiendo illud euangeliũ: vel quid simile: hec Panor. Ex quibus etiam colligitur ꝙ prohibitio illius capituli est facta solum ad tollendas predictas superstitiones: ⁊ erroneas opiniones: ⁊ non vt prohiberentur misse peculiares ad reuerentiã christi ⁊ sanctorum: quando dicuntur sine superstitione ⁊ contemptu misse proprie diei: ⁊ per hoc non dimittitur quin in ecclesia dicatur vna missa de festo occurrenti ab aliquo sacerdote. Etiam ipsa missa peculiari fit cõmemoratio de ipso festo. Si autez esset vera illa eronea opinio ꝙ quilibet teneretur in festo audire missam propriaꝫ: oporteret ꝙ sacerdos volens celebrare missam peculiarem sicut sepe necessarium est facere: se [illegible] uolueret ad populũ ⁊ diceret. Charissimi hec missa quam volo dicere: non est illa propria huius fe[illegible] occurrẽtis quã tenemini audire: ⁊ ideo aut dimittite audire istã missã: aut si vultis audire missã meã postea ẽt audite aliã ð pꝓo. Et si hꝰ nõ diceret peccaret mortalr tãꝗ̃ deceptor populi in his q̃ ẽẽnt de necessitate salutis. Nã [illegible] cãꝫ dãni dat damnũ dedisse videtur. cº. si culpa. de iniu. ⁊ dã. da. Seculares.n. si talis missa ꝓpria ẽet de debito: crederent ꝙ sacerdotes nõ dicerẽt i cõspectu eoꝝ missam aliã: q n eis de illa noticiam darent: ⁊ ꝯsequenter si sine tali admonitione presbyter secularis vel religiosus diceret in festo de precepto aliquam missam peculiarem esset in malo statu: nec excusaret eos ignorantia populi credentis eã esse missam propriam: sicut nõ excusat sacerdotem dantem populo hostiam non consecratam pro comunione in die pasce: licet ipse populus crederet eam esse consecratam: ⁊ similiter non excusaretur confessor qui faceret confitenti absolutionem inualidam non seruata debita forma ab ecclesia ordinata: licet ipse confitens hoc ignorãs esset excusatus.

¶ Pars secunda huius sermonis de veritate sacramenti misse: in qua probatur ꝙ vere corpꝰ ⁊ sanguis christi in specie panis ⁊ vini continetur.

Q

I Icet mens nequeat humana plene
rationis inuestigatione transmuta/
tionē hostie ꝯprehēdere fidei tamen
plenitudo cōplectit᷑. Ut inquit Am/
bro.24ª.q.prima.c°. nō turbatur. vn̄ canit ec/
clesia in festo corporis xp̄i. Uerbū caro panē ve/
rum: verbo carnē efficit: fitq᷑ sanguis xp̄i mer᷑:
⁊ si sensus deficit: ad firmandū cor sincerū sola fi
des sufficit. Et quāuis fides catholica non indi
geat nr̄is ꝓbationibus. Nihilominus ad bestia
litatē hominū infidelium siue hereticoꝝ ꝯfundē
dam ⁊ cōuincendā: ⁊ insup ad hoīum deuotoꝝ
cōsolationē intēdo declarare aliq̄bus argumen/
tis ꝓbabilib⁹ sn̄iam verissimā fidei xp̄iane: quā
ꝓbat Alex. de ales. in. 4ª. parte sūme in tractatu
de eucharistia: ⁊ oēs Theo. marie scūs Bona. ⁊
btūs Tho. Scotus. ⁊ Ricar. ⁊ alij in. 4°. sn̄iaruꝫ
di. xª. xiª. ⁊. 13ª. ⁊ scūs Tho. 3ª. pte summe. q. 75ª
ar. 2°. s. Quod in sacramēto altaris vere ē ꝯuer/
sa substātia panis ⁊ vini in veꝝ corpus ⁊ sāgui/
nem dn̄i nostri Jesu xp̄i: per verba cōsecratōis.
Et primo ꝙ xp̄s de quo dī Mat. 26°. Marci.
14°. ⁊ Luce. 22°. Quod hoc sacr̄m instituit: ve/
[illegible] transsubstantiauerit panē ⁊ vinum in substā/
tiam sui corporis ⁊ sanguinis probat᷑ rōne cau/
salitatis. Fundamentū cuius ponit auctor in li°.
de causis di. Quicquid facere pōt causa secūda:
nobiliori ⁊ altiori modo potest causa prima: pa/
tet hec regula. Nam [illegible] camerarius alicuius dn̄i
pōt alicui vnā grām facere: a fortiori ipse domi/
nus facere poterit. Similiter si sacerdos pōt ali/
quē absoluere ab aliquo enormi peccato: a for/
tiori illud facere poterit papa. Quo presupposi/
to: certuꝫ est ꝙ potētia limitata ipsius nature na
turate: vnā substantiā in aliā conuertit. Nā phi/
losophus. 2°. de aīa dicit. Alimentū per naturaꝫ
ꝯuertit᷑ in substantiā aliti: vtputa. Panis cōuer
titur in substantiā carnis: ⁊ vinū in substātiā san
guinis. Similiter per virtutē caloris galine sub/
stantia oui cōuertit᷑ in substantiā carnis: seu ī ga
linā. Uidemus etiā ꝙ terra que inter alias res ē
ignobilissima: generat auꝝ ⁊ argentū: lapides ꝑ/
ciosos: ⁊ mut aal ia nobilissima: quinimo cuꝫ sit
insipidissima multa valde sapida ⁊ bona ad gu
stum producit. Quid plura? Cuꝫ sit turpissima
producit res valde pulchras: vt arbores: flores:
fructus: ⁊ huiusmodi: que omnia operatur ī vir
tute solis. Unde. 4°. Methauroꝝ dicit Phūs:
ꝙ virtute solis humiditas terre conuertitur ī ar
bores ⁊ in herbas: in vinum: oleum: ⁊ balsamū
⁊ huiusmodi. Similiter dicit: ꝙ terra solis vtu/
[illegible] conuertitur in aurum: ⁊ argentum: in ferrum:
⁊ lapides preciosos. Recitat quoq᷑ Jsidorus in
li°. Ethi. Quod in scotia est fons qui omne qd̄ ī
eo mittitur: statim cōuertit in substantiā lapidis
Similiter in Hibernia est ali⁹ fons: ī quo si pal
lus ligneus figitur: statim pars que tangit aquā
conuertit᷑ in lapidē: reliqua vero pars que figit᷑
in terra: conuertit᷑ statim in ferrū. Uidem⁹ quoq᷑
ꝙ archimiste transmutāt naturā eris: ⁊ argenti
viui in bonum argentum: ⁊ sic de alijs. Simili/
ter legitur in legenda sancti Joānis euāgeliste: ꝙ
ipse apostolus virgas ligneas conuertit in aurū
optimū: ⁊ lapides collectos in littore maris: con
uertit in lapides preciosissimos. Si ergo transub
stantiare potest vnā substantiam in aliā ipsa nā
naturata: a fortiori hoc poterit ipsa nā naturans
. s. Deus qui naturā fecit: cuius ptās infinita nul
lis limitibus coangustat᷑. Et ī quo oēs perfectio
nes altiori modo sunt quā in creaturis: ꝑm Ari
sto. xi°. Metha. Et Dionysiuꝫ in li°. de diuinis
noībus. Et ideo nullū dubiū quin xp̄s ver⁹ deus
⁊ hō potuerit panē ⁊ vinū in substantiaꝫ sui cor/
poris ⁊ sanguinis transmutare. Modū aūt hu/
ius transmutationis ponit Joānes damascen⁹
approbando predictā rōnem dī. Sicut panis ⁊
vinum transeūt in nutrimentū in corpus hoīs:
⁊ nō in aliud corpus: sed in ipsum qd̄ prius erat
Jta panis ꝓpositionis: idest qui in altari ꝓpo/
nitur: ⁊ vinum cum aqua transeunt in corp⁹ xp̄i
quod prius erat: hec ille. N

S Ecundo probat᷑ eadē conclusio rōne maio
ritatis. Fundamentū cuius ponit iuriscon/
sultus. in. l. nō debet. ff. de re. iur. dicens. Non de/
bet cui quod plus est licet: qd̄ minus est nō lice/
re. Quod ēt hr̄ in c°. cui licet. eo. ti° lib°. 6°. Jlle
igitur qui pōt facere rem maioris difficultatis:
poterit facere id qd̄ est facilius. Quo ꝑsupposito
tunc sic arguit᷑. Maius est op⁹ de nihilo aliquid
facere: q̄ꝫ vnā substantiā in aliā cōuertere: vt in/
quit Hilarius in lib°. de trinitate. Et rō est ꝑm
Franciscum de mayro. in quodā sermone de sa/
cramento eucharistie. Et. s. Bona. in. 4°. di. xª.
Quia maior est distantia inter ens ⁊ nō ens: q̄ꝫ
īter ens ⁊ ens. Jmo inter istas duas opatōes tā/
ta est diuersitas: ꝙ licet phi cōcesserint vnā sub/
stantiā posse ī aliam conuerti: vt aquam in aerē
⁊ ecōtra: sicut dī, in lib°. de generatione: tn̄ aliqd
de nihilo posse fieri penitus impossibile dixerūt:
etiaꝫ ꝑ totā ptātem nāe. Un̄ dicit Ari. Ex nihilo
nihil fit. p°. de celo ⁊ mundo: ac. 3°. ⁊. 8°. Phisi.
ut legit᷑: cum ipse Aristoteles legisset illud quod
ait Moyses Gen̄. p°. s. in pricipio creauit deus
celū ⁊ terrā: subrisit dicens. Jste Moyses multa

dicit ⁊ nihil ꝓbat. Sed hec opinio phoꝝ ē heretica: si refferatur ad deū: q2 de9 oīa creauit ex nihilo. Gen̄. p°. Creare. n. ē ex nihilo aliqd facē: vt dicit Theo. i. 2°. di. p^a. Cū g° de9 possit facē h° qd̄ ē tāte difficultatꝭ s. d̄ nihilo aliqd creare. Nā ipe dixit ⁊ fctā sūt: mādauit ⁊ creata sūt. ps°. añ. penul°. mlto magis poterit vnā sbaz ī aliā trāsmutarꝭ: qd̄ ⁊ Phi ꝯcesserūt posse fieri p nāz. Uidem9. n. ꝙ de9 de limo terre fecit pmū hoiez: ⁊ d̄ costa Adā subito fecit Euā: ⁊ illā costā trāsmutauit ī mulierē. Gen̄. 2°. Itē Joā. 6°. c°. di. Qd̄ xp̄s de quinqꝫ pāib9 ⁊ duob9 piscib9 saciauit qnqꝫ milia hoīuz. De qb9 panib9 duodecī cophini fragmētoꝝ supauerūt: qd̄ iō fcm̄ ē: q2 panis māz augumētauit. Qd̄ si h° nālr fecit: pfecto nō ē dubiū: ꝙ spūalr ⁊ sacr̄alr pōt totā ecclesiā catholicā de hostijs in substāntiā corpis sui ꝯuersis pascere ⁊ nutrire. Et ī ingt Aug. ī sentētijs suis. Firmiter tenēduz ē ꝙ pāis ī corp9: ⁊ vinū ī sāguinē ꝯuertiꝭ illa vbi vtute: q̄ vbū caro fcm̄ ē ⁊ habitauit in nobis: q̄ dixit ⁊ oīa fcā sūt q̄ vxorē Loth ī statuā salis mutauit. Gen̄. 19°. Qua virgā Moysi ī colubꝝ vertit. Exo. 7°. Qua oīa flumīa egypti ꝯuertit ī sanguinē. Exo. 7°. Qua aquā de petra durissima pduxit. Exo. 17°. Qua postreō ad nuptias aquaz ꝯuertit ī vinū. Joā. 2°. Ambro. q̄qꝫ i. c°. re va. de ꝯse. di. 2^a. ait. Si tātū valuit s̄mo Helie: ut ignē d̄ celo dpōeret nō valebit xp̄i s̄mo ut spēs mutet elemētoꝝ: De tot9 mūdi opib9 legiꝭ ꝙ ipe dixit ⁊ fcā sūt. Sermo igiꝭ q potuit ex nihilo facē qd̄ nō erat: nō pōt ea q̄ sūt mutare ī id qd̄ nō erāt: Nō enī min9 ē dare nouas: q̄z mutare reb9 nās Et iō qd̄ erat pāis añ ꝯsecratōez: iā corpus xp̄i fcm̄ est post ꝯsecratōez: q2 s̄mo dei mutat creaturā: hec ille. Posse āt dei filiū mutarꝭ vbo vtutꝭ sue vnam creaturā ī aliā ēt ipse diabol9 ꝯfessus ē cū Math. 4°. ei dixit. Si fili9 dei es dic ut lapides isti panes fiāt: q̄si dicēt. Hoc tibi ē facile tua īfinita vtute. Est āt difficili9 ꝯuertere lapidē in sbaz pāis: q̄z panē ī sbaz carnis: ⁊ vinū ī sbaz sanguinis. Cuz hoc fieri possit ⁊ quotidie fiat virtute caloris nālis ī stomaco ⁊ epate.

O

Confirmatꝭ ēt eadē ꝯclō ītia rōne q̄ dī supabilitatꝭ. Fūdamētū cui9 pōit Hilari9 ī li° de tri. di. De9 plura pōt facē q̄z nr̄ ītellect9 ītelligere: ⁊ h° iō q2 de9 vtutꝭ ē īfinite: ītellect9 āt human9 est vtutꝭ finite. Quo ꝯcesso: certū ē ꝙ pōt hūan9 ītellect9: vt ingt Boetius ī li°. de trini. imaginari accidēs sine obiecto: multaqꝫ pōt ītellect9 sequestrare que nō pōt sensus. Ergo multo fortius potest deus hoc facere in sacramēto eucharistie. s. vt ibi sint accidentia sine subiecto. Nec mirꝝ hoc dꝫ apparere: q2 cū effect9 magis depēdeat a pma causa q̄z a scd̄a. Ois n. pma cā plus īfluit in effectum q̄z scd̄a: vt dī in libro de causis: pōt de9 q est pma cā cārū tam substātie q̄z accidētis: p suā infinitā vtutē cōseruare accidēs ī eē subtracta substātia p quā ipm accidēs cōseruatꝭ ī eē sicut p cām scd̄ā. ꝙ aūt de9 possit separe accidēs a suo subiecto: ⁊ ī ꝯ patuit ī passiōe xp̄i: qn̄ de9 fecit solē eē sine illuminatiōe q̄ ē ei9 ppria passio. Et h° exēplū posuit Ricā. nr̄ ī. 4°. di. p^a. ⁊. Silr videm9 ꝙ de9 pōt pducē effect9 nāliū cāꝝ sine nālib9 causis: sicut fecit dn̄s ī pncipio mūdi fruct9 ex t̄ra sine nālib9 seminib9 nasci fecit. Gen̄. p°. Itē dn̄s corp9 humanū sine virili semīe ī vtero vgīs formauit. Si g° xp̄s potuit nasci ex vgīe. s. cōꝫ nāe ordinē ⁊ potētiā. Isa. 7°. Ecce vgo cōcipiet ⁊ pariet filiū. Ergo ēt miraculose pōt ī h° sacr̄o cōtineri. Jō ingt Ambro. ī li°. de sacr̄is. Quid hic q̄ris nāe ordinē ī xp̄i corpe: cū preter nāz sit ipse dn̄s nat9 ex vgīe. Et ī eodē li°. ēt dicit. Que fuerūt ī vtero vginis: hec eadem inueniunꭲ in sacramēto altaris.

P

Quarto hec eadē ꝯclō pbatꝭ rōne q̄ dī nālitatis. Fūdamētū cui9 pōit Arist. p°. Metha. di. Unū qd̄qꝫ entiū nālr opatꝭ s̄z ppetatē sue nāe ⁊. 4°. Ethi. itēꝝ diꭲ. Qualꝭ qsqꝫ ē talia dicꭲ ⁊ opatꝭ. Quo psupposito: certū ē ꝙ xp̄s dei fili9 nālr ⁊ essentialiter est veritas. c°. si ꝯsuetudinē ⁊. c°. q ꝯtēpta 8^a. di. Unde Joānis. 14°. vbi ipse dicit. Ego sum via: veritas ⁊ vita. Sed claꝝ est ꝙ Joānis. 6°. de sacr̄o loquēs dicit. Caro mea vere est cib9: ⁊ sanguis me9 vere ē pot9. ⁊ Matthei. 26°. ⁊ Marci. 14°. ingt. Accipite ⁊ comedite hoc est corpus meū. Cū ergo xp̄s sit ī fallibilꭲ veritas: ⁊ magister veritatꝭ. Dicatqꝫ Sochrates in sentēntijs suis: ꝙ auctoritas magri ēt sine alia rōne ē digna fide ⁊ veneratiōe: ⁊ ei est fides adhibēda. Ergo necessario ⁊ īdubitāter cōcludiꭲ ꝙ in sacr̄o altaris vere ꝯtineꭲ corp9 ei9: aliter seq̄reꭲ ꝙ dixisset falsuz: qd̄ ē oīno impossibile. Ideo nō immerito arguēdi sūt increduli de hoc sacr̄o: qnimo cōburēdi sunt heretici: qui dicūt corp9 xp̄i nō cōtineri in hostia s̄m vitatē: sed solū s̄z imaginationē: speciē ⁊ figurā. Cōtra quos Inno. 3°. i. c°. cū marthe. de celebr. mis. iquit ꝙ tales laqueū erroris ī currūt: ⁊ sacramēta dei reuerēter nō accipiūt. Et ibidem dicit. Cerniꭲ species panis ⁊ vini: s̄z crediꭲ veritas carnis ⁊ sanguinis xp̄i. Et ideo ꝯtra tales exclamat Bernar. in sentētijs suis di. O q̄z grauis est nūc fides sacramēti: ⁊ ꝯditio Jesu xp̄i ī fidelib9: loqꭲ hō vitatem ⁊ crediꭲ ei: loqtur ebri9 falsitatē: ⁊ fides ei datꭲ: loquiꭲ xp̄us vitatē: ⁊ fides ei nō pstatur: vnicuiqꝫ ī sua arte ⁊ facultate crediꭲ: soli xp̄o

nō credit in sua veritate: loquit Priscian⁹ de cō positiōe lraꝝ ꝛ silabaꝝ: ꝛ credit ei: loquit Galienus de discretiōe vrinaꝝ ꝛ credit ei: loquit Tholome⁹ de magnitudine: cursu ꝛ influētia syderum ꝛ credit ei. Loquit Aristotiles de fallacijs ꝛ forma silogismoꝝ ꝛ credit ei: loquit Tuli⁹ de ornatu coloꝝ rethoricoꝝ ꝛ facūdia orōnis ꝛ credit ei: loqtur xp̄us de salute aiaꝝ: ꝛ non credit ei. O aīa ingrata: o viscera dura: quousqꝫ infidelitatē ꝛ incredulitatē despicitis xp̄m v̄r̄m: hec ille. Ex qb⁹ dib⁹ appet ꝙ vere xp̄s pōt trāsmutare substātiā panis in sbaꝫ corpis sui: sicut ꝛ fecit i cena sua. Q.

Hanc ēt auctoritatē trāsmutādi vnā rē i aliaꝫ pōt de⁹ alijs cōcedere: sicut concessit Moysi. Exodi. 4°. Auctoritatē ꝯuertendi virgā in serpētē: ꝛ serpētē in virgam. Unde dī Exodi. 7°. ꝙ ꝓijciens Moyses virgā in terrā: subito ꝯuersa est in colubꝛū: ꝛ iteꝝ cum apprehēdisset caudā colubꝛi: statī ꝯuersa ē i vgā. Cū igit dn̄s n̄r Jesus xp̄i de⁹ ꝛ hō: ꝯcesserit auctētatē ꝯsecrādi corp⁹ suū: ꝛ sāguinē discipulꝭ suis: ꝛ eoꝝ successoꝛib⁹. s. Sacerdotib⁹: vt ꝓbāt Theo. i. 4°. sen. marie Ricar. ibidē. dī. 24ª. Seqt necessario ꝯcludēdū: ꝙ q̄tienscūqꝫ sacerdos sup mā debita dicē v̄ba ꝯsecratōis cū intētiōe ꝯsecrādi: v̄issime illa sba pāis ꝛ vini: ꝯuertit in veꝝ corp⁹ ꝛ sanguinē Jesu xp̄i: qꝛ sacerdos hoc non facit auctoritate ꝓpria: nec in ꝑsona propria: sꝫ xp̄i: ꝛ talis trāsmutatio efficit virtute diuina vt dicit Inno. 3ˢ. in. c°. firmiter. §. vna v̄o. de sūma trini. ꝛ fi. ca. ꝛ Ambro. i. c°. re v̄a. de ꝯse. di. 2ª. ꝛ Eusebi⁹ i quodā ſmone dī. Inuisibil sacerdos visibiles creaturas v̄bo suo secreta ptāte cōmutat. Et ideo inqt Ugo de scō victore. in. 2°. de sacramentis: pte. 8ª. c°. 9°. Per v̄ba scificatōis v̄a panis ꝛ vini sba i verū corpus ꝛ sanguinē xp̄i cōuertit: lꝫ species panis ꝛ vini videat. Et eadē snīa habetur i. c°. qꝛ corpus. ꝛ i. c°. nos autez. Et in. c°. accesserūt. ꝛ in. c°. panis est. ꝛ i. c°. sicut. ꝛ in. c°. ante benedictōeꝫ. ꝛ in. c°. re vera. ꝛ in. c°. qd sit. de cōse. di. 2ª. ꝛ in. c°. oia. eadē di. Ambro. inqt. Lꝫ figura panis ꝛ vini videat: tn̄ nihil aliud ibi est ꝙ̄ caro ꝛ sanguis xp̄i: ꝛ vt mirabilius loquar: nō alia plane caro quā que nata ē de maria: ꝛ passa ē in cruce: ꝛ resurrexit de sepulchro: hec ille. Et hāc eādē cōclusionē ꝓbat efficacit Ricar. in suo quolibꝫ. ꝛ ēt in. 4°. sen. di. x°. ar°. p°. q. pª. in corpore qōnis. Et ēt Inno. 3ˢ. in li°. de officio misse. Probant etiā p̄dicta multis exēplis. Pmo de Berēgario diacono q Rome corā centū tredecim epis: ꝛ corā Nicolao papa renūciauit errori suo quē hēbat de sacramēto: nō credēs ibi eē realr corp⁹ xp̄i. Un̄ vt hꝫ de ꝯse. di. 2ª. i. c°. ego Berēgari⁹: dixit. Ego Berēgari⁹ ꝯfiteor panē ꝛ vinū qd̄ i altari pōit: post ꝯsecrationē nō solum sacramētū: sed etiaꝫ verum corpus ꝛ sanguinē esse domini nostri Jesu chꝛisti. R

In ciuitate q̄qꝫ rome cū qdā pſbr celebrās dubitaret vtrū i hostia ꝯsecrata eēt sāguis xp̄i: ꝛ opiaret corp⁹ eē sine sāguie: statī hostia euolauit: ꝛ cecidit sup quēdā lapidē marmoꝛeū: ꝛ ibi impssit imaginē hostie totā sāguinolētā: ꝛ illa rubedo nūꝙ̄ potuit ablui ab illo lapide: ꝛ remāet vsqꝫ in hodiernū diē: ꝛ ego illū lapidē vidi ꝛ tetigi. Licꝫ .n. ex v̄tute sacri sub spē panis sit tm̄ corp⁹ xp̄i: et tm̄ sanguis sub specie vini: tn̄ ꝑp naturalē cōcomitātiā sub vtraqꝫ spē ē tot⁹ xp̄s. s. bꝫ corp⁹ ꝑfectū et aiaꝫ ac diuinitatē: qꝛ hec tria sepata nō sūt vt determiat Alex. de ales i. 4ª. pte sūme i tractatu de Eucharistia: et Ricar. nr̄ i. 4°. di. xiª. et ibideꝫ scūs Bona. ar°. p°. q. 2ª. et Tho. i. 3ª. pte sūme. q. 75ª. et facit ad p̄dcā. c^m. firmiter. §. vna v̄o. ō [illegible] matri. et fi. ca. et. c^m. i q̄dā. de cele. mis. De hoc etiā canit ecclia i offō corporis xp̄i. Caro cib⁹: sāguis pot⁹: manet tn̄ xp̄s tot⁹ sub vtraqꝫ spē. Sicr legit de btō Grego. ꝙ cū vellet semel cōicare quādaꝫ viduā q faciebat sibi hostias qb⁹ ipse celebrabat ipsa fortit risit. Qui statī manū retraxit et posuit hostiā cōsecratā sup altari: et cū q̄reret q̄re risisset Illa rn̄dit. Rideo qꝛ hostiā quā ego māib⁹ meis feci: mihi daꝭ ꝓ v̄o corpe xp̄i. Tūc btūs Gre. orauit dī. O dn̄e Jesu xp̄e rogo vt ondas v̄itatē tuā sacri huic vidue. Et statī illa hostia miraculose appruit tota caro. Quo viso vidua illa lachꝛymāt ē: et ab oī icredulitate sanata ē. Tūc btūs Grego. orauit: vt hostia cōuerteret vt p̄io erat: qd̄ et fcm̄ ē: et tūc dedit vidue hostiā cōsecrataꝫ deuote suscipiēdā legit ēt ꝙ sacerdos qdā venies Bolsenā oppidū nō lōge distās ab vrbe veti i q Urban⁹ pap̄ q̄rt⁹ cū curia residebat. Dū celebraret missā: et eēt aliquātulū dubi⁹ i fide h⁹ sacri. Inter v̄ba consecratiōis vidit ocul corpalib⁹ hostiā i forma pietatꝭ: et sāguinē sup effluē i calice. Cū āt coopiret cū corpali: apparuit forma pietatꝭ i singul ptib⁹ ipi⁹ corpal. Cūqꝫ nec sic occltat valeret: coact⁹ ē ꝑplo assistēti miraculū patefacet. Qd̄ vt ꝑplo cōperit: sbito pōtifici romāo miraculū h⁹ ītimauit. Quo aduenietē: ꝛ stupēte curia sua de tāto ꝓdigio. Statuit p̄dict⁹ pōtifex festū corpis xp̄i per vniuersā xp̄ianitatē singul annis dēre celebrari: Imposuitqꝫ scō Thome de acqno vt offm̄ ō corpore xp̄i ꝯficeret bꝫ vsuꝫ romāe curie. Qd̄ ꝛ fecit Un̄ post ꝯpositōeꝫ p̄dicti officij orāte ipo genib⁹ flexis corā crucifixo. Dn̄s Jesus ei apparēs dixit Bene scripsisti de me Thoma. S

Aliud quoq3 exemplū habet' de btā Clara q̄ cū oraret coram sacro altaris: vt defenderet moniales ab inimicis ɀ ciuitatē Assisij: statī apparuit ibi īfantulus qdā ī tabernaculo di. Ne timeas qsi victoriā hēbis. Portās igit' btā Clara tabernaculū cū corpore xpi: statim oēs inimici pterriti pp pñtiā xpi de muris corruerūt: quoꝝ aliq ceciderūt mortui: alij ḋo effugerūt. Et sic ciuitas Assisij de inimicis īfidelib⁹ victoriā reportauit. Legit' quoq3 in cronicis ordis nři ꝙ dūs btūs Jacob⁹ de Massa laic⁹ seruiret ad missā vidit in hostia ɔsecrata Jesum xp̄m īforma pulcherrimi pueri. Multi quoq3 alij in simili spē: aut carnis ɀ sanguinis viderūt xp̄3. vt igt Tho. in. 4°. di. x°. ɀ in. 3°. pte. sūme. q. 36ᵃ. vt etiā hētur in sūma cōfes. li°. 3°. ti°. 34°. q. 87ᵃ. Aliō exēplū recitat Cesari⁹ v3. ꝙ q̄dā mulier malefica ad faciendū maleficiū accepit corp⁹ xpi cū alijs: ɀ postea ab ore extrahēs ī bursa posuit. Cūq3 venisset domū: fili⁹ ipsi⁹ valde puerulus: statim cepit bursā mřis āplecti ɀ osculari cū tripudio vehemēti. Qd cū vidisset illa malefica īterrogauit q̄ eēt cā tanti gaudij. Rñdit puer. Mr mea bursā vrā3 apui in q̄ pulchrū puerulū vidi arridētē mihi: ɀ ideo ipm amplexat⁹ sum. Stupefacta mulier ad tam grāde miraculū: illico penituit: ɀ confessa de pctō suo penitentiā durā fecit. I

Legit' quoq3 ꝙ in ciuitate Parisius quidā iudei hñtes quādā xpianā nutricē pueroꝝ in domo sua: multis munerib⁹ ɀ pecunijs tādem impetrauerunt ab ea vt eis defferret corp⁹ xpi qd erat acceptura in pascate. Qua pp illa statim vt habuit ī ore hostiā ɔsecratā: extraxit ab ore ɀ portauit iudeis. Illi ḋo statim ɔuocauerūt alios iudeos p totā Frāciā existētes: ɀ sinagogā facientes: surrexit coꝝ pontifex di. Hēmus hic illū traditorē inimicū nřm Jesum xp̄m: de quo volo ꝙ nos vindicem⁹. Statim ergo posuit hostiā ɔsecratam sup mēsam: ɀ singuli accipientes cultellū: cū furore conabant' trāsfodere illā: ipsa vero volabat sup mensam: ɀ non pmittebat se ab aliquo tāgi. Tādem pmisit se ab vno vulnerari: ɀ subito maxima sanguinis copia emanauit: ɀ discurrebat p camerā icessanter. Qua pp timētes iudei ne hoc īnotesceret xpianis: fecerūt foueā in limine dom⁹ sue: ɀ ibi sub terra posuerūt corp⁹ xpi: vt oēs xpiani illuc trāseūtes illud suppeditarent. Cum igit' quadā die inde trāsiret rex Frācie: equus ei⁹ genuflexit in eo loco: ɀ q̄uis verberaret' calcaribus ɀ virgis: nunq̄ voluit surgere: s3 inclinabat caput ī signū reuerētie. Qua pp rex Frācie interrogās q starēt in illa domo: ɀ cognoscēs eos eē iudeos: fecit illos apprehendi: ɀ tormētis eos afficiens reuelerūt totā rei ḋitatē. Unde fecit illos occidi: ɀ pcepit ne in regno suo iudei amplius pmanerēt: cōuocātq3 totū clerū cū epo fecit extrahi consecratā hostiā a terra: que erat adhuc sanguine madefacta: ɀ cū maxima solēnitate illā ad locū debitum deportauerūt. Aliud exēplū hētur in cronicis ordinis nři. s. ꝙ dum sctūs Antoni⁹ de padua Arimini pdicaret: ibi qdā hereticus aderat q male sentiebat de corpore xpi: atq3 in cōtemptū corporis xpi hostias nō ɔsecratas sepi⁹ asino suo pbebat in cibū. Cū ḋo hoc īnotuisset Antonio fidei defensori acerrimo: illū ad se vocatū dure redarguit: veritatēq3 sacri ei fideliter psuasit. Cū ḋo ille ptinax in suo sensu maneret: assereretq3 asinū suū psepe tali cibo fore depastum: cōuenit cum eo Antonius vt de hoc expientia fieret: ɀ p dies tres asinus sine cibo trāsiret. Et die tertia Antonius in foro celebrata missa: ɀ reseruato sacro: illud intra hostias nō cōsecratas reponeret: atq3 illo modo asinus famelicus inuitaret' ad pabulū. Qd cū factū fuisset corā multitudine maxima: animal illud appropinquans sponte in qua erat corp⁹ xpi intra hostias nō cōsecratas reuerēter recondituꝫ ex miraculo dei cognouit dñm suū: ɀ caput ɀ pedes inclinās humiliter adorauit: neq3 cura ei fuit de cibo quo indigebat. Cūq3 ḋberibus ab illo heretico angeretur: traheretq3 ad pastum: semper faciebat vt pus: ob qd ille hereticus ɀ alij q̄ plurimi oī errore deposito ad verā fidē redierūt. Antonius aūt deo grās referēs: sacrm honorifice in loco debito posuit ɀ pseruauit. V

Sed hic rñdendū est qbusdā questionib⁹ hereticoꝝ ad ɔfirmationē pdictoꝝ. Pria autem questio est. Quō pōt eē ꝙ vnū ɀ idem corp⁹ xpi sit ī celo ɀ in terra in eodē tpe: imo in diuersis locis ɀ ptibus mūdi: in qb⁹ quotidie ɀ eade3 hora ɔsecrat' ɀ ɔseruat' in parrochijs sic enī seq̄ret' ƀm eos ꝙ xp̄s hēret plus q̄ mile corpora si in q̄libet hostia ɔsecrata esset verū corpus xpi. Imo plus q̄ centū mile. Cui ego rñdeo ꝙ etiā ƀm naturā nō est impossibile eādē rem simul in eodem tēpore eē in diuersis locis. Nā eadē vox numero simul ɀ semel est in aurib⁹ diuersoꝝ hoīum: ergo multo forti⁹ ḋbū eternū dei pris filius cū sit potetie infinite cui nihil est impossibile: ɀ p qd oīa facta sunt: pōt eē simul ɀ semel in eodē tēpore in celo ɀ in terra ɀ in quolibet sacro altaris. Itē aīa ē tota in qualib3 pte corporis ƀ3 Augustinū. 6°. de tri. ɀ in li°. de spiritu ɀ aīa: ɀ tñ non ē nisi vna Itē eadē silitudo est in speculo ɀ in facie hoīs. Sicut āt eadē silitudo h3 aliu3 modū eēndi in hoīe ɀ in speculo

inspeccabilitta xp̄s aliter in celo.s.modo glorioso
⁊ aliter in sacramento:in quo a nobis non videt̃
in glīa sicut in celo a societate beata. Lux quoqꝫ
solis cū vnica sit:i celo suo relucet ⁊ in pluribus
locis ifenestribus. Similiter natura speciei vna
existens ē in oībus suis idiuiduis. Numeri ꝗqꝫ
xj°.legit̃ ꝙ deꝰ accepit de spiritu Moysi: ⁊ de/
dit septuaginta duobus viris. Nec tamē priua
uit Moysen spiritu:nec spiritū eiꝰ diminuit:cū
indiuisibilis sit omnis spiritus rōnalis. Prete/
rea posito ꝙ impossibile esset naturam idem
corpus eē in diuersis locis in eodem īstanti tpis.
Dico ꝙ cōditor rerū qui dedit naturā ⁊ mēsurā
rebus ac fecit quō voluit:potuit ⁊ pōt hanc na
turā ⁊ mēsurā mutare ⁊ facere idem corpꝰ etiaꝫ
nō glificatū in diuersis locis existere in eodē tē
pore:ut ait Ugo in 2°.de sacra.parte.8ᵃ.c°.xj°.
Unde Heliseꝰ fuit p̄sens qn̄ Giezi accepit mu
nera a Naamā siro.quarti Regū.5°.⁊ tn̄ erat ī
domo sua:⁊ Naamā absēs eo tēpore. Itē beatus
Frontoniꝰ episcopꝰ fuit presens corporaliter exe
quijs sancte Marthe:⁊ tn̄ eius corpus erat ī se
de sua in qua dormiebat dū cātaret̃ missa ī sua
cathedrali ecclesia. Nō autē corporaliter inter/
fuerit sepulture ipsiꝰ sācte:patet q2 ibi reliquit ci
rothecas quas deferebat ī maībꝰ quas cōmen
dauerat sacriste donec officiū sepulture imples/
set. Et similiter sāctus Ambrosiꝰ iterfuit sepul/
ture sci Martini:qui tamē ī sede sua dormiebat
eodē modo ī ecclesia Mediolani. Pōt ēt ad p̄
dicta cōfirmāda dari exēplū de sole q cū sit vnꝰ
⁊ lux eius vna tn̄ in diuersis mūdi fenestris est
eius splendor. Un̄ legit̃ in cronicis nostri ordi/
nis:ꝙ in Alamania erat demoniaca quā tamē
demon pacifice ecclesiā īgredi ⁊ missā audire p/
mittebat. Cū āt vna die sacramētū ī missa leua/
retur:oēsqꝫ ⁊ ēt ipse demon reuerēter adorarēt:
affuit iudeus qdam tūc in ecclesia q solus stās
rectus genuflectere noluit. Quē demon ī facie
cutiēs dixit ei:heu miser:quare nō adoras deuꝫ
verū sacramēto? Et ille. Oh sūt multi dn̄i dei
vri. Nā ī omni altari ē vnꝰ:cū tn̄ sit vnꝰ solus d̄
us. Deute.6°. Demon autē cito arepto cribro po
suit illud ante sperā solis ⁊ dixit iudeo. Nonne
tot apparēt radij quot foramina cribro? ⁊ tn̄
vnꝰ tm̄ ē sol ⁊ nō plura in substātia? Et similiter
in sacramento altaris vnꝰ deus īdiuisibilis est
vbiqꝫ:⁊ ī diuersis locis se fidelibus comunicat.
Quo exemplo iudeus conuictus abijt ⁊ credi/
dit. Tenēdū ē ergo firmiter ꝙ vnū tātū ē corpus
xp̄i licet eodē tēpore ī diuersis locis cōsecret̃ eu
charistia de cōse.di.2ᵃ.c°.ī xp̄o semel.

Secūda q̄stio hereticoꝝ ē. Quomō corpus
xp̄i tā magnū possit cōtineri ⁊ stare sub ho
stia tā parua:⁊ sub quolibet eiꝰ fragmēto. Cui re
spōdeo ꝙ deꝰ sua infinita potētia pōt facere ꝙ
maiꝰ cōtineat̃ sub minori. Et de hoc dant̃ a di/
uersis doctoribus varia exēpla:⁊ qdam exēplifi
cāt de mari. De quo dr̄ Eccl.p°. Oīa flumina in
trāt mare:⁊ mare nō redūdat:⁊ tn̄ locꝰ maris n̄
ē dilatatꝰ a p̄ncipio sue creationis vsqꝫ nūc:⁊
plusq̄ sex milibꝰ annoꝝ oīa flumina ītrauerūt
ipsū mare:nec tn̄ redūdat crescēte aqua ipsius.
ex diuersis pluuijs q̄ sepiꝰ causant̃ ex influentia
syderū ⁊ planetarū:⁊ alijs ex causis. Un̄ ex hoc
cōcludūt maius cōtineri in minori deo sic di/
sponēte. Alij vero dant exēplū de colligētibꝰ mā
na ī deserto ad mēsurā gomor certi vasis. De qui
bꝰ dr̄ Exo.16°. Collegerūt alius plus ⁊ aliꝰ mi/
nus:nec q plus collegerat habuit ampliꝰ:nec q
Imittemus causa breuitatis: quomodo saluator noster postꝙ a matre recessit in monte sion cum discipulis suis agni pascalis cena facta corpis sui sacramentum instituēs: illos comunicauit. Per transibimus etiam silentio: quomodo discipulorum pedes lauit: & sermonem eis fecit: in quo ꝺ proditione Jude & Petri negatione predixit. Illa vero tantummodo declarabimus: que ad maiorem compassionem & gemitum de morte saluatoris nostri: & anxietate matris eius nos inducere possunt. Completis igitur predictis misterijs: surgens a cena dominus noster dixit discipulis suis. Surgite: eamꝰ hinc: ut habetur Joannis. 14°. Stabant enim apostoli velut attoniti propter verba Christi qui eis in cena dixerat ꝙ ab vno eorum debebat tradi ad mortē: proinde verbum excitatiuum emisit di. Surgite eamus. O quantus pauor tunc in eos intrauit: nescientes quo ire deberent: & de eius separatione plurimum formidantes. Cōsidera ergo anima deuota discipulos euntes post eum lachrymantes & dolentes: atꝗ a pectore amara suspiria trahentes: quos benignus magister duxit trans torrentem cedron in villam que dicitur gethsemani: in qua erat hortus ut habetur. Joan. 18°. Et ꝗuis Luce. 22°. & Matth. 26°. dicatur ꝙ exierunt in monte oliuarum: huic non contradicit sed in idem redit: vt ait Augustinus in libro de consensu euangelistarum. Nam torrens cedron est fluuius pluuialis: transiens per vallem Josaphat: inter medium montis oliueti prope torrentem per iactum lapidis. Sicut igitur in horto ꝺ litiarum factum est a primo Adam furtum de fructu arboris interdicte ita ī horto & prope hortum fuit initium & finis satisfactionis: quia ī horto cepit pati secundus Adam Christus & soluit debitum in arbore crucis: unde ipse inquit. Can. 8°. anime peccatrici. Sub arbore mala suscitaui te: ibi corrupta est genitrix tua. Sciebat autem & iudas qui tradebat eum: locum: quia frequenter conuenerat illuc con discipulis suis ut dicitur Joannis decimooctauo. Tunc dixit eis. Sedete hic donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedei cepit cōtristari & mestus esse: & ait illis vt habetur Matthei vigesimosexto. Tristis est anima mea vsꝗ ad mortem. Considerate o deuoti christiani ꝙ benigne dominus orbis tribus illis discipulis aduocatis eos forte amplexando: & nunc supra vnum: nunc supra alium: dexteram extendendo: cum suspirijs & anxietate multa dicebat. Heu filij mei: discipuli mei charissimi. Tristis ē anima mea vsꝗ ad mortē. Que verba ꝭm Nicolaum de lira exponuntur dupliciter. Primo extensiue: quia illa afflictio durauit vsꝗ ad mortem. Secundo intensiue: quia tantum intensa erat: quantū poterat esse. O pium saluatoris verbum: o amabilis vox: o flebilis allocutio. Tristis est anima mea vsꝗ ad mortem: idest tanta tribulatione & anxietate: ꝙ est mihi quasi mors.

H

Post hec autem verba dixit eis. Sustinete hic & vigilate mecū. Et auulsus est ab eis quantum est iactus lapidis: & procidit in faciē suam orans & dicens. Pater mi si possibile est: transeat a me calix iste. Que verba ꝭm doctores emanauerunt ab affectione sensualitatis: que tā horribilem timebat passionem. Et de hoc timore prophetauerat Dauid in persona christi. ps°. quinquagesimoquarto dicens. Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me. Post que verba subiunxit saluator. Veruntamen non sicut ego volo: sed sicut tu. Que verba emanauerunt a voluntate rationis. In quibus ut ait Augustinus docuit humanā voluntatem diuine voluntati debere conformari. Finita vero oratione: venit ad discipulos suos & inuenit eos dormientes: & dixit Petro. Sic non potuisti vna hora vigilare mecū: quasi diceret. Ubi est feruor tuus o Petre: qui pauloante mori volebas pro me: & per modicum tempus non potuisti mecum vigilare? Deinde omnibus intulit dicens. Vigilate & orate mecum. Et secundo abijt & orauit dicēs. Pater mi: si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat volūtas tua: quasi diceret. Licet o pater amantissime. Horribili atꝗ terribili valde me subijcias passioni: qꝛ in capite libri scriptum est de me: vt facerem voluntatem tuam: sicut predixit Dauid psalmo trigesimooctauo. Fiat sanctissimum beneplacitum tuum. Veruntamen ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum domine deus salutis mee. Quia

repleta est malis anima mea et vita mea morti appropinquauit.

I

Post hec autem verba iterum ad discipulos venit. Et ut dicitur Matthei. 26°. inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati: et ignorabant quid responderent ei. unde Bernardus ait. O magna confusio. Nam ardentius desiderant seculares perniciosa: quam nos vtilia: alacrius ipsi currunt ad mortem quam nos ad vitam. Cum enim discurreret cum sollicitudine tradendi christum ipse iudas: tunc discipuli somno grauabantur. Tertio abijt relictis illis: et iterum orauit eundem sermonem dicens. secundum Matth. vbi supra. Et ut dicitur Luce. 22°. factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. O bone Jesu: iam pro me incipis effundere tuum sanguinem preciosum. Considera igitur anima deuota: quod tunc fuerunt presentata anime Christi omnia que ventura erant super eum: ita ut totus sanguis relictis membris ad cor recurreret. Ratio vero et sensualitas inuicem contendebant: siue amor et timor quia ratio cum charitate volebat ipsum mori. Sensualitas autem cum timore recusabat. Sed charitas victa cum ratione vincentes sensualitatem: cum tanto impetu intrauerunt ad cor: quod expulerunt formidinem. Charitas enim foras emittit timorem. primo c°. Jo. anis. 4°. et 23ª. q. 4ª. c°. quis nos. Et ita intumefacere fecerunt cor illius: quod totum sanguinem qui ad illud cucurrerat: ex timore expulsum ab eo discurrere fecerunt per omnia membra: que ita calefacta fuerunt: quod aptis omnibus poris: sudor sanguinis decurrebat in terram. Ideo Augustinus in sermone quodam loquens cum domino Jesu sic inquit. Angustias quidem anime et carnis tue domine Jesu indicat sudor ille sanguineus: qui orationis tempore de sanctissima carne tua guttatim decurrebat in terram. Unde enim anime tue tam vehemens timor? vnde tanti sudoris anxietas: et tam anxia supplicatio? Sed propterea hoc agere voluisti vt maioris erga [illegible] amoris stimulos habere mus: hec ille.

K

Cum autem sic oraret: vt dicitur Luce. 22°. apparuit illi angelus de celo confortans eum. Hec autem apparitio secundum Nicolaum de lira fuit in visione corporali. Ex quo ostenditur quod in eo erat vera humanitas que confortabatur contra tristitiam insurgentem in parte sensuali ex consideratione mortis imminentis. Ex quo etiam apparet vehementia doloris christi in sua oratione. Tam vrgens enim erat dolor eius et immensa afflictio vt angelus ad eum confortandum mitteretur. Cum ergo in tantis anxietatibus oraret: ecce angelus domini princeps celestis militie michael affuit: confortans eum et dicens. Salue te domine Jesu. Orationem et sudorem vestrum sanguineum: patri vestro obtuli in conspectu totius curie superne: et omnes supplicauimus vt calicem hunc transferret a vobis. Et respondit. Nouit: nouit: filius meus Jesus: quia redemptio humani generis quam sic optamus: sine effusione sanguinis sui sic decenter fieri non potest. Et ideo si salutem vult animarum: oportet eum pro ipsis mori. Tunc respondit Jesus angelo. Salutem animarum volo: et iccirco mori decerno. O amor indicibilis: o amor incomparabilis: vt dei filius eligat potius mori: quam perdatur genus humanum. Et ait angelus ad eum. Confortamini igitur et viriliter agite. Excelsum enim decet magnifica facere: et magnanimum ardua strenue tollerare. Cito transibunt penosa: et perpetuo gloriosa succedent. Tunc ergo exurgens dominus aliqualiter confortatus et videns in spiritu iudam antecedentem turbam: et ad ipsum capiendum venientem: reuertit iterum ad discipulos totus sanguine madefactus. O anima deuota: inspice mentali oculo Jesum vultum suum tergentem atque discipulis suis dicentem. Dormite iam et requiescite. Inuenit enim iterum ipsos dormientes. O verus amor. Uere cum dilexisset suos in finem dilexit eos. Nam in tanta positus anxietate procurabat eorum quietem: videbat a longe aduersarios suos venientes cum facibus et armis: nec tamen discipulos excitauit: nisi quando prope et iuxta eos fuerunt. Tunc autem dixit illis. Sufficit: venit hora: et filius hominis tradetur in manus peccatorum. Satis dormistis. Ecce qui me tradet appropinquat. Adhuc eo loquente: ut dicitur Matthei vigesimo sexto. Ecce iudas vnus de duodecim: et cum eo turba multa cum gladijs et fustibus missi a sacerdotibus et senioribus populi. Qui autem tradidit eum: dedit illis signum dicens. Quemcunque osculatus fuero ipse est: tenete eum: et ducite caute. Preuenit ergo iudas pessimus mercator ne appareret: quod esset ipse de consortio malorum. Et eis dedit hoc signum. Primo quia mos erat discipulis in recessu a christo benedictionem recipere: in reuersione vero osculum pacis. Secundo vero quia Jesus similabatur Jacobo minori: ne vnus pro alio caperetur. Tertio ne posset aliquo modo aufugere: et ne in

dei videre̅tur in eius transfiguratione. II
Venit igit͛ iudas vt dr̄ Matth. 26°. ꝛ salu/
tans eū dixit. Aue rabi: ꝛ osculatus eū euз.
Et verificata fuit ꝓphetia Jere. 9°. c°. di. Ore suo
pacez cū amico suo loquitur: ꝛ occulte ponit ei in
sidias. Dixitq; illi Jesus. Amice ad quid venisti?
Osculo filium hoīs tradis? vt habet͛ Luce. 22°.
quasi diceret. O iuda amice mi: quē ego tantope
re dilexi: quē ad apostolatum vocaui: cui familia
rem me dedi: cuius pedes in cena genuflexus la/
ui: ꝛ osculatus sum: cui corpus meū tradidi: cui
nunq̄ displicui: quē nunq̄ offendi: quare venis
ad ꝑdendum patrem: ad extinguendum lucem:
ad vitam negandum: ad magistrum ꝛ ad pasto
rem tuū occidendū? Licet autez tanta in me ma
la cómiseris: tamē reuertere ad me ꝛ ego susci/
piam te. O vere benignissimum ꝛ mansuetis/
simuз dominū: qui licet doleret de iniuria quā si/
bi inferebat iudas magis tamen affligebatur de
dānatione eius. Contra quē proditorez exclamat
Bernardus. O iuda hoīuз imanissime: tu cito
te dānationi perpetue mācipasti: duз dicis magi/
stro tuo. Aue: magistruз vocas mētito ore: cuius
doctrinam ꝛ correctionez totaliter contempsisti:
mel portas in ore: ꝛ amaritudinē ac venenum in
corde. Sciens autez Jesus omnia que ventura
erant super euз: processit obuiaз iudeis ad se ca/
piendum venientibus: ꝛ dixit ad eos: vt habetur
Joānis. 18°. Quē queritis? Et hoc fecit vt osten/
deret se voluntarie pati. Et verificaret͛ illud Jsa.
53°. c°. Oblatus est: quia ipse voluit. Responde/
runt autē illi. Jesum nazarenuз. Quibus cū do/
minus respōdisset: Ego sum: omnes abierunt re
trorsum: ꝛ ceciderūt in terrā. Et verificatum fuit
illud psalmi. 26. Qui tribulāt me inimici mei:
ipsi īfirmati sunt ꝛ ceciderūt. vnde Augustinus
īquit. Uox sola turbaз odiis ferocez: armis terribi
lem: sine vllo tello percussit: repulit: ꝛ strauit: vir/
tute diuinitatis latentis. Quid iudicaturus fa/
ciet: si iudicādus hoc fecit? Quid regnaturus po/
terit: qui moriturus hoc potuit? Jteз autem īter
rogauit eos dicens. Queз queritis? Jlli autē di/
xerunt. Jesum nazarenuз. Respondit Jesus. Di/
xi vobis: quia ego sum? Si ergo me queritis: sini
te hos abire. Tunc accesserunt: vt dicit͛ Matth.
26°. ꝛ manus iniecerūt in Jesum: ꝛ tenuerūt eū.
Hic ꝑteribimus silentio: quomodo beatus Pe
trus habens gladiū percussit pontificis seruum:
cui nomē Malcus: ꝛ abscidit auriculam eius:
quā tangens dominus Jesus sanauit euз: vt di/
citur Joā. 18°. Tunc ergo capto magistro suo: di/
scipuli omnes relicto eo fugerunt. Et sic adim
pleta fuit prophetia Zacharie. 13°. di. Percutiaз
pastorem ꝛ dispgentur oues gregis. Quod con
siderans deuotus Bernardus exclamat di. O bo
ne Jesu: o pie: benigne: misericors: curialis ꝛ larges
Ubi sunt misericordie tue? Nullus est qui tui mi/
sereat͛. Ubi sunt infirmi quos sanasti ꝛ curasti?
Nullus associat. Ubi sūt mulieres ꝛ homies:
quos de quinq; panibus saturasti? Nullus est q
te recognoscat. Ubi sūt beneficia que apostolis cō
tulisti? Ecce iaз te oēs derelinquūt: hec ille. Ado/
lescens autē qdam vt dicit͛ Matth. 14°. seque/
bat͛ dominū Jesum amictꝰ sindone super nudo
ꝛ tenuerunt eū. At ille relicta sindone nudus pro
fugit ab eis. Qui licet a qbusdaз dicat͛ fuisse Ja
cobus minor: tamē ſm Gregoriū ꝛ Bedam fuit
Joānes euangelista. Rogauerat n. illū beata vir
go vt ei annūciare festinaret: quecūq; super filium
suū accidere videret. Currebat igitur beatus Jo
annes altas ad sydera voces emittens: quas a
longe audiens mater Jesu: ꝛ ipsa vehementer la
chrymare cepit. Erat enim vt creditur ad fene/
stram domus auscultās: si aliquos clamores au/
diret. Sciebat enim q̄ illa nocte filius suus debe
bat a iudeis apprehendi. Cum ergo descendere
vellet ad aperiendum Joāni ianuam: ꝛ pre de/
bilitate incedere non valeret: venit Joannes ad
ostium pulsans ꝛ lachrymosis vocibus dicens.
Corre matre di dolore:
E vederai el grande errore:
Che hano preso el tuo amore:
E duramente macerato.
Corre matre non tardare:
Che lhano preso per menare:
Uoranlo credo cōdemnare:
Como latro e ligato.
Respondit autem beata virgo.
Questo como esser poria:
De Jesu christo spanza mia:
Che non fece mai folia:
E non lebbe mai pensata?
Cui dixit beatus Joānes.
O maria e le tradito:
Juda falso lha venduto:
Trenta dinari nha receuuto:
Hane facto gran merchato.
Tunc mestissima mater reuoluens ad Ma/
gdalenam ait.
Deh soccorrime Magdalena:
Acompagnia la mia pena:
Che lo mio fiol si mena:

Al patir la morte indegna.

Quibus dictis beata virgo velut mortua cecidit in terram: Sed beati Joannis et Magdalene ac Marthe dulcibus verbis: atque exhortationibus aliquantulum mitigata: cum tamen deficientibus sibi viribus ex dolore incedere non posset. Rogauit illam b. Joannes vt eum ad videndum finem magistri sui currere permitteret: promittens ei quod ante condemnationem eius ad mortem ad eam reuerteretur. Cui tandem consentiens beata virgo in eodem loco doloribus plena remansit.

¶ Septimus dolor beate virginis in filij sui deductione. M

c Captus igitur Jesus a turbis ligatus est ab eis: et maximis penis afflictus. O flebile spectaculum: o dolendum malum: o lachrymabile factum: videre illos crudelissimos iudeos leonum more contra dominum Jesum frementes et rugientes. Alij ceperunt eum per capillos suos: et violenter in terram proiecerunt: alij gratiosas manus eius capientes retro verterunt: alij funibus duris illas ligauerunt: alij cathenam collo eius imposuerunt: alij contumeliosis verbis iniuriabantur sibi: alij denique pugnis et pomis suorum ensium percusserunt eum. Quid audis o anima mea? Nonne hic est rex angelorum? Nonne hic est Jesus dei et virginis filius? Nonne est creator et redemptor tuus? Cur ergo non ploras cur non clamas ad sydera? O Jesu mi: salus anime mee: profecto nunc adimples quod scriptum est per Isa. prophetam. 53°. c°. sui libri dicens. Vere langores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum: et liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus: et dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Considera igitur o anima deuota quomodo ducitur ab illis nequissimis de torrente sursum versus hierusalem per illum montem petrosum: pedibus discalciatis: capite discooperto: inclinatus ex fatigatione: et vehementi acceleratione incedens. Dicit autem Damascenus: vt pie credendum est: quod ducentes eum cum fune ad collum siue cathena: cum magna festinatione: manibus post terga ligatis: fecerunt eum cespitantem cadere cum transiret torrentem cedron: et super illis lapidibus ore contundi: ita vt fracto ore et facie sanguis conflueret. Et tunc verificatum fuit illud psalmi. 109. De torrente in via bibit: propterea exaltauit caput. Dicit etiam Damascenus: quod propter tonsiones lapidum: quia nox erat et rabide violenterque trahebant eum: pedes eius et tibie ita confracte sunt: vt sanguis vndique emanaret. Nullus vero erat qui in tantis calamitatibus constituto auxilium preberet. Et tunc verificatum fuit illud Isa. 63°. Circumspexi et non erat auxiliator: quesiui et non erat qui adiuuaret. Et psalmo. 68° inquit Dauid in persona christi. Sustinui qui simul contristaretur et non fuit: et qui consolaretur et non inueni. Et psalmo 141°. iterum ait. Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me. Et in hoc causabatur maximus dolor ipsius. Nam vt dicitur C. de apostatis. l. hi qui. grauior pena est conuersari inter homines et eorum carere suffragijs: quam procul ab hominibus existentem ipsorum solacium non sentire. Et ideo proculdubio graue fuit christum in terra iudeorum quasi eum peculiari populo singulariter electo conuersari benefaciendo: et non solum carere eorum suffragijs: et ab omnibus amicis derelinqui: sed ab illo ingratissimo populo sic vituperose et crudeliter tractari. Considerate o deuoti christiani totam ciuitatem commotam et discipulos amaricatos et tristes: hinc inde fugientes: et ad celum voces lachrymosas emittentes et dicentes. O bone Jesu quid facient sine magistro discipuli? Quis a luporum rabie defendet oues percusso pastore? Sic igitur vinctum deduxerunt perfidi iudei dominum Jesum ad domum antiquioris pontificis scilicet Anne qui erat socer caiphe: vt dicitur Joannis decimooctauo. Quod fecerunt primo ob reuerentiam ipsius quia erat senior. Secundo quia domum eius prius inuenerunt iuxta quam transibant. Tertio quia volebant eum ibi melius ligare: et se alijs socijs roborare ne sibi caperetur. Quarto vt eum in pluribus locis vituperarent. Beda vero aliam assignat rationem dicens: quod forte diuinitus factum est: vt qui erat affines sanguine sociarentur in scelere. Interrogatus igitur dominus Jesus ab Anna de discipulis et doctrina sua: quia discipuli aufugerant: solum de doctrina dedit responsum dicens. Ego palam semper docui in sinagoga et in templo: quo omnes iudei conueniunt: et in occulto locutus sum nihil: quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt. Ipsi enim sciunt quid dixerim ego. Quod cum dixisset: vnus assistens ministrorum dedit alapam Jesu dicens. Sic respondes pontifici? Hic autem vt dicunt aliqui: erat ille cuius

auriculā ipse sanauerat. Et iō dicit Chriso. O q̃ nepharia pcussio: quid hac alapha stulti⁹ z in decētius? Tunc verificatū est illud qđ scriptū est Michee.5°. Percutiēt maxillā iudicis isrł. Et Treñ.3°.c°.dī de xp̄o. Dabit pcutiēti se maxillā: saturabit opprobriis. Rñdit aūt illi seruo dominus hūiliter dicēs. Si male locut⁹ sum: testimoniū phibe de malo: si aūt bñ qđ me cedis? O admiranda patiētia mansuetissimi Jesu q pcussus in faciē ictu graui manuq; furibūda: adeo vt bʒ quosdā dentes oris eius remouerent: z os eius sanguinē expueret: nihil tamē cōtumeliose locutus est illi: sed solū innocētiā suā deffendit. Quā dñi minsiūm i rīsionē considerans Aug. in quodā sermōe inqt. Quid hac rīsione veri⁹? Quid māsuetius z iustius? O magna dñi patiētia: o inaudita hūilitas: o ineffabilis māsuetudo: q̄ nec se excusauit: nec ipsum dire verberantem puniuit. Considera ergo aīa deuota: q ibi illi pfidi iudei diuersis dñm Jesū affligere suppliciis. In qua quidē domo Anne cū esset Joānes intrauit: vt dī Joannis.18°.c°. z possumus deuote meditari q videns eū sic afflictū z denuo ligari vt ducere tur ad Caiphā principē sacerdotū: cucurrit ad annūciandū beate virgini: ut eā associaret ad videndū filiū suū antequā moreretur. Quā cum semimortuā reperisset videns q illa secū pergere ñ posset: imo nec se mouere a stratu in quo iacebat ex maxima anxietate: cū licentia eius perrexit ad videndū si dño suo tam afflicto aliquid adiutoris ipendere valeret: itez pmittens beate virgini q quāprimū determinationē iudeoꝝ de filio suo intelligeret illi ꝓtinus nūciare festinaret.

¶ Octau⁹ dolor btē vgīs i filij sui accusatōe. Misit igr̃ Annas dñm Jesum ligatū ad caiphā generū suū: qui erat pontifex anni illi⁹: vbi scribe z pharisei cōuenerāt: vt dr̃ Mat.26°. Sed hic silentio preteribimus breuitatis cā qualiter Petrus antequā gallus cantaret ter xp̄z negauit. Et quō respexit eū dñs Jesus: z ipse egressus foras fleuit amare. Principes igr̃ sacerdotū z oē cōcilium querebāt falsum testimoniū ɔtra Jesum vt eū morti traderent z occiderēt: sicut dr̃ Mat. 26°. Et hoc ꝓphātum fuerat. ps°.36°. vbi dicit. Surgentes testes iniqui que ignorabā interrogabant me. Cum aūt multos falsos testes adduxissent: nō inueniebāt cām mortis in eo. Reffert.n. Nicodemus in euangelio suo: q aliqui ex eis testibus adductis ɔ xp̄m spū scō coacti: dixerunt. Nos vidimus eū miracula facientē. Alij aūt dixerunt, Nos audiuimus eū verba veritatis predicantē: z sīlia plerīq; locuti sunt: deo mouēte linguam eorum contra voluntatem ipsorum. Nouissime autem venerunt duo falsi testes dicētes. Hic dixit: possum destruere templum dei: z post triduum reedificare illud. Sed cum non esset conueniens testimonium eorum: z Jesus nihil ad ea respondisset. Princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per deum viuum: vt dicas nobis si tu es christus filius dei viui. Respondit illi Jesus. Tu dixisti. Uerūtamē dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei: z venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotuʒ scidit vestimēta sua dicēs. Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiā: quid vobis vr̃? Scidit aūt vestimenta sua bʒ Chrisostomū ut accusationem christi redderet grauiorē. Illi vero pfidi iudei frementes z rabie pleni cū pontifice suo dixerūt. Reus est mortis tanq̄ malefactor: seductor z blasphemus: statimq; fecerunt illud quod inquit Bernardus di. Uultum tuuʒ domine Jesu desiderabilem: in quē desiderāt angeli prospicere: sputis inquinauerūt: manibus percusserūt: alapas dantes z dicentes: prophetiza nobis xp̄e quis est qui te percussit? Et ut inquit Marcus c°.14°. Uellauerunt faciem eius z hoc fecerūt bʒ aliquos: ne videntes gratiosissimā z dignissimaʒ faciem eius pietate mouerent. Et postea per totam istam noctem ligatum z maceratū derisionibus z opprobrijs vexauerunt: z in manib⁹ famulorum z seruoꝝ flagellandū z cruciandum reliquerunt. Et dicunt nōnulli q post flagella durissima: eum sic vulneratum proiecerunt in dolium aque frigide: vt sic omnes cruciatus suos renouarent: vnde in persona sua dixerat Dauid. ps°. 68°. Saluum me fac deus: quoniā intrauerunt aque vsq; ad animā meam. Infixus sum i limo profundi: z non est substantia. Sed vbi es o maria? An ignoras que circa dilectum filium tuuʒ geruntur? Dicunt quidam deuoti q postq̄ beatus Joannes vidit dominum Jesum sic crudeliter maceratum: dubitans ne pre doloribus deficeret z moreretur: cucurrit velociter in bethaniā vbi erat planctus indicibilis. Sed per ipsuʒ clamor z vlulatus factus est magn⁹: pulsans nāq; ad ostium a virgine orante: tremente: z attonita auditus est. Cui cum Magdalena apperuisset ostiū: Joannes eiulans: flēs z lachrymās dixit.

Da capo ai pedi e vulnerato:
Tuto el corpo he impiagato:
Sei milia sei cento setanta sei
Mortal feride ho numerato.

Quibus auditis beata virgo: licet debilissima tamen vires sibi prestante animo: rogauit Magdalenam ⁊ Martham ut eam ducerent ad videndum filium suum. Joanne ergo antecedente cum lucerna in manu ipsa apodiata Marie ⁊ Marthe illarum sustentationibus ferebatur. Cum autem hierusalem ingressa esset inueniens quosdam interrogauit eos dicens: illud Canti. 3°. caplo. Num quem diligit anima mea vidistis? Illi autem responderunt illud quod scriptū est Canti. 5°. c°. Qualis est dilectus tuus: o pulcherrima mulierum: quia sic adiurasti nos? Illa autem dixit. Dilectus meus candidus est ⁊ rubicundus: pulcher ⁊ decorus: electus ex milib9. Cui illi responderunt illud Isaie. 53°. Vidimus eum ⁊ non erat aspectus: sed quasi ascondit9 est vultus eius ⁊ despectus: vnde nec reputauimus eum. Cum autem ex tali responsione magis anxia anteiret beata virgo: ecce alius discipulus q ut qdā dicūt fuit Jacobus minor: cū maria festinatiōe currēs beatāq; virginē inueniens dixit.

Corrite presto matre sgratiata:
Ho gran paura nol trouareti viuo.
Tuta la carne li hano straciata.
Non pare essorma de vita priuo:
Tuti li discipuli lhano habandonato:
Juda el tradite Pietro lha negato.

Pergēs ergo lachrymosa mater per ciuitatem illis quos obuiam habebat cum suspirijs dicebat.

Piatosa gente hareste voi veduto:
El mio dolce fiol Jesu dilecto.
Che dicto mhe che qua dentro e venuto?
Como latrone si ligato stretto:
Se le alcun che sapia doue el sia.
Vor linsegnati a me trista maria. O

IN his ergo locutionibus ⁊ inquisitionibus dum affligeretur beata virgo: ecce qꝫ ut quidam deuoti dicunt: ventus vehemens extinxit lumen quod portabat Joannes ante virginem. Cum autem audisset quosdam ictus ⁊ percussiones fieri in quodaz apotheca cuiusdam fabri lignarij volentes accendere lumen percusserunt ad ostium. Quo aperto vidit mestissima mater tres cruces ibi paratas: vnamq; alijs altiorem statimq; quod fiendum erat intelligens ac dubitans illam crucem magnam filio suo preparari volensq; melius certificari interrogauit fabrum qua ex causa tres illas cruces preparasset. Cui ille respondit. Tres latrones occidere hoc mane statuerunt iudei: quorum princeps est quidam qui dicitur xp̄s: pro quo hec magna crux ꝑpara est. O pijssima virgo: quā amar9 ac crudelis fuit tibi nunciatus iste. O deuoti christiani flete cum maria. Nam vt dicunt quidam, dolorosa mater hoc audito cecidit ad terram: tantūq; fleuit: vt oculis eius sanguis viuus effluret: verumtamen cupiens ante mortem amplecti filiū suū: melius qꝫ potuit fecit se a Magdalena ⁊ Martha ad domū caiphe deduci. Cūq; ostiū apertū inspiceret filiū suū i medio curie flagellari: ac diuersis supplicijs affligi exclamauit dicens. O fili mi dulcissime quare tibi hec faciūt illi canes impudentissimi? Tu es filius dei: quez de spiritu sancto concepi: quē adorāt angeli: ⁊ isti ꝑfidi iudei te tāq; malefactorem occidere non timent. O lumen oculoruz meoruz: o spes ⁊ solacium vite mee: o gaudium ⁊ iocunditas mea: fac ⁊ me mori tecū. In his ⁊ similibus suspirijs cuz affligeretur dolentissima mater filij sui dolorem augēdo: ab ostio domus cū verberibus ⁊ opprobrijs ab illis ꝑfidis iudeis repellebatur. Mane autez facto cuz duceretur domin9 Jesus ad domuz pillati: expectauit beata virgo filiuz suuz per quādaz uiaz transiturū quē cū vidisset lachrymosis oculis intuens in euz dixit.

O fiolo amoroso ziglio:
Fiolo chi dara consiglio
Al mio core angustiato?
O fiolo mio iocundo:
Fiolo perche non respondi:
A quella che tha lactato?
O fiolo e son dolente:
De facia relucente:
Che sputata crudelmente.

Cui compatiens pijssimus filius vix pre teneritudine loqui valens: submissa voce respondit.

Matre mia benedicta:
Tanto te vedo afflicta:
Che semi vna sagitta:
Che il cor mi ha passato.
Non pianger matre mia:
Il tuo pianto e pena mia.
Supporta in sin che sia:
Da morte resuscitato,

Aductus est igitur domin9 Jesus ad domū pillati: sed perfidi iudei in pretoriuz intrare noluerunt: vt non contaminarentur cohabitatione hominis gentilis. Sed vt mundi manducarent pascha. Super que admirans Augustinus inquit. O impia cecitas iudeorum: in pretorium intrare timebant: ⁊ fratris innocētis sanguinez effundere non timebāt. Sub habitaculo contaminantur alieno: ⁊ non contaminantur scelere pro

pdo. Et cũ igit pillatus ad iudeos inquit. Quã accusationez affertis aduersus hominem istuz? Qui riderũt. Si nõ esset hic malefactor: nõ tibi tradidissem⁹ eũ. Hec aũt pnũciata fuerãt ps°.21°. vbi ipsona xpi dr. Circũdederũt me canes mul ti: cõciliuz malignãtiuz obsedit me. Aperuerunt super me os suũ: sicut leo rapiens ⁊ rugiens. Et psalmo.3°. Domine quid multiplicati sunt [illegible] tri bulant me? multi insurgunt aduersum me. Et psalmo.40. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mi hi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me.

P

Accusabãt ergo illuz iudei dicentes. Hunc inuenimus. Pmo subuertentẽ gentẽ nostrã: Secundo prohibentẽ tributũ dari cesari: Tertio dicentẽ se filiũ dei ⁊ regẽ iudeoruz. Cũ autẽ dice ret pillatus. Accipite euz vos: ⁊ bm legẽ vestraz iudicate. Responderunt. Nobis nõ licet interfi cere quẽquã. Ex quo demonstrabãt ꝙ volebãt eũ occidi. Romani eniz aliqua minora permitte bant iudeos iudicare: sed sibi reseruabãt causam sanguinis ⁊ mortis: vt iquit Nicolaus de lira su per Joãnis.18°.c°. Et ideo pillatus nolẽs christũ occidi: quẽ sciebat innocentẽ volebat euz a iude [illegible] iudicari. Illi vero morti eius insidiantes: que rebant a pillato mortis sententiaz contra eũ pro mulgari. Sed hic omissis multis contentionib⁹: inter iudeos ⁊ pillatuz factis: quibusdãqz inter rogationibus quas christo pillatus fecit. Reuer tamur [illegible] beataz virginez mariã: coraz pillato cũ filius eius accusaretur astantẽ. O ꝙ̃ gelidu z tũc factuz est cor virginis: quantoqz dolore repleta ẽ anima eius: cuz videbat maledictos iudeos tan tis falsitatibus filiuz suũ accusantes: ac mortem eius omni conamine procurantes. Exclama bat autez e dicebat. O proditores: iniqui: mẽda ces: ⁊ perfidi iudei: quid mali vnꝙ̃ fecit: hic fili us meus innocẽs: purus: impollutus: immacula tus: ⁊ virtutibus plenus? O ingrata gens: quid boni tibi facere potuit ⁊ non fecit? Cecos tuos il luminauit: leprosos mũdauit: paralyticos cura uit: infirmos sanauit: ⁊ demões effugauit: ac mor tuos suscitauit. Quare ergo illius necẽ queris? Heccine reddis dño tuo popule stulte ⁊ insipiẽs.

O popul scognoscente maligno e scelerato:
Per qual casone voi chel me dilecto fio:
Il quale mai non fece alcun peccato:
Sia occiso como iniquo e rio?
O preside pillato deh habia pietade:
A questa pouera matre che altro ben non tene:
Senõ questo fiolo pieno di charitade:
Il qual p ben seruire tanti mali sustene.

Exclamabat quoqz ipsa benedicta xgo di. O in felicissima mater: o mulier tribulatissima: o geni trix oi dolore replet issima: que video dilectuz fi liuz meũ iniuste accusatuz: defendere nõ possum: iniquissime calũniatuz ⁊ adiuuare nequeo. Mi serere mei saltẽ tu o pillate. Redde mihi vnigeni [illegible] filiuz meũ ab his sceleratissimis iudeis tã cru deliter maceratũ: quod si eũ condemnare delibe ras: eãdem ⁊ de hac misera matre sententiã profe rens: anteꝙ̃ dulcissimum filium meum occidi permittas prius hanc infelicem matrẽ eius inter fice.

¶ Nonus dolor beate virginis: in filij sui illusio ne.

Q

Ostꝙ̃ pillatus diligenter examinauit oẽs accusatões cõtra dominũ Jesum adductas: dixit iudeis sicut scriptum est Joãnis.18°. Ego nullã inuenio cau sam in homine isto. At illi furibũda voce clama bant. Cõmouit vniuersuz populũ: incipiẽs a ga lilea vsqz huc. Audiens autẽ pillatus galileam nominari: ⁊ itelligens euz esse de herodis potesta te remisit illuz ad herodem: qui ⁊ ipse erat ĩhiero solimis illis diebus: propter festũ parasceuẽ. He rodes autem viso Jesu gauisus est valde. Erat enĩ ex multo tẽpore cupiens videre eũ: eo ꝙ au dierat multa de eo: ⁊ sperabat signum aliquod vi dere ab illo fieri. Interrogabat autez euz multis sermonibus: vt dicit Luce.23°. Dicit deuot⁹ An selmus ꝙ iterrogabat si erat ille quẽ pater suus ab infantia voluit occidere: ⁊ propter quẽ inno centes occiderat. Interrogabat etiã si ipse Laza rum resuscitauerat. Itez rogabat eũ: vt aliquod miraculum faceret. At ipse nihil respondit: tum quia curiose petebat: tum ne impediret eius pas sionem. Nam promittebat eum liberare si ad eius nutum aliquod signum fecisset. Stabat igi tur iustus coram peccatore: agnus mansuetus coram lupo rapace: Jesus christus coram hero de crudeli. Stabant autem ⁊ principes sacerdo tum ⁊ scribe constanter accusantes eum vt di citur Luce vbi supra. Et tunc adimpletũ fuit il lud psalmi.37. Qui iuxta me erant de longe ste terunt: ⁊ vim faciebant qui querebant animam meaz. Ego autez taꝙ̃ surdus non audiebaz: ⁊ sicut mutus non apperiens os suuz. Videns igi tur herodes ꝙ nec miraculũ: nec verbũ ab eo ha bere poterat: et hoc reputans eũ stultũ spreuit il lum cũ exercitu suo: ⁊ illusit eũ: ac fecit in maiorẽ derisionẽ indui veste alba: ⁊ remisit eum pillato:

Et ꝓpter hoc facti sũt amici herodes ⁊ pillat⁹ il/
li die: nã ante inimici erãt ad inuicẽ. Et verifica/
ta fuit ꝓphetia psalmi scdi. di. Astiterũt reges ter
re ⁊ ꝑncipes cõuenerunt in vnũ: aduersuz dñm
⁊ aduersus xp̃m eius. R

Onsiderate igit̃ deuoti xp̃iani: qualiter do
minus noster Jesus xp̃s totã ciuitatẽ velut
amens deducit̃: irridet̃: ⁊ illudit̃. Et tũc ipleta est
ꝓphetia Dauid in ꝑsona xp̃i ps̃°. 21°. di. Oẽs vi
dentes me deriserũt me: locuti sũt labijs ⁊ moue/
rũt caput. Itẽ ꝓphetia psalmi. 68. di. Propter te
sustinui opprobriũ: operuit ↄfusio faciẽ meã. Et ibi
dẽ. Factus suz illis in parabolã. Aduersuz me lo
quebant̃ q sedebãt in porta: ⁊ in me psallebant q
bibebãt vinũ. Et Abdie primo di xp̃o. Illuserũt ti/
bi viri federis tui: oẽs viri tui illusores. Proce/
debat ergo celoꝝ rex sic vituperatus demisso ac ve/
recũdo vultu: ⁊ diuz clamores: cõuicia: ac subsa
nationes: ⁊ lapidũ ꝑcussiones: ac imundiciaruz
infectiones patiẽtissime tollerabat. Seq̃bat̃ illũ
mestissima mater: ⁊ lachrymas amarissimas ef/
fundẽs exclamabat dicẽs. O fili mi charissime:
tu q es sapiẽtia dei p̃ris: vt stultus ab oĩbus irri
deris: tu q scientia angeloꝝ demẽs reputaris.
Tu q es vera philosophia oĩum gentiũ: tãq̃ mẽ
tecaptus a cũctis reprobaris. Dñs vero Jesus
sic cõfusus cũ maximo dolore intuebat̃ matrem
suã ondens in se verificatũ esse illud dictuz psal/
miste. Tota die verecũdia mea cõtra me est: ⁊ cõ
fusio faciei mee cooperuit me.

O anima deuota pensa e stima.
Apri del core e de la mente gliochij.
Guarda maria che tutta se destima.

¶ Decimus dolor beate virginis in filij sui flagel
latione ⁊ coronatione. S

Educto igit̃ dño Jesu iteꝝ ad pillatũ:
valde cõtristatus est pillatus q̧ hero
des illũ remisisset ad eũ. Vocans autẽ
ꝑncipes sacerdotũ ⁊ scribas: dixit ad
illos illð qð scriptũ est Luce. 23°. Obtulistis mi
hi hoiem hũc tãq̃ auertentẽ populuz: ⁊ ecce ego
corã vobis interrogans nullã cãm inuenio in hoie
isto: ex his in qb⁹ eũ accusatis. Sz neq̧ herodes.
Nã remisi illũ ad nos: ⁊ ecce nihil dignũ morte
actũ est ei. Est autẽ consuetudo vt vnũ vinctũ di
mittã vobis in pasca: vultis ergo dimittã vobis
regẽ iudeoꝝ? Sciebat. n. q̧ ꝑ inuidiã tradidissent
eũ sũmi sacerdotes: vt dicit̃ Marci. 15°. Prin/
cipes autẽ sacerdotũ ⁊ seniores suaserunt populo
vt peterẽt barabã: Jesum vero ꝑderent. Erat aũt
barabas latro: q ꝓpter seditionẽ ⁊ homicidium
missus fuerat in carcerẽ. Dicẽte ergo ꝓside. Quẽ
vultis de duob⁹ dimitti: barabã: an Jesum q di/
citur xp̃s? Exclamauit turba. Tolle hunc ⁊ di/
mitte nobis barabã. O quali gladio feriebatur
tunc cor virgis matris: cũ audiebat horribiles il
los clamores iudeoꝝ petentiũ potius liberationẽ
barabe latronis: q̃ filij sui inocentissimi. Dixit il
lis pillatus. Quid igit̃ faciã de Jesu qui di. xp̃s?
Rñderunt oẽs. Crucifigat̃: vnde bernardus ait.
O ꝑncipes iudeoꝝ excecati: o stipula deputande
ardoribus ifernalibus: quare vultis acumulare
tot scelera ⁊ peccata: vt ꝑferat̃ iniquus iusto? Et
deuotus Anselmus exclamat. O iniectũ cãbiũ:
o iniquũ iudiciũ: bonus despicit̃: ⁊ iniquus postu
lat̃: Justus punit̃: ⁊ petõr liberat̃: agn⁹ occidit̃:
⁊ lupus acceptat̃: vita deserit̃: ⁊ mors reseruatur.
Iterũ aũt dixit ad iudeos pillatus volens domi/
nũ Jesuz liberare. Quid. n. mali fecit? At illi ma
gis clamabant. Crucifige: crucifige eũ. Et pilla/
tus ad eos. Nullã cãm mortis inuenio in eo: corri
piã ergo illũ ⁊ dimittã: quasi diceret s3 Bedam.
Flagellis illũ ⁊ ludibrijs quãtũ vultis afficiã: dũ
modo inoxiũ sanguinẽ non effundam. Credens
igit̃ pillatus q̧ iudei videntes dñm Jesuz crude
liter flagellatũ: cõpassione moti: eũ relaxari per/
mitterent: tradidit eũ flagellandũ militibus suis.
Qui suscipientes illũ in pretorio congregauerũt
ad eũ vniuersam cohortẽ. Et exuentes vestimen/
tis suis: clamidẽ purpureã circũdederũt ei: ⁊ ple
ctentes coronã de spinis posuerũt sup caput ei⁹:
⁊ arundinẽ in manu eius: ⁊ genuflexo ante illuz
illudebãt ei dicentes. Aue rex iudeoꝝ: ⁊ expuerũt
i euz: ac accipentes arundinẽ percutiebãt caput
eius vt dĩ Math. 27°. ⁊ Mar. 15°. ⁊ dabant ei
alapas: sicut scriptũ est Joãnis. 19°. Et tunc veri
ficatũ fuit illud quod i eius persona predictũ fue
rat Job. 16°. Nunc oppressit me dolor me⁹: ⁊ ad
nihilũ redacti sunt oẽs artus mei: hostis me⁹ col/
legit furorẽ suũ in me: ⁊ cominãs mihi ifremuit
cõtra me dentib⁹ suis: ⁊ terribilibus oculis me in
tuitus est. Aperuerũt i me ora sua: ⁊ exprobrãtes
ꝑcusserunt maxillã meã. Saturati sunt penis me
is. Cõclusit me deus apud iniquũ: ⁊ manib⁹ im/
pioꝝ me tradidit. Tenuit ceruicẽ meam: cõfregit
me ⁊ posuit sibi q̃si in signũ. Facies mea itumuit
a fletu: ⁊ palpebre mee caligauerũt. Hec passus
sum absq̧ iniq̃tate manus mee: cũ haberẽ mun/
das ad deũ preces: hec ibi. De xp̃o aũt inqt Au/
gu. Expalmat̃ q est palma victorie: spinis corõa
tur q spinas petõꝝ venit cõfringere: ligat̃ q [illegible]
uit cõpeditos: disciplina ceditur: salus vulnera/
tur: vita moritur: occidit̃ ad tẽpus vita: a morte
vt in perpetuum a vita occidatur mors: hec ille.

Considera

Considera igitur anima devota: qualiter dominus Jesus ad columnam ligatus durissime flagellatur. Et tunc verificata fuit prophetia psalmi 37. Ubi in persona Christi dicitur. Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper. Stabat igitur nudus coram omnibus iuvenis elegans: et verecundus: speciosus forma pre filijs hominum: caroque eius innocentissima et tenerrima: repleta est livoribus et fracturis. Et tunc impleta est prophetia psalmi preallegati dicens. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Et quod per os prophete predixerat dominus Michee primo dicens. Vade spoliatus et nudus: faciam planctum. Tunc etiam adimpletum fuit illud quod predixerat Isaias sui libri. 61°. c°. dicens. Assurrexerunt spiritum sancti eius.

Compatere igitur o christiane domino tuo sic afflicto. Fluebat enim undique regius sanguis: de omnibus partibus corporis quo et columna et flagella madefiebant: et terra sub pedibus eius sanguinea erat. Cum igitur eum post dira verbera soluissent: quia pre debilitate maxima se sustentare non poterat: cecidit in terram sanguine suo irrigatam: totusque cruentatus est. Sic igitur cruciatum adduxit eum foras pillatus: et dixit iudeis ut habetur Joannis. 19°. Ecce homo. O mater dolorosa respice si cognoscis filium tuum: opprobrium hominum factum: plagis repletum: ac spinis coronatum. Dicunt enim doctores quod corona illa erat de iuncis marinis admodum spinarum caput domini Jesu penetrantium: ita ut sanguis ab illarum puncturis emanans totam faciem eius sanguine madefaceret. Quarum spinarum ego unam vidi: dicit autem Bernardus quod ipsa corona os capitis perforavit et usque ad cerebrum pervenit: et Chrisost. de. x°. ait. Mile puncturis caput eius impletur. Recogita igitur anima devota: si tunc commota sunt viscera virginis super filio suo. Existimo enim quod tunc exclamavit ad sydera: et cum lachrymis filio suo dixit.

O fiol mio tu sei troppo penato.
Anima mia chi tha si vulnerato:
Jo ti vedo tuto insanguinato.

Et his dictis defecit in ea spiritus eius: et non remansit in ea vox neque sensus. O corda adamantina: o corda lapidea: o corda ferro duriora: que beate virgini et filio eius non compatiuntur in tantis afflictionibus. Aperite igitur o christiani viscera pietatis: et cum pijssima virgine deplorate: et filium eius sanguine cruentatum oculo mentis aspicite.

Undecimus dolor beate virginis: in filij sui condemnatione.

Cum vidissent autem iudei dominum Jesum sic cruentatum tanquam canes sanguinem leporis videntes exclamare ceperunt. Crucifige crucifige eum. Dixit eis pillatus. Accipite eum vos et crucifigite ego enim non invenio in eo causam. Responderunt iudei ut dicitur Joannis. 19°. Nos legem habemus et secundum legem debet mori quia filium dei se fecit. Cum audisset autem pillatus hos sermones magis timuit: et ingressus in pretorium dixit ad Jesum. Unde es tu? Jesus autem responsum ei non dedit. Et tunc verificatum fuit illud quod predixerat Isaias. 53°. sui libri capitulo dicens. Sicut ovis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet: et non aperiet os suum. Sed hic omissis quibusdam interrogationibus quas fecit pillatus domino Jesu maxime querendo quid esset veritas: prosequentes passionem domini solum magis devotis contemplationibus intendemus. Exclamantibus igitur iudeis ad pillatum. Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Extimuit pillatus: et adduxit dominum Jesum foras ut iudicaret eum. Ubi Chrisostomus dicit. Facile deviat a iustitia: qui in causis magis hominem quam deum formidat. Erat autem parasceven hora quasi sexta: et sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostratos: hebraice autem golgotha. Ut dicitur Joannis. 19°. Et dixit iudeis. Ecce rex vester. Illi autem clamabant. Tolle tolle: crucifige eum. Dicit eis pillatus. Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices. Nos non habemus regem nisi cesarem. Possumus autem devote meditari quod tunc beata virgo exclamavit ad Pillatum dicens.

O pillato deh non fare.
El mio filio condenare.
Che io te posso demonstrare.
Che a torto e accusato.

Sedente autem pillato pro tribunali: misit ad eum uxor sua dicens. Nihil tibi et iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter illum. Sicut dicitur Mathei. 27°. Ubi dicit glosa Rabani. Nunc diabolus videns patientiam Christi: et cognoscens se prosternendum ex humilitate eius voluit per mulierem revocare passionis eius processum: sicut per mulierem procuravit damnationem humani generis. Videns autem pillatus obstinationem iudeorum de morte christi: accepta aqua lavit manus suas coram populo dicens. Innocens ego

suz a sanguine iusti huiꝰ. Uos videritis. Qui respõderũt. Sanguis eiꝰ sup nos: ⁊ sup filios nostros. Ubi qdã deuotꝰ doctor exclamat di. O da in reprobũ sensũ ⁊ obstinate malitie: crimẽ vestrũ ad posteros vros destinatis. Sufficiebat. n. vra ꝑditio: sed sic fiat ut postulatis. Unn ut experiẽtia patet: oẽs posteri eoꝝ iudeoꝝ q ꝑdicta verba dixerũt: vel dñm Jesũ flagellauerũt: seu conspuerũt: ꝑticularibꝰ ĩfirmitatibꝰ sũt detẽti. Quidã. n. ex eis brachio dextro se iuuare nõ possũt. Alij sputũ emittere nõ valẽt. Nõnulli vero cõtinuũ sanguinis fluxũ patiũtur. Factis igit̃ signis iustitie cõsuetis: pillatus data publice sententia dñm Jesũ ad crucis patibulũ adiudicauit. Quo audiẽs dolorosa virgo ad pedes filij ꝓstrata cũ lachrymis sic eũ allocuta est.

Nate mee vires: mea magna potentia solus.
Solamen vite: spesqꝫ salusqꝫ mee.
O benedicte puer sanctoꝝ gloria mũdi
Plasmator: matris vita beata tue.
Agne dei pateris hanc cur mitissime mortem?
Quid vidua infelix sola relicta geram?
Qui tam terribili tibi transfixere corona
Nate caput? vita visne perire mea?
Tũc Jesus eximia mestã pietate parentem
Conspiciens: dulci voce benignus ait.
Pro me cur tãtos fundis dulcissima fletus?
Mi genetrix: obitu pone dolore meo.
Nanqꝫ mea totus pena saluabitur orbis.
Qua sine celorũ gaudia nullus habet.
Desine iam tantos ad sydera mittere planctꝰ.
Jamqꝫ oculi tacet fessa pupilla tui.
Nãqꝫ cito propria validus virtute resurgã.
Et iubilans: victis hostibus astra petam.

¶ Duodecimꝰ ⁊ vltimꝰ beate virginis dolor in filij sui crucifixione ⁊ occisione. X

Uta igit̃ sñtia mortis: statiz vexilla pillati emissa sũt: ⁊ oẽs iudei ruerunt in dñm Jesũ tanq̃ canes rabidi: portantes necessaria ad eius crucifixionnẽ ⁊ mortẽ: voces clamorosas ad sydera mittẽtes: ⁊ dicẽtes. Ducamꝰ cito latronẽ istũ ad suspẽdium. Quibꝰ beata virgo cũ lachrymis dicebat.

Jo vi prego per la mor de dio.
Che cõ il mio fiol me amazati.
Chera la vita e cõforto mio.
Drieto a lui star nõ me lassati.
Che viueria cõ tormento rio.
Sol questa gratia prego me faciati.
Che morendo con lui son consolata.
E dogni pena saro restaurata.

Expellẽtes ãt iudei beatã virginẽ cuz pugnis ⁊ verberibus: in medio duoꝝ latronũ posuerũt filiũ eius: crucẽ suã suis fessis humeris baiulãtez. Cerne igit̃ anima deuota ⁊ cõsidera quõ vadit curuus sub cruce dñs tuus anellans ex ponderosa crucis deportatiõe. Unde quidam versificator inquit. Incedit curua mitis ceruice magister In faciẽ nimio sepe dolore cadẽs. Tunc ãt verificata fuit ꝓphetia Dauid. ps°. 37°. in persona xpi di. Miser factus sum: ⁊ curuatꝰ sum vsqꝫ in finẽ: tota die cõtristatus igrediebar. Ibat autez ad passionẽ benignissimus dñs Jesus lachrymosis vocibꝰ dicẽs ad orientẽ reuolutus. O orienste: en morior ex amore! Deinde ad alias mũdi partes se reuoluẽs idẽ dicebat. Sequebat̃ autez eũ mater eius virgo pijssima: ⁊ anxiebat̃ ire versus filiuz ut eũ adiuuaret ad crucẽ portãdum: que magna ⁊ põderosa nimis erat. Sed ꝓpter tumultuz populi appropinquare non poterat. Audiebat tñ illos perditos iudeos: filiuz suum irridẽtes ⁊ verberantes. Alios sup caput ⁊ faciem eius lutũ ⁊ alias imũditias proijcientes. Rogabat ãt transeũtes quos cognoscebat fuisse aliquãdo filij sui deuotos ⁊ beniuolos dicens.

O xpiani chaueti il cor pio.
Piangeti tutti ⁊ suspirati forte.
La passion crudel del fiol mio.
Piangete meco la horribil morte:
Che porta iniustamente el mio fio.
Solo mia speranza e bon conforto.
O infelice e sgratiata dona.
De si gentil fiol si presto priua.
Laschata mhe dal capo la corona.
Deh fateme cõpagna o gente pia.
Per che non sono in me como soliua.
Tanto e angustiosa la pena mia.
O Jesu mio tu me fai languire.
Quando ti vedo posto in tãte guay.
Fame adoncha in croce techo morire.

Post hec ãt verba ait angustiata mater ad Joannẽ ⁊ Magdalenã. Ducite me queso ad locuz quo videre valeam ⁊ tãgere filiũ meum anteq̃ pre dolore hic moriar. Ducta igitur ad portaz ciuitatis qua filius eius erat trãsiturꝰ: aspiciens a longe vidensqꝫ filium sub cruce quasi deficientẽ ⁊ inter duos latrones stantẽ: sed ꝓp vultꝰ eiꝰ pallorem atqꝫ ex imũditijs in illũ ꝓiectis deturpationẽ: ac ꝓp deformitatẽ plagaꝝ eũ non bene cognoscẽs: dicebat ad socias. O sorores mee cognoscitis filiũ meũ? Estne ille q velut leprosus ⁊ mortuꝰ ita icuruatꝰ venit? Cui oẽs amarissime flentes dixerũt. Ipe ẽ: o mr̃ plena dolorib: hic xp̃s ẽ filiꝰ tuꝰ. Tũc respiciẽs eũ mestissima mater excla

mādo dixit. O fili dulcissime. Fili mi sanctissime angustiatus es nimis: iam in me deficio: & me sustinere non valeo. Et hec dicens amplexata ē filium suū: & filius matrem. Et dolor matris coicatus est cū dolore filij: & ecōtra. Ita q̄ dolor vni⁹ pertransiuit cor alterius: & pre lassitudine & amaritudine ambo defecerūt in via tanq̄ exanimes. Unde in eodē loco extant vestigia vnius ecclesie que olim a xp̄ianis in memoriam huius misterij fuit fabricata: & sancta Maria de spasmo propter hoc appellata. Y

Sit ergo hec ↄclusio p determinatiōe premisse dubietatis:q̄ oēs bti gn̄alit̄ i trib⁹ erūt eq̄les q̄ ad p̄miū sbstātiale.s.i visiōe & fruitōe di. In appetit⁹ satiatione:& i perpetua duratiōe ɱ q̄ ↄclarat sctūs Bon.& Sco.i.4°.di.49ª.& ibi Ric.ar° 2°.q.8ª.& btūs.Tho.i.3°.li°.cōtra gētiles.c°.52°. Primo.n.vt dictū ē oēs bti gn̄alr videbūt ipsuz deū & eo fruēt̄. In celo.n.vt Apoc.21°.erit eadē mēsura hois & angeli.i.idē p̄miū. Nō .n.pōt esse nisi vnū ifinitū bonū felicitās:oēs tā hoiēs q̄ⱥ āgelos. Et id dicit dn̄s. Matt.22°. Erunt hoies sicut āgeli dei i celo. S3 felicitas āgloꝝ cōsistit in clara dei visione:& fruitione dicente domino. Matt. 18°. Angeli eorum semper vident faciem patris mei q in celis est: ergo in eodem premio essentiali btificantur oēs tam hoies q̄ⱥ āgeli.s.i ipa visiōe & fruitōe dei:& i hoc sēsu intelligit̄ pabola saluatoris sup̄ allegata de denario diurno:q oib⁹ i vinea dn̄i laborātib⁹:l3 nō eq̄liter laborauerit: dat⁹ ē p mercede vt expōit. Gre.& ēt Aug.i li°.de scā vginitate. Vn̄ Sco.vbi.s.dicit q̄ ille denari⁹ ē diuia eēntia q̄ ē obiecta oib⁹:& dabit̄ cuilib3:qa ē obiectū btificū oīum btorū. Scdo dico ɱ3 p̄dictos doctores q̄ oēs bti gn̄lit̄ erūt cōtēti illo gradu btitudinis quē hēbūt:oēsq3 erūt saciati. Vn̄ Ugo d scō victore sup p̄s^am.iqt. Multa bona sūt in hoc mūdo:& hec oia cor hois satiare nō possūt. Vnū āt bonū ē apd deū.s.visio & fruitio ei⁹:& hoc solū cū p cipit̄ i eo sacietas iuenit̄. Sicut.n.i mari est multitudo pisciū magnorū mediocriū:& minorū qui oēs habēt de aq̄ q̄ⱥtū volūt:nec ampli⁹ desiderare possūt ita in mari diuine visiōis & fruitōis erūt beati maximi:mediocres:& minores:oēsq3 erūt saciati:nec ampli⁹ ↄsiderabūt q̄ⱥ illō qd habebūt. Tertio dico q̄ i celesti p̄ria oēs bti erūt equales i vite ppetue duratione:nec vnus habebit plus vel min⁹ de securitate eterne beatitudinis q̄ⱥ ali⁹. De qua inqt Aug.li°.13°.de trinita.c°.25°. Hec vita eterna appellat̄:quia bti p̄sentia ideficiētis vite plene pfruunt̄:& nunq̄ⱥ morti: vel vllis dolorib⁹ subiacere pmittunt̄. Ad hoc nāq3 creati sūt vt eternaliter viuant:& eternā vitā eterne aspiciant: & sup.p̄s°.118°.idē inqt ɱone.19°. Tūc de viuā q̄n nihil potero timere ne moriar. Ipsa eniz sola dicēda est vita que eterna est & btā. In cui⁹ cōparatōe ista poti⁹ ē moro appellāda q̄ⱥ vita. Prope .n.nihil aliud est viuere:q̄ⱥ btē & sine vllo fine ac sine vlla miseria viuere. Hec autē vite eternitas recte per denariū figurat̄ qui figurā habet rotūdā nō habētē p̄ncipiū neq3 finē. Vita enim illa supna nullū vnq̄ⱥ habebit finē:nec vnq̄ⱥ habuit p̄ncipiū quo ad ipsū deum qui est eterna felicitas & vita beatorū. Ex predictis autē patet qualiter intelligi debeant allegata pro p̄ma pte.s. q̄ oēs bti hēbūt clarā dei visionē:pfectā ei⁹ fruitionē:& secrā possessionē:siue firmā & certā ac ppetuā tētionē q̄ sūt tres dotes aīe btē. R

Secūdo p̄ncipaliter dico ɱ3 p̄dictos doctores q̄ vn⁹ btūs in p̄ria erit maior alio q̄ premium substantiale tribus scilicet in clariori intuitione in perfectiori fruitione & in maiori cognitōe:p̄mo enim dicunt p̄fati doctores & etiam Alex.de al̄.i pª.p.sūme:q̄ q̄ⱥuis bti i p̄ria oēs generalr videāt diuinā eēntiā:n̄ tn̄ eq̄li mō oēs videt. Sicut.n.ex eo q̄ vr̄ ē eadē gl̄ia i btīs:ita ex diuerso mō visiōis ē diuersitas grad⁹ gl̄ie i ipis. Et pbat̄ sic. Nā lumine gl̄ie de⁹ a btīs in p̄ria videtur ɱ comunem opinionem. Sed quia alijs maiori lumine replebunt̄:& perfectius illustrabūtur ergo isti perfectius diuinam essentiam videbunt. Nam claritas corporis indicabit claritatez mentis. Sed quidam habebunt plus alijs de claritate in corpoe vt ifra patebit: ergo clarius deū videbunt. Dicit autem Alexander q̄ ista diuersitas non est ex parte dei visi: quia ipe erit idem q

ab oib⁹ videbif: nec ex pte medij vidēdi: q: nō vi debif per siītudies aliq̄s: sʒ videbif de⁹ in se ⁊ per se: sʒ ista diuersitas erit ex pte videtꝭ. Nā Boeti⁹ di it vt. s. dīxim⁹. i 4°. de ↄso. ꝙ oē qđ apphēdif est i apphēdēte p modū apphēdentis: ⁊ nō p modū rei apphēse. Ergo in btā pria erit diuersitas ꝑspi cacitatꝭ itellectuū: ita ēt erit diua apphēsionū: ⁊ h° ēt pʒ per exēplū. Nā videm⁹ ꝙ manēte luce eadē nō itēsa vel remissa vn⁹ oculus ſm ꝙ est limpidi oꝛ: plus de ea videt. Et silr luce diuie sapie manē te i eadē dispōne q̄ntū est de se: ille itellect⁹ q erit ꝑ spicatioꝛ lumē glie: plus de ipa ꝑspiciet q̄ ali⁹ min⁹ ꝑspicax. Propterea igt Paulus p°. ad Cor. 15°. pdicta ↄfirmādo. Alia ē claritas solis: alia cla ritas lune: ⁊ alia ē claritas stellaꝝ: ⁊c. Per q̄ vba significaf diuersitas glie dei ⁊ btoꝝ. Sicut eni sol ex seipso ē clar⁹: ita ds ex seipso eētialr est bīs: ⁊ si cut sol ois creati lumis pncipiū ē ⁊ cā: ita ds est cā ois btitudis ⁊ glie in btis. Et sicut corpa celestia sūt magis ⁊ min⁹ clara ac splēdida: ſm qđ magis ⁊ min⁹ de luce solis ꝑticipāt: ita bti plus ⁊ min⁹ vi dēt deū: ſm qđ magis ⁊ min⁹ ꝑticipāt d lumie glo rie. Et iō Aug. sup pdicta vba apli dicēs. Stella a stella differt i claritate: ait. Per hoc apls ondit ꝙ nō solū i gehēna suppliciorū: sʒ ēt in regno cele sti multe sūt diie pmioꝝ. Nā sicut iter stellas vna plus alia: ⁊ alia minus alia splēdet: ita btoꝝ ꝑ ali⁹ alio magis: ⁊ ali⁹ altero min⁹ fulgebit. S

Et ↄfirmaf pdcā sic: hoies dēbēt assumi ad oꝛ dines āgeloꝝ ſm deimiationē oiuʒ theo. i 2° di. 9ª. Sʒ supiores angeli deū clari⁹ vidēt q̄ iferio res: vt pʒ p Dyonisiū i li°. de celesti hierarchia. er go hoiuʒ qdā alijs clari⁹ deū videbūt. Nā sicut fit in corpalib⁹: ita suo mō fit i spūalib⁹ ſm cōmēta toꝛē i p°. Phi. Sʒ in corpalib⁹ q̄to corp⁹ aliqđ igni vel soli magis ppiquū fuerit: tāto magis ca lidū efficif ac lucidū: ergo ⁊ silr i spūalib⁹ q̄to sps fuerit deo ppingoꝛ ⁊ magis ↄiūct⁹: tāto clari⁹ ⁊ ꝑ fect⁹ videbit ei⁹ maiestatē: ⁊ feruēti⁹ diliget ipm. Preterea vt⁹ ē q̄d. i dispō mētis ad mēsurā glie ꝑ ticipādā. Sʒ qdā sūt maioris v̄tutꝭ: ⁊ alij minoris ergo i pria illi q erūt maioris v̄tutꝭ: alijs min⁹ vir tuosis ꝑfecti⁹ deū videbūt. Et isto mō ↄcludūt rō nes ad scdam pte adducte. Vñ dicit Scot⁹ ꝙ rō q̄re vni btō plus daf q̄ alteri: nō est nisi volūtas dei in ordine ad merita. T

Scdo dico ꝙ vn⁹ bīs erit maioꝛ alio i dei frui tiōe ⁊ dilectiōe: ⁊ ↄñer i delectatōe: ⁊ hoc pʒ ex pdictꝭ correlarie. Nā sicut se hʒ itellect⁹ ad visio nē: sic se hʒ volūtas ad fruitionē. Sicut ergo vn⁹ alio clari⁹ videbit deū pp maiorē dispōnē: ita ⁊ ea dē rōne ſūr ꝑfectius ꝑfruef. Et pbaf etiā sic. Nā

quāto grā erit maioꝛ: tāto glia erit copiosioꝛ: iux ta illud ꝑphete. ps°. 83°. dicētis. Grāʒ ⁊ gliā dabit dñs. q. d. ꝙ glia pariformiter ↄsequitur grāʒ. Sed vn⁹ hʒ maiorē grāʒ altero: iuxta illđ ad Ephe. 4° vnicuiqʒ nrm data est grā ſm mēsurā ⁊c. Ergo vnus altero maioꝛ erit in glia. Notandū aūt ſm Tho. in q̄onibus disputatis de v̄itate. q. 8ª. ⁊ coi ter oēs theologos: ꝙ triplex ē grā. s. grā data: gra tuʒ faciens: ⁊ cōsumata. Gratia gratis data non sufficit ad deū per essentiā vidēdum, ⁊ eo fruēdū. nam eaʒ habere possunt etiā mali. Similiter gra tia gratū faciēs ad hoc nō sufficit: q: tunc viatoꝛ in mortali carne existēs posset per essentiā deū vi dere: ⁊ eo frui perfecte: qđ est impossibile. Et ideo est tertia gratia que di cōsumata quā habēt bea ti in patria: que quāto maioꝛ fuerit in aliquo: tā maius habebit lumē glorie ad clari⁹ videndū deū ⁊ eo fruendū. Predicta etiā probanf ratiōe humilitatis profūdioris. Nā Matth. 18°. iquit saluatoꝛ. Quicūqʒ humiliauerit se sicut paruu lus iste hic maioꝛ ē in regno celoꝝ. Ubi glosa ait. Quāto enim qs erit humilioꝛ: tāto in regno celo rū efficief maioꝛ ⁊ merito. Quia vbi maioꝛ ↄca uitas: ibi est maioꝛ capacitas: ibi maioꝛ erit felici tas. Idē quoqʒ cōfirmaf ratione claritatis ardē tioris. Naʒ charitas est principiuʒ: causa: ⁊ ratio merēdi: ⁊ ſm charitatis diuersitatē p̄mia distin guūtur. Unde Aug. Omelia. 4ª. sup Joānē iqt. Nō numerositas operū: nō diuturnitas tēporū: sed maioꝛ charitas melioꝛqʒ volūtas auget meri tuʒ: ⁊c. Dicit aūt sanct⁹ Bonaª. ⁊ Ric. in. 3°. dist. 27ª. ⁊ Scot⁹ in p°. di. 17ª. ⁊ beat⁹ Tho. in 4°. scri pto. dist. 49ª. ar°. 4°. ⁊ pª parte sūme. q 12ª. art°. 6°. ⁊ cōtra gēn. li°. 3°. c°. 58°. ꝙ duplex est chari tas: scilʒ vie ⁊ patrie. Charitas vie distinguit mā siones per moduʒ meriti: eo ꝙ actus nr nō habet ꝙ sit meritorius ex ipa operatiōe: sed charita qua informaf ipa virtuosa operatio. Charitas aūt patrie distinguit māsiones per modū meriti. Nam quāto ipa charitas in aliquo erit ꝑfectioꝛ tāto magis reddet illū beatum diuine visionis ⁊ fruitiōis capaciorē. Diuerse ergo māsiones quas xps asserit esse in regno celorū distiguūtur ſm di uersos gradus charitatis: ⁊ cōsequēter ſm diuer sa grā meritoꝝ. Per illas autē māsiones signifi cātur diuersi gradus glorie: ⁊ diuerse sanctoꝝ di gnitates. Unde Aug. in lib°. de sancta v̄ginitate sic ait. Quia ipa vita eterna pariter omnib⁹ erit sanctis equalis: denarius oibus est attributus q est omniū merces. Quia vero in ipsa vita eterna fulgebunt innumera meritorū grā: multe man siones sunt apud patrē: ac in denario qdem pari

nō viuet alius alio ꝓlixius. In multis aūt man sionibus honorabit᷑ ali⁹ alio clari⁹. Idem quoqꝫ Aug. ſup Joānē ait. Licet ali⁹ alio ſit fortior: ſapiē tior: iuſtior: ac ſanctior: null⁹ alienabit᷑ ab illa do mo vbi māſionē pro ſuo qſqꝫ acceptur⁹ eſt meri to. Denari⁹ qdem ille equalis eſt oīb⁹ quē pater familias eis qui operati ſunt in vinea dari iubet. Quo vtiqꝫ denario vita ſignatur eterna: vbi am pli⁹ alio nemo viuit: qm̄ viuēdi nō eſt diuerſitas in eternitate māſura. Sed multe māſiones diuer ſas meritorū in vita eterna ſignificāt dignitates: hec ille. Gregori⁹ etiā in 4°. moralium ſic dicit. Qm̄ in electis in hac vita eſt diſcretio operū. In alia quoqꝫ vita erit ꝓculdubio diſcretio dignita tū. Ut ſicut hic ali⁹ aliū in operatōe ſupat: ita illic ali⁹ aliū in retributiōe trāſcēdat. Et ꝗuis in illa retributione nō ſit eadē dignitas: vna tn̄ oīb⁹ vi ta beatitudis erit. V.

Tertio dico ꝙ in pt̄ia celeſti erit ali⁹ alio ſbli mior maiori cognitiōe. Unde eſt notādū ꝙ fuit opīo cuiuſdā doctoris quē nō nōiat Franci ſcus de mayro. vbi. s. q ẜm aliquos dī fuiſſe ma giſter Rogeri⁹ monachus qui ait. Qd̄ qcūqꝫ vi det eēntiā diuinā videt et oēs creaturas in ea: cu ius opionis aſſignari pōt ratio ſic. Quādocūqꝫ eſt aliqd̄ obiectū repn̄tās alia: videns illud obie ctū videt ēt repn̄tata per ipm. Sed diuina eēntia repn̄tat alia: ergo ⁊c. Alia ꝟo opīo fuit btī Tho me in. 4°. di. 49ª. arti°. 5°. ⁊ in pª. p. ſūme. q. 12ª. ar°. 8°. ⁊ in queſtionibus de veritate. q. 8ª. ar°. 4° ⁊ cōtra gen̄. libro. 3°. c°. 56°. qui ait. Qd̄ beati vi dēt oīa que ptinēt ad perfectionē vniuerſi ⁊ ad perfectionē itellect⁹ vidētis eſſentiā dei. Reliqua ꝟo videre nō poſſūt. Prima aūt pars cōcluſio nis ſue probat᷑ rōne ſic. Oīs res cū ad ſuū finem peruenerit qetat᷑. Sed nāl̄is appetit⁹ eſt omniū rer̄ genera: ſpecies ⁊ virtutes ac totū ordinē vni uerſi cognoſcere. Qd̄ demonſtrat humanū ſtudi ū erga ſingula. Ergo in vita eterna: vbi perfecte humanū ſtudiū quietabit᷑: oīa pertinētia ad pfe ctionē mūdi ⁊ intellect⁹: ibi cognoſcēt eſſentiam dei vidētes. Secūda pars cōcluſionis ẜm eūdē probat᷑ etiā rōne ſic. Uidere deū per eſſentiā ſuā ⁊ oīa que de⁹ in ſeipo videt. Facit ⁊ facere pōt etiā cōprehēdē totalr̄ virtutē ⁊ eēntiam dei. Sed nul lus intellectus creat⁹ pōt dei eēntiā ⁊ virtutē to taliter cōprehendē: ergo ⁊c. Tertia autē opīo fuit Frācīſci ō mayro. in ꝯflatu di. pª. q. 4ª. Qui dicit primā opionem eē ſimplr̄ erroneam. Secūdā ꝟo quo ad primā partē: quia beati ⁊ ▮ oēs videant diuinā eſſentiā: q2 in hoc ꝯſiſtit btītudo eēntialis: nō tamē equalr̄ vidēt futura cōtingētia vel crea turas: rōne quoꝝ conſiſtit beatitudo accidētalis. Imo videt vnus plus ꝗ̄ alius ẜm maiorē ⁊ mi norē capacitatē: propter maius ⁊ min⁹ meritum qd̄ ꝯſecuti ſunt in hoc mūdo. Unde improbat ꝓ dictas opiones multiplr̄. Primo: q2 ſi eēt verū ſu perflue eēnt reuellationes facte ſctīs: nec de⁹ poſſ aliciu ſancto aliqd nouū ſaltē de pertinētibus ad pfectionē vniuerſi reuellare qd̄ ꝓus nō ſciret: qa er quo eēt beatus: videndo diuinā eēntiā videret oīa que vnꝗ̄ poſſet deus reuellare: qd̄ abſurdū videt᷑ ẜm eū. Secūdo: q2 dicte opiones auferunt illuminationes angeloꝝ. Nam ẜm doctrinā oīu theologoꝝ angeli ſuppreme hierarchie illuminā angelos ſcd̄e: ⁊ angeli ſecūde: angelos tertie mani feſtādo eis aliqd qd̄ eſt in diuina eēntia: qd̄ ꝓus illis nō erat notū: qd̄ nō eēt verū ſi beati viderent oīa que relucēt in diuina eſſētia. Tertio: q2 ſi eēnt vere ꝓdicte opiones ceſſaret ꝓuilegiū aīe Chriſti que ex ſpeciali ꝓuilegio cognoſcit in ꝟbo oīa que ſūt ⁊ erūt ẜm oēs doctores maxime beatū Bona. in 2°. di. 13ª. ar°. 2°. q. 3ª. ⁊ ipm Tho. in. 3ª. parte ſū me. q. xª. ar°. 2°. Hoc aūt nō eſſet ſingulare pui legiū: ſi oēs ſancti viderēt in diuina eſſentia ſicut ipſa aīa Chriſti. Ad rōnē ꝟo prime opionis rn̄ det Franciſcus vbi. s. Qd̄ licet diuina eēntia ſit obiectū quātum eſt de ſe repn̄tās oīa: tn̄ diuina volūtas facere pōt qd̄ aliqd i ea relucēs nō rep ſentet᷑ aliqbus beatis: vel magis repn̄tet᷑ vni ꝗ̄ al teri ẜm exigētiā meritoꝝ ⁊ capacitatē eoꝝ. Ad ra tionē ꝟo alteri⁹ opionis pro ea pte de qua ē dif ficultas ſilr̄ reſpōdet Frācīſcus: cui⁹ rn̄ſionē non refero cauſa breuitatis: ⁊ maxie q2 puto opionē beati Thome ⁊ etiā Frācīſci poſſe aliquo mō ſal uari. Unde ego credo ꝙ ſaluo ſemper meliori iu dicio ſic poſſit cōcludi: ꝙ ſicut perfecti⁹ videt dei eēntiā ⁊ pfecti⁹ eam amat ⁊ ea fruit᷑ vnus ſanct⁹ ꝗ̄ alius: ita etiā pfecti⁹ eam cognoſcit ⁊ intelligit imo hoc eſt neceſſario cōcludēdū. Nā nō poſſet qs aliqd pfecti⁹ diligē: niſi etiam pfecti⁹ illud itel ligeret ⁊ cognoſceret: q2 ẜm Phūm in lib°. de re gi. ꝓn. Amor ſeqtur cognitionē: ⁊ nihil amat᷑ niſi cognitū. p°. de gn̄a. Et volūtas nō fertur niſi i ꝓ cognitū. 3°. de oīa. Quātū ꝟo ad cognitionē alia rū reꝝ que nō ſunt de eēntia diuina ego credo cū beato Thoma: ꝙ quelibet aīa btā itelligit oīa que ptinēt ad pfectionē vniuerſi ⁊ intellectus ſui: ⁊ hāc cognitionē habz ex viſione dei. Unde puto ꝙ qlibet etiā ex minimis beatis habeat maiorē ſcie tiā de nāl̄ibus rebus ꝗ̄ habuerit Ariſtotiles: ⁊ ꝺ diuinis ſcripturis ꝗ̄ habuerūt omnes doctores i hac vita: ⁊ idē credo de alijs ſciētijs vtilibus aie vel faciētibus ad pfectionē itellect⁹ humani. Et

probat᷑ hec

probat hec opinio sic. Sciētia facit hoīes nobilissimos. l. pudendū. C. de postula. τ est pfectio aīe ut ait cōmentator in. 2°. de aīa. Et nihil ē melius sciētia τ intellectu nisi deus: ut ait philosophus in libro de bona fortuna. Cum ergo ad felicitatē requirat oīs pfectio aīe: τ oporteat q̄ beato nihil boni desit ut inferius patebit. τ ēt patet ex predictis. Sequit q̄ aīa beata tali pfectione scientiaꝝ nō carebit. Preterea ut supra ē ostēsū de⁹ adimplebit in patria celesti oīa nr̄a desideria q̄ sunt de re bona. Sꝫ naturali desiderio oēs hoīes scire desiderāt: ut ait phūs p°. Metha. Cū ergo in hoc mūdo nō possimus habere pfectā scientiā oīum reꝝ naturaliū: iuxta illud. Eccle. p°. Cūcte res difficiles τ nō pōt eas hō explicare sermone. Et. 4°. c°. eiusdē libri ēt ait Salomō. Intellexi q̄ oīum operū dei nullā possit hō inuenire rōnē. Sequit q̄ ipsā cognitionē habebimus i alia vita. Aliter de⁹ dedisset omni homini hoc desideriū naturale frustra: qd̄ ē falsum. Quia de⁹ τ natura nihil agūt frustra. p°. de celo τ mūdo. τ. 3°. de aīa. Vñ ait. Philosoph⁹ vbi supra. τ ēt. 2°. Phisi. q̄ desideriū nāle nō pōt eē frustratoriū. Et idē dicit cōmentator. 2°. metha. Quilibet ergo btūs pfecte itelliget i pāa oēs pdictas sciētias ut suū nāle desideriū sibi a deo datū cōpleatur. Uera ē. n. sñia mercurij termegisti: quā refert Lactā. i li°. de ira dei. s. q̄ maior pars eorum que scimus est minor pars eorum que ignoramus. X

Sed notādū q̄ sicut i alijs reb⁹ est reperire bonū: meli⁹ τ optimū: τ pfectū: pfecti⁹: τ pfectissimū: ita ēt reperit cognitio τ scīa pfecta: pfectior: τ pfectissima. Cognitionē ergo pfectā omniū ptinētiū ad pfectionē vniuersi τ itellect⁹ humani hēbūt oēs btī: τ in hoc erūt eq̄les: q̄ null⁹ erit ignorās de pdictis: τ oī pfecta cognitio τ sciētia: respectu cognitiōis τ sciētie viatoꝝ. Itē dicit perfecta q: pficiet τ quietabit intellectū cuiusq̄ fm capacitatē suā. Quidā vero erūt beati ha hebūt cognitionē τ sciam de pdictis pfectiorem alijs: τ alij pfectissimā: ut beata virgo iter oēs puras creaturas: sicut diffuse pbabo i q̄rta parte pncipali Marialis nr̄i. Sicut autē licet aliqui pfectiorē alijs habeāt cognitionē diuine essentie: tñ illi ēt q min⁹ cognoscūt sūt btī: τ saciati i gradu suo: q: sūt pleni cognitiōe fm capacitatē suā. Similiter ē de cognitiōe sciētiaꝝ: τ aliaꝝ reꝝ ad pfectionē vniuersi τ humani intellectus ptinētiū. Quilibet enim btūs erit plenus cognitione perfecta fm gradum suū. Et ad pdicta facit q̄ ēt i hoc mūdo repit sciētia cōpetens sine sufficiēs: τ scia eminēs. c°. nisi cū pridē. ff. p defectu. de renun. Nec ē īpossibile q̄ qlibet de min⁹ sciētificis beatis sit sapiētior oīb⁹ viatorib⁹. Nā τ de Joanne dixit dñs. Matthei. xj°. Inter natos mulierū nō surrexit maior Joanne baptista. Qui autē minor ē i regno celorum: maior ē illo. Et ex predictis pōt responderi ad omnia argumenta Francisci: τ eius opinio cum illa btī Thome cōcordari. Hāc autē opinionem de perfecta sciētia oīum beatoꝝ tenet. Grego. 4°. Dialo. Ubi dicit: q̄ ille scit deū oīa scit i ipso: ideſt oēs sciētias pdictas τ similes cognitiones. Nec valet responsio quorūdā dicētium: q̄ est duplex cognitio. s. formalis: sicut videndo forē videmus eū formaliter: τ alia virtualis sicut ducatus represētat virtualiter grossos sui valoris: τ sic videndo euꝫ videre dicimus ipsos grossos. Unde dicere voluerit isti: q̄ in visione dei beati vidēt virtualiter oīa: sꝫ nō formaliter. Quib⁹ rñdeo: q̄ Gre. nō loquitur de cognitiōe cōfusa τ generali: sed de cognitione τ scientia pticulari τ distincta: τ dicit nihil eē. s. de pdictis cognitionibus q̄ beati nesciant. Scire autem est rem per causā cognoscere: τ qm̄ ita est: τ nō contingit aliter se habere primo Poster. Preterea ad verā τ perfectam scientiā quā asserit Gre. esse in beatis non sufficit cognitio i generali τ confusa: sed reqrit noticia particularis τ distincta. 7°. Ethi. Y

Quantum vero ad futura τ cōtingentia q̄ fiunt τ accidūt in hoc mundo si queratur an beati hoc sciāt. Rñdeo q̄ credo ipsos paruꝫ curare de noticia pdictorū nō ptinentiū ad perfectionē sui itellect⁹: maxīe q: totaliter sūt immersi in infinita dulcedine visionis: τ cognitionis ac fruitionis dei: in qua plenam habent felicitateꝫ: nec minus essent felices licet omnia alia nescirēt. Unde augu. in li°. 5°. cōfessionum inquit. Beat⁹ qui te scit: etiam si illa nesciat. Qui vero τ illa nouit non propter illa beatior: sed pp̄ter te soluꝫ beatus est: hec ille. Puto tñ q̄ in ipsa dei visiōe videant plus τ minus de predictis: prout fm eorum gradū τ meritum diuine sapientie visum fuerit propalare. Sicut autem beatoꝝ forte veniret desiderium sciēdi aliqd de predictis: utputa: quid faciant sui consanguinei τ huiusmodi: credo q̄ in ipsa dei visione in qua oīa beatoruꝫ desideria cōplent hoc prospicere possent. Quando enim beati desiderant aliquid scire a deo: ipse illud protinus ostendit eis: dicēs illud Jere. 38°. Non est fas regem vobis quicq̄ꝫ negare. Z

Quo ad dotes vero corporis glorificati est sciendum fm Theologos. maxime sanctū

Bona.l.4°.di.49ª.parte 2ª.ar.p°.q.4ª.ꝙ dotē īpassibilitatis oēs beati hñt equalē ī hoc: ꝙ nullo mō possūt pati vt supra ē oñsum. Dotes vero alie .s.subtilitatis:agilitatis:ꝛ claritatis sūt in eis ꝑm plus ꝛ minus:ꝛ perfectius ꝛ minus perfectum:per accessum ad complementum ꝛ terminū:nō per admixtionē cōtrarij:qꝛ oēs dotes in omnib⁹ beatis nihil habēt ad mixtū de ꝯtrario. Et ī hoc sūt oēs equales.s.quo ad imunitatē ab omni opposito ipsis dotib⁹. Sicut aūt in ipsis beatis ē diuersitas ꝑfectiōe visionis: cognitiōis et fruitiōis:ita ē diuersitas ī pfectiōe ipsarum dotium corporis ꝑm diuersitatē meritoꝝ:ꝛ ꝑm claritatē glie animarū:ut inqt magister sententiaruꝫ ī 4°.di.49ª. ꝛ ibi Ricar.ꝛ beat⁹ Tho.ꝛ Scotus q dicit:ꝙ sicut beat⁹ maioris pfectiōis ꝛ meriti existens clarius videbit diuinā eēntiā oculo mētali ipsi⁹ aīe:ita clari⁹ videbit xpi humanitateꝫ gliosā oculo corporali. Qui volunt ergo ī celo alios ī gloria ꝛ claritate atqꝫ dlectatōe excedere: debent illos in hac vita in virtutib⁹ ꝛ bonis operationibus superare. A

Notandū ē aūt ꝙ licet inter sāctos sit ineqlitas ī ꝓdictis:tñ inter ipsos nō ē:nec eē pōt inuidia aut emulatio:imo qlibet sāctus valde gauderet de bono ꝓximi:vt inqt Scot⁹ in .4°. di.vltima. Et ideo qlibet sāctus pōt dicere illud ꝙ scriptū ē Sapie.7°. Sine īuidia cōico. Sicut enim vas vnius sextarij si eēt ī toto plenū ita ut amplius tenere nō posset: ꝛ hēre valeret aliquaꝫ cognitionē nō quereret habere vinū alterius vasis tenētis decē sextaria:qꝛ ipse si amplius poneref ī eo irrūperef. Sic ēt ī celo sancti sūt pfectissime pleni illa glia cui⁹ sūt capaces ꝑm latitudinē sue charitatis. De q̄ loquens apl's 2°.ad Cor. 6°.ait Cor nr̄m dilatatū est: dilatamini ꝛ vos. Et ideo nō inuidēt alijs habētib⁹ maiorē gliam. Ipsi.n.sūt pfectissime beati ꝛ saciati sua glia. Cōsiderate ergo ꝛ fideles xpiani:que claritas erit in celo:si quilibet sāctus erit septē vicib⁹ sole lucidior. Quid ergo erit videre tot pene innumerabilia milia sācto⁊ ꝛ angelo⁊? Tūc.n.oculi nr̄i erūt ꝑ gloriā purificatiui:ex illa claritate leticiā recipiāt. Quid erit videre gloriosā virginē Mariā que sola hꝫ maiorē claritatē ꝛ splendorē q̄ꝫ oēs sācti simul ut ipsa retulit sancto Thome Cāthuariensi epo. Quid erit videre corpus dñi nostri Jesu xpi? O cōsolatio idicibilis: o suauitas ī enarrabilis:o leticia icōparabilis. Nō .n. solum erimus socij scō⁊ ꝛ angelo⁊:sed erim⁹ fratres domini Jesu xpi. Matth.12°. Et habebim⁹ gloriosā virginē Mariā vt matrē. De⁹ autē erit pater nr̄.Jo.p°. Et ideo exclamat Salomō Sap.5°. c°. vidēs scō⁊ gliam ꝛ dicit. Ecce quō cōputati sūt īter filios dei:ꝛ inter sāctos sors illorum ē. Et hoc sufficiat pro.6°.gaudio. Nō mirel aūt aliqs si ī hoc sermone sum prolixus:qꝛ ut ait qdam ꝑdicator nr̄. Quando hō spaciandi ꝛ recreatiōis causa deambulat per paradisum:tarde inde exit ꝛ inuitus.

¶ De septimo gaudio qd dr̄ duratiōis. B

Septimuꝫ ꝛ vltimū gaudiuꝫ paradisi dicif duratiōis. Regna.n.hui⁹ mundi sūt transitoria ꝛ tpalia dicēte Salomōe. Eccl's.2°. Nihil ē stabile sb sole: sed regnū celeste erit eternū. De quo dicif Danielis.7°.c°. Potestas ei⁹ potestas eterna que nō auferef:ꝛ regnū ei⁹ qd nō corrūpetur. Unde dicit Aristo.x°. Ethico⁊ ꝙ felicitas ē quoddā bonū stabilissimū. Et ideo quelibet aīa beata dicit de deo illud Can.3°. Tenui eum nec dimittam. Perpetuitateꝫ autem superne p̄rie ꝛ felicitatis approbat Scotus.in.4°.di.49ª.q.6ª.ꝛ beatus Tho.ī sūma contra gentiles.li°.2°.c°.2°. Quam veritatem causa breuitatis solum vnica ratione cōprobamus que dicitur causationis. Nam effectus qui dependet a sua causa quantum ad eē ꝛ quantum ad finē durante semper cā necessario semper perdurat:ꝑm Philosophū.2°. Phisico⁊. Durāte enim sole in eternum:eius illuminatio ī eternum durabit. Cum ergo delectatio beato⁊ sit quidam effectus dependēs a deo quantum ad esse ꝛ quantū ad finem:qui deus est quedam cā infinita ꝛ eterna carens principio ꝛ fine ac termino:necessario sequitur:ꝙ anima beata nunq̄ꝫ poterit perdere felicitateꝫ suam: quia ut ait Phūs.2°.de genera.qd alligatur cause ideficienti semp accipit influentiam illi⁹ cause. Et cōfirmatur pdicta veritas de eternitate felicitatis ꝑ dictum Phi.3°. Phi.dicentis ꝙ bonum quanto est ꝑmanētius tāto ē meli⁹:ergo oportet ꝙ beatitudo sit ꝑpetua ꝛ eterna:ut sit delectabilior omni re creata. Et ideo dicebat saluator discipulis suis Joā.16°. Iterum videbo vos ꝛ gaudebit cor vestrū:ꝛ gaudiū vestruꝫ nemo tollet a vobis. Et Matth.25°. Ibūt iusti in uitā eternā ꝛ Eccle.31°.dicif de q̄libet sācto. Stabilita sūt bona illius in dño.ꝛ ps°.127°.ait ꝓpheta. Uideas bona hierusalē oībus dieb⁹ vite tue. Et Aug. in 13°.de tri.ait. Uita beata eē nō pōt nisi sit imortalis ꝛ eterna:vita āt hui⁹ mūdi ē trāsitoria:ꝛ similiter ei⁹ gaudia. Quia.n.delectatiōes hui⁹ mundi causanf a causis corruptibilib⁹ ꝛ deficiētibus ideo illis corruptis aut anihilatis corrumpun-

tur & deficiunt. ¶

Similiter in regnis tpalibus oriūtur bella & discordie. In celo vero erit pax eterna. De qua loquēs Dauid in ps°.147°.ait. Qui posuit fines tuos pacē. Similiter imperatores terreni & oēs homines mundi: licet habeant multas cōsolationes: tamen semper timent ne amittāt eas. Beati vero securi erunt q nunq̄ amittent gaudia paradisi. De quibus dicit dn̄s Isa.32°.cap°. Sedebit populus meus in multitudine pacis: in requie opulenta: & in tabernaculis fiducie. In ppetuū igitur regnabunt sci cum deo i secula seculorum: iuxta illud. ps°.33°. Iusti āt i perpetuū viuent: & apud dn̄m est merces eorū. Ideo Tobias loquēs cum deo.13°.sui libri cap°.ait. Magnus es dn̄e in eternū: & in omnia secula regnū tuum. O christiani quare non queritis acquirere tale regnū? O cecitas maxima: laborabit quis & insudabit per totum annum: vt acquirat centum aureos. Exponit quis se periculo mortis: vadit ad pugnam vt acquirat villam vel castrum: & nō curat acquirere infinita bona vite eterne: & eternū celi palatium. Scitote fratres q vera est sententia saluatoris nostri Mat.11°.di. Regnū celorum vim patitur: & violenti rapiūt illud. Licet enim deus possit nobis dare btītudinē absq̄ meritis: tamē nō vult hoc agere: imovult ut mereamur & bonis operibus eam acquiramus. Ut inquit sctūs Bona.in.2°.sen.di.12ª.ar°.p°.q.2ª. De qua beatitudine loquēs Aug.in.6°.de ciui. dei.c°.12°.ait. O regnum btītudinis vbi tu dn̄e species sanctorum: & diadema glorie facie ad faciem videris a sanctis: letificans eos vndiq̄ in pace tua: q̄ exupat oēm sensū. Ubi gaudiū infinitū: letitia sine tristitia: salus sine dolore: lux sine tenebris: oē bonū sine oi malo: Ibi iuuētus nūq̄ senescit. ibi amor nūq̄ tepescit: ibi vita terminū nescit: ibi decor nūq̄ palescit: ibi sanitas nūq̄ marcescit: ibi gaudiū nunq̄ decrescit: ibi dolor nūq̄ sentit: ibi gemitus non audit: ibi triste nihil vī: ibi letitia semper habet: ibi nullū malū timetur: qm̄ ibi sūmū bonū possidet: qd̄ est videre faciē dn̄i virtutum. Felices igitur qui de naufragio vite presentis ad tantū gaudiū iam puenire meruerunt: hec ille. Qui ēt in li°. Soliloquiorum dicit. Felix societas supernorum ciuiū: & sequitur ifra. Ibi erit gaudiū sine merore: requies sine labore: abundātia sine defectione: dignitas sine timore: opes sine amissione: sanitas sine langore: vita sine morte: perpetuitas sine corruptione: felicitas sine calamitate: amaritudo & ois asperitas in regiōe illa locū nō habet. Ibi.n.nō est malū: neq̄ malitia: nō est aduersarius ipugnans: nec vlla peccati illecebra: nulla est ibi indigētia: dedec⁹ nullū nulla rixa: nullū vituperiū: nullus timor: nulla iquietudo: nulla dubietas: nulla violentia: nulla discordia: sed est ibi pax sūma: charitas perfecta: iubilatio & laus dei eterna: gaudiū & requies sine fine mansura: hec ille. De qua ēt dicit Dauid. ps°.149°. Gloria hec est oibus scis eius. ¶

De quibus celi ciuibus gloriosis: inqt ibidē ppha. ps°.83°. loqns deo & dicēs. Rex me⁹ & deus meus. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. In qbus verbis tangit patrie celestis excellentiā. Et primo eam cōmendat a domini liberalitate cū dicit. Rex meus: & deus meus. Licet enim sit rex & deus: est tn̄ noster: qz se & sua nobis cōdit: liberalitas aūt eius apparet: qz omnes peregrinos facit ciues: atq̄ perpetuos habitatores ac domesticos suos & heredes. Et ideo nobis inquit apostolus predicta tangens ad Ephe. secundo. Fratres iam non estis hospites & aduene: sed estis ciues sanctorum & domestici dei: supedificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum. Secūdo ibidem cōmendat patriam celestem a felicitatis veritate dum ait. Rex meus & deus meus. Beati qui &c. Ut enim ait Ambro.in li°.de offi. Beatitudinem quidā posuerunt in corporis voluptate sicut Epicurei. Quidam vero in animi virtute sicut stoici. Et quidam in virtute interiori: & exteriori quadam honestate sicut peripatetici. Sed vera felicitas consistit in dei visione & cognitione sicut tenent fideles & catholici. Et ideo dicebat dominus discipulis suis illud quod dicet nobis in patria. Beati qui vident que vos videtis Luce.10°. Est autem notandū: q sm̄ Augu. super Genesim ad litterā: beati habebunt triplicē visionē: vna dr̄ spūalis qua videbunt angelos & animas beatorum: ex qua visione resultabit gaudiū magnum. Si.n. sm̄ Chriso. videre demones est magna pena & quedam gehēna: constat q videre angelos erit magna gloria. Alia visio dicitur corporalis: quia videbunt christi humanitatem: ex qua visione resultabit gaudium maius. Ipse .n. est speciosus forma pre filijs hominum. ps°. 44°. De qua visione dicitur Canti.3°. Egredimini filie sion: & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Humanitas autem siue caro christi dicitur diadema: siue quia fuit nobis victorie causa: siue quia nullo vicio vel praue suggestioni vnq̄ fuit aperta: siue qz fuit tantū vna linea. i. carne virginea figurata. Cetere.n. figure diuersis lineis formātur.

Figura aūt circularis tantū vna linea claudiť. Et sič caro ceteroꝝ formata est ex semie vtriusqꝫ parētis. Caro āt xp̄i tantū ex sanguibꝰ virginis. Alia visio dꝛ intellectualis siue sup intellectualis qua diuinitatē videbunt: ex q̄ resultabit gaudiū maximū. De qua visione dicit Fulgētius. Sicut per speculū vitreū trina nobis visio administrať qꝛ nosipsos ⁊ ipsum speculū ⁊ qcqd adest videmus. Sic per speculū diuine claritatis ⁊ ipsum deū q̄ntū possibile erit creature: ⁊ nosipsos: ⁊ cetera oīa nr̄a ex certa scīa cognoscemꝰ: hec ille. Vn̄ ergo dicit ꝓphā. Rex meus ⁊ deus meus: bti ⁊c. Tota enim felicitas nostra erit in videndo ipsuꝫ regem celestem. G

SEd notandū ꝙ coloꝛ niger visum ꝯgregat: albus aūt ipsum disgregat: sed viridis qui est medius inter albū ⁊ nigrum delectat visum. Iste aūt triplex coloꝛ in xp̄o cōsiderať. Niger. n. coloꝛ significat eius humanitatē que fuit in passione denigrata Apoc. 6°. Sol factꝰ est niger tāq̄ saccꝰ cilicinus. Et iste coloꝛ niger dꝫ cogitatꝰ nostros congregare: qꝛ si tanta passus est innocens ⁊ sanctus: quid pati debet peccatoꝛ malus ⁊ iniquus? Coloꝛ albus significat suam diuinitatem que pre nimia sua claritate oculos mētis disgregat. Et iō iste coloꝛ albus diuinitatis cōiunctus est cum nigro humanitatis: ⁊ factus est totus viridis ⁊ delectabilis ad videndū. Et de hoc exponi pōt illud quod ait dn̄s Ezechielis. 18°. Pascam eos in montibus israel: ibi requiescēt ī herbis virentibꝰ. In monte. n. celesti herba viridis habeť que ouibus dī in pascuis dať: hec aūt herba est xp̄s. De qua exponi pōt illud Gen̄. p̄io. Germinet terra: idest virgo maria: herbam virētem: idest xp̄m deum ⁊ hominē. Et ideo ipse dominus vocat se lignum viride dicens Luce. 23°. Si in viridi ligno hoc faciunt: in arido qd fiet? Hanc aūt viriditatē desiderabant videre sancti patres: iuxta illud Eccl. 40. Gratiā ⁊ speciem desiderabit oculus: ⁊ sup oīa virides sationes. In ista igitur viriditate celesti pascuntur oues paradisi: intus in contemplatione diuinitatis: ⁊ extra in visione gloriose humanitatis: iuxta illud Joan. x°. Ingredietur ⁊ egrediet ⁊ pascua inueniet. Et sic patet q̄ūo visus noster beatificabitur videndo ipsum regē supernū. Auditus aūt beatificabitur audiēdo eius dulcissimā allocutionē. De q̄ dicit. 2°. Canti. Sonet vox tua in auribus meis. Vox. n. tua dulcis ⁊ facies tua decora nimis. Olphatus quoqꝫ btificabiť odorādo rosam paradisi. i. mūdissimā carnē xp̄i. De q̄ pōt dici illud Eccl. 50. Quasi flos rosaꝝ ī diebꝰ vernis: itē odorando balsamū. i. diuinitatē suauissimā Eccles. 24°. Quasi balsamū nō mixtū odoꝛ meus. Odorando quoqꝫ eiꝰ aīam oībꝰ vnguētis plenissimā. Can. p°. Curremꝰ ī odoꝛem vnguentoꝛum tuoꝝ. Gustus ēt beatificabiť in plena dei delectatione quā sentiet ex carne xp̄i dulcissima. Job. 31°. Quis det de carnibꝰ eius ut saturemur? Itē ex aīa eiꝰ dulcissima. Eccle. 24°. Spūs meꝰ sup mel dulcis ⁊ [ex] diuinitate omniū sapoꝛ plenissima. Sapie. 16°. Panē de celo p̄stitisti eis omne delectamētū ī se habentē ⁊ oīs sapoꝛis suauitatē. Tactꝰ insup beatificabiť tāgēdo personam xp̄i. Si eni tāta virtus erat ī tangēdo fimbriam vestimēti eius: quāta suauitas erit tāgere p̄sonā eius? Can. 2°. Dextera illiꝰ amplexabiť me. Itē ī osculando. Si enim tāta suauitas fuit in osculādo pedes eiꝰ passibiles: quāta erit osculari coꝛpus eius gloꝛiosū: ⁊ faciē illā desiderabilē? Can. 8°. Quis det te fratrē meū ut inueniam te foris ⁊ deosculer? H

IN bonitate igiť istiꝰ regis solūmodo inueniť p̄fecta sacietas. Bonitates. n. creaturaꝝ ideo nō possunt nos saciare: quia habēt triplicē defectū. Sūt. n. accidentales: ⁊ iō eis sepe p̄uamur. Sūt particulares: qꝛ nulla creatura ē q̄ habeat oēs bonitates: sed sūt in eis sparse ⁊ diuise. Sunt etiā mixte: qꝛ nullā habēt puram bonitatem. In deo aūt ē bonitas ēēntialis. Matth. 18°. ⁊ Luc. 19°. ⁊ vniuersalis Sap̄. 7°. Venerūt mihi omnia bona pariter cū illa ⁊c. Itē pura. Vn̄ Augu. inqt. Quāta ibi erit felicitas vbi nullum erit malū: ⁊ nullū latebit bonū? Affectꝰ igiť nr̄ non pōt reperire p̄fectā delectationē in creaturarum bonitatibꝰ sic accidentalibus: particularibꝰ: ⁊ mixtis. Si enim aliqs valde sitiēs guttas lambit nō saciať sed sitis eius magis augeť: ⁊ si calix mēsuratus sibi ꝓponat semiplene saciať. Peccatores āt ī creaturis quasdā delectatiōes lambūt ꝓpheta dicēte. Inimici eiꝰ terrā lingēt. ps°. 71°. Et ideo nō saciant̄ sꝫ miserabili fame toꝛquētur eodē ꝓpheta attēstāte qui ait ps°. 58°. Famem patiēť ut canes. Boni autē in p̄nti diuinas delectatiōes recipiūt sed mēsuratas. Ad Ephesi. 4°. Vnicuiqꝫ n̄rm data ē gr̄a b̄m mēsurā donatiōis xp̄i. Et ideo eoꝝ appetitꝰ non pōt hic p̄fecte saciari. Beati āt sūt ī fōte dei: ⁊ iō nō p̄nt sitire. Apoc. 7°. Agnꝰ q ī medio throni ē deducet eos ad vite fōtes aquaꝝ. Sūt ēt in cenaculo dei: ⁊ iō non possūt esurire Apoc. 7°. Nō esuriēt neqꝫ sitient ampliꝰ ⁊c. Itē sūt ī thesauro dei: ⁊ iō nō possunt penuriā sustinere. Eccle. 15°. Jocūditatē ⁊ exultationē thesaurizabit sup eū. Sūt quoqꝫ ī pleni-

dine gaudiorum. Et ideo non possunt aliquid triste sustinere. Matth. 25°. Intra in gaudium domini tui. G

Tertio commendat propheta in predictis verbis ipsam celestem a consortij nobilitate cum ait. Beati qui habitant etc. Beati enim habebunt eternum consortium angelorum. De quibus pulchrum erit tria considerare scilicet eorum creationem locationem et sublimationem. Quo ad primum dico secundum Tho. contra gen. li°. 2°. c°. 8°. quod ad perfectionem vniuersi congruum fuit deum creare angelos quod probatur ratione perfectionis. Regula enim est Philo. 2°. de celo et mundo: quod si vnum contrariorum est in natura reliquum similiter debet esse. Omnes enim gradus creaturarum debent reperiri: alioquin aliquid deficeret ad vniuersi perfectionem. Sed inuenitur corpus coniunctum spiritui vt in homine. Item corpus separatum et sine spiritu vt in lapide: quod est minoris perfectionis. Ergo debet etiam reperiri eius oppositum maioris perfectionis scilicet spiritus separatus a corpore scilicet angelus. De cuius creatione inquit Aug. in li°. Cur deus homo ad Deodatum. c°. p°. Ille summus atque incircumspectus spiritus qui initio caret et fine: cum nollet quasi solitarius esse: disposuit quosdam sibi similes spiritus creare qui glorie cognitione atque participatione in perpetuum gauderent: suoque creatori laudes perpetuas hilariter exhiberent. Creatisque angelicis turmis noluit ab eis timeri quasi dominus: sed obediri et amari quasi pater et creator benignissimus. Coacta enim sacrificia nequeunt illis esse grata. Ideoque liberum eis arbitrium concessit imminens quod eorum seruitio minime indigeret: hec ille. Creauit autem deus omnes angelos in prima die mundi: que fuit dominica ut testatur Aug. super Gen. et Franciscus de mayro. in tractatu de angelis. H

Si autem queratur vtrum omnes angeli sint eiusdem speciei. Respondet beatus Tho. in p°. parte summe q. 5ª. ar°. 4°. quod non sunt plures angeli in eadem specie nec esse possunt: sed vnusquisque angelus suam constituit speciem. Et faciunt ad hoc quedam argumenta que breuitatis causa pretereo. Ricar. autem noster in 2°. di. 3ª. ar°. 5° q. pª. et sanctus Bona. ibidem parte pª. ar°. 2°. q. pª et similiter Scotus in eadem di. tenent quod in angelis est distinctio personalis: non autem singuli angeli faciunt particularem speciem: et idem tenent Alex. de ales in 2ª. parte summe. q. 20ª. membro. 6°. ar°. 1°. et probant idem quod non est inconueniens nec impossibile plures angelos esse in eadem specie: imo hoc est valde conueniens. Quidam autem dicunt quod vnusquisque ordo constituit suam speciem sub qua sunt omnes angeli eiusdem ordinis. Alij vero dicunt quod sicut omnes anime sunt vnius speciei sic et angeli. Unde Anselmus. in li°. cur deus homo. c°. 71°. ait. Omnes angeli sunt vnius nature. Sciendum tamen est quod ipsi angeli inter se sunt inequales in aliqua naturali proprietate: vt declarat Ricardus in. 2°. di. 3ª. ar°. 2°. q. 2ª. Nam alij sunt excellentiores alijs in naturalibus donis secundum magistrum in 2°. di. 3ª. I

Quo ad secundum scilicet locationem ipsorum angelorum dico quod deus illos in celo empireo collocauit iuxta illud Matth. 18°. Angeli eorum in celo semper vident faciem patris mei. Sunt ut ait Beda et Strabo quem refert Alex. de ales in 2ª. parte summe. q. 19ª. membro. 3°. ar°. 2°. in prin. Et Bona. in 2°. di. 3ª. ar°. 2°. q. pª. statim ut factum fuit ipsum celum fuit angelis repletum. Alij autem dicunt quod deus creando celum angelis repleuit: sicut creando animam corpori ipsam infundit: et hanc opinionem tenet Fran. de mayro. in sermone de angelis. Celum enim predictum est locus deputatus contemplationi angelorum et sanctorum: quia est nobilissimum inter omnia loca corporalia. Et ideo maxime decet substantias nobilissimas. Dicit autem Beatus Thomas in pª. parte summe. q. 66ª. ar°. 3°. quod angeli sunt in celo collocati non solum ut eternaliter contemplantes: sed etiam ut generaliter presidentes: quia presunt omni corporee creature. Et ideo in loco supremo debuerunt collocari. Dicit autem Aug. in li°. de spiritu et anima: quod solus spiritus increatus est incircumscriptus scilicet deus qui est vbique. Unde ait Miere. 23°. Celum et terram ego impleo. Spiritus vero creati loco circumscribuntur: vnde angeli licet non sint in loco corporali continentur: quia ab eo non habent dependentiam nec influentiam: nec in loco mensurante quia sunt indiuisibilis nature que non occupat locum: vnde multi angeli possunt esse in eodem loco. tamen sunt in loco continente et circumscribente et ita sunt in vno loco quod non in alio: quia sunt nature et substantie finite: et limitate vt declarat sanctus Bona. in. 2°. di. 2ª. parte 2ª. ar°. p°. q. pª. 2ª. 3ª. et. 4ª. K

Quo ad tertium vero de sublimatione ac dignitate eorum hic pertranseo: quia de ipsis dixi sermone. x°. parte. 3ª. et etiam dicam in. xjª. parte martialis. sermone. 2°. parte. 4ª. Solum dico quod Aug. xj°. de ciui. dei. c°. 14°. Sic angelicam naturam extollit dicens. Natura angelica cetera omnia que deus condidit nature dignitate precellit: quod qualiter intelligi debeat patere potest ex dictis supra in predicto sermone. x°. L

Si autem queratur quot sunt angeli in celo dico quod eorum numerus est maximus et excessiuus ac nobis incognitus: quod sit maximus patet per Dionisium qui 14°. c°. celestis. hierar. dicit quod angeli sunt in quadam magna multitudine omnem materialem multitudinem excedentes. Cuius rationem assignat Thomas in pª. parte summe. q. 50ª. ar°. 3°. in corpore questionis dicens: quod sicut in corporibus attenditur excessus secundum magnitudinem vnde corpus incorruptibile ut celum excedit quasi incomparabiliter secundum magnitudinem omnia corruptibilia: eo quod tota spera actiuorum et passiuorum est aliquid

modicū respectu corpoꝝ celestiū: ita i spūalib⁹ at
tendit excessus fm multitudinē numeralē. De
ipsis vero angelis iqt propheta psalmo.138°. Di
numerabo eos ⁊ sup arenā multiplicabunt: ꝙ
āt eoꝝ numer⁹ sit excessiuus ꝓbat Thomas i p°.
scripto.di.40ª.ar°.2°.i solutiōe quarti argumē/
ti.⁊ pª pte sūme.q.63ª.ar°.5°.i corpore qōnis.
Nā numer⁹ angeloꝝ q remanserūt i celo: ē ma/
ior eoꝝ q ceciderūt ꝑ peccatū: fm magistrū i.2°.
di.9ª.⁊ fm quosdā: forte sūt multo plures ꝙ̄ de
mones ⁊ oēs homines dānādi simul. Et ad hoc
exponi pōt moralr illud secūdi Paralipo.32°.
Nolite timere. Plures.n.nobiscū sūt ꝙ̄ cū illo
.s.lucifero ꝙ autē angeloꝝ numerus sit nobis i
cognitus oñdit btūs Thomas i.2°.di.3ª.ar°.9°.
sʒ.n.Hieronymū sup Mattheū. Una qꝫ aīa
hʒ vnū angelū ad suā custodiā deputatū. Sʒ nu
mer⁹ hominū ē nobis i cognit⁹: ergo ⁊ numer⁹
angeloꝝ eos custodiētiū q sūt vnius ordinis. Et
multo magis numer⁹ oīum angeloꝝ deo mini/
strantiū ⁊ cōtra diabolū pugnātiuꝫ: iuxta illud
Job.25°. Nūqd numer⁹ militū ei⁹? qsi dicat nō:
sed sūt inumerabiles quo ad nos: vt expōit Gre.
i moralib⁹. De qb⁹ ēt dicit Dan.7°. Milia miliū
ministrabāt ei: ⁊ decies cētena milia assistebant
ei. Cū his āt beatissimis spiritib⁹ erit cōuersatio
nr̄a i celis: ⁊ eis erim⁹ similes: dicēte ipso domi/
no Mat.22°. Erūt sicut āgeli dei i celo. Ex hac
āt dignissima numerositate angeloꝝ accrescet no
bis gaudiū accidētale. Et similiter ex numerosa
multitudine sctoꝝ.i.pr̄iarchaꝝ: ꝓphetaꝝ: apo
stoloꝝ: martyrū: cōfessoꝝ: virginū: ac ceteroꝝ bea
toꝝ viroꝝ: ⁊ scāꝝ mulierū. De qbus ait aqla vo
lās Apoc.7°. Vidi turbā magnā quā dinumera
re nemo poterat: ex oīb⁹ gentib⁹ ⁊ tribub⁹ ⁊ po/
pulis ⁊ linguis stātes ante thronū ⁊c. Sicut enī
addit⁹ multitudini dānatoꝝ auget illoꝝ suppli/
ciū. Ita fm Ber. addit⁹ multitudini beatoꝝ au
get ipsoꝝ gaudiū. Ideō Ciprianus i epistola ad
frēs de mortalitate: nos hortat dicēs. Quid nō pro
peram⁹ ⁊ currim⁹ ut pr̄iaꝫ nr̄am videre ⁊ parē
tes salutare possim⁹? Magn⁹ illic nos charoꝝ
numer⁹ expectat: parētuꝫ: fratrū: ⁊ filioꝝ. Freqns
nos ⁊ copiosa turba desiderat iā de sua icolumi/
tate secura: ⁊ adhuc de nr̄a salute solicita. Ad ho
rū cōspectū ⁊ cōplexuꝫ venire quāta ⁊ illis ⁊ no
bis i comune leticia ē. Qualis illa celestiū regno
rū voluptas sine timore moriēdi ⁊ cū eternitate
viuēdi? Quā sūma ⁊ ꝑpetua felicitas? Illic aplo
rū gloriosus chor⁹: illic ꝓphetaꝝ exultātiū nūe/
r⁹: illic martyrū innumerabil populus: ob certa/
minis ⁊ passiōis victoriā coronat⁹: illic trium/
phātes virgines: q̄ cōcupiscētiā carnis ⁊ corpo/
ris cōtinēcie robore subegerūt: illic remunerati
misericordes: q alimētis ⁊ largitiōib⁹ paupū iu
stitie opa fecerūt. Qui dn̄ica ꝑcepta seruātes ad
celestes thesauros terrena pr̄imonia trāstulerūt.
Ad hos frēs charissimi cū auida cupiditate ꝓ/
peremus: ⁊ cū ipsis cito eē ⁊ ad xp̄m venire cōtin
gat optem⁹: hec ille. Et Augusti. i sermōe.6°. de
martyrib⁹ dicit. Scōꝝ societate celū exultat: qrū
patrocinijs terra letat: quoꝝ triūphis eccl̄ia scā
coronatur: quoꝝ gloria multiplici passionuꝫ ge/
nere adornatur ⁊c.

M

Si āt queraf vtrū qlibet sāctus tm̄ gaudeat
de bono ꝓximi quantū de proprio? Respō
deo ꝙ in hoc fuerūt diuerse opiniones. De qbus
sāctus Bona.in.3°.di.31ª.ar.3°.q.3ª. Et Ricar.
i eadē di.⁊ in.4°.di.49ª.q.vltima.⁊ Scot⁹ i.4°
di.50ª. Quoꝝ argumēta nō refero ꝓp euitādaꝫ
ꝓlixitatē. Dicit aūt Anselm⁹ in li°. Monologion
c°.p°. In illa pfecta charitate inumerabiliū an/
geloꝝ bonoꝝ ⁊ hominū: nō aliter gaudebit qsqꝫ
ꝓ singulis alijs ꝙ̄ pro se ipso. Et Aug.22°. de ci
uitate dei inqt. Quāuis futuri sint ꝓ meritis p̄/
miorūꝫ etiā gradus honoꝝ atqꝫ gloriarūꝫ: tamē
nō ē ambigēdū ꝙ illa beata ciuitas magnū hoc
in se bonū habebit ut vn⁹ alteri nō inuideat si/
cut nūc nō inuidēt archangelis angeli ceteri. No
let.n.eē vnusqsqꝫ qd nō accedit: cū sit pacatissi
mo concordie vinculo ei qui accepit obstrictus.
Qm̄ nec incorpore vult oculus esse q ē digitus:
cū membrū vtrūqꝫ cōtineat tot⁹ carnis pacata
cōpago. Sic itaqꝫ habebit donū alius alio mi
nus vt hoc quoqꝫ donum habeat ne velit am/
plius: hec ille.

N

Dicit ēt Tho.li°.3°.ꝯtra gen.c°.57°. ꝙ i bea
tis nō erūt tria q̄ ōsueuerūt eē in vita ista
.s.inuidia: discordia: ⁊ dāna. De pr̄io dicit Gre/
gorius sup Ezechielē. Hac rōne cōueniūt mās/
one multe cū vno denario: qꝛ ⁊ si alter minus
alter amplius exultet: oēs tm̄ vnum gaudiū cōdi
toris sui visione letificat. Et Aug. in epistola ad
Cirillum ait. Noueris ꝙ reuerentia que singulis
sanctorum exhibetur: ceteris omnibus exhibet.
Nec putes ꝙ in celo sit aliqua inuidia ut in mū
do. Sicut enim i mundo quilibet hominum ce/
teris preesse magis vellet ꝙ̄ subesse: ita in celo
per charitatē ineffabilem qua se inuicem dili/
gunt beate anime: quilibet sanctorum ita alteri/
us gloria gaudet sicut sua: qm̄ vellet qsqꝫ maior
ut qsqꝫ minor sibi esset eq̄lis ⁊ pene maior: quia
eius gloria esset sua. Nam minor ita maioris

gloria gaudet: sicuti eā hēt: nec vellet eā hēre: vt ille nō hēret: imo potius de sua si fas eēt sibi impartiret: vnde glīa singuloꝝ erit glīa cunctoꝝ: hec ille. De secūdo ait Chriso. in li°. de reparatōe lapsi. Nulla erit in futuro discordia: sed cūcta cōuenientia. Oium. n. scōꝝ vera ꝯcordia erit. Et Augu. sup Joānem dicit. Regnabit in oib⁹ vnitas charitatis ꝑ quā deus qui charitas est erit oia i oibus: per quā ēt fiet vt qd hñt singuli cōe sit oibus. De tertio aūt. s. q̄ btūs aliqs nō sentiat dānuz aliqd pp maiorē glīam alteri⁹: ingt Grego. vltimo mora. di. Eiusdē ēt disparitatis dāna nō sentiunt: quia vnicuiqꝫ quantum percipit sufficit: hec ille. O

Notandū est aūt fm doctrinā oiuz theolo. q̄ beati inuicē colloquētur: ex imenso gaudio inuicē exultātes: licet non sit necessariū: qꝛ vnusqsqꝫ videbit in mente alteri⁹ cōcept⁹ eius. Colloquētur ēt angelis: ꝛ angeli ipsis collocutiōe spirituali: vnde Aug. in cōibus sermonib⁹: sermōe 6°. ait. Justi i illa inenarrabili glīa cū se i lumie viderint: intra semetipsos singuli obstupescent ꝛ dicēt. Putas ego ipse suz? ꝛ qūo huic glīe dign⁹ inuētus sum? Angeli ēt accedentes cum gaudio magno ad scōs narrabūt eis ꝯuersationē eoꝝ inmaculatā: continentiā: vigilias: orationes: voluntariā paupertatē: frugalitatē: perfectā patiētiā: sitis ꝛ famis tollerātiā: ꝛ oia quecūqꝫ pp xp̄i charitatē equaminiter ꝑtulerūt: hec aūt oia sanctis angelis cū exultatiōe dicētib⁹ rñdebūt oēs iusti dicētes. Constituti in terris oino nec vna die perfecte viximus: nec vllum opus bonum a nobis gestum est. Iterū vero angeli cōmonefaciēt eos: ꝛ locū ac tēpus eis referent suoꝝ bonoꝝ opeꝝ: atqꝫ admirātes eoꝝ humilitatē glīficabūt deū videntes in celis corpora scōꝝ sup lumē refulgētia: qꝛ in terris volūtarie afflicti sunt ꝛ patientiā suam inmaculatā vestē ac margaritā preciosissimā possederūt. Item qꝛ in agro thesauꝝ absconditū iuenerunt ꝛ vendētes oia que sunt sup terrā: illum solum mercati sunt: hec ille. P

Quarto cōmendat ꝓpha patriā paternam ꝛ loci amenitate cū ait. Qui habitant i domo tua dn̄e. i. in celo empireo: quod primo a deo creatū est cum angelis ꝛ materia prima omniū aliarum rerum. Et ita exponit Augusti. Beda ꝛ Strabo illud Gen̄. primo. In principio creauit deus celum ꝛ terrā: vt ēt exponit Bona. i. 2°. di. 2ᵃ. De quo celo inquit Beda super Genesiz. Superius celum qd a volubilitate mundi secretum est: mox vt creatum est sanctis angelis fuit repletum. De ipsa aūt celesti ciuitate dicit beatus Joannes Apoc. a. 21°. Uidi ciuitatem sanctam hierusalem nouam descendentem de celo: a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. In quibus verbis omnes dotes anime ꝛ corporis cuiuslibet beati designantur. Primo enim ostenditur gloria prime dotis anime que dicitur dilectio perfecta: cum dicit̄. Uidi ciuitatem. Ciuitas. n. dicit̄ quasi ciuiū vnitas: fm Isido. 15°. Ethimo. Que quidem vnitas maxime habet fieri ꝑ dilectionem: que perfectissime erit in illa patria superna. De qua dicitur. ps°. 121°. Hierusalez que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Omnes enim beati simul in maxia pace ꝛ dilectione in ea habitabunt. De quibus dicitur psalmo. 132°. Ecce q̄ bonum ꝛ q̄ iocundum habitare fratres in vnum. Et ideo ingt ꝓpheta vbi. s. Beati qui habitant. ꝛc. Secundo ostendit̄ possessio certa cū dr̄ sanctā: sanctū enim idest quod firmum: fm glosam in. §. sancte. insti. de rerum di. ꝛ notatur in. l. sanctum. ff. eodem ti. Nam proculdubio certa ꝛ firma est possessio beatorum. De quibus Sapientie. 3°. dicitur. Spes illorum imortalitate plena est. Tertio ostenditur visio clara dum dicitur hierusalem: que visio pacis interpretatur. Unde canit ecclesia. Urbs beata hierusalem dicta pacis visio ꝛc. In ea enim ciuitate superna omnes beati deum regem pacificum clare contemplabuntur: ꝛ videbunt vt supra ostensum est. Quarto ostenditur corporum beatorum impassibilitas cum dicitur: nouam: qꝛ per remotionem vetuste corruptibilitatis ꝛ passibilitatis corpora beatoruz noua ꝛ impassibilia fient. Quinto oñdit̄ eoꝝ agilitas dum dr̄: descendentē de celo. Nam beati quasi in momēto poterūt de celo ad terrā descēdere ꝑ dotē agilitatis: vt s. ostensum est. Sexto oñdit̄ eoꝝ subtilitas cū dr̄ adeo paratā. Sicut enim res grossitiē habēs parari dicit̄ quando subtiliat̄: sic ꝛ corpora beatorū adeo parabunt̄ cū illa faciet ita subtilia q̄ q̄si spiritualia reddētur. Septimo oñdit̄ eoꝝ claritas cū dr̄: sicut sponsaz ornatā viro suo. Qm̄ sicut ornamentū reddit corpus formosius: sic ꝛ claritas illa beatorum corpora decorabit. Q

Non est autem credendum q̄ in celo stent beati sicut in solario: ꝛ q̄ vn⁹ sanctus sit directe super caput alterius. Sed sicut si esset mōs rotūdus: ꝛ aliqs eēt in culmine ꝛ alij circūcirca. Sic pōt aliquis imaginari q melius nescit dispositionē btōꝝ i patria celesti cogitare. s. q̄ xp̄s est i supremo culmine: ꝛ prope eū btā virgo: ꝛ postea omnes angeli ꝛ sancti iuxta eorum gradum.

descēdetis. Scriptū est enim Luce.16°. Mortuus est diues: & sepultus in iferno. O desperati qui propter mortem amicorum: vel amissionē bonorum tēporalium dimittitis operari bonum: & sepe ex desperatione vosipsos occiditis. Profecto potestis dicere illō quod dicebat Jacob Genesis.38°.c°. Descēdam ad filiū meum lugēs in infernum. O filij diaboli: qui vt cōplaceatis hominibus sustinetis multa que fiūt cōtra dei precepta: sicut sepe faciūt vxores cum viris suis: & subditi cum dominis. Certe vos potestis dicere illud quod scriptum est Job.17°. Si sustinuero infernus domus mea est. O obstinati peccatores: qui nō habetis cōtricionem de peccatis vestris: sciatis q tarde in inferno cōtricti eritis: iuxta illud psalmi.9. Cōuertantur peccatores in infernum: omnes gētes que obliuiscūtur deum. O perfidi christiani qui iam per multos annos nō estis cōfessi. Audite quid dicat Dauid psalmo.6°. In iferno autem quis cōfitebitur tibi? O crudeles & impij: qui pauperib⁹ misericordiam facere cōtēnitis: audite quid scriptū sit psalmo.29°. Erubescāt impij & dducātur i infernum. Profecto quilibet vestrum potest dicere illud psalmi.87. Uita mea inferno appropinquauit. O vos qui piculis peccati mortalis vos exponitis: profecto potestis dicere illud psalmi.114. Pericula iferni inuenerūt me. Et de quolibet vestrum potest dici illud Apocalyp.6°. Et infernus sequebatur eum. Et illud Prouerbiorum.1°. Inclinata est ad inferos semita eius. Qui enī amat periculū peribit i illo. Ecclesiastici.3°. O tu qui non vis ire ad predicationem audi prophetā dicentē. Baruch.2°. Deputatus est cum dscendētibus in infernum: quia dereliquisti fontem sapiētie. O epulones qui totum affectū vestrum habetis in epulis: scitote q verificabitur de quolibet vestrum illud quod scriptum est Prouerbio.9°. In profundū inferni conuiue eius: qui applicabitur illi descendet ad inferos. Et loquitur etiam de luxuriosis. O immudi: vos habetis arrā inferni. Nam scriptum est Canticor.8°.c°. Dura sicut infernus emulatio. O maliciosi: qui proximos decipitis fallacijs vestris: vel eos dridetis. Audite qd Salomon Ecclesiastes.9°. dicat. Corda filiorum hominū implētur malicia & ptemptu in vita sua & post hec ad iferos deducētur. O homicide & ifideles: scitote q ad infernum adducemini: vt dicitur Ezechielis.32°. vbi scriptū est. Descēderūt in infernū cum armis suis. O superbe qui nō putas aliam esse vitam: audi quod scriptū est Naum.2°c°. State: state: nam nō est qui reuertatur: scilicet ab iferis: quasi dicat propheta. O superbi qui extimatis vos habere māsionem perpetuam in hoc mūdo: state si potestis: quasi dicat est impossibile. Dico igitur cuilibet vestrum o maledicti peccatores illud Jsaie.14°. Ad infernū detraheris in profundū laci. Si enim deus nō pepercit angelis peccantibus. De qb⁹ dicitur secūde Petri.2°. De angelis peccātibus nō pepercit: sed rudentib⁹ inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos. Quomodo putatis q vos euadetis carceres ifernales? Certe si nō penitētiā egeritis: diabolus vos detrahet in illo carcere horribili in profundū iferni. De quo dicit Jsaie.5°. Dilatauit ifernus & aperuit os suū absq vllo termino: & descēdēt fortes eius ac sublimes gliosiq ad eū. O mūdani ceci nonne horretis respicere in sepulchra? Nōne in alto pcipitio cōstituti: timetis ifra respicē? Quid facietis in die illa quando ifernus aperiet fauces suas: & de tā alto pcipitabimini q profūdū nō videbitis? Unde Uirgilius.6°. Eneydos iquit. Sed tartarus ipe bis patet in preceps tantū tenditq sub vmbras. Quantus ad ethereū celi suspectus olimpū. De hoc capite mirabile exēplū. Legitur enim in vita sancti Macharij alexādrini: q dum quadā die ipe Macharius in heremo deambularet: reperit caput cuiusdā defūcti. Et dum orasset iterrogauit illō caput cui⁹ fuisset. Qō rūdit se fuisse cuiusdā pagani. Dixitq ei Machari⁹. Ubi est aīa tua? Rūdit in iferno. Cūq regreret si multū in pfūdo esset. Rūdit q tātū quātū distat celū a terra. Cui Machari⁹ ait. Sūtne aliq pfūdiores? Cui ille ait. Profūdiores sūt oīb⁹ falsi xpiani: qui sāguie xpi redēpti & sacro baptismate mūdati de tātis bñficijs igrati fuerūt. De qb⁹ dici potest illō Job.13°. In pfūdissimū iferni descenderūt. Igit falsi xpiani: sciatis q de vobis dificabit illō psalmi.48. Sicut oues in iferno positi sūt mors depascet eos.

I

Hoc āt exponit multipl'r. Sicut enī oues herbā comedūt & iterū reuiuiscit vt denuo comedat. Sic & mors videbit dānatos occidē: & tū renouabit ptinue: & eo pene videbūt reuiuiscē. Itē sicut oues postq pauerit in vno prato ducunt a pastore ad aliō pratū: ita postq oues infernales pauerint in prato frigoris: dducent a diabolo ad pratū caloris: & sic altnati erit i ppetuū. Job.24° Ad calorē nimiū transeāt ab aqs niuiū. Et sicut hmōi aīalia distigunt p greges: qz oues stāt [illegible] se & capre p se: & sic de alijs. Silr dānati [illegible] diuersos greges distiguet. Nā supbi faciēt vnū gregē: & luxuriosi aliū. &c. Ezechielis.12°. Plāget terra: scilicet infernales. Familie & familie seorsum. Et sicut oues tondūtur: & sic tonse ad pascua mittū

tur sic peccatores hic dimittēt lanā: idest diuitias: et sic attonsi ad pascua infernalia transmittentur. Job.27°. Diues cum dormierit nihil secum afferret.etc. Et psalmista ait. Cum interierit non sumet omnia: neq3 descēdet cum eo gloria eius. Itē sicut oues in frigore stant ab inuicē segregate. In calore autem stant in simul compresse et vna super aliam. Sic dānati in frigore erunt separati vt quilibet per se strideat et fremat. Matthei.22°. Ibi erit fletus et stridor dentiu3. In igne aute3 infernali stabunt in simul cōpressi et vnus iacebat super aliu3: vt adinuice3 se magis comburant. Quod innuitur Matthei.13°. vbi dicitur. Colligite ziçania et alligate fasciculos ad cōburendum. Ex quibus verbis demōstratur q; ex diuersis generibus peccatoru3 fient diuersi faculi: vt de omnibus infidelibus vna secta. De omnibus hereticis eiusde3 erroris. De omnibus homicidis. De omnibus sodomitis. De omnibus vsurarijs: et sic de alijs. Unde Augustinus in sermone.9°. de aduentu Christi ad iudicium exponit dicens. Alligate in fasciculos ad comburendum: hoc est homicidā cum homicida: adulterium cu3 adulterio: rapaces cu3 rapacibus: vt hi qui similes fuerunt in culpa: ibi in similia alligētur tormenta: et quanto maiora peccata cōmiserunt: tanto feruentius eos ibidem ignis eternus assumet. De ista etiam constrictione dicitur Isaie.24°. Congregabuntur in congregatione3 vnius fascis in lacum: et claudentur ibi in carcere. Quod exponens Augustinus in libro meditationum.c°.28°. inquit. Congregabuntur ergo peccatores in lacu et claudentur in carcere: scilicet inferni in quo sine corporibus vsq3 ad diem iudicij torquebūtur: et post diem iudicij grauius punientur: scilicet in anima simul et corpore. Isti aute3 dānati et perfidi christiani nō stabunt omnes in eodem loco infernali sed vnus erit in profundiori: sicut et profundius et malignius deliquit. Unde erunt vnus subtus et alius supra in simul cōculcati ac constricti tanq3 in quadam rota penali. De quibus īquit psalmista. Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulam ante facie3 vēti. Illi autem qui peccauerunt per ignorantia3 inexcusabilem erunt cum demonibus qui ceciderunt de ordie angeloru3. Qui vero scienter: erunt cum illis qui ceciderunt ex ordine archangelorū in loco magis profundo. Qui vero obstinati fuerunt in peccatis tanq3 inimici virtutum erunt cum illis qui ceciderūt de ordie virtutum. Qui autem fuerūt negligētes in corrigendo subditos cum his qui corruerūt de ordine potestatum. Et qui fuerunt mali principes populoru3: cum illis qui ceciderūt de ordine pricipatuum. Qui vero fuerūt mali domini terraru3: cum his qui corruerunt ex dominatiōibus. Et illi qui fuerūt iniuste ithronizati in regnis et imperijs: cu3 illis qui ceciderunt ex thronis. Qui autem fuerunt scientifici: cum his qui corruerunt ex ordine cherubico. Qui vero fuerūt in altiori gradu et dignitate ac statu perfectiori vocati: vt pape: patriarche: sacerdotes: et religiosi in profundissimo et horribilissimo loco: cum his qui ceciderunt ex ordine seraphico. Nō autem ita stricti ponūtur pisces salati in vase: sicut peccatores in illo horribili carcere infernali cōstringētur: ligati cathenis terribilibus. Sicut scriptu3 est Sapiētie.17°. Unde dicit Dauid psalmo penultimo. Ad alligandos pedes eoru3 in cōpedibus: et nobiles eoru3 in manicis ferreis. Et hoc sufficiat pro secunda inferni afflictione.

¶ Tertia afflictio que dicitur horribilis obscurationis.

t Ertia afflictio quā habebitis o scelerati dicitur horribilis obscurationis. In inferno enim nunq3 videbitis solem: iuxta illud psalmiste. Super cecidit ignis: et nō viderunt sole3. Unde in.6°. Eneidos dixit Eneas Didoni: eā inueniēs in inferno. Sed me iussa deum que nūc has ire per vmbras: Per loca senta situ cogunt noctēq3 profundam. Imperijs egere suis. De hoc etia3 dicitur in psalmo d peccatore. In eternu3 nō videbit lumē. Et Matthei.22°. dicitur. Mittite eu3 in tenebras exteriores. Et Sapientie.17°. dicitur. Uinculis tenebraru3 et longe noctis compediti et inclusi etc. Et Job decimo sui libri.c°. inquit. Dimittite me vt planga3 paululū dolorem meu3: anteq3 vada3 et non reuertar ad terra3 tenebrosam et operta3 mortis caligine. Terram miserie et tenebraru3: vbi vmbra mortis et nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. Hanc autem obscuritate3 rationabiliter debere esse in inferno probat Ricardus et Bonauētura in quarto distictio.50°. multis rationibus: maxie quia sicut boni premiabūtur per visum: ita ecōtrario mali debent puniri per lucis subtractionem que est delectabilis oculis ad vidēdum. Ecclesiastes.xj°. Dicitur autem in predicta auctoritate Job: q; in inferno nullus est ordo: quia elementa et cetere creature non seruant ibi distinctionē sua3: sed oia sunt cōmixta et cōfusa: iuxta illud ps°. Ignis: sulphur: et spūs procellaru3 pars calicis eorū. Et ideo ifernus vocatur magnum chaos. Luce.16°. Item elementa non

seruant ibi proprietates suas. Nã proprietas ignis est glaciem et niuem resoluere. Tũc autem non resoluet. Sap. 16°. Nix et glaties sustinebant virtutem ignis et nõ tabescebãt. Proprietas aũt aque est ignẽ extinguere: ignem autẽ inferni extinguere vel modicum non posset tota aqua maris. Sap. 19°. Ignis in aqua valebat supra virtutez suam et aqua extinguẽtis nature obliuiscebatur. Proprietas vero aeris est lumẽ recipere. In iferno aũt nullo modo recipiet. Sapiẽtie 17°. Nec syderum limpidissime flãme illuminare poterãt illã noctez horrendam. Proprietas autem terre est infimũ locum tenere. In inferno autem peccator habebit terrã sursum et deorsum: a dextris et a sinistris. Unde Job. 20. dicitur de peccatore. Terra ɔsurget aduersus eũ: quia ne unq̃ euadat custodiet. Notãdum tamen ſm Ricardum in. 4°. di. vltima. ar° 5°. q. p^a. ꝙ licet lumen per se sit delectabile: tñ per accidens potest esse tristabile: in quantum aliqd ostendit quod displicet. Et ideo cum infernus sit locus omnis tristitie est tenebrosissim⁹ in quo nõ est aliquod purum lumen quod visum delectet. Est tamen ibi aliquod lumen tenebrositati permixtũ quo damnati solum videre possint: vnde doleãt Et de hoc inquit. Gregorius. 9°. Mora. versus finem dicens. Ignis inferni q̃uis ad cõsolationẽ non luceat tamen vt magis torqueat ad aliqd lucet. Nã sequaces quosq; suos secũ i tormẽto reprobi flamma illustrante visuri sunt quorum amore deliquerunt. Hoc etiaz in sententia dicit Isidorus li°. p°. dẽ summo bono. c°. 20. De hac visione hẽtur Isaie. 13°. vbi dicitur. Unusquisq; ad proximũ suum stupebit. Uidebunt enĩ tormenta sua et aliorum: ex quorum horribili visione valde cruciabũtur maxime ex tormentis eorum quos supra deũ amauerunt: et qui ipsorum causa damnati sunt. Unde quidam frater Gulielmus ordinis nostri predicator raptus in spiritu vidit in inferno vnũ hominem in imo flammarum prostratum de cuius vtero alta arbor procedebat in cui⁹ ramis hoies multi erant suspensi: et a flamma ab imo procedẽte diuersimode et acerrime torquebãtur: et ille qui in fundo iacebat magis iter illos torquebatur. Et cuz quereret ille predicator a ductore suo quis esset ille qui super alios affligebat: dixit ei. Ille qui iacet in imo fuit principium generationis oium istorum: et fuit pauper: sed per vsuras locupletat⁹ est: alii vero qui processerunt ab eo torquent: vel quia fuerunt imitatores paterni sceleris: vel quia acquisita per vsuram non restituerunt. Primus autem cruciatur magis q̃ alii: et eius pena accrescit videndo eos qui propter eum in hoc tormentum venerunt et pro oibus illis ei pena acumulatur. Simpliciter igitur locus inferni tenebrosissimus erit ad quem neq; sol neq; luna: neq; stelle expandent lumen suum. In quo nihil videbitur nisi ꝙ hẽat incutere terrorem. Unde dicitur p̃mi Regum. 2°. Et impij in tenebris conticescent: scilicet pre timore. Sicut Exodi. x°. dicitur. de tenebris egypti: facte sunt tenebre horribiles i vniuersa terra egypti. Tribus diebus nemo vidit fratrẽ suum nec mouit se de loco in quo erat. Sup que verba dicit Nicolaus de lira: ꝙ tenebre ille ideo dicuntur horribiles: quia inter illas videbant egyptij visione imaginaria: fantasmata quedam: et figuras turpes: que non paruum eis ingerebant timorem. Et ita in inferno erunt horribiles tenebre quia damnati inter eas videbunt terribiles figuras demonũ vt infra patebit. Et videbunt se inuicem: qui damnati erunt tam turpes ac deformes atq; horridi: vt impossibile sit dictu. Tre. 4°. Adhesit cutis ossibus eorum: aruit et facta est quasi lignum. Sicut enim beati erũt pulcherrimi: ita ecõtra de damnatis. Quia sicut oppositum in opposito: ita propositum in proposito. quarto Topicorum. Unde dicitur Naum. 2°. Facies eorum sicut nigredo olle: et Augustinus ait. Ignis ea que comburit deturpat: et denigrat: quãto magis ignis inferni d̃nigrabit damnatos qui erunt ei⁹ pabulum sempiternum: De quib⁹ dicit Isaie 14°. Facies cõbuste vultus eorum. Ubi glosa inquit. Nullius hoium tam pulcher aspectus erit: qui fumo et ardore infernalis gehenne non nigrescat. Non .n. reformabuntur in aliqua pulchritudine corpora damnatorum: sed erit econtra: iuxta illud. p^e. Cori. 15°. Oẽs quidem resurgemus: sed non omnes imutabimur: tamen resurgent sine diminutione alicuius membri vt magis puniantur: ſm magistruz in. 4°. di. 43^a. c°. vltimo: et Ricardum eodem li°. di. 44^a. ar°. p°. q. p^a. Sed in omnibus membris erunt indicibiliter deformes. Et deformitates quas habuerunt in mũdo dum viuerẽt: reassumẽt in resurrectione: ſm sanctum Bonauẽturã in. 4°. di. 44^a. II

O Quam dolenda erit hora illa qua miser peccator intrabit infernum nunq̃ visurus lucẽ per tot annorum milia: et post iudicium per infinita secula. O quantus timor tunc cor eius iuadet cum videbit noctem sine die tam longissimam sibi factam. Nam si in hoc mũdo viderẽt hoies noctem protrahi vsq; ad mensem vel annum: cuncti clamarent ad sydera misericordiam. Unde inquit. Uirgilius in p°. Georgicorum de obscurato sole post mortem Cesaris. Ille etiam extincto mu

feratus cesare romam. Cum caput obscura niti-
dū ferugine texit. Impiaqz eternā timuerūt secu
la noctem. Que igitur mens: qualisue anim⁹ fiet
damnatis in tenebris inferni obscurissimis: In
quo non solum priuati erunt in eternum omni
splendore ꝛ luce delectabili: verumetiam oīa alia
mala accident eis ad merorem. De his autez te-
nebris dicitur Ysaie.32°. Tenebre palpatio super
speluncas eorū.

¶ Quarta afflictio que dicitur fetidissime abho-
minationis.

Quarta afflictio quam habebunt dāna-
ti dicitur fetidissime abhominatōis. In
iferno erit eni fetor maximus ꝫ. Ricar
dum in.4°.di.44°.ar°.vl°.q.vltima.
Et iō ecclesia appellat ifernū locuz fetoris. Dicūt
.n̄. sacri doctores: ꝙ i die iudicij oēs fetores mū
di reducēt ad ifernū. Iō dr̄ Ysaie.33°. Cōuertēt
humus ei⁹ in sulphur. Et Sophonie.p°. Et erūt
corpora eorum sicut stercora. Nihil eni magis fe-
tens cogitari potest q̄ꝫ damnati. Unde legitur in
vitis patrū: ꝙ erāt duo nobiles socij: qui existen-
tes semel ad quandam predicationem: audierūt
quendam predicatorem dicentem ꝙ sunt valde
terribiles pene inferni. Unus autem ex eis cepit ri
dere nihil credens: alius vero compunctus: effe-
ctus est post paucos dies religiosus. Ille vero qui
remanserat in seculo venit ad mortē: ꝛ rogatus a
socio suo monacho vt sibi post mortē appareret.
Quadam nocte ei apparuit. Et iterrogatus quo
mō staret. Dixit mala tūc mōach⁹ ait. Sūt ne i i
ferno sic horribiles pene vt predicatur. Respon-
dit ille damnatus. O frater omnes lingue mun-
di non possent narrare sufficienter quātū sit horri
bilis cruciatus inferni. Tunc dixit monachus.
Nonne possem ego habere aliquam noticiaz hu
ius ꝛ experiētiam: Dixit autez damnatus. Ita bñ
visne vidē aut tāgē aut gustare. Dixit monach⁹.
Nolo videre: quia sū timidus: ꝛ morecer vidēdo
tam terribilia. Nolo etiam tangere: quia sū sēsua
lis. Nolo gustare: quia habeo debilez stomachuz
Sed fac me odorare min⁹ tamen q̄ꝫ potes. Tū dā
natus aperuit mantellum in quo erat inuolutus
a quo statim exijt tanta putredo ꝛ fetor intollera
bilis ac pestilens: ꝙ omnes monachi illius mo-
nasterij ibant vagabundi vt stulti: clamantes
propter fetorem. Ita ꝙ nullum remedium in-
uenientes necesse fuit illis relinquere illud mo-
nasterium: ꝛ a longe accedere ad habitanduz: vt
enim inquit Galienus: de maxime prosternenti-
bus virtutem nature est fetor ꝛ dolor. Aliud exē-
plum legitur: ꝙ quidam monachus fornicator
apparuit alteri monacho socio suo: desideranti scire
quales essent pene inferni. Qui damnatus insuf
flauit i illū monachū: vnde ex ei⁹ fetore ille semi
mortuus cecidit: ꝛ aues inde transeuntes tali fe-
tore cadebāt mortue. Si ergo fetor vnius damna
ti solum tantum est abhominabilis. Quid erit tā
torum corporum atqz animarum. Inter omnes
autem fetores nullus est maior fetore peccati. Et
inquit Augustinus in libro meditationū. O cu-
riosi qui odoramenta in vestimentis portatis. Au
dite quid comminetur vobis de⁹ Ysaie.3°.c°.di. Et
erit pro sua vi odore fetor. Et eiusdē libri.c°.34°.
dicitur. Interfecti eorū proijcientur: ꝛ de cadaue-
ribus ascēdet fetor.

¶ Quinta afflictio que dicitur diabolice appari
tionis.

Quinta afflictio dicitur diabolice appa-
ritionis. Ibi enim damnati habebunt
secū demones semp iuxta illud Mat-
thei.25°. Ite maledicti in ignem eternū
qui paratus est diabolo ꝛ angelis eius. Et Apoc.
20. dicit. Diabolus qui seducebat eos: missus est
cum eis in stagnum ignis ꝛ sulphuris. De ciui-
tate etiā infernali scriptū est Baruch.4°. Ignis
superueniet ei ab eterno in longiturnis diebus ꝛ
habitabitur a demonijs in longitudie temporis.
Apparebunt ergo demones ipsis miseris dāna-
tis: in tā horribili forma: tanqz turpibus fātasma
tibus: ꝙ sicut dicūt theologi quidā in.4°. potius
quis se proijceret in ignē ardentissimū: q̄ꝫ pauli
per per momentū videre diabolum sicut apparet
dānatis. Sicut ille mortuus suscitatus ex conta-
ctu sacci sancti Hieronymi retulit sancto Cirillo
Imo dicunt doctores: ꝙ si quis videret demonez
sicut apparet in inferno subito moreretur. Et iō
etiā dicunt quidē: ꝙ propter eius horribilitatem:
potius quis eligeret transire per ignem semper ab
oriente vsqz ad occidens: q̄ꝫ per momentum ꝛ in
ictu oculi videre turpitudinem diaboli in essen-
tia sua oi turpitudine propter peccatum deforma
ta. De hac autem demonum apparitione dicitur
Job.20. Uadent ꝛ venient super eos horribiles: ꝛ
Nauum.2°. Aspectus eoruz quasi fulgura discur
rentia. De diabolo etiam dicit quilibet dānatus.
Job.16°. Collegit furorem suū in me: ꝛ comināns
mihi infremuit. Et Iere.6°. Crudelis est ꝛ non
miserebitur: ꝛ eiusdem libri.c°.51°. Comedit me
ꝛ deuorauit me: ꝛ absorbuit me sicut draco. Irri-
debunt autem demones ipsos damnatos. Quo-
rum irrisionem euitare cupiebat psalmista dicēs
Ne quando irrideant me inimici mei. Unde
Gregorius ait. Quos habuistis tentatores in cul

pietibus habebitis derisores in tormentis. Ecclesiastici quoque.39°. dicitur de demonibus. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt: et in furore suo cōfirmauerunt tormēta sua: et in tēpore cōsumationis effundent furorē. etc. De diabolo etiam scriptū est Abacuch.p°. Ipse de regibus triūphabit: et super omnē munitionē ridebit. Et ibidem dicitur. Uolabunt quasi aquile: scilicet dmones ad flagellandū dānatos. Quilibet autē dānatus dicere poterit cū psalmista. Conculcauerunt me tota die inimici mei. Narrat xo Gregorius in li°. Dialogorū. quod cum monachi sancti Benedicti vellent quēdā lapidē leuare in edificiū: nullo modo potuerunt eū mouere: quia diabolus eidē insedebat. Quid ergo facient dānati: qui ab innumeris demonibus erunt depressi et cōculcati? Profecto ex tam horribiliū demonū societate et cōtinua eorum cruciatione valde affligentur. Unde quilibet dānatus poterit dicere illud Job.16°. Conclusit me deus apud iniquū: et manibus impiorum me tradidit hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. De demonibus enī dicit Uirgilius.6°. Eneydos. Terribiles visu forme etc. Ibi igitur horribiles demones dānatis cōtinue aderunt clamantes et rugientes. De quibus dicit Augustinus in quodam sermōe ad heremitas. Ibi o fratres demones clamare nō cessant: percutere peccatores nunquam desistunt. Nunc superbū: nūc gloria mundi plenum: nunc luxuriosum: nunc proditorē: nunc homicidā nunc mendacē: nunc detractorē appellant. Ecce quomodo clamabūt. Sed quid dicent? Nisi percute: dilacera: occide: velociter spolia: predari festina: fer prunas: picem para: aurum et argentū liquesce: quia deum vixerunt: deum intelligere noluerūt: hec ille. O miseri peccatores quomodo facietis in tenebris illis: si modo habetis timorē in nocte: omnem strepitū expauescētes? Et si mortuus appareret vobis: quasi exanimes efficeremini. Quomodo ergo poteritis supportare visionē horribilē tot mortuorum: et apparitionē non vnius solum: sed innumerabiliū tam deformium: ac turpissimorum demonū? Ui erunt socij vestri in penis: quorum suasiones secuti estis in peccatis.

¶ Sexta afflictio que dicitur vermium corrosionis.

Sexta afflictio quā habebūt dānati in inferno dicitur vermiū corrosiōis. De qua afflictione scriptū est, Isaie.50. Sicut vestimentū sic comedet eos vermis. Et eiusdem libri.c°.14°. dicitur peccatori. Subter te sternetur tinea et operimentū tuum erunt vermes. O miser vana que tui tēporis expendis in ornādo: et que dormis in lectis tam delicatis. Lectus tuus in inferno erit camera vermiū. Uestimenta tua erūt vipere et serpētes: scorpionesque venenosissimi. Sed sciēdum est secundum doctrinā Ricardi nostri in 4°. distinctionē. vlt°. articu.5°.q.2°. quod pena vermis dupliciter potest accipi. Aut proprie: scilicet pro verme corporali: aut methaphorice: scilicet pro remorsu cōscientie qui animā dānatorum pungit et affligit. Unde Augustinus in li°. de vera innocētia inquit. Nulle sunt grauiores cruces in vita ista quam mala cōscientia. Et vtroque modo dicūt aliqui in inferno esse penam vermis. De remorsu cōscientie nō est dubium quod miseri dānati habebūt remorsum cōscientie: et tātam anxietatē in anima: quod ista erit de maioribus anxietatibus quam habeāt: vt dicit Ricar. vbi supra. Nō quod doleant de peccato simpliciter et amore charitatis: cū habeant cōsciētiam in malo obstinatā: sed habebūt remorsum istū in aīa: et istum vermē horribilē in cōsciētia propter grauissimas penas quas videbūt se pati propter peccata. Et ita itelligitur illud Sapiētie. 5°. Penitētiam agētes et pre angustia spūs gemētes. Et hāc etiā sententiā ponit Alexāder de ales in 4°. parte sūme: in tractatu de penitētia. Et beatus Tho. in 4°. scripto. dist.50°. articu.p°. Et Augu. in li°. de fide ad Petrū ait. Qui in hoc seculo penitētiā nō fecerit: habebit illā in futuro de malis suis: sed indulgētiam in cōspectu dei nō inueniet quia et si erit ibi stimulus penitudinis: nulla tamē erit correctio volūtatis. A talibus enim ita culpabitur iniquitas sua: vt nullatenus possit diligi vel desiderari iustitia. Uolūtas enim eorum ita erit et talis: vt habeat semp in se malignitatis sue supplíciū: nunquam tamē possit incipere bonitatis affectū: hec ille. Ipsi quoque dānati in inferno cruciabūtur ex cōfusione maxima: quia omnia facinora sua cūctis patebūt. Ezechielis.17°. Uidebūt oēs turpitudinē tuam etc. Dicitur cuilibet dānādo. Sicut ergo fur cōfunditur cum res furtiue vel istrumenta furādi et ad collum in patibulo ligātur: ita dānatis magna erit afflictio animi et quasi quidā vermis animā rodēs manifestatio et euidētiā abominationū pro quibus eternaliter cruciabunt. De verme autem corporali dicūt quidā quod nō erit in inferno: quia vegetabilia et bruta nō remanebūt post iudiciū. August. vero.21°. de ci. dei.c°.9°. dimittit sub dubio. Utrum erūt in iferno vermes materiales vel nō. Sed saluo semper meliori iudicio possumus dicere: quod erūt vermes materiales in iferno. Et de hoc expresse loquitur scriptura. Judith. vlt°. vbi dicit. Dabit ignē et vermes in carnes eorum: vt vrātur et sentiāt in sempiternum. Nō

dicit in aiam. Et sic nõ loquit̃ de remorsu cõsciẽtie: sed de verme materiali. Et Eccl'. 7°. di. Vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. Vermis aũt puniẽs carnẽ est vermis corpalis. Nõ obstat modo q̃ vegetabilia ⁊ bruta nõ remanebũt post iudiciũ: nec erit gñatio ⁊ corruptio: q2 cessantibus oĩbus aliis aĩalib⁹ irrationabilib⁹ atq3 omni gñatione ac corruptiõe: põt deus ex putredine inferni facẽ gñari vermes ⁊ ẽt corrũpi ad maiorẽ abhoiationẽ pctõꝝ. Itẽ põt facere durare vermes ⁊ alia bruta terribilia in inferno ad punitionẽ maloꝝ. Vel possumus dicere ⁊ meli⁹ q̃ demones accipiẽt formã vermiũ serpẽtũq3 ac viparũ: silr ⁊ tigriũ atq3 leonũ: ⁊ in tali forma cruciabũt miseros dãnatos ⁊ tales vermes erũt peiores sine vlla cõparatione ⁊ atrociores q̃3 oẽs qui in hoc mundo reperiri possint. Et ita intelligit̃ illud Isaie. 34°. Erit cubille draconum ⁊ pascua structionũ: ⁊ occurrẽt demonia. Et illud eiusdẽ libri. c°. vl°. Vermis eoꝝ nõ moriet̃. Et illud Deute. 32°. vbi dicit deus. Dẽtes bestiaꝝ ĩmittã in eos: cum furore trahẽtiũ sup terrã atq3 serpentium: ⁊ deuorabũt eos aues morsu amarissimo. Unde Virgilius in. 6°. Eneydos inqt. Rostroq3 immanis vultur adunco Immortale iecur tundens fecundaq3 penis. Uiscera: rimaturq3 epulis: habitatq3 sb alto Pectore: nec requies fibris datur vlla renatis. Põt ergo q̃libet dãnatus dicere illud Job. 30. Qui comedũt me nõ dormiũt. O infelices pctõres quilibet vestruz poterit dicere in iferno illud Job. 17°. Putredini dixi: pater me⁹ es tu: mater mea ⁊ soror mea vermib⁹. Intrabunt eni vermes fetidissimi: ⁊ vipe horribiles per os vestrũ: ⁊ p nares atq3 aures: atq3 in viscerib⁹ vos cruciabũt. Et de hoc loquitur Dantes in prima comedia iferni. c°. 3°. dicens.

Questi sagurati che mai nõ for viui.
Erano gnudi ⁊ stimulati molto.
Da mosconi e da vespe che eran iui.
Rigaueno de sangue il loro volto.
Che meschiato de lachryme per fin a pedi.
Da fastidiosi vermi era ricolto. Et ideo clamam⁹ oẽs ad dñm dicẽtes cũ psalmista. Nec tradas bestiis aĩas ↄfitẽtes tibi.

¶ Septima afflictio iferni que dĩ ipoꝛtabilis doloris.

P Eptima afflictio quã habebitis o miseri pctõres in inferno dĩ ĩpoꝛtabilis afflictiõis. Vt eni dicũt theo. in 4°. sen. dist. vl°. Oẽs pene ⁊ dolores atq3 afflictões que possunt in mũdo inueniri: erũt in iferno sine vlla cõparatione terribiliores. Et dãnati cruciabunt̃ horribilr in oĩbus sensibus: vt verificet̃ i eis illud Sap. xj°. Per que qs delinquit: per ea ⁊ puniri dẽt. Pmo ergo affligent̃ in tactu totius corporis ex flagellationib⁹: torturis cõbustionib⁹ ⁊ ceteris tormẽtis. Itẽ q2 ligatas habebũt manus ⁊ silr pedes ⁊ oĩa mẽbra ita q̃ eis nunq̃3 vti poterũt. Iuxta illud Mat. 22°. Ligatis manibus ⁊ pedib⁹ ⁊c. Secũdo cruciabunt̃ in visu ⁊ caligine ⁊ fumo iferni qui nullu3 habebit respiraculũ: nec ipsi alicuius aeris habebũt refrigeriũ. Vñ Apoc. 9°. dĩ. Obscuratus ẽ aer de fumo putei ⁊c. Et p̃ᵃ ait. Ascẽdet fumus in ira eius. Tertio cruciabũtur in olphatu ex fetore incõparabili qui erit in iferno eternalr. De quo dĩ Johelis. 2°. Ascẽdet fetor ei⁹ ⁊ putredo. ⁊c. Quarto cruciabunt̃ in auditu audiendo horribiles clamores dmonũ ⁊ maledictiones ⁊ stridores dãnatoꝝ: ⁊ opprobria vniuscuiusq3 damnati ad proximũ: iuxta illđ Isaie. 3°. Tumultuabit̃ puer cõtra senẽ: ⁊ ignobilis cõtra nobilẽ: pater obiurgabit filiũ: ⁊ filius patrez. Et Isaie. 65°. dĩ dãnãdis. Vos clamabitis pre dolore cordis: ⁊ pre cõtrictione spũs vlulabit̃. Legit̃ aũt q̃ quidã frater cistersiensiũ propter aspitatẽ pnie post multas tẽtationes diabolicas dliberauit exire ordinẽ. Unde apparuit ei mr̃ eius q̃ erat defuncta. Et dixit illi. Quõ poteris sustinẽ penas inferni si nõ potes pati pnias religionis? Cũ aũt ille nõ crederet maiores esse penas ifernales: statim audiuit: tã terribilẽ porcoꝝ grunitũ q̃ nullu3 tonitruũ posset ei cõparari: ⁊ videbat̃ ei q̃ celu3 scinderet̃ ⁊ cadere vellet sup caput eius: qua terribilitate ille monachus expauescẽs in religione pseuerauit. Quinto cruciabunt̃ in gustu: dicẽte psalmista. Fex eius nõ est exinanita: bibent omẽs pcõres terre. Et Jere. 44°. dĩ. Ibi moriemini fame ⁊ siti. Et Isa. 9°. Vir fr̃i suo nõ parcet. Unusquisq3 carnẽ brachij sui vorabit. Et psalmista verũ ait de dãnatis. Fel draconũ vinu3 eoꝝ ⁊ venenũ aspidũ insanabile. Oĩa etiã tormẽta q̃ in hac vita imaginari queunt: habebitis o pctõres: nõ solũ in aĩa: sed ẽt in corpore. Quia sicut beati i celo erũt ad plenũ saciati ⁊ omni dulcedine pleni: ita vos eritis pleni oĩb⁹ dolorib⁹: ifirmitatibusq3: quantũ ad dolorẽ oium ĩfirmitatũ. Et in omnib⁹ mẽbris ⁊ sensib⁹ semp indicibilẽ dolorẽ sentietis. Et hoc est q̃ scriptũ est Job. 5°. c°. de dãnato. Irruet in eũ oĩs dolor. Quilibet ergo dãnatus poterit dicere illud Job. 16°. de demonib⁹ eũ cruciãtibus. Saturati sũt penis meis. Et in eodẽ. c°. Nũc aũt oppressit me doloꝛ meus: ⁊ in nihilu3 redacti sunt oẽs artus mei. Semp eni dãnati tantũ dolorẽ sentiẽt: sicut si ↄtinue oĩa mẽbra illis trũcarẽt.

Et cum

Et cum corpora dānatorum sint sensibilia i sūmo plus sentiet dānatus lesus cum vna sestuca: vt ita loquar: q̄ nos si verberaremur cum vno baculo. Et hoc etiam patet de habēte podagrā qui nō potest sustinere etiam minimū ictum: q tamen alteri podagra nō laborāti nullum causaret dolorem. Item maior est doloratio sine cōparatiōe in corpore vulnerato si vuln⁹ pcutiatur: q̄ in corpore sano. Unde dicit Scotus in.4°.q dolor inferni est intensiuus quia reddit in idem. Si ergo difficillimum est magnum dolorem tēperare.l.si adulterium cum incestu.§.imperatores.ff.ad.l.iuli.de adul.quomodo supportabunt miseri damnati tam terribilia tormenta? Q.

O Peccatores cogitate q̄ terribilis erit dolor vester: si modo non potestis vel modicum dolorem in corpore vestro sufferre. Profecto si sensualitatibus insudabitis: tanto maior erit vestra doloratio: iuxta illud Apoc.18°. Quantum in delitijs fuit tantum date ei tormentum τ luctum. Et ideo minatur vobis dominus Deuto.32°.di. Congregabo super eos mala τ sagittas meas cōplebo in eis. Et ibidem dicit deus. Inebriabo sagittas meas sanguine: τ gladius me⁹ deuorabit carnes. Quod autem i inferno sint diuersa tormenta declaratur p illud qđ legitur i libro qui intitulatur de visione Pauli: vbi dicitur: q quidam deuotus raptus in spiritu vidit in inferno arborem igneam in qua peccatores per diuersa membra p que peccauerant suspendebātur. Et igne supposito cō cremabantur τ diuersimode a demonibus torquebantur. Deinde vidit fornacē septem colorum igniuz diuersas habentem afflictiones τ effectus in torquendo. Et postea vidit rotam igneam imense magnitudinis in qua homines diuersimode suspensi a demonibus cruciabantur multiplicibus tormētis in reuolutione ipsius rote. Deinde vidit flumen igneum τ sulphureum in quo erant diuerse belllue diuersimode torquentes damnatos. Uidit ēt ibi mulieres indutas pice τ sulphure ardenti q̄ cruciabantur diuersimode a diuersis generibus serpētū τ draconū. Nō solū āt cruciabunt̄ dānati exteri⁹: sed ēt interi⁹. Uñ qlibet eorū poterit dicere illud Job.30. Interiora mea efferbuerunt absq̧ vlla requie. Et verificabit̄ in eo illud Deuto.28°. Percutiet te deus egestate: febre τ frigore ardore τ estu. Licet autē dānati habebūt corpus imortale: tamen adeo erit passibile ac tātis miserijs subiectū q substinere vix valebit. Unde psalmista ait. In miserijs nō subsistent. Est aūt notandum sm sctū Bonauenturam in.4°.q maior erit in inferno pena hominum damnatorum q̄ demonum triplici ex causa. Primo qa deus nunq̄ pro malignis spiritibus tanta fecit quanta pro hominibus. Et ideo homines ingrati plus q̄ demones punientur. Secundo quia demones tantūmodo pro vna auersione sūt puniti: de qua resurgere non valent. Sed hominibus deus multotiens ignoscit τ eis gratiam tribuit resurgendi. Et ideo quia pluries peccant τ recidiuant: grauius vindicabūtur. Tertio quia demones solūmodo punientur quo ad substantiā spiritualē: homines vero i corpore τ i anima eternaliter cruciabūtur. Q.

A Udietis quoq̧ o miseri peccatores i inferno terribiles voces dei vos exprobrantis: iuxta illud primi Regū.2°. Dominū formidabunt aduersarij eius: τ super ipsos i celis tonabit. Et hoc est quod scribitur Sapie.5°. Turbabuntur timore horribili. Et Job.2°. Sonitus terroris in aures eius. O infelices quod refrigeriū erit vobis cum non solum deus τ omnes sancti contra vos stabunt: sed etiaz omnes creature vos cruciabūt in vindictā offēsionis creatoris. Iuxta illud Sapiē.5°. Armabit omnem creaturam ad vltionez inimicoꝝ. Et ideo Dauid in persona damnati exclamat psalmo.17°. dicens Dolores inferni circumdederunt me. Unde quidam versificator i psona damnati suspirat dicens.

Hai me dolente quāto sento doglia.
  Che son priuato de vedere idio.
  Hai me vedendo linimico mio:
  Il cor me trema in corpo como foglia.
O mundo inganatore falso erio:
  In cui haueua posto il mio amore:
  Hora me parto cū pena e cū dolore:
  Hai me dolente como faro io?
Risguardo lo re eterno cū gran furore:
  Che mha dal suo aspecto discazato:
  Ne lo inferno son sententiato:
  In quel abysso pien di grande ardore.
O misero infelice τ sfortunato:
  Che mai non pensaua de morire,
  Ai me dispecto me conuen partire:
  De questo mundo che tanto haueua amato.
O stulti τ paci venite a vedere:
  Che fructo porto del mio dilecto:
  Largento e loro lasso al me dispecto:
  E le possessione ad altrui godere.
Uedome giunto a questo puncto strecto:
  Signoria: richeze: amico ne parente:
  Non mi pon dar socorso: hai me dolente.
  Sia lo di che naque maladecto,

Hai me meschino a che son tornato:
Che era tãto bello e tãto forte.
E nõ pẽsaua mai venire a morte:
Hora li vermi mhano mãgiato.
Oyme che son rimasto iganato:
E son cõducto in queste pene forte:
Lanima mia ne lo inferno he ita:
Chiama succorso e non e chi laita.
Oyme che tardo adesso son dolente:
Che mai al mũdo si me delectai.
Hora consumo in questo foco ardente:
E ogni dilecto mhe tornato in guai.
Piango: suspiro: e non giova niente.
Oyme meschino che non me emandai.
Se hauesse facto in vita penitentia.
Non sarebe gionto a si crudel sentẽtia.
O tu che me risguardi pensa bene:
E pone mente a che dei tornare.
Che doue son io venire te conuene:
E non sai [illegible] pũcto delo trapassare.
Io te conseglio che tu faci bene:
E de toi peccati te vadi a confessare.
E menda la vita e non expectar la morte.
Che ella ven presto [illegible] gia e su le porte.
Ognuno aduncha sempre stia apparegiato.
Se peruenire vole a la cita beata. R

O Igitur obstinati peccatores: eligite potiꝰ in hac vita penitentiam agere: ꝙ ad eternos inferni cruciatus accedere. Tam asperi eniꝫ sunt illi dolores: ꝙ dicit Hosti. in sũma: In titulo de penitẽ. ⁊ remis. §. quibus prosint. ꝟ. illud ꝙ grauior est vnius diei penitentia in alia vita: ꝙ hic centum. Imo dicunt theologi in quarto. di. vltima ꝙ si quis sciret cruciatus ⁊ dolores inferni: potius eligeret hic toto tempore vite sue omnibus doloribus ⁊ infirmitatibus angustiari: ꝙ per horã in inferno torqueri. Unde legitur i transitu beati Hieronymi: ꝙ cum tres mortui essent resuscitati meritis sancti Hieronymi ex cõtactu eius sacci: beatus Cirillus episcopus Hierosolimitanus accessit ad vnum ex illis resuscitatis ⁊ inuenit eum amarissime lachrymantem: quem interrogans quare sic fleret cum maxima difficultate eum respondere fecit. Erat enim totus i amaritudine absorptus. Tãdem dixit cuꝫ lachrymis. Ego sic amare fleo: quia scio me peccasse: ⁊ deum iustissimum q nullum malum relinquit i punituꝫ. Et ideo timeo ne me cõdemnet ad eternos cruciatus. Tunc beatus Cirillus dixit. Obsecro [illegible] vt dicas mihi: quales sũt ille pene inferni. Cui respõdit resuscitatus. Scias o Cirille ꝙ omnes dolores: omnia tormenta: omniaqꝫ martyria que in hac vita cogitari possunt sunt solatia in cõparatione minoris pene iferni. Et si qs sciret horribilitatem inferni: potius eligeret stare in hac vita a principio mundi vsqꝫ ad finem cum omnibus cruciatibus: penis ac tormentis que imaginari possint: ꝙ per horam in inferno stare cum minori pena ꝙ habeat dãnatus. Et ideo o maledicti peccatores contremiscite: vos enim ad tales penas peruenietis in quibus eternaliter ⁊ sine intermissione cruciabimini. Scriptam est enim Apoc. 14°. de damnatis. Cruciabuntur igne ⁊ sulphure: ⁊ non habebunt requiem die ac nocte. De quibus tormentis dicitur in 6°. Eneydos mãtuani Uirgilij. Ubi Sibilla loquitur Enee de illis cruciatibus dicens.

Non mihi si lingue centum sint oraqꝫ centũ
Ferrea vox: omnes scelerũ cõprehẽdere formas
Oia penarũ percurrere nomina possẽ.

A quibus horribilibus penis liberet nos deus noster. Amen.

¶ Feria sexta post pasca de septem alijs afflictionibus inferni. Sermo vigesimussecundus.

P Auci idest octo anime salue facte sunt per aquam: prime Petri. 3°. Dicunt doctores ꝙ valde vtile est peccatoribus predicare de terribilibus iferni cruciatibꝰ. Unde sicut mater volens a lacte amouere ifantulum suum: ponit super mamillam suaꝫ aliquã amaram vnctionem. Ita volentes boni predicatores a mundi sensualitatibus ⁊ delectationibus amouere homines preponunt eis amaritudinẽ inferni. Et ideo cuilibet peccatori dicitur Iere. 31°. Pone tibi amaritudinem: dirige cor tuum in viam rectam. Et Bernar. in quodam sermone de peccatoribus ait. Descendant mente in infernum viuentes: ne postea descendant morientes. De quo inferno inquit Dantes in. 3°. c°. ꝑme comedie inferni: loquens vice eius ⁊ dicens.

Per me se ve nela cita dolente:
Per me se va ne leterno dolore:
Per me se va ne la perduta gẽte.
Iustitia mosse el mio alto factore:
Feceme la diuina potestate:
La sũma sapiẽtia el ꝑmo amore.
Denãte a me nõ furon cosse create:
Se nõ eterne: ⁊ [illegible] eterno duro:
Lassati ogni speranza voi che intrate.

Sibilla qꝫ cumana de iferno loquens Enee ut refert. Uir. i. 6°. Eneydos. inquit.

Vestibuli ante ipsum primisq; in faucibus horci:
Luctus et vltrices posuere cubilia cure.
Pallentesq; habitant morbi tristisq; senectus:
Et metus: et male suada fames: et turpis egestas.
Terribiles visu forme: letumq; laborq;. T

SEd hic queritur vtrum damnati resurgent in forma iuuenili sicut beati? Et primo videtur q sic. Nam magister sen. in. 4°. di. 44^a. c°. primo dicit generaliter de mortuis q resurgent in etate iuuenili. Et similiter dicunt communiter theolo. in eadem di. maxime Ricar. noster ibidem arti°. primo. q. 8^a. Et non facit differentiam damnatorum vel beatorum. Tamen subijciendo me semper iudicio ecclesie opinor q damnati qui moriuntur in senili vel decrepita etate non resurgent in forma iuuenili. Nam ista transmutatio fit ad maiorem consolationem et gaudium resurgentium: ac corporalem beatitudinem: vt visum est supra in sermone tertie ferie presentis hedomade. Et ideo damnati non debent hoc commodum consequi. Preterea magister et theologi fundantur super dicto apostoli ad Ephesios. 4°. Ipse autem ibi loquitur solum de beatis: quod patet recitando eius verba ad litteram: qui sic dicit. Unicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis christi: qui dedit quosdam apostolos: quosdam autem prophetas: alios vero euangelistas: alios autem pastores et doctores ad consumationem sanctorum in opus ministerij: in edificatione corporis christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei et agnitionem filij dei in virum perfectum: ad mensuram etatis plenitudinis christi. Ita q loquitur solum de beatis. Sicut loquitur etiam prime ad Thesalo. quarto vbi inquit. Rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Habebat enim spem q illi quibus scribebat deberent omnes saluari. Et hanc sententiam videtur confirmare idem apostolus prime ad Cor. 15°. di. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. Quod licet intelligatur de alijs imutationibus: etiam intelligi potest de imutatione etatis. Ita q vult innuere q damnati qui moriuntur in senectute permanebunt in ea forma. Ideo dicit Uirgilius vbi supra. Tristisq; senectus. s. erit in inferno. De quo locuturi: septem alias maximas afflictiones considerabimus.

¶ Prima afflictio que dicitur impossibilium affectionis. U

P Rima afflictio damnatorum dicitur impossibilium affectionis. Tria enim semper appetunt damnati: que sciunt se nunquam habere posse: facientes contra illud dictum libri qui dicitur Pamphilus: capitulo. 28°. Mitte quod esse nequit: querere quod esse non pot. Et illius alterius libri qui dicitur facetus c°. x°. vbi dicitur. Non cupiat quisq; quod nunquam possit habere. Primum igitur quod appetunt damnati est habere eternam felicitatem. Nam Ric. in quarto. di. 50^a. arti°. quarto. q. prima. Cum peccatum: vt inquit Augustinus. 19°. de ciuita. dei. c°. 12°. delere non possit extrema nature vestigia: in damnatis remanet aliqua naturalis cognitio: et appetitus. Et ideo cum primus motus naturalis appetitus sit respectu finis in generali: quia secundum philosophum septimo Ethico. cap°. 12°. Finis est principium in appetibilibus. Ex hoc sequitur q damnati naturaliter appetunt finem suum in generali: qui est beatitudo. Unde dicit Dionysius 4°. cap°. de diuinis nominibus. Demones bonum et optimum concupiscunt. Sed hic appetitus naturalis demonum et damnatorum peruersa eorum voluntate peruertitur: quia appetunt illud sub circunstantijs malis. Et iste appetitus eorum Ut inquit Ricar. vbi. s. est ad eorum maiorem afflictionem. Appetere. n. quod appetens videt se non posse consequi: magna est afflictio illius. Secundum autem Tho. 2^a. 2^e. q. 17^a. In damnatis nulla est spes felicitatis consequende: quoniam sicut de ratione beatitudinis est: vt in ipsa quietetur voluntas: taliter q beati sciant certitudinaliter se nunquam beatitudinem amissuros. Ita de ratione damnationis est: vt in ipsa molestetur voluntas: sic q damnati certitudinaliter sciant se nunquam felicitatem adepturos. Et hec est maxima anxietas eorum. Ait. n. Statius in. 2°. Thebaidos. Non grauior miseris mortalibus addita cura. Spes vbi longa venit. Si ergo quando quis appetit quod scit se non habiturum nisi tarde: multum affligitur. Quantum est credendum affligi damnatos: qui semper appetunt felicitatem: quam sciunt se nunquam habituros. X

SEcundo appetunt damnati delectationem peccati. Ait. n. dominus Bonauen. in. 4°. di. 50^a. q licet timor senilis a damnatis auferat actum peccandi quia timent puniri: tamen non aufert ab eis in totum habitum male voluntatis: per quam libenter peccarent: si non crederent ex hoc puniri. Desiderant igitur damnati habere illas sensualitates quas habuerunt in delectationibus peccatorum. Similiter et solatia mundi que nunquam habebunt. Et ideo quanto magis vident se non posse illa habere magis anxiantur. Iuxta illud. Ouidij in epistolis. Nitimur in vetitum semper cupimusq; negata. Y

TErtio appetunt damnati anhilationem suam. Sed circa hoc varie sunt opiniones docto/

rum. Quidam enim dicunt q damnati potius volunt esse sic miseri: q̃ non esse. Fundamentuz cuius accipiunt ab Aristotele. 2°. de anima vbi dicit q omnia esse appetunt. Scdm̃ n. Dionysium. 5°. c°. de diuinis noībus. Inter oīa bona q̄ deus dedit creature: eē est quid optimū ⁊ nobilissimuz. Et ideo Aug. in li°. de libero arbitrio ait. Considera quantum bonū est eē: qd ⁊ bti ⁊ miseri volunt. Et i. x°. de ciui. dei. c°. 27°. et dicit. Ipm vero quadā vi nāli ipsum eē iocundū est: q non ob aliud ⁊ hi qui miseri sunt nolūt interire. Sed his nō obstātibus: ego teneo opinionē doctoris subtilis: ⁊ dn̄i Bona. ⁊ Ric. in. 4°. di. vlt. ar°. 4°. q. 3ª. Qui dicunt: q dānati vellent nō eē: nō per se sed per accidens inquantū. s. ad nō esse sequtur carentia oīs pene: quam sp appetunt. Licet eniz desiderent eē in abstracto. Tñ nō desiderant esse i statu eternaliter infelice. Vident. n. q de suo eē nō possunt consequi delectationem nec vtilitatē: nec per suum eē possunt acquirere aliqd bonuz. Ideo nō est mirū: si tali esse vellet carere: vt malis que eēndo patiunt: carerēt. Nam nō tm̄ bonum est obiectum volūtatis: sed et carentia mali: quāuis nō primo. Unde dicit Aristo. p°. Rethorico. c°. 6°. q nō hr̄e malū ē delectabile. Quapp dī. 5°. Ethi. c°. 6°. q in boni rōne fit minus malum in cōparatione ad maius malum: qꝛ minꝰ malum: magis ē eligibile maiori. Et rōne huiꝰ carentie mali: non eē in tali statu infelici: pōt eē dānate voluntatis obiectum. De duobus. n. malis: semper minus est eligendū: vt ingt Arist. 3°. Topico. Et notaf in. l. i. §. penul. ff. de peri. ⁊ cō. rei ven. Et in. l. i. §. p°. ff. de ven. in pos. mit. Et i. l. quotiēs. ff. de re. iur. Et in. §. colligitur. in auten. de non eli. 2°. nu. coll. pª. Et in. l. ita vulneratus. circa fi. ff. ad. l. aquil. Et in. l. absentē. p°. rn̄°. ff. de penis. Et. 13ª. di. c°. p°. ac. 14ª. di. c°. p°. ⁊. 22ª. q. 4ª. c°. nō solum. Dicat ergo Aristo. qcqd velit de nobilitate essendi: qꝛ ego potius vellē non esse: q̃ esse damnatus ac in tormētis infernalibus in abhominatione diuina eternaliter infelix. Quid enim mihi iuuaret eēntia: si nullius bonitatis esset particeps nisi eterne infelicitatis? Et hāc sententiaz videt tenuisse dn̄s nr̄ Jesus xp̄s. Mat. 26°. di. de Juda dānato. Bonū erat illi si natus nō fuisset homo ille: q̃uis aliqui exponāt soluz de natiuitate ex vtero: ⁊ nō de natiuitate i vtero. Ad auctoritatē aūt Aug. rn̄deri pōt: q intelligit de damnatis solum peccato originali: qꝛ licet sint miseri quia eternaliter puati felicitate: tamē nō habent penam sensus: vt per theolo. in. 4°. dist. 43ª. licet aliqui teneant contrariū. Et iō ipsi potius volunt esse i tali statu: q̃ nō esse. Quia licet careant eternis bonis: nō tm̄ cruciant tartareis tormētis s̄m cōiter doctores. Unde nollent amittere esse qd est simpliciter bonum. Secus autem de damnatis peccato actuali qui proprie dicunt damnati: qꝛ de suo esse nō possunt reportare nisi penas eternas ⁊ tormēta. Dico igitur q dānati vellent anihilari ⁊ nō esse: cōsiderata pena quā in eternum sūt habituri. Et hoc est qd scriptum ē Apoc. 9°. c°. In diebus illis querent homines mortē ⁊ nō inuenient eam: desiderabunt mori: ⁊ fugiet mors ab eis. Job quoqꝫ. 3°. dicit. Quare misero data est lux: ⁊ vita his qui in amaritudine anime sunt? Qui expectant mortem ⁊ non venit. Et Augu. in libro de miseria huius mundi dicit. O mors q̃ dulcis ex quibus taz amara fuisti: te. solam desiderant qui te vehementer oderunt.

Z

Et si queratur cur deus non priuet damnatos esse: ⁊ ad nihilū redigat respōdet Tho. pª. 2ᵉ. q. 87ª. ar. 4°. in solutione primi argumenti assignans tres rationes. Sed nos possumus breuiter assignare illam quam ponit Greg. 17°. moraliū di. Cuius vita mortua fuerit in culpa: eius mors semper viuere debet in pena. De qua morte inquit Hieronymꝰ. ad Augustinū. Horreo mortem viuacem: horreo vermen mordacē: horreo incidere in manus mortis viuacis ⁊ vite morientis: hec ille. Et Gregori. vbi. s̄. dicit de damnato. Cruciabitur ⁊ non extinguetur: morietur ⁊ semper viuet: finietur ⁊ sine fine manebit. Et Augusti. in sermone de aduentu Christi ad iudicium ait. Veh illis qui cum diabolo habebunt mansionem: ⁊ ascendet fumus tormentoꝝ eorum in secula seculorum: quorum vermes nō morientur: ⁊ ignis non extinguetur: ⁊ ibi erunt vbi nulla vox nisi gemitꝰ. Ubi nulla requies nisi ignis: vbi nullum refrigerium nisi flāma: vbi nulla lux nisi tenebre. Et non erunt vnq̃ in memoria apud deū. Quoꝝ cibꝰ cruciatꝰ: ⁊ mansio eorū cū diabolo: vbi nulla est visitatio sꝫ cōsumatio: vbi nulla ē idulgētia: vbi nullus ad cōuersionē locꝰ nullus ad veniā regressus. Et idē i libro meditationū ingt. c°. 34°. Ignis āt gehēne semper ardebit ⁊ nunq̃ lucebit: semp exuret ⁊ nūq̃ cōsummet: semper afficiet ⁊ nunq̃ deficiet. Licet autem methaphorice dicatur dānatus redigi ad nihilationem: iuxta illud psalmi. Ad nihilum deductus est in conspectu eius peccator: qꝛ priuatur omnibus bonis spiritualibus ⁊ corporalibus: tamen quo ad hoc ut moriatur: qd ipse maxime ōsiderat: nunq̃ poterit anihilari. Et iō

o scelerati peccatores. Audite quid Gregorius in 7°. moraliū dicat loquēs de inferno. Ibi erit miseris mors sine morte: et defect⁹ sine defectu. Ibi enī mors semper icipit: et defectus deficere nescit.

¶ Secunda afflictio inferni que dicitur famis et sitis afflictionis.

A

Secunda afflictio quā habebitis o peccatores in iferno dicitur famis et sitis afflictionis: et oium aliarū necessitatū. Sicut enim beati i celo habebūt omnia bona delectabilia: et affluentiaz omniū rerum ita ecōtrario damnati habebunt carētiam omnium rerū et patientur oēs necessitates: habebunt enim famē et sitim atqz somnum: et nunq̄ comedere vel bibere aut dormire poterūt. Qui igitur in hoc mūdo affluebāt diuitijs: abundabant tēporalibus bonis possidebāt thesauros et iperabant alijs: induebantur purpura et bisso: dormiebāt in lectis eburneis: nutriebant canes et aues ad venandū: gaudebāt in sonis: cāticis: et choreis et letos ducebant dies: oibus his in inferno carebūt: et in oī egestate ac penuria: fame ac siti: ac sono: oiqz alia necessitate cruciabūtur. Patet hoc per exemplum qḋ dixit saluator noster vt habet. Luc. 16°. vbi inquit. Quod erat quidam homo diues qui induebatur purpura et bisso: et epulabatur quotidie splendide. Erat autē et quidā mēdicus nomine Lazarus qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus: cupiens saturari de micis que cadebant de mēsa diuitis: et nemo illi dabat: sed et canes veniebant et lingebant vlcera ei⁹. Factū est autē ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinu abrahe. Mortuus est autem et diues: et sepultus est in inferno. Eleuās autē oculos suos cum esset itormentis vidit Abraham a lōge et Lazarū i sinu eius. Et exclamans dixit. Pater Abrahaz miserere mei: et mitte Lazarum: ut itingat extremū digiti sui in aqua: ut refrigeret linguaz meā: quia crucior i hac flāma. Et dixit illi Abraham. Fili recordare quia recepisti bona i vita tua: et Lazarus similiter mala. Nūc vo hic cōsolatur: tu vero cruciaris.

B

Et ideo o sēsuales qui nō potestis modo sufferre aliquam necessitatē famis: aut sitis: considerate q̄ in inferno habebitis oēs istas necessitates: et nunq̄ poteritis eis satisfacere. Semper enim habebitis famē: et videbitur vobis q̄ habeatis ad os omnia comestibilia: et nunq̄ illa tangere vel comedere poteritis. Sēper sicietis videbitur qz vobis q̄ habeatis prope aquā dulcez: et oēs potationes delectabiles et nunq̄ bibere poteritis. Sed verificabitur i vobis illud Job 18°. Exardescet contra eos sitis: et attēnuabit fame robur eorum: et inedia inuadet costas eorū. Unde dicere poterūt illud Trenorū. quito. Pellis nostra quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis. O auari qui sititis aurum et argētum: demones in os vestrum proijcient aurū liquefactū bulliens: dicentes vnicuiqz vestrum aurum sitisti: aurū bibe. Sicut fecerūt Parthi Marco crasso romano. Et de his visionib⁹ epularum et delitiarū loquitur Virgilius. 6°. Eneydos dicens.

Lucent gēmalibus altis.
Aurea fulcra thoris: epuleqz ante ora parate.
Regifico luxu: furiaz maxima iuxta.
Accubat: et manibus phibet cōtingere mēsas.

Similiter demones vobis ad maiorem penam dicent. Ecce q̄ inimici vestri nunc gaudent: et tripudiant: ludunt et consolantur et consumunt bona vestra: quo vos tanto sudore acquisiuistis O insensati: quibus reliquistis bona vestra? saltem de bonis vestris omnes consolationes recipere debebatis: vt postq̄ priuandi eratis paradiso: saltem gauderetis quantum possibile erat in seculo. Similiter etiam audiēt miseri damnati vocem dei dicentis illud Isaie. 65°. Serui mei comedent et vos esurietis: serui mei bibent: et vos sitietis: serui mei letabuntur: et vos confundemini: serui mei exultabūt: et vos vlulabitis. Et hoc sufficiat pro secūda afflictiōe.

¶ Tertia afflictio que dicitur intollerabilis frigidationis.

C

Tertia afflictio inferni dicitur intollerabilis frigidationis. Ut enim dicunt Theologi i. 4°. di. 44ª. maxime Scotus: ac Ricardus: et beatus Thomas eodem libro. di. 50ª. ar°. 3°. q. 3ª. et Ricar. i quolibeto suo. q. 29ª. ponētur miseri damnati in glatie et aqua frigidissima: et sentient tam magnum frigus: ut non possit maior cogitari. Et ad maiorem dolorem: in ignem proijcientur. Et sic infocati proijcientur ad frigora niuium. Similiter postq̄ fuerint in aquis frigidissimis: et in glatie cōgelata: proijcientur in ignem: et hec erit vehementissima afflictio. Unde Scotus i quarto distin. 41ª. ar°. secundo dicit q̄ vehemens dolor ē

si man⁹ fuerit excessiue frigida ex tactu niuis vel glatiei: et statim approximetur igni: et maxima afflictio est ab illo dolore in alium mutari. Et fuit sententia Augustini in libro meditationum. c°. 26°. O igitur vos qui pellicijs et vestibus atque calciamentis muniti: habetis carnem tam delicatam quod ad aerem non vultis accedere tempore magni frigoris: et non potestis paruum frigus tollerare: Audite quid scriptum sit [redacted] quolibet vestrum Job. 24°. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. Et Sapientie. 16°. c°. dicitur. Spes ingrati tanquam vernalis glaties tabescet. Scitote igitur [redacted] peccatores damnandi quod secundum beatum Bonaturam. in. 4°. di. 44ᵃ. ar. 2°. q. 2ᵃ. simul eritis afflicti ab omnibus elementis secundum diuersas partes ita quod ab vna parte sentietis aspetrimum frigus et ab alia calorem prout diuersis vicijs fuistis infecti. Alij autem dicunt quod in singulis partibus corporis simul et semel habebitis in inferno imensissimum calorem et ardorem: et intollerabile frigus. Et hoc ex virtute diuina: licet forte vobis videatur impossibile: sicut inquit Ricar. in 4°. di. 44ᵃ. ar°. vltimo. q. vltima. Quamuis ergo duo contraria non possint naturaliter concurrere in eodem subiecto in eodem instanti temporis. Vt inquit. Aristo in predicamentis et in. 2°. Top. ac in. 2°. Perier. in vltimis verbis: et notatur in. l. si ancillam. ff. de vsuca. pro suo. Unde dicitur quod admisso vno ex contrarijs: necesse est aliud excludi. Et notatur in. c°. cum renunciatur. 32ᵃ. q. pᵃ. Et i. l. cum pretor. in prin. ff. de iudi. Et est textus in. l. hec verba. ff. de verbo. signi. Tamen deus qui potest super naturam: potest hoc facere. Sicut etiam impossibile est accidentia esse sine subiecto per naturam: vt inquit Aristo. in predicamentis et primo Phisi. primo de genera. 6°. Topicorum et. 6°. Metha. Et tamen in sacramento altaris sunt accidentia panis sine subiecto: et substantia panis. Ut probant theologi in. 4°. di. 12ᵃ. Et ibi Ricar. ar°. primo. q. pᵃ. et. 2ᵃ. Similiter secundum Ansel. in libro [illegible]onologion. c°. 21°. Naturaliter impossibile est vnum corpus esse in diuersis locis in eodem tempore. Et tamen corpus Christi in sacramento est in diuersis partibus mundi: vt probant Theologi in. 4°. di. 1ᵃ. Et ibi Ricar. noster ar°. 2°. q. 2ᵃ. Ita igitur in proposito: deus potest facere quod frigus et calor concurrant in eodem corpore in eodem instanti temporis: licet sint contraria. Et de hoc loquitur Dantes in tractatu de inferno dicens.

A sofferir tormenti caldi e fredi.
Simili corpi la virtu dispone.
Che como fa non vol cha noi si suedi.

Et hoc sufficiat quo ad tertiam afflictionem.

¶ Quarta afflictio que dicitur horribilis inflammationis.

Quarta afflictio appellatur horribilis inflammationis. De qua scriptum est Mathei. 25°. quod dicet dominus damnatis. Ite maledicti in ignem eternum et Apoc. 14°. scribitur. Consumabuntur igne et sulphure Et Mathei. 15°. dicit saluator. Mittent eos in caminum ignis. Infernus enim appellatur caminus ignis. Item Iere. primo dicitur. Olla succensa propter calorem et feruorem. Unde Gregorius refert in libro. Dialogo. quod quidam sanctus solitarius habitans in quadam insula maris dixit quibusdam romanis qui ad illam insulam nauigauerant: quod mortuus erat Theodoricus rex pessimus: quem ipsi sanum dimiserant rome: et quod ipse viderat eum nudum et discalciatum vinctisque manibus proijci in ollam vulcani. et Ezechielis 22°. dicitur. Omnes isti sicut es: et stagnum: et ferrum: ac plumbum: in medio fornacis facti sunt. Et Deutoronomij. 32°. ait deus. Ignis succensus est in furore meo et ardebit vsque ad inferni nouissima. Et secundi Regum. 23°. scriptum est. Preuaricatores quasi spine ardebunt. Et Eccl. 21°. Stupa collecta sinagoga peccantium: et consumatio illorum flamma ignis. Et Isaie. 9°. Erit populus quasi esca ignis. Et. 13°. eiusdem libri. dicitur Tortiones et dolores tenebunt et quasi parturientes dolebunt. Et loquitur de damnatis. Et. 34°. c°. etiam scribitur de inferno. Et erit terra eius in picem ardentem nocte [redacted] die: non extinguetur in sempiternum: ascendet fumus a generatione in generationem: et desolabitur in secula seculorum. Et Isaie vltimo. c°. dicitur. Ignis eorum non extinguetur. Et Job. 20. scriptum est. Deuorabit eos ignis: qui non succendetur. Et Abacuch. 2° Laborabunt populi in multo igne. Et psalmo. 1°. dicit Dauid. Pluet super peccatores laqueos ignis sulphur etc. Et Ezechielis. 22°. In igne ire mee consumpsi eos. Et Apoc. 18°. In vna die venient plage eius: mors et luctus et fames: et igne comburentur. Et Apoc. 20. Qui non est inuent⁹ in libro vite scriptus: missus est in stagnum ignis. Et Mathei. 18°. dicit saluator. Bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare: quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. De hoc etiam dicit Vir. sexto Eneidos.

Respicit Eneas subito: et sub rupe sinistra.
Menia lata videt triplici circūdata muro.
Que rapidus flāmis ambit torrētibus amnis
Tartareus flegeton: torquetq; sonantia saxa.
Et Isido. li°. primo de sūmo bono. c°. 29°. īquit. Duplex est pena damnatoꝝ in gehenna: quoꝝ mentem vrit tristitia et corpus flamma. Sed de hoc igne possunt querī tria. Primo querit vtrū ignis infernalis sit corporeus. Et licet Damascenus libro quarto dicat de illo igne: qualis sit deus nouit: tamē communiter dicūt doctores in. 4°. sententiaꝝ. di. 44ª. maxime ibi Ric. noster ar°. 2°. q. tertia: q ille ignis est corporeus a pricipio mūdi cū alijs creaturis pductus et ordiatus adeo ad reprobos cruciādos. Et hoc asserit Aug. i li°. p°. de mirabilib9 sacre scripture c°. 2°. Et i. 21°. de ciui. dei. c°. x°. idē inqt. Gehēna illa: q et stagnū ignis et sulphuris dr corporeus ignis est. Et Gregoriꝰ in. 4°. Dialogoꝝ dicit. Ignē gehēne corporeum esse nō ambigo. Et dicunt theologi in. 4°. sentē. disti. 44ª. maxime Ricar. noster ibidē arti°. 2°. q. 4ª. q ignis inferni quantū ad inflāmandum est eiusdem speciei cū igne elemētali. Quia sicut omnis aqua omni aque est eadē specie: fm philosophū primo Topicoꝝ. Et Augustinū in questione. 27ª. ad Orosium vbi ait: q aque que per celos sunt: eiusdem sunt speciei cum istis inferioribus. Ita omnis ignis: omni igni est idem specie. Dicunt tamen doctores q ignis iferni habet maiorem efficaciam et virtutem: q ignis elementalis. Unde dicit Augustinus: q ignis noster quem habemus in terra: in comparatione ignis inferni est sicut fumus ignis nostri in comparatione ipsius ignis. Imo fortius dicunt quidam: q noster ignis est sicut ignis depictus in muro in comparatione ignis veri. O igitur peccatores quomodo poteritis sufferre ignem inferni: cum dicat Augustinus. 21°. de ciuitate dei. c°. 4°. q nihil est in igne vrente molestius.

Secundo de isto igne queritur vtrum possit animas separatas a corpore cruciare. Istam questionem tangit Scotus et sanctus Bonauē. in quarto distin. 44ª. et Ricardus ibidem arti°. 1°. q. nona. et Tho. in quarto scripto. distin. 44ª. ar°. 3°. et contra gen. libro. 4°. c°. 90. Et in secundo quolibet. q. 13ª. et in. 3°. quolibet. q. 23ª. Et in questionibus de anima. q. 21ª. et omnes concludunt q sic. Et hoc tenet Augustinus. 21°. de ciui. dei: capitulo. x°. Scriptum est enim Mathei. 25°. de damnatis. Ite maledicti in ignem eternum: q paratus est diabolo et angelis eius. Et quo arguit Gregorius in quarto Dialogorum dicens. Si diabolus eiusq; angeli cum sint incorporei: corporeo igne sunt cruciandi: quid mirum si anime etiam anteq recipiant corpora possint corporea sentire tormenta. Dicit ergo Ricardus et alij preallegati theologi omnes vbi supra: q ille ignis cruciat spiritus separatos in quantum est instrumentum diuine iustitie. Sicut videmus res habere multas actiones in virtute principalis agentis: que eis non cōpeterent absolute. Sicut calor naturalis in virtute anime quertit nutrimentum in carnem: et sicut securis in virtute motoris scindit arborem. Dicit autem Augusti. vbi supra: q sicut anima a sui creatione coniungitur corpori [redacted] dans [redacted] vitam: ex qua cōiunctione anima ipsa vehementem concipit amorē ad corpus suum: sic anima damnata ligatur igni et detinetur ab eo vt accipietis ab ipso igne penam et ex illa coniunctione pcipit horrorē et dolorem. Et Grego. vbi supra ait. Anima non solum videndo: sed etiam experiendo incendium patitur.

Tertio queritur vtrum ignis infernalis erit ppetuus nō tamē consumens dānatos: sed solum crucians. Et hanc questionem Ric. mouet in. 4°. di. 44ª. ar°. 2°. q. 5ª. Et respondit: q erit ppetuus. Nā Matthei. 25°. a saluatore nostro ille ignis appellatur eternus. Quod nō est intelligendum a parte ante: sed a parte post. Et hanc opinionem tenet Aug. 21°. de ciuitate dei. q aūt non consumantur damnati illo igne probat Ricar. in eadem di. et ar°. q. 7ª. Scriptū est enim Job. 20. Lucent omnia que fecit: nec tamē cōsumet. Et q hoc sit possibile. s. facere durare ī ppetuum ignem inferni: et in ipso dānatos non annihilari: probat Augusti. 21°. de ciui. dei. c°. 4°. 5°. et. 6°. vbi dat multa exempla mirabilia. Primum est de Salamandra quod est animal habitans in igne: nec tamen ab eo consumitur. Similiter et de mōte ethna: q est in sicilia. Et de mō[redacted] vulcano: et de olimpo a quibus montibus exit continue flamma: et non nutritur aliquibus elementis et tamē semper durat. Et fm Greg. i. 4°. Dialo. ab ipsis mōtib9 audiūt voces terribiles: que putātur eē dānatoꝝ. Et ibi dr eē os iferni.

Similiter apud garamātas dicit Aug. eē fontē q ī die ē tam frigidus: vt de eo nō possit bibi: et ī nocte tā calidus vt nō possit tāgi. Silr ī epiro dicit eē aliū fontē ī quo si ponātur faces extincte: subito accenduntur. Item [redacted] archadia dicit esse lapidem qui vocatur albeston: qui accensus semel: amplius nō pōt extingui. O igitur infelices pcōres: si mō nō potestis tenē p momentū

vnū digitum in isto igne:quomodo poteris sta/
re per mile milia annorū:imo per infinita secula
seculoꝝ toto corpore ꝛ anima submersi i illo hor/
ribili igne īfernali:qui nō solū exterius vos cru/
ciabit ꝛ vret sed etiam per os ac nares : ꝛ p alias
corporis apertiones ingrediēs:omnia viscera ve
stra decoquet? Ideo exclamat Isaias.caº.33º.di.
Quis poterit habitare de vobis cū igne deuoran
te:ꝛ cum ardoribus sempiternis? Quod cōside/
rans quidam scūs pater ad cuius celam perrexe
rat quedam īpudica meretrix:eūqꝫ tentabat ꝛ ī/
citabat ad libidinē: statim cepit comburere sibi
digitos ad ignem lucerne dicens. Volo videre ꝛ
experiri si potero pati ignem inferni qui combu/
ret luxuriosos: ꝛ sic a tentatiōe liberatus est: ꝛ me
retrix illa mortua est ex horrore talis visionis: vt
legitur i vitis patruꝫ. Si quis autem videret il/
lum terribilem ignem:profecto fugeret oēm cāꝫ
perueniendi ad eum:iuxta illud Naum tertio.
Omnis qui viderit [illegible] resiliet a te. Ad confirma/
tionem quoqꝫ predictorum de igne īfernali dant
aliqui doctores aliud exemplum dicentes : ꝙ si/
cut ꝯm medicos cor hominis mortui veneno mi
xtum si in igne ponatur comburitur sed nō con
sumitur:sic mortuus veneno peccati in inferno
perpetuo comburetur ꝛ nunqꝫ consumet̄ . Sed
scitote o maledicti peccatores:ꝙ nō solū ab igne:
sed etiam ab omnibus alijs elementis: videlicet
ab aqua ꝛ ab omnibus alijs creaturis cruciabi
mini. Ut probat Ricardus in.4º.dist.44ª.arº.
secūdo.q.xª. Et scūs Bona.ac Scotus in eadeꝫ
dist. Et hoc predixit Salomon Sapie.5º.dicēs.
Pugnabit pro illo orbis terraꝝ cōtra īsensatos.
Et in eodem caplō etiam dicit. Candescet i illos
aqua maris: ꝛ flumina cōcurrēt duriter. De hoc
igne terribili: ꝛ de alijs penis inferni:loquit̄ Au
gustinus in sermone ad heremitas di. Unus est
igitur ignis singulis ꝛ corporeus: vt īsensatos pec
catores corporaliter cruciet: nec lignis: nec pice:
nec oleo nutritur:sed p peccatuꝫ semel accēsum:
in eternum durare nullatenꝰ dubitare debemꝰ.
O inferne:tu latus es ꝛ mensuram non habes:
profundus es: ꝛ nullum fundum te habere co/
gnosco. Insaciabilis es:quia omnes tam paupe/
res qꝫ diuites libenter te suscipere audio. Ple//
nus es ardore incomparabili: plenus es fetore i
tollerabili: plenus omni dolore :innumerabili.
Ibi est omnis miseria:ibi tenebre:ibi nullus or/
do:ibi error eternus:ibi nulla spes boni:sed om/
ne malum quod extimari pōt dānatis in eternū
erit. Sed si queratur vtrū omnes sentiāt eandē
penam in iferno? Respōdet Augustinus i.21º.
de ciuitate dei.caplo.16º.ꝙ pro quātitate pecca/
torum sentietur ꝛ grauitas penarum. Sicut eniꝫ
quanto maiorē quis ponit fasciculum lignorum
in igne:tanto maiorē flāmam facit. Ita ꝛ vos o
diabolici peccatores:quāto maiorem cumulum
peccatorū facietis:tāto magis eternale vos incen
dium aliaqꝫ multiplex īfernalis pena cruciabit.
Ut īquit Ricardus noster i.4º.dist.44ª.arº.
vltº.q.9ª. Unde dicit Gregorius libro.9º.mo/
ralium versus finem. Sicut vno sole omnes tā/
gimur:nec tamē sub eo vno ordine om̄es estua/
mus:quia iuxta qualitatē corporis sentitur etiā
pondus caloris:sic dānatis ꝛ vna est gehēna que
afficit: ꝛ tamen nō vna qualitate om̄es combu/
rit:quia quod hic agit dispar valitudo corporuꝫ:
illic exhibet dispar causa demeritoꝝ. Et idem di/
cit Augustinus i libro meditationuꝫ: capitulo.
26º. Et.21º.de ciuitate dei.cº.16º.

¶ Quinta afflictio que dr̄ blasphemationis. ꝗ

Q Uinta afflictio quam habēt dānati in
īferno dicit̄ blasphemationis. Unde scien
dum ꝙ ipsi damnati sunt totaliter pri
uati omni charitate dei ꝛ proximi. Si
enim haberent vel vnā guttam charitatis vt di
cebat Guillielmus episcopus parisiēsis:sapor eiꝰ
esset tam dulcis ꝛ fortis:ꝙ cōdiret oīa eorū ma/
la. Erunt autem cōfirmati ꝛ obstinati i indigna
tione:inuidia:ira: ꝛ odio dei ꝛ proximi : ꝛ pleni
erunt impatiētia ꝛ amaritudine. Unde cuilibet
dānando dicitur Ezechielis.23º. Calicem mero
ris ꝛ tristitie bibes: ꝛ potabis vsqꝫ ad feces . Et
ideo ex impatientia ꝛ conturbatione ac furore:
blasphemant deum ꝛ sanctos. Isaie.8º. Cuꝫ esu
rierint irascentur: ꝛ maledicentur regi suo ꝛ deo
suo. Dicit autē philosophus in primo libro poe/
trie sue ꝙ in iferno continua est lis. De blasphe/
mia vero dei scriptum est Apoca.16º. Blasphe
mauerunt deum celi: ꝛ manducauerunt liguas
suas pre doloribus ꝛ vulneribꝰ suis. Patet hoc
per exemplum quod legitur in sūma de septē do
nis vbi dicitur ꝙ cum quidam vsurarius infir/
maretur ad mortem nec sacerdos vellet ei sacra
menta conferre:nisi restitueret vel cautionem fa
ceret:illeqꝫ recusaret:hortabantur ad hoc cum
filij eius ne ad infernum descenderet moriens.
Ille vero respondebat. Nescitis quid petatis.
Si vellem male ablata restituere relinquerem
vos pauperes ꝛ egenos:meliusqꝫ est se cōmitte/
re misericordie dei:qꝫ misericordie hominū. Et
in hac pertinacia mortuus est vsurarius ille: ac
in iferno sepultus. Ex filijs autem eius duobus:
dixit alter ad alterum . Pater noster mortuus

est: non imitemur eum retinēdo vsuras per illū extortas: sed reddamus creditoribus: vt saluari possimus. At alter respondit. Ego meam partez retinebo: nec illam restituere curo. Si pater noster vsuras fecit ⁊ non restituit: ipse non ego penam portet. Alter ergo portionem suaz restituit: ⁊ seculum deserens dei obsequio se totum tradidit. Dum autem qui in seculo remāserat mūdanis se īmergeret: infirmatus ad mortem: nec penitens secutus est patrem. Quod frater audiēs rogauit deum: vt patris ⁊ fratris eius statum ei dignaretur ostendere. Una igitur dierum cū oraret vidit terram apertam: ⁊ in īferno patrē ī flāmis penitus sepultum: ⁊ filium eius fratrez suū iacens super eum: maledicebatqꝫ pater filiuz dicētes. Maledicta sit hora in qua te genui fili: ⁊ tu sis maledictus: quia propter [illegible] feci vsuras ⁊ nolui restituere: ne te pauperem relinquerez. Et propter hoc crucior in hac flamma. Et filius respondebat. Maledictus sis tu pater: ⁊ maledicta dies in qua me genuisti: quia exēplo tuo docuisti me fenerari: ⁊ vsuras extortas noluisti reddere: propter qđ crucior in inferno. Et post hec ambo pariter eiulantes blasphemabant cuncta creata ⁊ creatorem illorum. Quod cernens ille seruus dei: gratias deo egit qui eum liberauit de tanto malo. Ideo de damnatis loquens Dantes in tractatu de inferno dicit:

Biastemano dio e li lor parenti:
E la humana specie e lhora: el tēpo e il seme
E il giorno de loro vita e nascimenti.

¶ Sexta afflictio que dicitur inconsolabilis lamentationis.

Sexta afflictio quā habebunt damnati in inferno dicitur inconsolabilis lamentationis. Et iste est cantus dānatorum habēs sex notas. s. Ut: re: mi: fa: sol: la. Primā notam vociferando profert quilibet dānatus dicēs. Utinā consumptus essem ne oculus me videret: fuissem quasi non essez de vtero trāslatus ad tumulum. Job. x°. Secunda vero addit dicens. Repleta est malis anima mea. psalmo 87°. Et omnes alij respondent cum eo. Repleti sumus despectione. psalmo. 122°. Tertiā autem notam insimul cantant dicentes. Miserabiliores sumus omnibꝰ hominibus. prime ad Corin. 15°. Quartam vero notā cantat vnusquisqꝫ eorum dicens. Facies mea intumuit a fletu. Job 16°. Et iterum. Faciem meam operuit caligo. Job. 23°. Quintam autem notam adiungunt omnes simul dicentes. Sol intelligētie nō ē ortus nobis ⁊ in malignitate nostra cōsumpti sumus Sapientie. 5°. Sextam vero notam similiter decantant dicentes. Lassati sumus ī via iniquitatis ⁊ perditionis. Sapientie. 5°. Et iterum Lassis non datur requies: ⁊ pellis nostra quasi clibanus exusta est: ⁊ defecit gaudium cordis nostri: ac conuersus est in luctum chorus noster: ⁊ cecidit corona capitis nostri. Ueh nobis qꝛ peccauimus: ⁊ propterea mestum factum est cor nostrum: ⁊ contenebrati sunt oculi nostri. Trenoꝝ vltimo. Sciendum est ergo ꝙ in inferno nunq̄ damnati cessabunt a suspirijs: ⁊ maximis clamoribus: ⁊ lamentationibus. Et causā assignat Isaias. 22°. c°. dicens Dies enim interfectionis ⁊ cōculcationis ac fletus a domino deo exercituum. Unde saluator noster Matth. 22°. īquit. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Sed notandum ſꝫ Ricar. in. 4°. di. 50ª. ꝙ in inferno nō erit corporalis fletus in quantum est quedam resolutio corporalium lachrymarum: quia talis resolutio nō erit ī alia vita: cum pertineat ad statum corruptibilē. Sed erit ibi maximus dolor īterior ⁊ exterior cū turbatione: ita ꝙ suspirabunt ⁊ lamentabuntur damnati pre doloribus cum turbatione oculoꝝ ⁊ motu capitis ⁊ stridore dentium ⁊ pre maxima angustia: vultus ⁊ caro ⁊ capilli contrahentur. Et de his lamentis loquitur Dantes in tractatu de inferno dicens.

Quiui suspiri pianti e alti guay.
Resonaueno per laere senza stelle.
Di che alcō menzar ne lachrymay.

O Si possemus ponere aures ad os inferni profecto audiremus horribiles voces miserorum damnatorum clamantium ⁊ dicentiuz. Heu heu: q̄ vrens ⁊ ardēs est ista flāma. Quis dabit nobis ad refrigerandum guttulam aque? Quis nos liberabit a cruciatibꝰ istis? Quis nos consolabitur ī tot meroribus? Ubi sunt amici nostri? Ubi diuitie? Ubi potentia? O vita nostra plena omni dolore ⁊ angustia: o vita destituta omni auxilio: omniqꝫ solatio. Audiretis profecto quēlibet damnatum blasphemantem ⁊ dicenté. Heu mihi quare me creasti deus? Job. x°. Quare de vulua eduxisti me? Maledictus [illegible] pater meus ⁊ mater qui me cōcepistis. Ecclesiastici. 41°. De patre impio conqueruntur filij: quoniaz propter ipsum sunt in opprobrium. Maledictus sit dies ī qua natus sui. Job. 3°. c°. Pereat dies ī qua natus sum. Et nox in qua dictum est natus est homo in mundum. Heu mihi quia priuatus [illegible] videre gloriam dei. Isaie. 25°. Tollatur impius ne videat gloriaz dei. Heu mihi quia semper ardebo [illegible] hoc igne eternali. psalmo. 96°. Ignis anī

ipsum precedet et flāmabit in circuitu inimicos eius. Heu quia vndiqz circundatus sum penis et doloribus. Danielis.13°. Angustie sūt mihi vndiqz. O obstinati peccatores: o corda adamantina: duriora saxis: quare non plangitis audiendo tam horribilia? O lasciui iuuenes qui ridetis et tripudiatis: audite qd dicat vobis saluator Luce.6°. Ueh vobis qui nunc ridetis: quia lugebitis et flebitis. Plangite ergo nūc peccata vestra ne ineternum plangatis. Ait enim saluator noster Matthei quinto. Beati qui lugent quoniā ipsi consolabuntur.

¶ Septima afflictio que dicitur eterne desperationis. Ll

S Eptima afflictio: quam habebunt damnati in inferno dicitur eterne desperationis. De quolibet enim damnato dicitur Job.15°. Non credit q de tenebris reuerti possit ad lucem: circunspectans vndiqz gladium. Et ibidem. Auferetur de tabernaculo eius omnis spes fiducie. Et psalmista inqt. In inferno nulla est redemptio. Unde si damnati plorarent plures lachrymas q̄ sint gutte aque maris, non possent deum placare nec remissionem pene aliquam impetrare. Ipse enim ait Prouer. primo. Tunc clamabunt et non exaudiam eos: et cetera. Et ideo dicitur Ecclesiastes nono. Quodcūqz potest manus tua facere: instanter operare: quia nec opus: nec ratio: nec sapientia erit apud inferos quo tu properas. Nulla.n. erit via: nullūqz remediū euadendi illas penas perpetuas. Unde Gregorius.7°. moraliū inqt. In iferno erit frigus itollerabile. Ignis inextinguibilis: vermis imortalis: tenebre palpabiles: flagella cedētium: horrida visio demonū: confusio peccatorum: et desperatio omnium bonorum et c. Pro cuius declaratiōe mouetur questio. Utrū deus iuste puniat morientes in peccato mortali pena eterna? Et respōdent quidā perfidi: quorum dicta refert Augustinus.21°. de ciui. dei. 11°. c°. dicētes q deus iniuste faciet dans penam eternam peccatoribus: et possumus arguere sic. Pro mensura peccati debet esse plagarum modus. Deut. 25°. et l. i. §. sed et qui porcum. ff. de abige. l. respiciendum. ff. de penis. et l. pedius. §. p°. ff. de incendio rui. et nau. Unde dicit saluator Matthei.7°. et Luce.6°. et Marci.4°. et habetur in. c°. qualiter et quando. de accusa. el primo. In qua mensura mensi fueritis: remitietur et vobis. Sed mēsura peccati nō est ifinita: cum sit a virtute finita: ergo nec cruciatus eius debet esse infinitus. Ad hanc questionem respōdit Ricar. noster in.4°.

distinctio.44ª. ar°.2°. questio.pª. di. q deus iuste punit peccatores in peccato mortali morientes pena eterna. Et hoc possumus probare quattuor rationibus. Primo propter voluntatem. Et hanc rationem tangit Gregorius.4° libro dialogorū. respōdens ad argumentum in cōtrarium factum. Ibi enim Petrus diaconus eius: cum interrogat dicens. Scire vellem quomodo iustum est: vt culpa que cum fine perpetratur: sine fine puniatur. Et Gregorius respōdit. Hoc recte petre diceretur: si iustus iudex non corda hominum sed solum facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt: quia cum fine vixerunt. Nam voluissent vtiqz si potuissent sine fine viuere: vt possent sine fine peccare: ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt qui nunq̄ desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet: vt nunq̄ careant supplicio: qui in hac vita nunq̄ voluerūt carere peccato: hec ille. Ad idē facit capl'm. legat. 24ª. q.2ª. Augustinus quoqz hoc cōfirmans. de pe. di. 7ª. c°. si. inquit. Qui impenitēs moritur: omnino moritur et eternaliter cruciatur: quia qui impenitēs finitur: si semper viueret: semp peccaret. Nam [illegible] enim voluntas pro facto reputatur. c°. omnis c°. nūquid. c°. noli. c°. homicidium. c°. si propterea. de peni. di. pª. Unde Iuuenalis. li°.5°. et fi. satira pª. iquit. Nam patitur penas peccādi sola volūtas. et ff. ad. l. corneliā. de sica. l. diuus. dicit. In maleficijs volūtas spectatur: nō exitus. Et in l. si quis non dicam. C. de episcopis et cle. dicit glosa. q punitur effectus: etiam si nō sequatur effectus: quando per malefactorem nō stetit: qui peccatum opere compleret. Sed quidam derident predicatores penas eternas predicantes: dicentes nō esse ifernum: super quibus miror de diuina clemētia: quomodo nō faciat eos a demōibus viuos ad ifernum perduci. Sicut fecit de Dathan et Abiron: propter quorum peccata apperuit se terra et viui descēderūt in ifernum: Numeri.16°. Audite terribile exemplum. Nam cū quidā ordinis nostri guardianus in prouincia sicilie nauigaret: prope mōtem vulcāi ab āno citra. Ecce q a demone portatus est extra nauem ad ciuitatem quādā lōge per mile miliaria ide existentem. Et ad sepulchrum episcopi adductus qui per tres menses ante mortuus fuerat: cōpulsus est a demone corpus eius expoliare vestibus pōtificalibus. Deinde demon eo nudato dixit guardiano. Tua sint vestimenta: corpus vero meum est sicut etiam est aīa: et statim eum cū predictis vestibus restituit in naui: et predicta facta sunt in specie

medie hore. Cũ aũt guardianus patrono nauis et socijs omnia retulisset et vestes ostendisset. Ille adaptatis velis ad ciuitatem illam nauem direxit. Inuenitq3 in predicto tempore mortuū fuisse episcopum: et ostēdens vestes illas pōtificales cubicularijs eius: cognouit ab eis q erāt ille quibus in monumēto fuerat ornatus: corpus autē3 eius nō inuenerūt in sepulchro: quia a demōe portatum fuerat ad infernum. Nō multo etiam tempore elapso: qdam pclarus pdicator in quadam ciuitate sicilie valde mirabilr pdicauit de gloria celesti: et de penis eternis iferni. Cum aūt quidā3 nobiles i quodā hospitio comederēt: arguerētq3 hoiem qui sermōi nō iterfuerat turpibus occupatus et ebrietatibus: dicētes. Si iterfuisses sermoni istius sancti viri: qui tāta mirabilia dixit de futura vita: profecto i alterū virū mutatus fuisses: audito q paratū est malis supplicium eternū3. Quibus ille respōdit. Sic stulti estis: vt putetis post hanc esse aliam vitam: aut tormēta reprobis? Si quis mihi soluerit prādium: dabo ei ptem meam paradisi: et sum cōtentus eterno cruciatui deputari. Quo dicto statim venerūt duo demones i forma mercatorū: et iterrogauerunt quenā te dixisset: et replicatis verbis ab illo: dixerūt. Nos soluemus pro te prādium. Quibus ille assentiens: postq̃ [illegible] impleuit vētrem: illi demōes soluerūt hospiti: et dixerūt misero. Ueni nobiscū3. Qui dixit. Quo vultis me ducere? Illi autē dixerunt. Scies postea. Statim igit̃ videntibus cūctis facto magno turbine a demōibus ille miser i aere subleuatus est. Deide terra apperuit se: et ille miser cadēs in voragine terre: flāmis eternis deputatus est. M

In sicilia etiā erat quidā iuuenis tot9 deditus ludo et lasciuijs: q semel cū luderet sup scala3 cuiusdā palacij: et hēret i manicha corrigiā vxoris sue quā accepat vt hēret qd luderet: si totam pecuniā amisisset. Supuenit vicerex q dixit iuueni. Uade ad domū taliū religiosorū et tolle in horto eorū parum isalate: vt comedā hoc sero: qr nihil aliud possū3 comedere. Qui dix. Libenter vadā. Recessit ergo: et i via raptus est a diabolo: et delatus in infernum. Uidēs autē vicerex q nō reuerterēt: irat9 ptra eū cogitabat eū acriter pūire. Tādē nauigāte quodā pōono p mare sicilie: in eo loco i quo est mōs vulcan9 i quo habitāt demones et ē opio quorūdā q ibi sit os iferni. Audiuntur eni ibi ptinue voces horribiles: et vlulat9 magni: pp qd multe naues demerguntur. Unde fratres qdam et nr̃i ibi existētes audierūt qsi vnu3 magnū ppl'm viror clamātiū. Deide qsi aliū ppl'm mulier vlulātiū: et postea qsi aliū ppl'm puerorū ad sydera voces flebiles emittētiū: et pdicti frēs fuerūt a demōib9 exterriti: qr ausi fuerāt illuc accedere. Admonet pōon9 stātes i naui: vt nō timeant voces: sed sequantur nauigium. Tandē cū essent prope montem: ecce vox terribilis dicens. O patrone. Qui non respondit. Et iterum alia vox audita est fortior dicens. O patrone. Qui et nihil respondit. Tunc tertio vox altissima audita est dicens. O patrone responde mihi: aliter faciam nauem demergi. Ad hanc vocem ceperūt clamitare omnes qui erant i naui rogātes patronum vt responderet. Tunc ille dixit. Quis es? Respondit illa vox. Ego sum diabolus. Dic ergo viceregi: q non querat talem iuuenem: quia ego attuli eum in via propter iniquitates suas: et hic ardet et ardebit in eternū. Tunc diabolus dimisit cadere corrigiam in medio nauis dicēs. Da hanc corrigiam vxori iuuenis. O miseri homines: o insani peccatores: o serui diaboli q̃re non timetis expectantes tormenta iferni eterna? Et hoc sufficiat pro prima ratione. N

Secūdo probat̃ peccatores eternaliter puniēdos ratiōe obiecti. Quelibet eni3 offensa cōsiderat̃ nō solum respectu actus: sed etiam respectu dignitatis illius qui offenditur. Tāta enim reputatur offensa: quātus est ille qui offendit̃. §. atrox. Insti. de in iurijs. et de sentē. exco. c°. cū illorum. §. nos tamē. in textu et in glo. et ff. de re. mili. l. omne delictum. §. p°. et de iniuri. l. item apud [illegible]beonem. §. quod ait pretor. Cum igitur sm Augustinū. Peccatum sit spreto incōmutabili bono comutabilibus bonis adherere: sequitur q quilibet peccato mortali spernens deum qui solus est summu3 bonu3 incōmutabile: tam grandem iniuriam ei facere dicitur quātus ipse est. Cū itaq3 ipse deus sit ifinitus: ergo peccatum contra illum commissum: hoc respectu dicitur ifinitum: et ideo pena ifinita est puniēdum et eterna. Bernar. autem super Canticaz dicit: q qui mortaliter peccat: vult nō esse deum. Quod sic probat. Qui vult deum aut impotēte3: aut iniustu3: aut insipientem esse: vult deum non esse. Sed q mortaliter peccat: vellet deum aut nescire peccata sua: aut vindicare non posse: aut nolle: quod est contra iustitiam: ergo vellet deum non esse. Qui autem vult deum non esse deum: puniendus est eterno supplicio. O

Tertio idē pbat̃ rōne ptēpt9. Pctōres nāq3 ptemnūt ifinitum bonū et eternū gaudium:

quod potuissent eligere: et quia volūtarie elegerūt eternū malū: iuste illis eterna supplicia cōdonantur. Unde Augustinus. 21°. de ciuita. dei. c°. 12°. iquit. Factus est malo dignus eterno: qui i se peremit bonū: quod esse posset eternū. Peremit enim animā suā. Apoca. tertio. Nomen habes ꝙ viuas et mortuus es. Et sapie. 16°. dicit. Homo per maliciā occidit animā suā: que poterat esse in eternū beata: et perdidit eterna bona paradisi: atq; quātū in se est dissipauit et peremit predicta bona: et similiter charitatem infusam et gratiā gratū facientē et merita ifinita passiōis christi: et etiā oīa merita totius ecclesie militantis et triūphantis. Et ideo tenetur ad cōdignā satisfactionē. Dicitur autem ꝙ qui non habet i ere: luat i corpore. l. quicūq;. C. de seruis fugi. l. fi. ff. de in ius vocādo. l. i. in fine. ff. de penis. Licet enim deus dederit homini animā et corpus: non tamē dedit in dominio suo. Unde de corpore hoīs dicitur in. l. liber homo. ff. ad. l. aqui. Nemo dominus mēbrorū suorū. De anima aūt certū est ꝙ non est i dominio nostro. Ait nāq; deus Exodi. 13°. Mea enim sūt omnia. Et Ezechielis. 18°. iquit deus. Omnes aīe mee sūt. Et ideo debet puniri pena eterna: qui rem alienā priuauit eternis bonis. Quarto idem probatur ratiōe iustificatiōis. Ut enim iquit beatus Thomas i. 4°. distictio. 46ª q. 3ª. et. pª. 2ᵉ. q. 87ª. et contra gētiles: libro. 3°. c°. 14°. Ordo diuine iustitie hoc exigit: vt sicut premia correspōdēt actibus virtuosis: ita pene correspōdeant peccatis: quia sicut se habet oppositū i opposito: ita propositū in proposito. 4°. Topicorū. Sicut ergo se habet meritū ad premium: ita se debet habere culpa ad penā. Et ideo sicut pro temporali merito ſm diuinam iustitiā et equitatē datur premiū eternū et perpetuū: dicēte Paulo. 2ᵉ. ad Corithios. 4°. Id enim quod i presenti est momentaneum et leue tribulatiōis nostre: supra modū i sublimitate eternū glorie pondus operatur i nobis: ergo pariformiter mortali culpe debet dari pena perpetua et eterna: cum virtus et viciū sint contraria: et cōtrariorū sit eadem disciplina scilicet cōtrario modo. De quo tractatur in. l. i. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. et per Dinū in. c°. q sentit. de regulis iuris libro. 6°. et ibidem per Jo. an. et in nouella. eodem. c°. Et ista est ratio sancti Bonauē. i. 4°. distic. 44ª. ar°. 4°. questio. pª. Sicut igitur bonis dabitur regnū eternū. Matthei 25°. Ibūt hi in vitā eternā. Ita est contrario malis dabitur eternus cruciatus. Unde dicitur in eodem. c°. Mali autem in suppliciū eternū.

O quot sūt illi qui in illis penis cruciabunt: profecto sūt innumerabiles. De qb⁹ Dātes. c°. 4° pᵉ. comedie iferni dicit.

Io vidi electra cū molti cōpagni:
Tra iquali cognobi hector et Enea:
Cesare armato cō li ochi grifagni.
Uidi Camilla e la Pātasilea:
Dalaltra parte vidi el re Latino:
Che cō lauina sua filia sedena.
Uidi quel Bruto che cacio tarquino:
Lucretia: Julia: Martia e Cornelia:
E solo i parte vidi el salatino.
Poi che nalzai vn pocho piu le cilia:
Uidi el maestro de color che sano:
Sedere tra philosophica familia:
Euclide geometra e ptholomeo:
Ipochras: Auicena: e Galieno:
Aueroís chel grāde cōmēto feo etc. Sequitur Dātes ibidem.
Nō posso recitar de tuti a pieno:
Per che me cacia si lōga tema:
Che molte volte al facto el dir ven meno.

Sed dicet quis ꝙ postq; tot et tāti homines valorosi ad isernum perrexerūt ipse etiam ibidem potius proficisci desideraret: vt cum eis esse possit. Sed tace stulte: quia dicit Augusti. i. c°. multi. i fine. 2ª. questio. pª. Nō propterea minus ardebūt quia cum multis ardebūt: imo magis: quia quo plura i igne sūt ligna tanto magis in ardescit ignis.

P

O Perditi peccatores cōsiderate ꝙ nō habetis in hoc mūdo tam magnū solaciū i quo si nimis perseueretis nō generet vobis fastidiū: magna vobis est angustia et afflictio: etiam dum sani estis super plumeum lectum per multos dies ligatos stare: quomodo ergo facietis in iferno in illis cruciatibus ifinitis: a quibus nūq; liberati eritis? Scitote ꝙ dicūt theologi in. 4°. ꝙ si damnati possent habere hāc gratiam: videlicet ꝙ eēt machina alta vsq; ad celū: cōtinēs totum mundum: plena granis milij: et post cētum milia annorum extraherent vna grana illius milij deinde post alia cētum milia annorum extraheretur alia grana: et sic fieret donec euacuata esset illa machina et tūc damnati extraherētur de iferno profecto haberēt maximam letitiam ad illa grana: expectātes tādem liberari ab illis cruciatibus tam horrendis. Cogitate paulisper quot miliaria annorū irēt ad perficiēdā euacuatōē illius machie. O igit ifelix conditio dānatorū. Post. n. mile milia milium: et decies centena milia miliū annorum

adhuc restabit illis tantūdem tpis: ꝛ nihil diminuetur. Unde Ber. inqt in suis meditationibus. Quis putas tunc meror erit? quis luctus? q̄ tristitia? cū separabūtur iniusti a cōsortio sanctoꝝ ꝛ a visione dei? Procul quippe a beata paradisi patria exulati cruciabūtur in gehēna ppetua. Ubi nec qui torquet aliqñ fatigatur: nec q torq̄tur aliqñ morit: vbi tormēta sic infligūtur vt ppetualiter renouētur: hec ille. O dissoluti mortales ꝯtremiscite. Ubi est nūc Cesar totius orbis īperator? Ubi sunt illi qui ante nos in delitijs mūdi huius gaudebāt: tripudiebāt ꝛ canebāt? Profecto ad inferna descenderūt. O lasciui ꝛ sensuales quo creditis vos ituros post hāc vitā: audite quod scriptum est Job. 21°. Tenēt timpanū ꝛ citharam ꝛ gaudēt ad sonitum organi: ducūt i bonis dies suos: ꝛ in puncto ad inferna descendūt. Si ergo interrogatis a me: qñ exibitis de iferno clamans cum lachrymis dico. Nunq̄: nunq̄: nunq̄: nunq̄: nunq̄: nunq̄. Scriptum est eniꝫ Apoc. 20. Cruciabūtur die ac nocte in scl'a scl'oꝝ. A quibus tormentis liberet nos misericors de⁹ noster. Amen.

¶ Sabbato post pasca: de numero saluandoꝝ respectu dānandoꝝ: Sermo vigesimustertius. Q.

Omnis qui credit in illū nō cōfundet. p'. Petri. p°. Est snīa in iure dicēs: ꝙ si alicui debeatur seruitus vie vel itineris per aliquā domū: si edificio alterius īpediaꝫ via illa: poterit habens seruitutē prohibere edificantē p interdictū noui operis. l. si eo loco. ff. si seruitus vendi. Nō veruꝫ est si opus est nouū. l. i. §. p°. ff. de noui opis nun. Moraliter oēs xpiani habent ius eundi p viā mandatoꝝ dei: versus celum. Mat. 19°. Diabolus aūt inimicus humane nature vult eos īpedire a tali itinere: superedificando domū vicioꝝ: ꝛ ponēdo impedimenta in via: iuxta illud psalmi. 139. In via hac qua ambulabā absconderūt superbi laqueū mihi. Et ideo phibendus est p noui operis nūciationē: qꝛ alter diabolus posset allegare ꝙ opus illud est antiquū: ꝛ ideo destrui ñ dꝫ: qꝛ ꝯsuetudo iducit seruitū: extra de foro ꝯpetēti. c°. cū ꝯtingat. Unde Prouer. 22°. dr̄ Adolescens iuxta viam suam: etiā cū senuerit nō recedet ab ea. Est alia snīa in iure dicens: ꝙ ille qui hꝫ ius ducendi aquā ad irrigandā possessionem suā: oportet ꝙ vtatur iure suo: quia si posset ostēdi ꝙ duabus estatibus non fit vsus: tunc amitteret ius suum. ff. de aqua quo. ꝛ estiua. l. i. §. estatem. Moraliter: quilibet peccator habet ius ducendi aquā penitētie ꝛ lachrymarum ad irrigandam ꝛ lauandam conscientiam suam. Uñ Isaie primo inuitat deus peccatores: vt se lauent dicēs. Lauamini: mundi estote. ꝛ eiusdem libri. 55°. iterum ait. Oēs sitientes venite ad aquas. Ideo si non vtanꝫ hoc priuilegio: perdent ius suum: sicut perdiderunt virgines tarde venientes obuiā sponso. Matthei. 25°. R

Est alia sententia in iure: ꝙ si alicui debeaꝫ seruitus luminis: ꝛ aliquid fit quo īpediatur: potest illud prohibere per noui opis nunciationem. ff. de seruitu. vrba. predi. l. inter seruitutes. Moraliter omnes christiani habēt ius illuminandi aīam suā: ꝛ introducēdi in ea lumē grē ꝛ glorie: quod est christus. Joānis. 8°. vbi ipse dicit. Ego sum lux mundi. Diabolus aūt vult nos excecare dicens illud. ps. 48. Usq̄ in eternū non videbit lumen. Hec aūt excecatio fit per peccatum. Sapiētie. 2°. Excecauit eos malicia eoꝝ. Et Sophonie primo. Ambulabunt ut ceci: quia domino peccauerunt. Et ideo debemus recurrere ad Jesum xp̄m lumen oculorum nostroꝝ. Et dicere ei cū ꝓphā ps°. 12°. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte: ne quādo dicat inimicus meus: preualui aduersus euꝫ. Omnes. n. qui credunt in illum nō confundētur: vt inqunt verba proposita. Super quibus verbis vnam pulcherrimā questionem tractabimus: videlicꝫ. Utrum omnes homines mundi finaliter debeāt esse salui. Et dato ꝙ non omnes. Utrum plures erūt salui q̄ damnati. Unde pro declaratōe huius questionis tres partes faciemus. Prima dicetur argumentationis: Secunda responsionis: Tertia vero confirmationis.

¶ Pars prima que dr̄ argumentationis. S

Ro expeditione prime partis: sciēduꝫ ꝙ est snīa Aristo. in primo Topicorū di. Potētes ad vtranq̄ partē dubitare in singulis speculabimur verum ꝛ falsum. Et in secundo de celo ꝛ mundo ait. Opposita iuxta se posita magis elucescunt. Et in primo Elen. inquit. Positis iuxta se cōtrarijs: maiora a minoribus discernuntur. Et in secundo de anima etiam dicit: ꝙ considerans vnum oppositorum: habet considerare ꝛ reliquum. Per cognitionem enim vnius cognoscitur aliud. l. i. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris: ꝛ institu. eo. in principio. l. i. ff. de tutel. insti. eo. in pricipio. Et. l. pomponius. §. sed ꝛ is qui. ff. de procura. ꝛ. §. nec manifestū. Insti. de obli. que ex delic. na. Iccirco idem philosophus in predicamento relationis ait. Dubitare in singulis non erit inutile. Quod

notatur per glosas in.l.iij.C.[redacted] sum.trinitate [redacted] fide catho. Sine disputatione et enim non bene res dubie clarescunt. Unde Aristo.in.3°.Metha.inquit. Querentes veritatem sine disputatione: similes sunt quo ire ignorantibus. Jurisconsulti etiam dicunt: quod disputando melius veritas inuenitur. Ut notatur in.l.munerum.§.mista.ff.de mune.et ho.et in.l.offilius.al'.offidius.ff.de lega.iij.et in.l.ij.§.his legibus.ff.de ori.iu.et.in.l.diui fratres.ff.de iure patro.. Ideo dicitur: quod iudicantem oportet cuncta rimari.c°.iudicantem.30ª.q.5ª.c°.cum causam.extra de testibus.l.iudices.C.de iudicijs.c°.i primis.2ª.q.pª.et.c°.occidit.23ª.q.8ª. Unde ut refert Hiero.in libro contra pellagianos: Scola sochraticorum consueuerat adducere omnia que dici possent ex vtraque parte: vt magis [redacted] spicua fieret veritas. Nam veritas magis exagitata plus splendescit in lucem c°.graue.35ª.q.9ª. Unde si in ciato aque ponatur gutta olei: statim facit vnum oculum. Si autem ligno vel cultello ipsa aqua exagitetur: protinus multos oculos generabit predicta gutta olei: et ipsa aqua efficietur magis lucida: et in ea melius videbitur. Quapropter ut questionis huius melius veritas innotescat: in hac parte arguemus pro opinione falsa.

M

Odo quod omnes debeant saluari: vel saltem quod plures debeant esse saluati quam damnati: videtur quibusdam: quorum opinionem quattuor principalibus corroborabimus fundamentis. Primum fundamentum dicitur inclinationis: sic arguendo. Omnia que sunt: inclinantur ad agendum secundum bonitatem sue nature: vt patet in creaturis etiam insensibilibus. Nam ignis cum sit calidus naturaliter semper emittit calorem. Sol cum sit naturaliter lucidus semper emittit splendorem. Mel cum sit naturaliter dulce: semper reddit dulcedinem. Ait enim Aristo.4°.Ethicorum. Unumquodque dirigit opera sua secundum optimum eorum: que sunt in ipso. Et Boetius in quarto de consolatione prosa quarta inquit. Agit enim cuiusque natura quod proprium est ei diffinire. Et eandem sententiam in ponit Commentator Auerois super nono Methaphisice. Ergo cum deus habeat esse perfectissimum: etiam ipse inclinatur ad agendum secundum infinitam bonitatem nature sue. Unde ait Comentator super secundo Methaphisice. Prima causa est magis digna in esse et in virtute: quam omnia alia entia: quia omnia alia entia acquirunt esse et virtutem a prima causa. Cum ergo non debeat quis melioris esse conditionis: quam ille a quo causam habuit.l.i his officijs.i fine.ff. de reg. iuris. Cumque secundum philosophum.2°. Methaphisice quod est causa aliorum vt sint talia: illud sit maxime tale. Sequitur quod si omnes creature faciunt opera sua secundum bonitatem nature sue: multo magis hoc facit creator. Cum itaque natura diuina sit naturaliter et essentialiter clemens et pia: vt dicitur de peni.distinctio.pª.c°.quia diuinitatis.alias quia deitatis.vbi inquit Hieronymus. Diuinitatis natura clemens est et pia: magisque ad indulgentiam: quam ad vindictam prona: quia nullatenus vult mortem peccatoris: sed vt magis conuertatur et viuat. Uidetur concludendum quod deus inclinatus est ad miserandum omnibus secundum suam naturam. De ipso enim canit ecclesia. Deus cui proprium est misereri semper et parcere. Et consequenter quod omnes saluabit: vel saltem quod plures saluabuntur quam damnabuntur per misericordiam diuinam. Scriptum est enim psalmo.129°. Apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio. Et psalmo 144°.dicit Dauid. Suauis dominus vniuersis et miserationes eius super omnia opera eius. Et sic patet quod deus magis operatur misericordiam quam iustitiam: et per consequens pluribus miseretur quam damnet. Scriptum est enim vigesima tertia [redacted] questio.sexta.c°.his qui. Et de peni.distinctio.pª.c°.multiplex.§.his autem.et alias allegatur §.multiplex.versi.his autem. Misericordie domini: nec mensuras ponere possumus: nec tempora diffinire. Et hanc opinionem videtur tenuisse beatus Jacobus sue canonice cap°.2°.qui inquit. Misericordia superexaltat iudicium. Uolens demonstrare quod plures erunt qui diuina misericordia saluabuntur: quam qui eius iustitia damnabuntur. Si enim homines faciliores sunt ad absoluendum quam ad condemnandum.l.arrianus ff.de actio.et ob.et.l.fauorabiliores.ff.de regul.iuris. Multo magis deus cuius misericordia plena est terra.

A

Secundo eadem conclusio probatur fundamento quod dicitur volitionis. Sicut enim omnia quecumque deus voluit fieri in preterito facta sunt: iuxta illud psalmi.113. Omnia quecumque voluit fecit. Nullus enim est, qui diuine possit resistere voluntati. Gene.vltimo. Ita omnia que deus vult de presenti et de futuro: necesse est fieri: et aliter esse non possunt: quia voluntas bene placiti diuini est immutabilis secundum Thomam in pª.parte summe.q.19ª.ar°.7°.et Sco

tum i p°. dist. 46ª. ꝛ Alexādrū de ales in. 3ª. parte sūme: in tractatu de lege eterna. q. 5ª. Cum igitur ita sitꝙ deus vult omnes homines saluos fieri. Ut dicit Paulus pme ad Thimo. 2°. Ergo omnes saluabūtur. Aliter videretur ſm opinionem istoꝛū: ꝙ deus nō esset oipotēs: volēs saluare quos nō posset.

X

ad homines. Inter eos viuẽdo: humana videre et cogitare: dicere et audire. Sed pro alia parte scilicet quod predicationi potius deberet insistere et vacare argumentum erat quod pre omnibus ponderat apud deum scilicet quod vnigenitus dei filius qui est sapientia patris propter salutem animarum descendit de sinu patris vt suo mundum informans exemplo verbum salutis hominibus loqueretur: quos sacri sanguinis precio redimeret et mundaret lauacro ac poculo sustentaret: nihil sibi omnino reseruans quod non ad salutem nostram liberaliter erogaret quia nos omnia debemus agere secundum exemplar eorum que videmus in ipso tanquam in mõte sublimi: videtur magis placitum deo quod intermissa orationis quiete foras eggrediatur ad predicationis laborẽ. His ergo argumẽtis ad partes existentibus licet multa nosceret tam spiritu prophetico quam irradiatione diuina. Tamẽ hanc questionẽ ad liquidum dissoluere non valebat deo sic permittente vt predicationis sibi iniunctum officium: potius diuina auctoritate quam humana voluntate declararetur assumptum ab ipso: et a deo sibi preceptum et impositum. Cum igitur humilimus esset: non erubescebat a minoribus parua querere qui magna didicerat a magistro supremo. Unde misit fratrem masseum sociũ suũ ad fratrem siluestrũ: qui mõte subasio in loco de carceribus morabatur et erat tãte scitatis et gratie quod quicquid in oratione a deo petebat statĩ exaudiebatur: et cum eo loquebatur sicut amicus cũ amico. Et propterea sanctus Franciscus magnam deuotionem et fidem habebat in eo. Prefato igitur fratri Siluestro misit dicendo: vt suppliciter deum rogaret quatenus ei indicaret quod sibi plus placeret an quod alijs predicaret: vel quod orationi continue vacaret. Et similiter ad beatam Claram misit vt ipsa cum aliquibus de magis puris et spiritualibus sororibus per orationem diuinum beneplaciti super hoc postularet. Frater autem masseus socio assumpto perrexit ad eos: et illis ambassiatam fecit beati Francisci. Statim ergo beatus frater Siluester ad orationem perrexit: et in oratione diuinũ responsum habuit. Et ad fratrem masseum exiẽs dixit. Hec dicit dominus vt dicas fratri Francisco: quod ipsũ nõ propter se solũ vocauit: sed vt fructũ faciat animarum: et multos per eum lucretur. Idem quoque respondit beata Clara dicens se habuisse a domino: quod suũ beneplacitum erat vt ad predicandum exiret. Reuerso igitur fratre masseo beatus Franciscus eum in charitate recipiens illi pedes abluit et refectionem parauit. Deinde cibo sũpto eum vocauit ad siluam. Et nudato capite: manibus canzelatis genuflectens interrogauit dicens Quid iubet dominus meus Jesus christus vt faciam? Respondit autem frater masseus quod tam sancte clare et sororibus quam fratri Siluestro vna erat facta responsio Jesu christi: scilicet quod volebat eum ire ad predicandum: quia ipsum nõ vocauerat pro se tantũ: sed etiam pro salutẽ aliorũ. Ex quibus patet primum scilicet quod ad predicandam penitentiam beatus Franciscus inductus fuit diuina inspiratione: imo precepto. Et consequẽter ad istituendũ ipsũ ordinẽ de penitẽtia. Z

Secundo instituit istum ordinem mediante feruenti predicatione. Unde de illo ait sanctus Bonauentura in. 4ª. parte legẽde maioris. Factus igitur euangelicus preco ciuitates circuibat et castra: non in doctis humane sapientie verbis: sed in virtute spiritus annuncians regnũ dei domino dirigente loquentem reuellationibus preuijs: et sermonem confirmante sequentibus signis. Erant autem ipsius eloquia virtute spiritus sancti plena. Et medullas cordis penetrãtia. Ita vt in vehementem stuporem audientes conuerterent: et obstinatorum mentes efficacia virtuosa mollirent. Unde predicationis eius feruore succensi quamplurimi vtriusque sexus in coniugali pudicicia domino famulantes: secundum formã a viro dei acceptã nouis se penitentie legibus vinciebant. Quorum ordinem tẽporis in processu fratrum de penitẽtia vir dei appellãdũ decreuit: hec ille. A

Tertio istum ordinẽ instituit zelo charitatis. Unde in eius legẽda dicitur quod habita respõsione predicta a fratre masseo: surgẽs cõtinuo succinxit se nullaque prorsus mora cõtracta dixit ipsi fratri masseo. Eamus. Ipsumque assumens in sociũ et fratrẽ angelũ ibat cum tanto feruore vt diuinũ exequeretur imperiũ: tãque celeriter percurrebat ac si facta manu dñi sup eũ noua induisset e celo virtutem. Quasi enĩ fulgur in impetu spiritus pergebat nõ attẽdẽdo ad viã seu semitã. Et sic eũdo deuenit ad quoddã castrũ nõie canariũ quod est distans ab assisio per quattuor miliaria: et est prope beuaniũ: et vulgariter dicitur canaio: in quo quidem castro cũ tãto feruore predicauit quod oẽs tã viri quam mulieres volebãt relicto castro ire post eũ. Sanctus vero Frãciscus dixit illis. Nõ faciatis. Quia ego ordinabo pro salute vestra quid agere debeatis. Et ex tũc cogitauit facere ipsũ tertium ordinẽ qui dicitur continentium seu fratrum et sororum de penitentia. Predicta autem cõfirmat sancta mater ecclesia que in officio eius canit. Sanctus Franciscus preuijs orationũ studijs quid faciat instructus: non sibi soli viuere: sed alijs proficere vult dei zelo ductus. B

Secunda pncipalis contēplatio circa istū ordinem dicit perfectionis. Pro cuius expeditione est sciendū q ista regula est magne pfectionis contentiua: et eius obseruatio est magni meriti. Unde sanct⁹ Bona. in legēda beati Francisci ait. Sicut in celū tendentib⁹ penitentie viā oībus cōstat esse communem: sic et hic status clericos et laicos: virgines et coniugatos in vtroqz sexu admittens quāti sit apud deū meriti: ex plurib⁹ per aliquos ipsorū patratis miraculis innotescit: hec ille. Dico igitur q in ista regula cōtinentur duodecim pfectiones de sacro fonte euangelij: et veteri testamento collecte: que sunt tanqz duodecim porte Hierusalem. Apoc. vlti°. A

Primo .n. cōtinet fidem: qz oportet ſm tenorem ipsius regule q hūc ordinē ingrediētes sint fideles ac catholici: et ecclesie romane obedientes. Et q prius examinentur de fide catholica. Ita q nullus hereticus in eo recipiatur: et si fuisset receptus expellatur: qz fides est fundamentū oīum virtutum: iuxta illud ad Hebre. xj°. Fides est sperandarū substantia rerū etc. Et vbi nō est fundamētum superedificari nō pōt. c°. cum Paulus. pª. q. pª. Et sine fide impossibile est placere deo. Ad Hebre. xj°. Et hec perfectio sumpta est in euāgelio Joānis 20. vbi ait dñs. Noli eē incredul⁹ sed fidelis: et Ecclesia. 2°. dicit. Qui timetis dñm credite illi: et Apoca. 2°. ait dñs. Esto fidelis vsqz ad mortē: et dabo tibi coronam vite. B

Secundo cōtinet spem: qz hortatur ad penitētiā. Promisit aūt deus in euāgelio vitā eternam penitētibus dicēs Mat. 4°. Penitentiam agite. Appropinquabit .n. regnū celorū. Ecōtra vero ē de nō penitentib⁹ qbus dicit Luce 13°. Nisi penitentiā habueritis oēs simul peribitis. Cū igit iste ordo sit de penitētia: ideo qlibet ei⁹ regulam obseruans: pōt sperare vitā eternam: et dicere deo cum propheta ps°. 30. In te dñe speraui: nō cōfundar in eternum. C

Tertio ptinet charitatē. Nam pcipit recōciliationē cū proximo. Et hoc colligit ex euāgelio Mat. 5°. vbi saluator ait. Diligite inimicos vros etc. Et ibidē. Si offers mun⁹ tuū ad altare: et ibi recordat⁹ fueris qz frater tu⁹ hz aliqd aduersū te: dimitte ibi mun⁹ tuū: et vade prius recōciliari fri tuo: et tūc veniēs offeres munus tuū. Deus .n. nō hz grata opera q facit ille q est in discordia et odio cū pximo suo. Un̄ inqt Aug. in li°. de verbis dñi. Nō pōt cōcordiā habere xpo q discors voluerit esse cū xpiano. Debetis ergo remittere iniurias his qui vos offenderūt: iuxta illud Leui. 14°. Ne memineris iniurie ciuium tuorū. Et diligere primum: et nullū odio habere. Ait .n. dñs Mat. 22°. Diliges proximū tuū sicut te ipsū. Nā nullus sine charitate pōt saluari. c°. nullus. de peni. di. 7ª. Et iō inquit apostolus pª. ad Cor. 13°. Si linguis hoīum loqr et angelorū: charitatē aūt nō habeam nihil mihi prodest etc. Item post annū probationis hāc regulā proficiēs vouet fuare pcepta dei. Qd ptinet ad dilectionē dicēte dño Joannis 14°. Si diligitis me mādata mea fuare. Et promittit satisfacere si qd contra regulā fecerit. Quia Luce 12°. dicit. Seruus sciēs voluntatē dñi sui et nō faciens: plagis vapulabit multis. Et sic pfessus nō pōt ampli⁹ redire ad habitū et vitā mūdanā: qz ait dñs Luce. 9°. Nemo mittēs manū suā ad aratrū et respiciēs retro apt⁹ est regno dei. Sicut .n. arans et retro aspiciēs nō facit rectū sulcū: sic i fuitio dei retro aspiciēs nō recte ambulat in ei⁹ obsequio. D

Quarto hec regula ptinet iustitiā. Uult .n. q ille est obligat⁹ alteri pcordet secū soluendo: fideiubēdo vel pign⁹ dādo. Et hec est va iustitia q vult vnicuiqz tribui qd suū est. l. iustitia. ff. de iusti. et iu. et insti. eodē. in prin. et c°. si seculi leges. 12ª. q. 2ª. Et hoc colligit ex euangelio Matt. 18°. Redde qd debes. et Mat. 23°. Reddite q sūt cesaris cesari: et q sunt dei deo. Sine hac .n. virtute nemo pōt cōsequi vitā eternā. Quia ſm oēs theologos i. 4°. di. 15ª. Quicūqz iniuste possidet rē alienam: vel ptra iustitiā dānificauit aliquē: et nō vult restituere et satisfacere viuit i peccato mortali. Un̄ dr c°. peccatū. de reg. iu. li° vj°. Nō remittitur peccatū nisi restituatur male ablatū. Quia etiā ſm iustitiā nemo pōt alteri obligare rē que alicui est particulariter obligata. Cū vxores sint posite sub viri ptāte: dicēte deo pme vxori Gen. 3°. Sub viri ptāte eris: et ipe dñabit tui. De quo et habet i c°. manifestū. et c°. est ordo. et c°. hec imago. et c°. cum caput. et c°. mulierē. et c°. mlier. 33ª. q. vlª. Ideo ordinauit hec regula q maritate nō possint istū ordinē itrare maritis inuitis. Et hoc colligit ex euāgelio Joānis. 4°. vbi dicit q cū mulier samaritana petisset a xpo aquā salutarem de qua locut⁹ fuerat ipe dñs: dixit Jesus. Uade voca virū tuū. Hec enī aqua salutaris significat hāc sanctā regulā. E

Quinto hec regula ptinet pietatem. Primo erga ppriam aīam: iuxta illud Eccle. 30. Miserere aīe tue placēs deo. Et ideo ne cōtingat ex inopinata morte iordinatū aliqd relinqui: et aliquem dānari: vult vt qlibet sic ordinet facta sua q semper mori sit parat⁹. Propter qd statuit q oēs q hūt factionē testamēti: faciāt illud īfra tres menses ab īgressu ordinis: vt adueniēte morte possint libere vacare sacramētis ecclesie suscipiēdis: et trā/

sire de hac vita sine aliqua tēporaliū occupatione Et hoc collectū fuit Isa.38° vbi dicit. Dispone domui tue ⁊c. Item cōtinet pietatē erga proximos: dum precipit vt orēt pro viuis ⁊ defunctis. Dicit enī Aug. in sermone ad here. Cupis vt tui misereatur dn̄s: Fac vt proximo miserearis. Tanto.n. recipies in alia vita quantū facies in p̄senti. Itē vult vt soluat denari⁹ vsualis massario deputato semel in mēse quo subueniat paupērib⁹ ⁊ īfirmis. Et si quis eorum infirmat: visitet a ministro ⁊ ab alijs: vt audire possint in die iudicij dn̄m eis dicētem. Infirmus erā ⁊ visitastis me Mat.25°. Itē vult ꝙ si aliqs ex ipsa societate moriatur: alij faciant eū sepeliri ⁊ intersint exeqjs eius: ⁊ ꝙ litterati pro aīa ipsius dicant.50.psalmos. Alij vero.50. pater noster. Et ꝙ quolibet anno pro viuis ⁊ defunctis ipsius ordinis faciāt quilibet eoꝝ tres missas celebrari. Et ꝙ litterati dicāt psalterium. Alij centū pater noster pro dicta cā. Ecce quanta pietas hui⁹ regule. Hoc autem colligitur ex euāgelio Matt.x°. Si quis dederit vni ex minimis ⁊c. ⁊ Mat.25°. vbi dn̄s ait se dicturum in die iudicij suis electis. Esuriui ⁊ dedistis mihi māducare ⁊c. ⁊ Mat.9°. ac Luce.7°. ⁊ 23°. vbi christus orauit pro proximis: ⁊ Joannis xj°. vbi orauit [illegible] zaro mortuo. H

SExto cōtinet humilitatē dū ordinat ꝙ oēs tam viri q̄ mulieres induant mantellis de pānis vilibus in precio ⁊ colore: iuxta illud Hieronymi ad Rusticū monachū dicētis. Vilis tunica cōtemptū seculi probet: ita dūtaxat ne anim⁹ tuus tumeat: ne habit⁹ sermoq̄ dissentiat. Similiter hec regula prohibet oēm curiositatē ⁊ vanitatem in vestibus: in cingulo ⁊ pellib⁹: vt in omnibus protestent humilitatē: quam in corde multo magis habere debēt. Et hoc colligitur Matthei xj°. Vbi dn̄s ait. Discite a me q2 mitis sū ⁊ humilis corde. Cōtinet etiā humilitatē dū subijcit oēs ipsius ordinis tam ministros q̄ alios correctioni ⁊ subiectioni epi ⁊ visitatoris. Papa aūt Sixt⁹ quartus per priuilegiū suū qd̄ incipit. Romani pontificis prouidentia. Cui⁹ trāsumptū auctēticū rome factū ego habeo: subijcit totaliter ipsū ordinē visitationi ⁊ correctioni generalis ⁊ puincialiū ministrorū ⁊ eorū vicariorū: ⁊ visitatorum ab eis deputatorum ordinis fratrum minorum: ⁊ inhibet quibuscūq̄ prelatis ecclesiasticis ne de cetero vllatenus de ipsorum fratrum ac sororū de penitentia visitatione vel correctiōe se intromittāt vel predictos fratres minores aliqualiter impediant in predictis. Concedens ipsis visitatoribus vt omnia ecclesiastica sacramenta eis ministrent quādo sibi videbit. Que omnia fecit vt predict⁹ ordo melius gubernet ⁊ reguletur: ac in maiori humilitate ⁊ religiositate cōseruetur. Hec aūt humilis subiectio est collecta de euāgelio Luce 2°. Vbi de dn̄o Jesu dicit. Et erat subditus illis. I

SEptimo hec regula cōtinet honestatē: dū prohibet cōfessores suos interesse pompis ⁊ spectaculis mūdanis: correis: ioculatorib⁹: ludis dissolutis: cōuiuiorū comessationib⁹: ⁊ hmōi. Et imponit vt quātū in eis est totā familiā suam ab his reuocēt: q2 Amos 8°. minatur dn̄s di. Cōuertam festiuitates veras in luctū: ⁊ oia cātica vestra i planctū. Prohibent etiā tales cōuersari in locis inhonestis: ⁊ cū personis turpib⁹: q2 talis qsq̄ reputatur qualis in exterriorib⁹ videt. L. itē apud labeonem. §. si qs virgines. ff. de iniu. Itē hec regula rōne honestatis precipit vt caueāt a iuramētis maxime illicitis: ⁊ ꝙ nō recipiāt iuramentū nisi pro pace ⁊ hmōi. Qd̄ acceptū est ex euāgelio Matt. 5°. Vbi dn̄s ait. Nolite iurare oīno. Sit autē oīs ſmo videt est ⁊ nō: ⁊c. Itē precipit ne deferāt arma nisi de ministroꝝ licētia. Quod acceptū est ex euangelio Mat.26°. vbi dn̄s ait Petro. Mitte gladiū in locū suū. Et Mat.5°. Esto cōsentiēs aduersario tuo dū es in via. ⁊ 6°.c°. Ego aūt dico vobis nō resistere malo: sz si qs [illegible] pcusserit i vnā maxillā: pbe ei ⁊ alterā. Et si qs vult tunicā tuam tollere: dimitte ei ⁊ pallium. K

OCtauo hec regula cōtinet sobrietatem ⁊ abstinentiā: q2 vult vt sint cōtēti bina refectione in die: nisi forte laborib⁹ sint pressi vt pluribus egeant refectionibus. Et vt toto anno in die lune ⁊ mercurij nō comedant carnes nisi in itinere vel religiosorum cōuentibus: si qui vescuntur carnibus. Nam tunc indulget sanctus Francisc⁹ ꝙ cū ipsis cōformentur in eorum domibus. Itē in infirmitate: in qua medicorum cōscientiā sequātur. Et in flebotomia: post quā tribus diebus carnes comedere possint: nisi accidat dies a lege positiua prohibit⁹: vt dies veneris aut vigilie ⁊ huiusmodi. Si etiā dies natalis domini venerit in die veneris potest comedere carnes. c°. explicari. de obserua. ieiunij. ⁊ in illis festis que ponit regula. Itē precipit vt toto anno semel in hebdomoda ieiunent: scilicet sexta feria: ⁊ a festo omniū sanctorū vsq̄ ad pasca addant ieiunio diem mercurij. Et ꝙ [illegible] sancto Martino vsq̄ ad natale domini ieiunium seruent: excepta dominica: nisi legitima causa eos excuset a ieiunio. Item ꝙ quadragesimā comunem incipiant a quinquagesima. Hec autē abstinentia collecta ē Luce. 21°. vbi ait domin⁹. Attendite ne forte grauentur corpora vestra cra/

pula & ebrietate: & curis huius seculi: & Matthei. 4°. Exemplo Christi ieiunantis quadraginta diebus & q̄dragita noctib⁹: & Ecclesia. 37°. vbi dicitur. Noli auidus eē in oī epulatione. &c. II

Nono continet deuotionem. Nam vult q̄ ante & post refectionem dicant orationē dominicam: & vt quotidie proposse missam audiant & q̄ in nocte ad matutinum & orationem surgant nisi causa rationabilis eos excuset: & q̄ clerici dicant officium ſm ordinē sancte romane ecclesie: vel ecclesie cathedralis vbi habitant. Non clerici vero dicant septem horas canonicas: vt possint in vita eterna dicere deo. Septies in die laudem dixi tibi. &c. ps°. 118°. Quas horas debent dicere hoc modo. Videlicet pro matutino duodecim pater noster pro singulis autem horis canonicis septē addito in prima & completorio miserere & credo. Hec autem collecta sunt Deuterono. 6°. & Matthei. 4°. vbi dicitur. Dominum deū tuum adorabis: & illi soli seruies: & Luce. 18°. Oportet semper orare & nunq̄ deficere. Item q̄ vadant ad ecclesias deū laudaturi. Qd̄ colligitur Mat. 21°. Ubi dominus ait. Domus mea domus oratiōis vocabitur. Et idē dicitur q̄ pueri clamabant in tēplo Osanna filio Dauid. Item precipit vt confiteantur & comunicentur saltem tribus vicibus in anno. s. in festo dn̄ice resurrectionis: penthecosten ac natiuitat̄ dn̄i. Per ꝯfessionē. n. homo acqrit gratiam & misericordiā a deo. Et ideo inquit psalmista. Confitemini domino quoniā bonus: quoniā in seculum misericordia eius. Item per confessionem aperiuntur porte paradisi: & ideo ait idē propheta ps°. 99°. Introite portas eius in cōfessione. De comuniōe aūt dicit dn̄s Joānis 6°. Qui māducat meā carnē & bibit meū sanguinem hʒ vitam eternā: & in me manet: & ego in eo. Et ibidē. Qui manducat hūc panē viuet in eternū. Propter qd̄ ē laudabil̄ ꝯsuetudīe ordinis nō solū cōfitent̄ & accipiūt corp⁹ christi illis trib⁹ vicib⁹ que ponūtur i regula: sed ēt plurib⁹ alijs in anno. M

Decimo hec regula cōtinet exemplaritatē. Precipit. n. vt dent bonū exēplū proximis: vt sint forma religiositatis: doctrina oīs virtutis: & exēplar bonorum operū mundanis cū quibus habitant & conuersant̄. Quod colligit̄ Mat. 5°. vbi dn̄s ait. Uos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra corā hominib⁹ vt videāt vestra bona opera & glorificent patrē vestrū qui in celis est. Item precipit vt qui proximū scandalizant & ei dant malum exemplū: expellantur de societate facta trina admonitione: quia dicit dominus Matthei 18°. Ueh homini illi per quē scandalū venit. Et iterū. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt: expedit illi vt suspendatur molla assinaria in collo eius: & demergatur in profundum maris &c. N

Undecimo continet vnionem: precipiens vt quolibet mense conueniāt in vnum ad audiendam regulam. Item iubet vt in pace viuant simul: & cum proximis. Unitas enim & concordia est vnum de precipuis bonis que in congregationibus & ordinibus esse possunt: dicente propheta psalmo 132°. Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum &c. Duodecimo continet discretionē: quia in omnibus que precipit regula potest dispensare visitator. Et hoc colligitur Joānis 6°. & Matthei 14°. vbi ait dominus. Facite eos discumbere. Quod potest intelligi dictum visitatoribus cum viderit necessitatem vel rationalem causam. Omnis enī penitentia debet esse discreta: quia discretio est mater omnium virtutū. c°. primo de officio custo. & c°. presentium. prima. q. 5ª. Uirtus autem indiscreta pro vicio reputatur. Deus enim non exigit ab hominibus nisi id quod facere potest. Et ideo nimia austeritas in vigilijs & ieiunijs reprehenditur in c°. non mediocriter. de consecratione distin. 5ª. Sicut ergo nimis negligens est deo ero suo: ita etiam nimium ac indiscrete austerius ei non placet. Quia omnia extrema sunt viciosa: vt dicitur secundo Ethicorum. Medium autē tenuere beati: vt ait glosa in auten. de consu. §. p°. Et ideo Ouid. in secūdo Methamor. inqt. Inter vtrunq̄ tene medio tutissimus ibis. Aliā quoq̄ discretionem continet hec regula: scilicet q̄ ministri in hac societate non possint eligi ad vitā: sed ad tempus: vt omnes habere possint suā partem oneris & honoris: & vnus non semper grauetur tali onere. Officia enim & honores equaliter debent diuidi in ciuitate. l. qui originem. §. prese. ff. de mune. & hono. Est quoq̄ alia discretio hui⁹ regule. Uult enim Nicolaus quartus qui ipsam regulam confirmauit q̄ nullus peccet mortaliter transgrediendo aliquid de his que in ea continētur. O summa conscientie quies. Et ideo inquit dominus Matthei xi°. Tollite iugum meum super vos: & inuenietis requiem animabus vestris. Jugum eniʒ meum suaue est & onus meum leue. Licet aūt cōiter votū ē sui natura obliget ad seruandū ꝓmissū sub pena peccati mortalis. Tn̄ votū qd̄ fit i ꝓfessiōe hui⁹ regule nō obligat nisi ad veniale. Quia vouētes nō intēdūt se obligare nisi ſʒ qd̄ obligant̄ ex ꝑcepto regle ſm volūtatē summi pontificis ipsaʒ regulā approbātis. He igitur duodecim ꝑfectiōes sunt duodeci flores pulcher-

rimi. Duodecimqz stelle paradisi que in hac regula cõtinentur. Que omnia siquis perfecte obseruauerit: poterit dici de illo illud Apocalypsis. 12°. In capite eius corona stellarũ duodecim. Et beato Francisco institutori huius regule illud psalmi. 20. Posuisti in capite eius coronaz de lapide precioso. Hec eniz sancta regula est illa que obseruatores suos coronat in celis. Et ideo profitentibus eaz promittitur vita eterna. Dum recipiens eos ad professionẽ dicit cuilibet eoruz. Et si hec obseruaueris promitto tibi vitã eternã. Ipsa quoqz est sepes ad diuina mandata seruãda. Est etiam obseruatio et renouatio sacramẽti baptismalis: in quo omnes christiani renũciauerunt diabolo ac mundo et pompis eius. c°. primuz. de cõsecrat. distinct. 4a. Et ideo sũma deuotõe debz recipi et obseruari. O

Quo ad tertiã principalem cõtemplationez: scilicet exaltationis et dignificationis huius regule: dico qp valde sublimata est propter nouẽ dignitates quas habuit. Primo propter bullationẽ. Nam ad ostendẽdam excellentiaz istius ordinis et regule: Christus insigniuit institutorem ipsius sigillo sue passionis. Unde ipse ait ad Galathas. 6°. Ego enim stigmata domini Jesu in corpore meo porto. Quia eniz appositio sigilli autẽtici dat fidem veritati. c°. scripta vero. autentica de fide instrumẽ. Ideo nõ sigillo cereo: vel plumbeo aut aureo: sed sigillo dei viui: voluit hanc regulam esse plũbatam. Secundo est sũme dignificata propter delationez. Ipse enim Christus quasi ipso facto prenũcians tres ordines a beato Francisco instituẽdos detulit indumentũ coloris birretini. Nam illa tunica incõsutilis quam proprijs manibus ei fecit beata virgo duz esset paruulus: que cum ipso crescente crescebat: erat de hoc colore: sicut cũ iureiurãdo testatus est Mediolani pdicãdo beatus frater Baptista de leuãto ordinis nostri generalis vicarius: qui affirmauit se eã vidisse in quodã castro vbi ostẽditur et cõseruatur cũ maxima veneratione. Et ideo nõ est dedecus: sed maxima gloria portare talem habitũ quez filius dei detulit: et regina celorũ primitus adinuenit et fecit. Et est verisimile qp etiaz ipsa tali colore indui voluit: vt humilissima existẽs humilissimo filio suo esset etiã in habitu cõformis sicut erat in vita. Eapropter dicere potest domin9 illud Baruch. 5°. Indui me sacco. Et beata virgo simul cuz eo dicere potest illud Job. 16°. Saccuz cõsui super cutẽ meã: et operui cinere: idest colore cinereo carnẽ meam. P

Tertio sublimatur hic ordo propter approbationẽ. Aliqd eni reddit auctenticũ et ei datur fides propter affirmationẽ testis veridici. c°. cum super causa. de testi. Summus aũt põtifex Nicolaus quartus hanc regulã eẽ saluberrimam affirmauit: et ipsam regulaz approbauit et cõfirmauit et priuilegiũ incipit. Supra mõtẽ catholice fidei. Et similiter Celestin9. 5s. et Alexander 4s. et Clemens. 5s. Joãnes. 22s. in extrauagãti que incipit. Sancta romana. affirmat eã esse a sede apostolica cõfirmatã: et multi alij pontifices. Hãc quoqz regulã eẽ per sedẽ apostolicã confirmatã affirmat glo. in. cle. cũ ex eo. de sen. ex. et in. c°. vnico. de relig. domi. li°. vj°. et in cle. pa. eodem ti°. et ibi Joannes de imo. Cũ eni ipsaz Christus dei filius sic exaltauerit merito ei9 vicari9 summus pontifex eam in terris laudauit et approbauit. Q

Quarto sublimat propter sanctitatẽ. Multi eni fuerũt in hoc ordine sanctissimi viri et mulieres quorũ plures sancta romana ecclesia sanctorum cathalogo ascripsit: vt supra visuz est. Multi etiam hodiernis temporibus in hoc ordine degunt sanctitatem preclari. Et ideo põt hic ordo appellari magnificus in sanctitate. Exodi. 15°. Et de illo dici potest illud Ecclesiasti. 50. Gloriam dedit sanctitatis amictum. Quapropter cuilibet istius ordinis et illi qui eum potest assumere dĩ illõ Ecclesiastici. 30. Contine et congrega cor tuũ in sanctitate ei9. R

Quinto sublimatur pp nobilitatẽ. Ut. n. supra visuz est nobilissimi viri et mulieres: et potentissimiqz magnates et sapiẽtissimi doctores et i maximis dignitatibus ɔstituti qplures hũc ordinem intrauerunt et regulam eius obseruauerunt. Multi quoqz hodiernis temporibus: tam viri qz mulieres per diuersas mundi partes sunt in isto ordine generositate magnifici. Et ideo ipsi ordini potest dici illud Isa. 60. Ambulabũt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui: et illud psalmi. 40. Filie regum in honore tuo. etc. S

Sexto sublimat propter numerositatẽ. Tota n. christianitas viris et mulieribus hanc regulã sincere obseruantibus plena est: ita vt de ipsis dici possit illud psalmi. 39. Multiplicati sunt super numerũ. Septimo propter miraculoz operationẽ. Ut eni supra visum est: multi viri et mulieres istius ordinis qpluribus miraculis claruerunt: ex quibus hunc ordinem dignissimũ et auctẽticũ reddiderũt. Nã dat fides alicui pp exhibitionẽ actus mirifici c°. cũ [illegible] inuicto. de here. Et miracula sũt sufficiẽs testimoniũ cuiuslibet veritatis. c°. audiuim9. de reli. et vene. san. M

Octauo ꝑpter indulgentiarũ largitionẽ. Nã sancta mater ecclesia ad ostẽdẽdã dignitatẽ huiꝰ regule dedit idulgẽtias eã legere audiẽtibus semel in mẽse: quãdo cõgregant̃. Inter alios aũt sũmos pontifices clemẽ. 5ꝰ. quattuordeci quadragenas dedit de idulgẽtia: qui sunt dies. 560. vt pa tet ex eius priuilegio: qđ omni mense in cõgregatione eoꝝ post regulã legit̃. V

Nono sublimatur propter exemptionẽ ⁊ ecclesiasticã libertatẽ. Nã frẽs ⁊ sorores istius ordinis eximuntur a iurisdictione iudicis secularis. Nec corã eo possũt ꝯueniri tanq̃ psõe ecclesiastice vt patet in litteris Celestini pape quiti: ⁊ Gregorij noni. Itẽ ab omnibus oneribus psonalibus sicut alie psone ecclesiastice vt in dictis litteris cõtinetur: ⁊ in priuilegijs Martini quinti ⁊ Eugenij quarti: que in forma autentica habentur aquile: vt testatur se vidisse beatus frater Joannes de capistrano in suo tractatu ex comunicationũ. In quibus priuilegijs ꝺclarant predicti summi pontifices ipsos fratres ⁊ sorores esse immunes non solum a iurisdictiõe secularis: sed etiã ab oneribꝰ ⁊ grauaminibus: tanq̃ persone ecclesiastice diuino cultui mancipate. Et ita pluries sententiatum est. Ter Brixie: ⁊ Mediolani: ⁊ pergami: ⁊ aq̃le: ac in alijs locis. Jmo eos verberantes incidũt in canonem capituli. si quis suadente. 17ª. q. 4ª. ita q̃ efficiuntur excomunicati: licet quidam doctores tenuerint contrarium. Nã gaudẽt priuilegio clericali vt magnifice tenuit dominꝰ Petrus de vbaldis de perusio germanus domini Baldi ⁊ angeli: ⁊ dominus Cato de saccis monarcha iuris papie: ⁊ multi alij doctores quos ad presens non refferã. Inter alios autem est Franciscus de platea in tractatu suo excomunicationum. §. 16º. versiculo. 4º. vbi allegat Paulũ: Landulfum ⁊ Zenzelinum tenentes q̃ fratres ⁊ sorores tertij ordinis beati Francisci gaudent priuilegio clericali. Beatꝰ quoq̃ frater Joãnes de capistrano vbi supra reprobat opinionem Joannis andree i cle. cum ex eo. de sen. ex. ⁊ Laurẽtij doctoris antiq̃: ac seq̃ciũ: ⁊ dicit eos nõ bene cõsiderasse regulã ipsiꝰ tertij ordinis. Unde ipse respondendo eorũ argumentis probat: q̃ omnes tã viri q̃ mulieres tertij ordinis beati Francisci professi ⁊ nouitij: ⁊ non solũ matrimonio soluti: sed etiã in cõiugio viuentes gaudent priuilegio clericali: ⁊ inter personas ecclesiasticas numerant̃. Qui etiã nõ tenẽtur a ꝓprijs vxoribus per aliquot dies in septimana abstinẽ: vt dixit Joãnes an. Ex q̃ ꝯcludit ipse beatus frater Joannes capistranus: q̃ nec ipse Joannes andreas nec eius sequaces talẽ regulã aspexerũt: ⁊ q̃ incõsiderate: inaduertenter ⁊ improuise locuti sunt: ⁊ iter alia fũdamẽta sic arguit. Persone annexe ordini per sedẽ apostolicã approbato ⁊ ꝯfirmato: dicũtur ecclesiastice ⁊ religiose: ⁊ gaudẽt priuilegio ecclesiasticarũ personaꝝ vt in. c º. fi. de reli. domi. ⁊. cº. vnico eodem ti. in. vjº. Sed fratres ⁊ sorores tertij ordinis beati Frãcisci sũt huiusmodi: ergo ⁊c. Et ꝯfirmatur per capitulũ. duo sunt genera christianoꝝ. 12ª. q. pª. ibi. Et deo duo ti: idest cõuersi. Secũdo probat̃ sic. Oẽs conuersi dicuntur ecclesiastice persone: ⁊ deo deuoti. d. cº: duo sunt genera. ⁊. 17ª. q. 4ª. cº. quisquis. ⁊ vtrobiq̃. ꝑ glosã. Sed patet q̃ frẽs ⁊ sorores tertij ordinis beati Frãcisci sunt deo deuoti ⁊ ad deũ conuersi si mutãtes habitũ ⁊ statũ: ac traditã sibi regulam obseruantes. Ergo iter personas ecclesiasticas numerati gaudere debẽt priuilegio ecclesiastice libertatis per iura superius allegata. Tertio probat̃ sic. Penitẽtes tanq̃ ecclesiastice persone gaudẽt priuilegio clericali: vt dicit glo. in. d. cº. quisq̃s ⁊ allegat. 27ª. q. pª. cº. aliud. vbi Leo papa dicit. Si q̃s penitẽs habet causã quã negligere forte nõ debeat: melius expectet ecclesiasticum q̃ foresẽ iudiciũ: ⁊ subdit Gratianus. Nõ ait propter criminale tm̃. Sed generaliter propter quanlibet causam: tam ciuilem q̃ criminalem intelligens. Et licet ibi glosa intelligat de solemniter penitẽte: dico q̃ fratres ipsius tertij ordĩs magis merẽtur gaudere priuilegio prelibato q̃ solemniter penitẽtes quibus solẽnis penitẽtia pro manifesto ⁊ enormi crimine quod totam vrbem commouerit decernitur imponenda. 26ª. q. 6ª. cº. fi. ⁊. 50ª. di. cº. in capite quadragessime. Nec debet esse prioris cõditionis qui penitentialiter viuit: licet enormia peccata nõ commiserit: q̃ q simili laborat penitẽtia ex criminibus commissis. Sicut ceteris paribus non debet esse prioris conditionis ille qui nunq̃ peccauit: q̃ qui aliquãdo peccauit ⁊ verus penitens est effectus: vt plene tractat Aug. sup Lucã 7º. cº. Ergo. ⁊c. Quarto probatur sic. Viuẽtes in regula approbata per sedem apostolicam regulariter: ecclesiastico gaudent priuilegio: ⁊ inter ecclesiasticas personas numerantur: vt in iuribus scilicet allegatis: ⁊ in. cº. non dubium. ⁊. cº. ex tenore ⁊ cº. parrochianos ⁊ cũ illoꝝ. de sen. ex. Sed predicti frẽs ⁊ sorores sũt huiusmodi: cũ hẽant approbatã regulã quã ꝓfitẽt gº ⁊c. Regla nãq̃ ſꝫ ñ faꝫ subiectã misericordiam est norma ⁊ mensura regens vitam: ⁊ recte viuẽdi prebens lineam: distortorum prauumq̃ corrigens ⁊ ad rectitudinem reducens: ſm Papiam. Inde ergo ⁊ religiosi dicuntur qui tali regula sunt ligati: ⁊ regulares qui

ſm talem regulam diriguntur τ viuunt. Predi/cti autem fratres τ ſorores viuunt ſm huiuſmo/di regulam approbatam vt ſupra dictum eſt. Er/go. τc. Et nota ꝙ dixi viuentes regulariter. τc. vo/lens itelligere tam de profeſſis per iura predicta: τ per cm. monachi. de ſen. ex. ꝙ̄ de nouitijs [illegible] in. c°. religioſo. eodē ti. in. vj°. Quito probatur ſic. Pro/fitētes aliquā regulā approbatā ſiue tacite ſiue ex/pſſe: efficiūt perſone eccleſiaſtice: vt pꝫ per cm. por/rectū. τ cm. ſtatuim⁹. de reg. τ cm. nō ſolū: τ cm. cō/ſtitutionem. eodem ti. in. vj°. Et etiam nouitij eo/dem priuilegio gaudēt. d. c°. religioſo. Fratres au/tem τ ſorores ipſius tertij ordinis ſunt huiuſmo/di. Ergo. τc. Sexto probatur ſic. Profitens in ma/nibus epiſcopi aliquam regulam approbatam: τ remanens in domo ſua auctoritate epiſcopi effici/tur perſona eccleſiaſtica: τ gaudet priuilegio cleri/cali vt probat glo. ſolemnis. in. c°. inſinuate. extra qui cle. vel vo. τ notat Archi. in. c°. ſi vir. 27ª. q. 2ª τ Inno. in. d. c°. porrectum. Sed ſicut eccleſia hoc conceſſit epiſcopis vt dicit Archi. in. d. c°. ſi vir. ita ꝓcedē potuit miniſtris ipſi⁹ tertij ordīs, cū pa/pa habeat plenitudinem poteſtatis. 2ª. q. 6ª. c°. de/creto noſtro. τ. c°. qui [illegible] ſcit. Sicut τ conceſſit Ni/co. 4⁹. in regula prefata. Ergo. τc. Septimo pro/batur ſic. Illud quod participat de extremis cen/ſetur eſſe de natura illius extremi cui magis aſſi/milatur. l. queritur hermaphroditum. ff. de ſta. ho. vbi hermaphroditus cenſetur eſſe vir vel mulier ſm preualentiam ſexus: τ de hoc etiam habeť. 4ª. q. 3ª. §. item hermaphroditus. τ inſti. de teſta. §. te/ſtes. Dato ergo ꝙ predicti fratres tertij ordīs nō ſint puri religioſi ſm ſtrictū ſignificatum religio/ſorum quorum eſt tria ſubſtātialia regule profi/teri: τ ſe ſolemniter voto obligare ad obedientiam paupertatem τ caſtitatem: vt in. d. c°. porrectum τ c°. cum ad monaſteriū. de ſta. mo. Nec etiaꝫ ſint veri clerici ſm verum ſignificatum clerici: ꝫ quē exigitur caracteris impreſſio. 21ª. di. c°. cleros. Li/cet regula ipſorum ſpecialem de clericis mentionē facere dignoſcatur: vbi agit de horis canonicis di/cens: ꝙ clerici iuxta clericoruꝫ ordinem. τc. Nec etiam ſint laici ſm laicalem extremitatem: cū mu/tent habitum τ ſtatum: quia faciunt profeſſioneꝫ τ ſeruant [illegible] que in ſua regula continentur. Ergo accedere debent ad naturā illius ſtatus cui magis aſſimilantur. Sed patet ꝙ religioſis magis aſſi/milantur ꝙ̄ ſecularibus tam in apparentia ꝙ̄ in exiſtentia. Dico in apparentia propter honeſtateꝫ habitus quem defferunt de humili panno in pre/cio τ colore: non proſſus albo vel nigro. τc. vt in eorum regula continetur. In exiſtentia vero quia regulariter viuunt τ penitentialiter. Ergo gau/dere etiam ſimiliter debent priuilegio clericorum τ religioſorum quia dignum eſt vt qui ſimileꝫ cū alijs vitam ſuſcipiunt: ſimilem etiam ſentiant in legibus diſciplinam. extra de ſta. mo. c°. recolētes vbi glo. vlª. dicit: ꝙ id quod aggregatur alij ipſi⁹ naturam imitari debet. 16ª. q. pª. c°. τ temporis q̄/litas. τ c°. p°. extra ne. ſe. va. Accedat ad predicta ff. de aque. duc. l. decernimus. τ. ff. de fabricen. l. ſti/gmata. τ. 33ª. q. 2ª. c°. τ hoc ipſum. τ in c°. ſi inder laicus. de ſen. ex. in. vj°. τ. ff. de teſti. l. repetundarū §. fi. τ. ff. de acqui. re. do. l. quicquid. §. cum preſen/tes. τ. ff. de au. τ ar. le. l. τ [illegible] nō fit. §. fi. Octauo pro/batur ſic. Religiones introducte ſunt ab eccleſia varijs τ diuerſis modis in corpore vniuerſalis religionis chriſtiane. Nec aliud habent: ꝙ̄ illud quod ſingulare pro ſuo gradu ab eccleſia ſic ſuſce/perunt. Et tamen in ſingulis religionibus militā/tes ſunt τ dicuntur perſone eccleſiaſtice: τ gau/dēt priuilegio clericali per iura ſuperius allegata. Ergo per conſequens ſuis terminis introducta re/ligio tertij ordinis prelibati τ ab alijs regulis di/uerſis limitibus terminata gaudere debet priuile/gio religioſoruꝫ, ſicut cetere ſuo gradu: hec ille. Eā/dem quoqꝫ opinionem tenet archiepiſcopus flo/rentinus in ſuis cenſuris. c°. 64°. vbi allegat Zē/ge Guidonē: Lapum: τ Bar. ita tenētes Franci/ſcus quoqꝫ de platea in ſuis excomunicationib⁹. §. 36°. verſiculo. 3°. ideꝫ affirmat di. Bartolus di/cit ſe vidiſſe conſilia plurimorum doctorum iu/ris canonici τ ciuilis: dicentium ꝙ iſti a talibus exactionibus ſunt exempti. Sunt enim deo deuo/ti. c°. duo ſunt genera. 12ª. q. 2ª. Pro quo dicto fa/cit textus in. c°. p°. de immu. ec. li. 6°. dum dicit ꝑ/ſonis eccleſiaſticis. Nam nō poteſt negari ꝙ iſti non ſint perſone eccleſiaſtice: licet non ſint clerici. Et hoc tenet Bar. in. l. ſemper. §. quibuſdam. ff. de iure. immu. Nō itelligit verū niſi aſſūpſiſſent illū habitū in fraudem onerū. l. cura. ff. de mune. τ ho. vbi gloſa facit mētionē de iſtis fratrib⁹ ꝯ peniténa hec ille. Poſſumus quoqꝫ dare aliā limitationē ſ. ſi ſuā regulā nō ſeruarēt qa habit⁹ nō facit mo/nachū ſed religioſa cōuerſatio. d. c°. porrectū. ꝯ re/gu. τ in aūt. de mona. §. p°. τ. c°. cōſuluit. ex̄. q cle. vel vo. Qui enim non exercet artem licet ſit deſcri/ptus in collegio non propter hoc habet immuni/tatē. l. ſub ꝓtextu. C. de ſacroſan. ec. ecōtrario vero multi decipiuntur q erubeſcentes portare hitū ter/tij ordīs dicūt: ꝙ ſeruabūt regulā ſicut fratres: τ cōſequēter habebūt eaſdē gratias ſicut ipſi ſfes: q: reſpōdetur ꝙ ſicut ſcolaris nō deferēs habitū ſcolaſticū nō gaudet priuilegijs ſcolariuꝫ: vt no/

uit docto.i autē. habita. C. ne filius pro patre. Ita nec isti gaudēt priuilegijs ipoꝝ fratrū. De predictis aūt nō est vllatenus dubitandū. Naꝫ posito ꝙ nūꝗ̄ aliquid in iure cōi inueniretur expressum de exēptiōe predictoruꝫ: extat bulla Sixti quarti que icipit. Sacrosācta romana ecclesia. In qua d̄clarat oēs fratres ꝛ sorores tertij ordis beati Frācisci esse personas ecclesiasticas: ꝛ gaudere priuilegio fori ꝛ persone ꝛ rerū: sicut psone ecclesiastice. Licet postea dicaꝭ restrinxisse imunitatē rerū quo ad illas personas que simul viuūt in cōgregatione. Itē in mari magno cōcedit fratrib⁹ minoribus vt eos easqꝫ ad diuina admittē possint tēpore interdicti. Et in bulla que incipit. Sacri predicatoꝝ ꝛ minorū ordines. que aurea appellaꝭ. concedit predictis fratrib⁹ ꝛ sororibus tertij ordis ꝛ eorum cōgregationi oēs gratias ꝛ priuilegia: que vnꝗ̄ ipsis fratrib⁹ minoribus per sedē apostolicā sunt cōcessa: dūmodo eorū statui nō repugnent. Sicut esset predicare: cōfessiōes audire ꝛ huiusmodi. Et cōsequēter gaudēt priuilegijs oium fratrū mēdicātiū: sicut ipsi fratres minores vt per eādē bullā patet. Et ideo dico vobis illud Baruch 4°. Hic liber mādatoꝝ dei: ꝛ lex que in eternū est. Oēs qui tenēt eam peruenient ad vitā. Cōuertere Jacob ꝛ apprehēde illā. Et ambula per viam ad splēdorē eius. De ▪ enim potest dici illud Prouerbio. 3°. Lignū vite est his qui apprehēderint eaꝫ: ꝛ qui tenuerit eā beatus.

¶ Pars tertia hui⁹ sermōis de imitatōe xp̄i per mūdi ɔtēptum. X

Tertiū documētū qđ vobis trado dī cōtēptiōis. Seruus. n. sequiꝭ naturaꝫ sui dn̄i. §. oie. isti. de noxa. ꝛ corpus sui capitis. l. cū in diuersis. ff. de religi. ꝛ sum. fu. Et accessoriū sui p̄ncipalis. c°. accessoriū. de reg. iur. li°. 6°. ꝛ l. cū p̄ncipalis. ff. eodē ti°. Et ideo oēs xp̄iani qui sunt, ſui ꝛ mēbra xp̄i debēt sui dn̄i ꝛ capitis vestigia seq. Ipe aūt ɔtēpsit mūduꝫ. Nā ▪ iudei vellēt euꝫ facere regē: fugijt: vt habeꝭ Joānis. 6°. Dās nobis exēplū vt mūdū ɔtēnamus: ꝛ oēs eius sensualitates ac voluptates. Inqt enim ap̄ls ad Ro. 8°. Si ſm carnē vixeritis moriemini. Si aūt spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Quāta eni mala faciat hoib⁹ mūdus cum suis voluptatib⁹ p3 totā sacrā paginā discurrēti. Nam sensualitates faciūt hoiem sepe infirmari ꝛ mori. Jō dī Eccl'. 37°. Noli auidus esse in oī epulatiōe: ꝛ nō te effūdas sup escā. In multis. n. escis erit infirmitas: ꝛ auiditas appropinqbit vsqꝫ ad colerā. Propter crapulā multi pierūt. Qui autē abstinēs est adijciet sibi vitā. Y

Scdo faciūt carnē rebellare spūi. Vñ Prouer. 29°. ait Salomō. Qui dlicate a pueritia nutrit ſuum suū: postea eū iueniet ɔtumacē. Ille ergo qui se dat sēsualitatib⁹ mūdi: facit aiam suā seruā corpis: que d3 esse dn̄am. Nā dixit de⁹ ho mini Geñ. 4°. Sub te erit appetit⁹ tuus: ꝛ ▪ dn̄aberis illi⁹. Qua ex re iqt scūs Bona. in. 2°. di. 35°. art°. 2°. q. 2°. ꝙ sicē tota dispositio familie depēdet ex ɔsēsu p̄risfamilias ꝛ m̄risfamilias: sic tota dispositio agēdoꝝ i domo aie depēdet ex ɔsēsu volūtaꝫ ꝛ rōnis. Et Ph̄ūs. p°. Poli. dicit. Aia rōalis in hoie est regēs: corp⁹ vo rectū. Ille ergo q sensualitatē pmittit sibi pdn̄ari: amittit dignitateꝫ hois: ꝛ efficiꝭ vt brutū aial ꝛ bestia: vñ ps°. 48°. iqt Dauid. Hō cuꝫ in honore eēt nō itellexit. Cōparat⁹ est iumētis isipiētib⁹ ꝛ silis factus est illis. Z

Tertio voluptates mūdi faciūt hoiem obliuisci eoꝝ que agē d3. Eccl'°. 5°. Nō satis recordabiꝭ dierū vite sue: qm̄ deus delitijs occupat cor ei⁹. Et alibi dīꝙ delitie mūdi excecāt rōnē. 47°. di. c°. sicē hi. Vñ Isi. i li°. de sūmo bono ait. Nō pōt ad ɔtēplādū deuꝫ mens esse liba q̄ desiderijs hui⁹ mūdi ihiat: neqꝫ. n. alta ɔspicē poterit oclus quē puluis claudit. A

Quarto puāt hoiem sapia. Job. 38°. Sapia nō iueniꝭ in tra suauiꝭ viuētiū. Vñ dī Joā. p°. ꝙ mūdus eū nō cognouit. Et p°. ad Cori. 3°. iqt Paul⁹: ꝙ carnales nō pn̄ hēre sciaꝫ eoꝝ que sūt dei. Sene. q3 ad Lucil. ep̄la. 17°. ait. Multis ad philosophandū obstitē diuitie. Et Hiero. ad Paulinuꝫ de institutōe monachi: ꝛ hī in. c°. sochrates. 12°. q. 2°. iqt. Sochrates ille theban⁹: hō quōdā ditissimus: cū ad philosophādū athenas pgeret magnū auri pōdus abiecit: nec putauit se posse vtutes simul ꝛ diuitias possidere. Quito puāt ɔsolatōibus spūalib⁹. Vñ dicit Ber. in quodā ſmone. Delicata est diuina visio: ꝛ nō daꝭ admittētib⁹ alienā. Et Luce p°. ait btā vgo. Esuriētes iplenit bonis: ꝛ diuites dimisit inanes. Et rō ē qꝛ vt ingt Esopus. Utiliter ſuit nemo duob⁹ heris. Vñ Gre. in quadā omelia ait. Tāto vnusqsqꝫ a supno amore disiūgiꝭ quāto ifertus delectaꝭ. Il ▪ ergo qui sunt paupes in hoc mūdo: idest sine voluptatib⁹ vanis: recipiūt diuinas ɔsolatiōes: iuxᵗ illō psalmi. 67. Parasti i dulcedie tua paupi deus. Vñ videm⁹ ꝙ pastores pauperes ▪ ppe venerūt ad xp̄m. Luce. 2°. Magi vo diuites ꝛ potentes de lōge ꝛ tardius. Mat. 2°. B

Sexto voluptates mundi cōmutantur in penam eternaꝫ. Job. 21°. Tenent tympanuꝫ ꝛ citharam: ꝛ gaudent ad sonitum organi: ducunt

in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Et Apocalypsis.18°. dicitur. Quantum glorificauit se et in delitijs fuit: tantum date ei tormentum et luctum. Et Sapientie.6°. dicitur voluptuosis. Horrende et cito apparebit vobis iudicium durissimum. Et potentes potenter tormenta patientur: et fortioribus fortior instat cruciatio. Grego. vero inquit. Momentaneum est quod delectat: eternum quod cruciat. Et ideo Augustinus in quodam sermone ait. Nulla maior insania: quam pro delectatione momentanea perdere eterna gaudia: et obligare se ad eterna supplicia. Ut enim deuotus Bernardus in quodam sermone inquit. Qui in delitijs huius mundi transit vite sue curriculum: similis est latroni qui per florida prata ducitur ad suspendium. E contra vero spernentes mundum cum suis voluptatibus ad celestia regna perueniunt: vt patet Mathei.19°. Septimo delitie mundi plene sunt peccatis et offensionibus diuinis. Unde prime Joannis 2°. dicitur. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum: aut superbia vite. Octauo qui in delitijs viuit sub diabolo viuit: qui princeps huius mundi dicitur Joannis 12°. et c°. pudor.32^a.q.2^a. Sed quid plura de vanitatibus mundi dicam: cum tota scriptura eas detestetur. Unde ad Ephesios.6°. dicit Paulus: quod mundus est plenus pugnis: est etiam plenus malignitate prime Joannis.5°. Et est ineptus ad spiritus sancti susceptionem: Joannis.14°. Et est damnandus p^e. ad Corinthios.xj°. Et est plenus omni dolo et falacia. Jeremie.5°. Laboribusque ac doloribus et ignorantia: Sapientie.5°. et Eccl^s.2°. Et est contagiosus ac plenus vicijs et sceleribus. Sapientie.14° Osee etiam.4°. dicitur. Non est veritas: non est misericordia: non est scientia dei in terra. Nam maledictum mendacium: homicidium: furtum: et adulterium: inundauerunt super terram. Qua ex re inquit Joannes euangelista sue prime canonice.c°. secundo. Nolite diligere mundum: neque ea que in eo sunt.

C

Dico igitur o fratres mei quod debetis contemnere mundum cum omnibus suis voluptatibus. Et hoc multiplici ratione. Prima quarum dicitur acquisitionis: scilicet vite celestis. Natura enim nostra nos constringit ad desiderandum summum bonum: vt probat Augustinus.13°. de trinitate c°.8°. et in.x°. de ciuitate dei. Deus autem est summum bonum: vt etiam probat Augustinus.11°. de ciuitate dei: reprobans opiniones antiquorum philosophorum. Sed qui in hoc mundo voluptatibus vacat inimicus dei efficitur. Jacobi quarto vbi dicitur. Qui amicus voluerit esse huius mundi inimicus dei efficietur. Et prime Joannis secundo. Si quis diligit mundum: non est charitas dei in illo. Sine charitate autem nemo potest saluari. c°. nullus. de peniten. distinctio.7^a. et ad Romanos 8°. ait Paulus. Qui in carne sunt deo placere non possunt. Mundus enim odio habuit Christum: qui ait discipulis suis Joannis.15°. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Dicitur autem quod amicus inimici inimicus est: vt notatur per Cynum et Baldum in.l.si quis testibus.C. de testibus. et per Barto. in.l. sciendum.§. si accusatio.ff. de legatio. et de hoc est glosa in.l. prima.§. cum patronus. versiculo. certe.ff. de offic. prefec. vrb. vbi dicitur quod vasallus qui facit ligam et confederationem: atque amicitiam contrahit cum inimico domini sui perdit feudum: et allegat legem liberi.C. de inoffic. testamen. Contrahentes ergo amicitiam cum mundo faciunt inimicitiam cum deo: et ideo priuabuntur eterna felicitate que deus est. Alio quoque fundamento potest probari predicta veritas quod ponit Philosophus.5°. Phisico. dicens: quod non acquiritur terminus ad quem: nisi recedatur a termino a quo et patet per experientiam que est magistra omnium c°. cum sit. de etate et qualitate. Nam si quis existens Mediolani velit peruenire Romam: necesse est quod recedat a Mediolano. Cum igitur ad paradisum perueniatur per viam amoris: quia vt ait Augustinus.xj°. de ciuitate dei. Sicut corpus pondere: sic animus amore fertur. Qui non recedit ab amore terrenorum per affectum: non poterit peruenire ad vitam eternam. Et ideo inquit Hieronymus in epistola ad Julianum. Difficile imo impossibile est: vt presentibus et futuris quis fruatur bonis. Ut hic ventrem et illic mentem impleat. Ut de delitijs transeat ad delitias. Ut in vtroque seculo sit primus: et in vtroque gloriosus appareat. Ideo Augustinus in sermone epiphanie inquit. Non vos impediant terrena quibus parata sunt celestia per Christum dominum nostrum. Et quidam frater noster versificate: ait.

Maçor ingano no me par che sia:
Che a cercare quel che no se troua:
E parme sopra ognaltra gran folia.
De quel che no po esser farne proua:
Pero stulto e colui el qual voria:
Godere el mondo fin chel fiato moua.
Darse piacer tuta la vita sua:
E poi la morte andar a vita pia:
Se per bon tempo hauer fratello mio:
Se andasse in celo no diro busia:
No sarebe morto el fiol de dio.

Desprezza adūcha el mūdo falso e rio:
Questa e la dutta e piu verace via.
De pvenire oue el tuo desio.

D

SEcūdo debetis mūdū ɔtēnere rōne ɔsidera/
tionis.s.pn̄tis tpis.Ait eni Ber.in quodam
smone.Uniuersuз tps p̄sentis vite vigilia est que
dā solēnitatis magne:⁊ eterni sabbati qđ p̄stola/
mur in glīa.Sicut ergo in vigilijs scōꝝ stultū eēt
voluptatibꝰ isistere:in quibꝰ hō ieiunare ⁊ a pec/
catis abstinē debet.Sic ⁊ nos si hāc vigiliā eter/
ni festi nō ieiunauerimus a voluptatibus vanis
stultissimi erimus ⁊ festo priuabimur.Quia qui
nō vult sentire incōmodū nō debet cōmodū cōse
qui.arm.in.l.fm naturā.ff.de reg.iu. Cōsidera er
go o frater ⁊ soroꝛ nō solū tēpus qđ nobis datū ē
[illegible] agendā pn̄iaз:sed etiā locū in quo sumꝰ. Naз
exules sumus in hac lachrymarū valle vt canit
ecclia:⁊ cōtinue mortē expectātes nescimus quo
fine cōcludamur:vt patet per legē pmā.ff.de ɔdi.
⁊ demō.Unde dī Eccl.9°.Sunt iusti atqȝ sapiē
tes:⁊ opa eoꝝ in manu dei:⁊ tn̄ nescit homo vtrū
amore an odio dignus sit:sed oia in futuro reser
uātur incerta.Sicut ergo incarceratꝰ ⁊ capitaleз
sn̄iaз expectās nō ridet nec iocis vacat:sic nos ni
[illegible] stultitia laboremus:in hoc mūdo voluptatibus
⁊ dissolutiōibus vacare nō debemus.Unde excla
mat qdaз v̄sificatoꝛ vulgaris dī.

La morte vene molto dolorosa:
  Aspa:crudele:sença pietade:
  Sparge sagitte tute atossicade:
  Per tormētar la vita angustiosa.
Sua gran tēpesta spesso se rinoua:
  Sopra de ogni carne:e la occide e straça:
  Ma a chi nō vol temer quādo minaça:
  A far diuina offesa nō si moua.
Chi serue a Jesu xpo mai nō tramaça:
  E sempre alegro:nō teme la morte:
  In fare bene si e robusto e forte:
  Amalo molto:e cō ello se abraça.

E

TErtia ratio quare debetis mundū ɔtēnere dī
pꝛaue ɔditionis.Legitur eni in li°.de vitis
philosophoꝝ q interrogatus plato qn̄ esset fugiē
da ciuitas:respōdit.Quādo maiores sunt expē/
se lucris:⁊ in ea mali sunt plures bonis:ac domi/
ni terre sunt mēdaces.Tūc eni illa ciuitas est re/
linquēda.Et illa est ingrēda in qua sunt opposi/
ta prefatis.Sз ciuitas huius mūdi nō est lucra/
tiua.Luce.5°.Per totā noctē laborātes nihil ce
pimus.Illa xo que sursum est diuitijs abūdat.
Joānis vl°.Mitte in dexterā nauigij rete:⁊ in/
uenietis.Ciues quoqȝ istius mundi pro maiori
parte sunt mali.Eccl.p°.Stultorū infinitus est
nūerus.⁊ ps°.13°.Oēs declinauerūt simul inuti/
les facti sunt nō est qui faciat bonum non est vs/
qȝ ad vnū.Sed in superiori ciuitate oēs sūt boni.
Itē illi qui habitāt sūt mēdaces.ps°.115°.Ois ho
mo mēdax.Qui vero in celis habitant sunt pleni
oī veritate.Ergo relinquēdo mūdi affectū debemus
ad supernam patriam annellare:⁊ dicere cum
propheta.ps°.121°.Letatꝰ suз in his que dicta sūt
mihi:in domū dn̄i ibimꝰ.⁊c.

F

QUarto mūdus est ɔtēnēdus rōne deceptio/
nis.Oia eni mūdana sūt falsa:vana ⁊ du
plicia siue deceptiora.Primo eni sunt vana.Un̄
Jere.16°.dicit.Uere mēdaciū possederūt pres no
stri:⁊ Hiero.ait.Si mūdus cultello veritatis ape
riretur nihil in eo appareret aliud q̄ falsitas.Nā
qcquid in mūdo est aut est p̄teritū:⁊ iam non est:
aut est futurum:⁊ incertū est:aut est presens:⁊ in
stabile ac momētaneū est.Secūdo sūt vana ex p/
te principij:quia desunt facta:⁊ ex parte medij:q2
multa mutabilitati sūt subiecta:⁊ ex parte finis:
quia cito trāsitura.Et ideo Eccl.3°.dr. Cuncta
subiacent vanitati:quo ad mediū. De terra facta
sunt oia:quo ad pricipiū:⁊ in terrā pariter reuer/
tent:quo ad finē vltimū. Tertio habēt duplicita/
tē ⁊ deceptionē pp quod mūdus ab oibus est fu/
giendus:sicut pditoꝛ ⁊ fallax.Quia vnū pmittit
mūdus ⁊ aliud facit.Promittit.n.amatoribus
suis tria.s.longeuitatem:sacietatem:⁊ suauitateз:
que promisit illi qui dicebat.Luce.12°.Aia mea
habes multa bona reposita i annos plurimos.Ec
ce quāta lōgeuitas.Nūc ergo bibe ⁊ comede.Ec
[illegible] quāta sacietas.Requiesce ⁊ epulare. Ecce quā/
[illegible] suauitas.Sed male attēdit:qđ pmiserat:quia
dedit sibi breuitatem:vacuitatē ⁊ accerbitatē.Un̄
seqtur.Stulte hac nocte repetent.Ecce quāta bre
uitas.Aiam tuā a te.s.demones ad puniēdū.Ec/
ce quāta accerbitas.Que aūt ɔgregasti cuiꝰ erūt?
Ecce quāta vacuitas.

G

QUinto ɔtēnēdus est mūdus rōne vilificatio
nis.Jere.4°.Aspexi terrā ⁊ terra vacua erat
⁊ nihili.Si eni consideremꝰ huius mūdi diuitias
nihil aliud sunt q̄ stercus.Incipiendo ab auro.
Quid eni est auꝝ nisi fex terre? Quid argentū:gē
me:⁊ oia metalla:nisi fex ⁊ ira coagulata? Quid
sericū nisi fructus vermium? Quid panni nisi la
na bestiaruз? Quid corrine:qd pelles delicate nisi
aialiū mortuoꝝ? Quid domus picte? qd palacia?
qd castra? quid ciuitates ⁊ oppida nisi ex terra?
Quid frumēta:vina oleū:⁊ huiusmodi? nōne ex
stercore quo ipinguat terra? Quid galine:porci
⁊ huiusmodi qui ex stercore nutriūtur? Ecce ergo
o mūdane qd diligis. Unde Paulus hec cogno/

feces oia mūdana noīe stercoris appellauit dicens
ad Philip.3°. Oia arbitratus [illegible] vt stercora vt
Christū lucrifacerē. Ea propter nō solū mūdana
sed etiā mūdanus hō stercus appellari potest Jo
helis.p°. Cōputruerūt iumēta i stercore suo. Nec
īmerito: cū ex stercore nutriatur & stercus produ
cat: & in sterc⁹ ac fetorē finaliter conuertat. Unde
Ber. in meditationibus suis ait. Quid est hō ni
si sperma fetidū: saccus stercorū: cibus & esca ver
miū? Post hoīez vermis: post vermē fetor & hor
ror: & sic in non hoīez vertitur ois hō. Et ideo de
Anthiocho rege dicit pu. Macha.2°. Gl'ia
ei⁹ sterc⁹ & vermis. H

Sexto contēnendus est mūdus rōne imuta
tionis. Nā hoīez ad imaginē dei creatū: qui ē
nobilissima creatura. l. instissime. cū glo. ff. de edi
li. edic. imutat in similitudinē irrationaliū aialiū: hō
eni in infantia efficitur vt porcus: quia in imun
dicijs & fecib⁹ se immergit. In puericia vt vespa
quia nūq̄ quiescit. In adolescētia vt vrsus rōne
lasciuie. In iuuētute vt leo ratiōe superbie. In se
nectute vt asinus ratione pigritie. In decrepitate
vero vt ciueta ꝑpter motū cōtinuū capitis. Et ꝑ
pter varias infirmitates & causas sepe homo effi
citur [illegible] monstrū & valde deformis atq̄ horribilis
ad vidēdū. De qua deformitate tractat in. c°. fi. de
corpo. vici. & in. c°. 2°. de cle. egro. De mōstruosita
te vero. in. l. nō sūt liberi. ff. de sta. ho. & i. c°. quoniā
in plerisq̄. de offi. or. I

Septimo debet ɔtēni mūdus ratione electio
nis. Sētentia est eni philosophi. 3°. Topi. ꝙ
de duobus malis semper minus est eligendū: qđ
etiam habetur in. c°. p°. 14ᵃ. di. Et similiter idem
Philosophus dicit ibidē ꝙ de duob⁹ bonis sem
per maius est eligendum: quod etiam habetur in
c°. non mediocriter. de conse. di. 5ᵃ. Ponamus
g° ꝙ alicui det hec electio: ꝙ aut habeat & teneat
vnū denariū per spaciū vni⁹ hore & trāsacta illa ho
[illegible] puet ille denario & oib⁹ alijs reb⁹ in perpetuū
& vltra hoc per gullam suspendatur & interficiat
Si vero voluerit abstinere & stare sine illo denario
per horā: postea habeat cētū miliū aureoꝝ q̄ [illegible] decē
milia ānoꝝ possideat. Profecto nisi sit penit⁹ isan⁹
poti⁹ eliget stare per horā ipso denario: vt postea
tanto tempore tot bona possideat: q̄ habere &
possidere illum denarium tam breui tempore: &
postea tot mala sustinere. Cū igitur omnia bona
mundana sint minus in comparatione bonoꝝ ce
lestiū q̄ vnus denarius in comparatiōe mile mi
lium aureorū. Cū dicant astronomi ꝙ terra cū
oib⁹ q̄ i ea sūt ē sicut pūct⁹ respectu celi. Cūq̄ vi
ta pn̄s respectu alteri⁹ vite sit minor icōparabilit
q̄ vna hora i cōparatōe decē miliū ānoꝝ. Absq̄
dubio quilibet sapiens ɔsiderans q̄ vanitates mū
di nihil aliud sūt nisi sicut vulgariter dicit. Ni
ra: tira: e bossa. Post quas non solū punabit el
bus terrenis: sed etiā ad eternā penuriā & egestatē
mittet & mortē perpetuam patiet: potius eliget sta
re sine illis & abstinere ab eis in hac breuissima
vita: vt in eternū consequi possit eterna paradisi
gaudia que mūdū contēnentibus dantur: q̄ vel
le hic paruulo tempore gaudere: & postea eterna
naliter tormenta sustinere. K

Octauo contemni debet mundus ratione af
flictionis. Est enim plenus anxietatibus &
angustijs. Nā vt dicit Job. 5°. Homo ad laborē
nascit vnū primo homini dixit de⁹. Gen. 3°. In su
dore vultus tui vescēris pane tuo. Si ergo consi
derentur oēs etates inueniemus ꝙ in eis oportet
hominem multas afflictiones sustinere. Simili
ter & omnes hominum status pleni sunt anxieta
tibus & periculis: ita ꝙ de vno quoq̄ homine mū
dano dici potest illud Eccl'. 2°. Cuncti dies eius
pleni sunt laboribus & erumnis. Unde Bernard⁹
in quodam sermone ait. Aspice genus humanū
ab ortu solis vsq̄ ad occasum: hos mundi nun
dinas perambulare: alios fauorabilis aure suaui
tate captare. Alios diuitias querere que cum la
bore acquiruntur: cum timore possidentur: & cū
dolore amittuntur. Thesaurizas & ignoras cui cō
gregabis ea. Uide quantum laborem pro peritu
ris diuitijs assumpsisti. Transis maria: & aliū ti
bi orbem aperis nauigando: sm sapientem trib⁹
digitis distans a morte. Patriam fugis: relinqs
parentes: filios nescis: diuelleris ab vxore: & om
nium necessitudinum oblitus queris [illegible] acquiras
acquiris vt perdas: perdis vt doleas. Filij homi
num vt quid diligitis vanitatem: & queritis men
dacium? hec ille. Quis igitur in hoc mundo [illegible] si
ne afflictionibus? Profecto nullus. Si enim est
pauper dolet de penuria: quia vt dicitur Ecclesia
stici. 15°. Omnes dies paupis mali. Si est sapiēs
nō est sine labore: quia vt dicitur Ecclesiaste i p°.
Qui addit scientiam addit & laborē: & vt ait Au
gustinus. 22°. de ciui. dei. Adiscere non possumus
nec etiam reminisci sine labore. Si est diues & ho
noratus ac in prosperitate semper timet illū statū
suum pdere: maxime qa ɔtinue mortem expectat
& vbiq̄ sibi pericula imminent: vt ostēdit Augu
stinus vbi supra. Et ad hoc potest dare exemplū
Dionisij tirāni regis sicilie de q̄ legit ꝙ cū eēt i ma
ximis ꝓsperitatib⁹ hn̄s multa regna imēsāq̄ sub
stantiam: viueretq̄ i maximis triumphis absq̄

vlla ɔtradictione: essetq; cõsolatus de vxore ⁊ fi/
lijs ⁊c. A quodam suo milite cui nomē erat Dro
medes fuit laudatus: ꝙ in mundo non erat ei si/
milis: qui sine aliquo malo ⁊ timore in tantis de/
licijs viueret: ⁊ ꝙ super omnes homines erat fe/
lix ⁊ gloriosus. Ipse autem Dyonisius respondit
ꝙ non erat sic: quia non poterat diem transire si/
ne maxima anxietate. Cum autem ille miles no
let hoc credere: voluit Dyonisius vt experiētia pro
baret. Quapropter cū omni gloria ⁊ triumpho
fecit solium suum regale preparari: atq; conuiui
um magnum: ⁊ cunctos nobiles tam masculos
ꝙ̄ feminas inuitauit. Ibiq; omnis generis armo
nie ⁊ cantus suauitatē adesse precepit: omniaq;
preparari que ad mundi triumphū maximū
spectabant. Ipsumq; Dromedē regalibus indu
mentis vestitum super ipsum soliū sedere fecit:
virgā auream in manu tenentē. Super solium
autem appendere fecit ensem fillo serico sustenta/
tum acutissimum ⁊ terribilem. Cum autem alij
omnes comederent ⁊ conuiuarent atq; canerent
⁊ tripudiarent: solus Dromedes in anxietate re/
manebat. Unde aduesperascente die ad eū veni/
ens Dyonisius interrogauit quomodo se haberet
⁊ an vnꝙ̄ expertus fuisset tantā iocunditatē: fe
licitatēq; ac gliā? At ille. Heu heu: quia nunꝙ̄
sensi sic amarum diem ⁊ angustiosum sicut ho/
die. Dyonisius vero inquit. Et quid est quod di/
cis? Nōne ad votum omnia que hic mūdus da
[illegible] potest habuisti? At ille. Quid prodest hec om/
nia habere cū continue steterim ⁊ etiam nunc
stem expectans ꝙ ille fillus sericus rumpatur: ⁊
ensis cadens super caput meū me occidat? Tūc
Dyonisius ait. O Dromedes: sic semper stat vita
mea: ⁊ sic semper pauet anima mea: quoniā su/
per se videt dei sententiā ⁊ iustitiā pendere: ⁊ con
tinue expecto mortē ac dānationem. Ad predi/
cta autē ꝙ nullus in hoc mundo sine angustijs
viuit facit dictū Boetij in secundo de consolati.
prosa. 4ª. vbi ait. Quis enī est tam cōposite feli
citatis: vt non aliqua ex parte cū status sui tran
quillitate rixetur? Anxia enī res est humanorū cō
ditio bonorū: ⁊ que vel nunꝙ̄ tota perueniat: vel
nunꝙ̄ ꝑpetua subsistat. Huic cēsus exuberat: sed
est pudori degener sanguis. Hūc nobilitas notū
facit: sed angustia rei familiaris īclusus esse mal/
let ignotus. Il[illegible] vtroq; circūfluus vitā celibē de/
flet. Ille nuptijs felix: orbus liberis alieno censū
nutrit heredi. Alius prole letatus: filij filieq; deli/
ctis mestus illachrymat. Idcirco nemo facile cū
fortune sue ɔditiōe ɔcordat ⁊c. II

Nona ratio quare mūdus est contēnendus
dē insaciationis. Oīa. n. mūdana nō possunt no/
strū saciare appetitū. Et ratio est: q2 iter potentiā
⁊ obiectū dz esse ꝓportio: vt ipsa potētia sacietr̄ ſm
Phūm. 3°. ð aīa. Si enī vnus surdus videat ali
quē pulsare citharā: nō letabit̄ de illo sono: nec po
terit iudicare vtrū sit bonus aut nō: q2 nō est ꝓ/
portio iter potētiā visiuā ⁊ sonū. Propriū enī ob/
iectū visus est color: ⁊ ꝓpriū obiectū audit9 est so/
nus. 2°. de aīa. Et ideo potentia visiua nō pōt sa/
ciari illo sono qð nō est obiectū suū. Cū ergo vt
ait Aug. p°. ɔfessionū solus de9 sit obiectū ꝓpriū
aīe rationalis: qui etiā ait. 14°. de ciuita. dei. c°. 8°.
Aīa nostra eo ipō ð est imago: quo ei9 capax est:
eiusq; particeps esse pōt: sequit̄ ꝙ ipsā aīam no
strā nihil saciare pōt nisi deus qui est infinitus ⁊
etern9. Et ɔñter oīa terrena que sunt finita ⁊ tēpo
ralia ipā quietare nō possunt: sicut vnū vas cō/
tētiuū centū stadiorū vini: nō pōt vno stadio im/
pleri. Nec horreū mile modiorū frumēti ɔtentiuū
impleri valet vno modio. Et ideo si deus diceret
aīe nr̄e. Ecce do tibi totū orbē terrarū: ⁊ oīa que in
eo sunt. Aurū: argētū: gēmas ⁊ thesauros: ⁊ facio
[illegible] dn̄am ⁊ iperatricē oīum. Sed volo ꝙ sis ɔtēta
ꝑdictis: ⁊ nihil aliud queras. Ipa rn̄deret. O dn̄e
de9: nō possum in his saciari: q2 sum capax melio
ris boni. Si vo de9 diceret. Ecce do tibi oēs celos:
⁊ facio [illegible] dn̄am oīū angelorū vt tibi obediāt oēs.
Ipa iterū rn̄deret. O dn̄e de9: oīa ista sunt creata
⁊ nō infinita. Ego vo sum capax tue īfinite maie
statis. Et ideo nūꝙ̄ ero ɔtēta nisi cum tuā īfinitā
dulcedinē adeptus ero. III

De mūdanis quoq; reb9 nō eē multū curā
dū ostēdit Aug. in p°. de ciui. dei. c°. 7°. di.
Ista tpalia bona ⁊ mala bonis ⁊ malis voluit de9
eē coīa: vt nec bona cupidius appeterent̄ que ma
li quoq; hr̄e cernunt̄: nec mala turpiter euitētur
qb9 ⁊ boni plerūq; afficiunt̄. Ex quo dicto potest
elici rn̄sio [illegible] qs argueē vellet ɔtra ꝑdicta dicēs sic.
Illud qð est bonū est amādū: ⁊ magis bonū ma
gis amandū: ⁊ maxime maxime. Sed bona mū/
di sunt optima: Gen. p°. Uidit deus cūcta que fe
cerat ⁊ erāt valde bona: ergo sunt amāda in sum/
mo. Preterea illð est a nobis amādū ⁊ querēdū
qð ad v̄tutes deseruit. Sed tpalia sunt huiusmo
di: dicēte Ambrosio in quadā omelia. Diuitie si/
cut ipedimēta improbis: ita ꝓbis sunt adiumēta
v̄tutis. Ergo ⁊c. Itē de9 ⁊ natura nihil agūt fru/
stra. p°. ð celo ⁊ mūdo. Sed hoc est īsertū homini
a natura ꝙ nūꝙ̄ vellet de hoc mūdo recedē: ergo
ɔ nām est mūdū odio hr̄e ⁊ illū ɔtēnē. Quia rn̄/
det̄ ſm Alexm. de ales in. 2ª. parte sūme: ⁊ sanctū
Bona. in. 2° sentē. distīcti. p°. ꝙ mūdus in sacra

criptura accipit multis modis. Aliquãdo enim accipit pro deo rõne sũme mũdicie: ⁊ q2 est exemplar oĩum que sunt in mũdo. Unde vocat mundus archetipus: idest exẽplar: de quo Boeti9.3°. de ɔso. ait. Pulchrũ pulcherrimus ipe. Mũdũ mẽte gerẽs similiq3 imagine formãs. Et hoc modo põt itelligi illud Joãnis p2io. In mũdo erat: idest filius in p2e: q2 in pncipio erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud deũ. Et iste mũdus est sũme diligẽdus. Deute.6°. ⁊ Mat.22°. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊c. Aliquãdo xo accipit mundus pro omni creatura visibili ⁊ iuisibili. Et hoc modo accipit Joãnis p°. Mũdus per ip3 fact9 est ⁊c. Quod ecclia clari9 explicat cantãs. Creatorẽ celi ⁊ terre: visibiliũ oĩum ⁊ inuisibiliũ. Et iste mũdus est ordinate amãdus. Cañ.p°. Ordinauit in me charitatẽ: idest vt infima minus amentur q̃ suprema. Licet eni oĩa creata in se sint valde bona in suo gñe. Tñ in ordine ad nos alia sũt alijs meliora. Et ɔñter nõ sunt oĩa sũme diligenda. Nec sunt amãda nisi in ordine ad finem ꝫm quẽ nobis sunt vtilia. Nec est verũ q ꝫm rectu3 nature instinctũ hõ sp ɔsideret manere in seculo sed bñ ꝫm corruptionẽ nature ⁊ carnalis desiderij. Unde Greg. in moralib9 ponit amore3 huius seculi filiã luxurie: q2 vt hõ posset se bñ dare delectationibus carnalibus vellet sp stare in hoc mũdo. Secũdũ aũt naturale desideriũ recte ordinatũ desiderat puenire ad celũ: dicẽs cum Paulo ad Philip.p°. Cupio dissolui ⁊ esse cũ xpo. Et cu3 psalmista. Educ ď custodia aĩa3 meã ⁊c. Et ideo iste mũdus nõ debet amari amore inordiato: iuxta illud psalmiste. Diuitie si affluãt nolite cor apponere: q2 esset pctm̃ ipsu3 sic diligere. Et ita itelligunt predicta de ɔtẽptu mũdi: ⁊ etiã infra dicenda. Unde ꝫuari debet cõsiliũ Pauli p°. ad Cori. 7°. dicẽtis. Tẽpus breue est. Reliquũ est ut q habent vxores sint tanq̃ nõ habẽtes: ⁊ qui vtuntur hoc mũdo tanq̃ nõ vtãtur: ⁊ qui gaudent tanq̃ nõ gaudẽtes: ⁊ qui emunt tanq̃ nõ possidentes. Preterit eni figura huius mũdi. Et Greg. omelia.24°. dicit. Nõ audemus vobis fr̃es dicere vt relinquatis oĩa: sed tñ vultis: etiã oĩa retinendo relinquitis: si sic tẽporalia geratis vt tota mẽte ad eterna tẽdatis. Aliquãdo ẽt mũdus accipitur pro hoĩe qui dr̃ microchosmus: idest minor mũdus: vt hƚ.8°. Phisi. Et sic accipit Joãnis p°. Et mũdus eũ nõ cognouit: idest hõ. Qđ refert ad iudeos. Unde ibidẽ dr̃. In pro
pa venit: ⁊ sui eũ nõ receperũt: q aũt hõ intelligat noĩe mũdi p3 Joannis.3°. vbi dr̃. Sic deus dilexit mũdũ vt filiũ suũ vnigenitũ daret: vt oĩs qui credit in eũ nõ pereat sed habeat vitã eternã. Et iste mũdus est amandus inquantũ est a deo creatus: ⁊ ẽ particeps beatitudinis. Unde pceptũ habemus de diligẽdo proximũ sicut nosipos Mat.22°. Aliquãdo insuper accipit mũdus pro vita psenti. Joãnis.16°. Exiui a patre ⁊ veni in mũdũ: idest ad pñtẽ vitam: ⁊ ista est diligẽda vt deus ordinat. Et tantũ quantũ ipe vult nos viuere: q2 nõ sumus facti pro vita pñti: sed pro futura vt dr̃ ad Hebreos. vlt°. Accipit ẽt aliquãdo mũdus pro vita mala: ⁊ iniqua: sequẽs vanitates ⁊ pompas mũdanas. Joã.15°. Quia de mũdo nõ estis: propterea odit vos mũdus: idest hoĩes mũdanis voluptatib9 ⁊ vicijs dediti. Et iste mũdus est sũme fugiẽdus ⁊ cõtẽnendus. Et ita intelligunt ratiões pdicte de cõtẽptu mũdi.

N

Decima ratio quare mũdus sit ɔtẽnẽdus dr̃ instabilitatis ⁊ vanitatis siue finitiõis. Cũ eni finis noster sit status felix ac ppetuus vt iquit Aug.22°. de ciui. dei. Cõstat oĩa mũdana esse vanissima cũ nõ possint nobis dare finẽ nostrũ. Vanũ est eni3 omne qđ suũ nõ attingit finẽ.3°. phisico. ⁊ p°. de celo ⁊ mũdo. Et ideo Salomon Ecclesiastes p°. ait. Nihil est stabile sub sole: sed vanitas vanitatu3 ⁊ oĩa vanitas. Et idẽ dicit.2°. c°. eiusdẽ libri. Et Dauid ps°.38°. inqt. Uniuersa vanitas oĩs hõ viuens. Et primi Para.38°. dicit. Dies nostri quasi vmbra sup terrã: ⁊ nulla ẽ mora. Gene. quoq3.3°. c°. dixit deus hoi. Reuerteris in terrã ⁊ in puluerẽ de qua sumptus es. Et ideo Job ɔsiderãs humanã miꝫia3 ait.30. c°. sui libri. Cõparatus su3 luto ⁊ assimilatus su3 fauille ⁊ cineri. Et.8°. c°. iterũ dicit. Sicut vmbra sunt dies nostri super terrã. Et.13°. c°. ẽt ait. Hõ nat9 de muliere: breui viuens tẽpore: repletus multis miꝫijs qui quasi flos egreditur ⁊ cõteritur: ⁊ fugit velut vmbra: ⁊ nunq̃ i eodẽ statu pmanet. Et p°. Joãnis 2°. dr̃. Mũdus trãsit ⁊ cõcupiscentia eius. Gregorius quoq3.15°. mora. inqt. Oĩs lõgitudo tẽporis vite pñtis pũctus esse cognoscit cum fine terminet. Et Sene. ad Lucillũ. li°.6°. eplãr. epistola.7°. ait. Punctũ est oĩne qđ viuimus: ⁊ adhuc pũcto minus. Et idẽ de ɔsolatione ad marcia3 dicit. Oĩa humana breuia sunt ⁊ caduca: ac ifiniti tẽporis nullã partẽ occupãtia. Job ẽt.20. sui libri ait. Hoc scio a pncipio ex quo positus est hõ super terrã: q laus impiorum breuis: ⁊ gaudiũ hypocrite ad instar pũcti. Salomon quoq3 Eccl°. 5°. dicit. Sicut ẽ homo nudus egressus de vtero matris sue: sic reuertetur ⁊ nihil afferet de labore suo. Et Jacobi.4°. dr̃. Que ẽ vita nostra? Vapor est ad modicũ parẽs. Et deinceps exterminabit.

Vapor enim

Vapor est ad modicum parens. Et deinceps ex
terminabitur. Vapor enim in altū eleuatur: ꝛ in/
terdū ex eo fit nubes ꝛ videtur quid magnū: sed
sole adueniente vel alio dissoluente faciliter re//
soluitur. Et similiter homo sepe exaltatur ad di//
uersos gradus tam spirituales q̄ temporales: et
protinus ad nihiluz redigitur. Iuxta illud Job.
20. Si ascenderit in celum superbia eius: ꝛ ca//
put eius nubes tetigerit: velut sterquilinium i fi/
ne perdetur. Et psalmista ait. Vidi impium sup
exaltatum ꝛ eleuatum super cedros libani. Trā
siui eum: ꝛ non est inuentus locus eius. De ho//
mine etiam dicit idem propheta psalmo. 143°.
Homo vanitati similis factus est. Dies eius sicut
vmbra pretereunt. ꝛ psalmo. 108°. Sicut vmbra
cum declinat ablatus sum. Vmbra eniz cito trā/
sit. Sicut patet de dormientibus ad vmbram: q2
cito venit sol. Et ita cito transit vita nostra ꝛ ve/
nit mors. Sap. xj°. Vmbre transitus est tempus
nostrum: ꝛ non est reuersio finis eius. Et ideo di
cere solent senes licet diu vixerint ꝙ videtur eis
ꝙ heri nati fuerint. Similiter vmbra est obscu/
ra. Et mundus plenus est ignorantia. Vnde mū
do deditus potest dicere cum psalmista. Colloca
uit me in obscuris sicut mortuos seculi. Vmbra
quoqz est frigida: ꝛ homines sub vmbra existen
tes frigus patiuntur. Et similiter mūdanis dedi
ti sunt frigidi in diuinis: ꝛ inepti ad bona opera
peragenda: iuxta illud Prouer. 20. Propter fri/
gus piger arare noluit. Vmbra etiam tunc ma//
ior videtur cum [illegible] ad occasum appropinquat:
ꝛ similiter homo quanto magis ad mortem pro
pius accedit per senectutem: tanto magis crescit
animo permanendi in hac vita: ꝛ maiora facere
proponit: ac magis in mundanis intricat. Ta/
les autem dicere possunt cum propheta psalmo
79°. Cooperuit nos vmbra mortis. Non eniz re
cordantur ꝙ cito morientur. Nam ut ingt Oui
dius in. 6°. de fastis.
Tempora labuntur tacitisqz senescimus annis.
Et fugiunt freno nō remorāte dies.
Et. xj°. Methamor. Labitur occulte: fallitqz vo/
lantis etas. Et nihil est annis velocius. Et iterū
3°. li°. de arte amandi ait. Nec que preterijt hora
ra redire potest. Oratius quoqz epistolaꝝ. li°. 2°.
epistola 3ª. dicit. Singula de nobis anni predan
tur euntes. Et Maximianus ait. Jam nihil est
tutum quod vidimus omnia secum Tempꝰ pre
teriens: horaqz sūma trahit. Et Bernardus i li/
bro de improbatione viciorum. c°. 9°. ingt. Oīa
que cernis: vanarum gloria rerum. Vmbra ve//
lut tenuis veloci fine recedunt. Vnde meretrice
in prouerbio dicitur Quid valet argentum: qd
ue annis viuere centum. Post miserum funus
puluis ꝛ vmbra sumus. Et Seneca in li°. trage
diarum in hercule furente. c°. 2°. ait. Dum fata
sinūt viuite leti. Properat cursu vita citato. Vo
lucriqz die rota precipitis voluit anni. Lucanus
quoqz libro. 7°. canit. Capit omnia tellus que
genuit. Et Maximianus iterum ait.
Ortus cūcta suos repetūt matresqz requirūt.
Et redit ad nihilū qd fuit ante nihil.
Oībꝰ ē eadē leti via: nō tamē vnus
Est vite cūctis exitiqz modus.
Huc puer atqz senex pariter venisse ferunt.
Hic par diuitibꝰ pauper egenus erit.
Vnde in comuni prouerbio dicitur. Cossi more
el gran signore como fa el laboratore. Et Oratiꝰ
in epistolis libro. 2°. epistola. 6ª. dicit de incertitu
dine mortis. Quis scit an adijciāt hodierne cra
stina vite Tēpora di superi? Et Lucanus libro
3°. Mile modos inter leti mors vna timori est.
Et statius li°. 6°. Thebaidos ait. Manet ingēs
copia leti. Et Prosper. in li°. epigramatum epi
gramate vl°. dicit. Ferro: peste: fame: vinclis: al/
gore: calore. Mile modis miseros mors rapit
vna homines. Et Cato. c°. 5°. Tempora longa ti
bi noli promittere vite. Quocūqz igrederis seq/
tur mors corporis vmbrā. Ideo dicit Persius
satira. 5ª. Viue memor leti. Ait eniz Virgiliꝰ. x°.
Eney. Stat sua cuiqz dies: breue ꝛ irreparabi/
[illegible] tēpus. Oībus est vite. O igitur mūdani qua/
re [illegible] hoc mundo proditore cōfiditis? Quare ele
uamini in prosperis que ut fumus subito euane
scēt Ait eniz Ouidius in. 3°. de tristibꝰ. Nempe
dat [illegible] quodcunqz libet fortuna rapitqz. Cirus ꝛ
est subito qui modo cresus erat. Et in. 5°. li°. eiꝰ
dē operis episto la. x°. iterū dicit.
Passibus ābiguis fortuna volubilis errat.
Et manet i nullo certa tenaxqz loco.
Sz modo leta venit: vultꝰ mō sumit acerbos.
Et tātū cōstās i leuitate sua est.
Et in. 4°. li°. de ponto. epistola. 3ª.
Omnia sunt hominum tenui pēdentia fillo.
Et subito casu que valuere ruunt.
Ludit in humanis diuina potētia rebus.
Et certā presens vix habet hora fidem:
Tu quo fac timeas: ꝛ que tibi leta videntur.
Dū loqueris: fieri tristia posse puta.
Et Bo. i. 2°. d ɔso. psa. 2ª. ait. Nūc primū ludū
agimꝰ. Rotā volubili orbe versamꝰ. Infima sū/
mis: summa infimis mutare gaudemꝰ. ec. O

Predicta autē probari possunt multis exē/plis. Nam ut refert Tulius in li°. de fine bonorum ꝛ malorū: ꝛ Ualerius de mutatione morum ▪ fortune: ꝛ Plinius in historia naturali. Polichrates samiorū dux qui fortunam lōgo tempore adeo sibi obsequiosam habuit: ꝙ om//nia desiderata perficiebat. Tandem cum contra Darium regem persarum duxisset exercitū: ab oronte prefecto Darij superatus: in sūmo magalensis montis vertice fuit suspensus: ꝛ relict⁹ auibus lacerandus: ꝛ qui vbiqꝫ felix in terra vixe/rat: in aere miserrime expirauit. Ninus etiā rex assiriorum qui bella finitimis itulit 50. annis ꝫ Paulum horosium li°. p°. Post deuictam asi/am: sithiam: ꝛ Zoroastrem dn̄ quandam impugnaret vrbē sagitte ictu interijt. Baldasar quoqꝫ rex babilonis ut ait Josephus. x°. antiquita/tum libro obsessa babilone a medis ꝛ persis sci/licet Dario ꝛ Ciro regibus in tantum venit i o/bliuionē sui: ut celeberrimum iniret conuiuiū ꝛ in vasis templi dei biberet: ꝛ obsessus vacaret epulis. Unde in nocte sequenti captus fuit ꝛ iu/gulatus. Cirus quoqꝫ rex persarum ut Horosi/us vbi supra cōmemorat qui gangem fluuium ▪ quo vnus suus miles submersus fuerat in q̄/drigētos. 60°. alueos comminuit: a thamari mas/sagetarum regina superatus occiditur. Xerses etiam ille potentissimus: qui subuertit montes ꝛ maria constrauit: ut refert Hiero. ad Heliodorum scribens belo in grecia infeliciter superat⁹ ac contemptibilis suis factus: ꝫm Justinum ▪ arthabanum prefectum suum occiditur. Dari⁹ ut cōmemorat Quintus curtius ab Alexādro magno superatus: a suis captus apud tharam oppidum parthie: ac detentus ꝛ in vehiculo cathenis ac compedibus aureis astrictus: vulne/ribusqꝫ confossus: ꝛ letaliter vulneratus dimis/sus: miserabiliter expirauit. Alexander magn⁹ post tot victorias ꝛ triumphos: subiectionemqꝫ vniuerse asie: imo pene totius orbis: per Cassandrum filium Antipatris: ut Quitus curtius di/cit: venenatus est. Nam Cassander ille ꝛ Phi lippus ꝛ sola fratres eius ministrare regi sole/bant. Qui in potu illi venenum dederunt: quo austo ꝫm iustinū in media potatione velut gladio confossus ingemuit. Deportatusqꝫ est a conuiuio semianimis. Maliuoli autem eius dice/bant eum ebrietate perire: quod ꝛ Solinus sen/tit in libro de mirabilibus mundi. Contra quem est Tulius in primo libro de diuinatione: ꝛ Justinus ꝛ Quint⁹ curtius. Quarto itaqꝫ die Alexander indubitata morte sentiens tumultuantes milites quia rex occidebatur insidijs: pia oratione eos sedauit: cunctisqꝫ dextram porrigens eos osculatus est: ꝛ mortuus est anno etatis sue. trigesimotertio. ꝛ mense vno cum regnasset annis decimumsecundum. prout patet primo. Machabeo. primo. Romulus quoqꝫ funda/tor vrbis rome ut ponit Titus liuius apud paludem capree tempestate magna orta ꝛ tonitruis: circundatus nube nusq̄ apparuit. Et licet a romanis nomine quirini inter deos consecratus fuit: tamen credendum est ꝙ fuerit a fulminibus consumptus ꝛ exustus: vel a demonibus ad in/fernum deportatus: quia proprium fratrem re/mum occidi fecerat ▪ refert Lucanus libro primo di. Fraterno primi maduerūt sanguine muri. De quo etiam fit mentio in. l. fi. ff. de rerum di/ui. vbi glosa. Seru⁹ tulius sextus rex romano/rum a Tarquino superbo occisus fuit. Pir//rus rex epirotharum qui romanis bella intulit in fauorem tarentinorum: tandem a romanis vict⁹ ad patriam rediens ꝫm Justinum spar/tanis bellum indixit. Quibus relictis argos inuasit vbi feruide magis q̄ caute pugnās ictu saxi e muris iacti mactatus est. Hannibal pe/norum dux qui annis quattuordecim in italia romanos contriuit: postea in aphrica a Scipio▪ deuictus profugus ꝛ damnat⁹ exilio: ad Anthiochum regem magnum sirie veniens ut Ju/stinus meminit: quia a romanis petebatur fu/gereqꝫ nequiret veneno raptim austo quod more regio sub gemma ferebat inclusum obijt: sicqꝫ ab his qui ad eum comprehendendum vene/rant exanimis inuentus est. Pompeius magni Pompei genitor ꝫm Horosium fulmine per/cussus interijt. Pompeius magnus filius eius qui viginti duos reges orientales ut Horosius refert superauerat a Julio cesare deuictus: cum fugisset in alexandriam ad Ptolomeum regē egypti cui teste Eutropio Pompeius a senatu tutor datus fuerat propter iuuenilem etatē eius cuiqꝫ regnum sūma fide seruauerat: ꝛ paterna pietate restituerat: per Achillam prefectum re/gni de voluntate regis qui credebat ex hoc face/▪ rem gratam victori Cesari: miserabiliter occi/sus est. Florus autem dicit in. 4°. libro. Pompeius suo gladio trucidatus sub oculis vxoris sue liberorumqꝫ suorū moritur. Juli⁹ Cesar vt Suetonius narrat mortuo Pompeio in eodem mē/se: sed interiectis diebus quiquies triumphauit. Primo de gallia ꝛ britania: secundo de egypto:

tertio de farnace ⁊ ponto: quarto ð iuba ⁊ aphrica: ⁊ quinto de hispania. Fuitq; illi gloria multa in vsurpato imperio annis tribus ⁊ mensibus septem. Tandem Gaio cassio ⁊ Marco bruto contra eum conspirantibus: princeps orbis vigintitribus plagis confossus occubuit anno etatis sue quinquagesimosexto. Marcus antonius nepos ipsius Julij Cesaris ex sorore Julia ab Octauiano augusto victus in alexandria ab eodem Cesare obsessa ſm Plutarchum gladio se peremit dum annum ageret etatis sue quinquagesimumsextum. Gaius gallicula imperator romanus tertius ab Octauiano sceleratissimus: auarus ⁊ libidinosus: adeo vt duabus sororibus stuprum intulerit: crudelis omnibus ⁊ exosus Rome in palacio occisus est: vt habetur in cronica martiniana: cum regnassetet annis tribus ⁊ mensibus decem. Nero imperator quintus ab Augusto qui natus ē premissis pedibus: vt scribit Plinius libro. 7°. naturalis historie viciosus: auarus ⁊ lassiu' ac crudelissimus: ſm Eutropiū expulsus a regno anno. 14°. imperij sui seipsum interfecit. Domicianus imperator ſm Suetonium ⁊ Eutropiū a cubicularijs suis septem vulneribus occisus est: anno etatis sue trigesimosexto ⁊ cum dedecore sepultus est. Helius pertinax imperator vulneribus obtruncatus est. Mauritius imperator ob inuidiam occisus est cum regnasset anno vno. Antonius imperator tertio imperij sui anno interfectus est a tumultu militari Rome cum matre sua. Maximianus imperator cum imperasset annis tribus apud aquilegiam deserentibus eum militibus suis cū filio suo adhuc puero occisus est. Gordianus imperator sexto imperij sui anno postq̄ de persis triumphauit veniens Romam prope vrbem fraude Philippi occisus est. Decius imperator cum imperasset annis duobus: in bello barbaro peremptus est. Valerius imperator a rege persarum deuictus ī seruitutem reductus est. Nam quādiu vixit rex quando ascendere volebat equum: pedem ceruicibus eius imponebat. Aurelianus imperator fraude serui sui occiditur. Tacitus imperator se primo mense imperij sui subita morte preoccutus est. Probus imperator sexto anno imperij sui militari tumultu vexatus est. Clarus imperator fulmine perijt. Diocletianus imperator veneno extinctus est. Constantinus imperator filius Constantini magni a ducibus fratris sui Constantij peremptus est. Julianus apostata imperator a sancto Mercurio milite occisus est. Valens imperator quarto imperij sui anno a gotis in bello peremptus est. Pretereo nunc silentio q̄plurimos reges: imperatores ⁊ principes qui similiter subitanea ⁊ crudeli morti perierunt: ⁊ in florida ac iuuenili etate: de quibus nostris tēporibus aliqui fuerunt.

P

Verum est ergo illud quod dicitur Ecclesiastici decimo. Omnis potentatus vita breuius. Eapropter Augustinus in libro de simbolo: tractatu quarto exclamat dicens. Ecce ruinosus est mundus. Ecce tantis calamitatibus repleuit deus mundum. Ecce amarus est mundus. Et si sic amarus: quid faceremus si dulcis esset? O munde immunde tenebras pariens: quid faceres si maneres? Quem non deciperes dulcis si amarus alimenta mentiris? Et in epistola ad Armentarium ⁊ Paulinam iterum ait. Mundus iste tanta rerum labe contritus est: vt etiam speciem seductoris amiserit. Et ideo quantū illi laudandi atq; predicandi sunt qui dignati non sunt cum mūdo etiam florente florere. Tantū increpandi sūt ⁊ accusandi quos perire cum pereunte delectat: hec ille. Currit enim mundus quotidie ad finē nec eius gloria potest diu retineri. Unde cum homo magis credit gaudere cum eo: statim ipsum relinquit. Ad qđ adduci potest parabola cuiusdam faceti predicatoris qui dicebat ꝙ duo erāt socij tantum amorem inuicem ostendentes ꝙ vnus videbatur non posse stare sine alio. Unde semper insimul pergebant et viuebant. Semel autem cum irent simul ad solacium: contigit illos transire per quoddā nemus. Et ecce ꝙ quidam vrsus valde terribilis cepit contra eos venire. Quem videns a longe vnus ex ipsis socijs qui erat alio fortior: cepit currere ⁊ ascendere super vnam arborem magnam ⁊ altam. Alius vero qui erat debilior rogabat eum vt se expectaret ⁊ adiuuaret ad ascendendam arborem. Quod ille facere negauit dicens. Jam iam vrsus adest. Jlle igitur sic destitutus: deo inspirante recordatus est ꝙ vt dicitur: vrsus non comedit de carne animalis per se mortui. Unde statim cecidit in terram: ⁊ simulauit se mortuū. Ursus vero adueniens: ⁊ ipsum sicut mortuū reperiens posuit os suum ad os illius ut cognosceret an spiraret ⁊ esset viuus. Jlle autem tenebat flatū ⁊ nō spirabat. Postea vrsus posuit os suum ad eius aures forte putās ꝙ etiam ab illa

parte exiceret flatus. Videns autem q̄ ille totaliter stabat imobilis z non spirabat. Cum brachia sua corpus illius reuoluit z proiecit forte per quattuor brachia longe: vt videret an moueretur. Quo firmo stante z permittente se reuolui ac si fuisset saccus palearum: vrsus qui erat famelicus cepit currere ad querendam predam. Cum autē iam longe esset a loco. Ille qui simulauerat se mortuum surrexit. Cui socius qui erat super arborem z viderat omnia que acciderant dixit. O socie mi: habuistine timorem? Et ille. Tantum certe q̄ nunquā habui similē. Ille autem iterū inquit. Et quid dixit tibi vrsus quia posuit os suū ad aures tuas? Ipse autē respondit. Dixit mihi q̄ amplius de te confidere nō debeo: quia es vnus magnus traditor z simulator. Nam ostendis te sic me diligere: z tamen deseruisti me in tam magna necessitate. Or moraliter. Isti duo socij sunt homo z mundus inter quos videt esse maxima amicitia. Sed tamen adueniente vrso: idest morte: mundus deserit hominem. Et nullus debet confidere in isto mundo proditore: qui quanto plura z maiora bona dat homini: tanto citius illa aufert ab eo. Verum est enim illud qd̄ Lucanus canit in. p°. li°. di. Sūmisq3 negatum stare diu. Et ibidem. O faciles dare summa deos: eadēq3 tueri difficiles. Et Statius. x°. thebai. Forsitan z nobis modo que fauere recedent. Et Lucanus vbi supra. In se magna ruunt: letis hunc numina rebus Crescēdi posuere modum: nec gentibus vllis. Cōmodat in populum terre pelagiq3 potentē Inuidiam fortuna suam. Et ideo dicitur in. l. ij. §. sed quia diuine. C. de vete. iu. enuc. Humani iuris condicio semper in infinitum decurrit: z nihil est in qd̄ stare perpetuo possit. Multas enim formas edere natura nouas deproperat. Et in auten. de non alie. aut permu. re. ec. §. vt autem. dicitur. Quid erit stabile inter homines cum ois noster status sub perpetuo motu consistat? Et in auten. vt omnes obe. iudi. §. hanc dicentes. scriptū est. Nihil pene in semetipso manet: sed currit natura nostra semper multas euoluens mutationes quas neq3 preuidere facile est neq3 predicere. Et in. l. penul. C. de vsufruc. dicit imperator. Multe z innumerabiles cause rebus accidunt mortalibus: propter quas homines qd̄ habent iugiter retinere non possunt. Et Claudianus lib°. p°. exclamat di. Heu heu q̄ breuibus pareunt ingentia causis. Desinat elatis quisquā confidere rebus. Gualfredus ēt in poetria sua ad mundi contēptū exhortans ait.

Hoc vnū prescire potes: q2 nulla potestas.
Esse morosa pōtsi: vis exēpla priores.
Respice fortunas: emarcuit illa priorū
Florida prosperitas: minos subuertit athenas
Illion attrides: magne carthaginis arces
Scipio: sed multi roma fuit alea fati.
Tēpore versa breui: breuis ē distātia leti.
Ominis z mesti: nox ē vicina diei.
Nec aliena docēt: z tua fata docebūt.

Ouidius quoq3 in. 3°. de tristibus. epistola. 8ª. dicit. Omnia ne referam: nil non mortale tenemus. Pectoris exceptis: ingenijq3 bonis. O igitur miseri mundiales cū videatis oia mūdana transire z finiri despicite illa: z seruate illud Lucani in. 4°. dicentis. Cosulite extremis angusto i tempore rebus. Nihil enī est adeo pulchrum z delectabile hoc mundo: quod breui in tēpore non deficiat. Ait enim Ricardus poeta in libro de nuptijs. c°. 35°. Transit honor: pereunt formosa: iuuenta senescit. Deficiunt vires: gloria queq3 perit. Et Ouidius in. 2°. de arte amandi. dicit. Forma bonum fragile est: quantūq3 accedit ad ānos Fit minor: z spacio carpitur ipsa suo. Et iterum in vltimo de ponto. epistola. 8ª. canit. Tabida consumit ferrū: lapidēq3 vetustas. Nullaq3 res maius tēpore robur habet. Et in. 15°. Methamor. ait tempori z vetustati. Omnia destruitis: viciataq3 dentibus eui. Paulatim lenta cōsumitis oia morte. Jō qdā sapiēs dicebat. Nā humana ꝓpric veluti ferrū est. Si exerceat̄ cterit̄ z nō exerceatur rubigine consumitur. O miseria humana quis vnq̄ poterit enarrare vilitatē z breuitatē tuā? Et tamen verū est illud Esopi fabula. 44ª. Stare diu nec vis: nec honor: nec forma: nec etas Sufficit i mūdo: plus tamē ista placent.

Q. Uis autem homo scire miseriam tuā? Audi quid responderit quidam philosophus qui interrogatus cum quibus socijs sit homo: respondit. Cū octo qui eum assidue molestant. Hi sunt. Fames: sitis: somnus: calor: frigus lassitudo: infirmitas: z mors. Et ideo Hiero. ad Heliodorum scribit. Vbiq3 luctus: vbiq3 gemitus: z plurima mortis imago. Interrogatus secūdo idem philosophus vbi est homo? respondit. In bello multiplici z diuerso. Nam intra se habet bellum mordentis conscientie. In proprio corpore habet bellum rebellionis carnis ad spiritū ad Gal. 5°. Item pugnam quattuor elementorum que semper pugnat ad inuicem per cōtra

rias qualitates. Habetqz humorem colericum sanguineum: fleumaticum: et malenconicum inter se contrariantes. Et continue calor naturalis consumit humidum radicale: propter quam consumptionem sequitur mors ipsius corporis: et ideo dicit Scotus in. 3°. sen. di. 15ª. q materia prima semper machinatur ad destructionem compositi. Habet etiam afflictionem quattuor passionum scilicet gaudij: doloris: spei et timoris. Extra se autem habet bellum rerum concupiscibilium ac diabolice tentationis. Interrogatus. 3°. quomodo se habet homo: respondit. Ut lucerna ad ventum que cito extinguitur. Ut scintilla in mari que cito ab vndis absorbetur. Ut spuma gracilis que cito a procella dispergitur. Ut fumus qui cito diffunditur. Et ista tria imediate predicta etiam ponit Salomon Sap. 5°. Addens. Et tanq memoria hospitis vnius diei pretereuntis. Interrogatus. 4°. Cui similis est homo: respondit. Aceruo niuis: quia ut aceruus niuis modico calore cito in aquam de qua fuerat resoluitur: sic homo genitus de putredine: modica infirmitate in eam reuertitur. Similis est etiam homo flori pulcherrimo: et rose matutine que dum colligitur mane pulchra videtur. In sero autem marcida inuenitur. Sic homo in iuuentute apparet floridus: sed in senectute marcescit. Est quoqz similis virenti herbe que cito arescit et succiditur falce. Sicut enim prata virentia successiue metuntur. Ita populi italie ac totius mundi pestilentijs: bellis: fame et diuersis infirmitatibus deuastantur. Et sicut quando pratum debet metiri: acuendo falces fit sonitus hoc ignorante ipso prato. Ita quando deus vult exterminium aliquod mittere hominibus: prius solet facere proclamari a suis preconibus: et acuit falcem vindicte ipsis populis predicatorum verbis non attendentibus nec credentibus. Et predicta similitudo confirmatur per illud quod dicitur Isa. 40. Omnis caro fenum: et omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est fenum: et cecidit flos eius. Et ibidem etiam dicitur. Uere fenum est populus. Et psalmista inquit. Mane sicut herba transeat: vespere decidat: induret et arescat. Similis est etiam pomo nouo et rubenti: qui dum in arbore pendens ad incrementum debitum peruenire creditur. Sepe modico verme interitus exorto corroditur et subito corruens efficitur inutile: vel etiam aliquanto vento seu baculi percussione ante maturitatem ad terram deijcitur. Et similiter homo in puericia sua vel adolescentia floridus: sepius subita infirmitate preuentus moritur et inutilis efficitur. Uel ab hostibus suis peremptus aut improuisa morte sublatus de mundo tollitur. Quinto interrogatus. Quid est homo: respondit. Mancipium mortis: hospes loci: viator transiens. Mancipium enim mortis dicitur: quia manum eius nequit euadere. Hospes loci: quia recipitur cum gaudio: sed tamen cito obliuioni traditur. Uiator vero transiens: quia dormiens: et vigilans: sedens ambulans et quicquid aliud faciens semper ad mortem properat. Unde Greg. dicit q sicut ille qui est in naui: sedendo: quiescendo: dormiendo: bibendo et comedendo semper pergit eunte naue. Ita donec homo est in corpore semper currit ad mortem: ipso corpore semper ad corruptionem tendente. Salomon autem Sap. 5°. introducit amatores mundi in inferno suspirantes et dicentes. Quid profuit nobis superbia: Aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis: Transierunt omnia illa tanq vmbra: et tanq nuncius precurrens: et tanq nauis que pertransit fluctuantem aquam: cuius cum preterierit non est vestigium inuenire: neqz semitam carine illius in fluctibus: aut auis que transuolat in aere: cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius: sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum et scindens itineris aerem commotis alis transuolauit: et post se nullum signum inuenitur itineris illius. Aut tanq sagitta emissa in locum destinatum: diuisus aer continuo in se reuersus est ut ignoretur transitus illius. Sic et nos nati continuo desinimus esse: et in malignitate nostra consumpti sumus. Mundus quoqz assimilatur telle cuius vna pars est texta et tamen inuoluta manet: ac parum de ea videtur. Alia est texenda et non videtur. Unde solum illa pars videtur in qua laboratur. Et similiter in hoc mundo de vita nostra futura nihil videtur: sed tantum illud modicum de presenti vita in qua diuersimode laboramus et affligimur: et ignoramus quante magnitudinis sit texenda tella vite nostre: cum hoc in manu dei sit. Unde Isa. 38°. dicebat rex Ezechias. Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me: de mane vsqz ad vesperam finies me etc. Pagani vero volentes huius mundi miseriam demonstrare depingebant tres fatas seu furias: que in hoc versu continentur. Cloto colum baiulat: lachesis netit: antropos occat: scilicet humanam vitam. Que omnia considerans Aug. in sermone ad here. exclamat dicens. Heu miser quid sit.

Uas sterquilinij: concha putredinis: plenus fetore ⁊ horrore. Cecus: pauper: nudus: plurimis necessitatibus subditus. Ignorans introitum ⁊ exitum meum: miser ⁊ mortalis. Cuius dies sicut vmbra lunatica euanescit. Sicut flos in arbore crescit ⁊ statim marcescit: nunc floret ⁊ statim aret. Uita inquam mea fragilis: vita caduca vita que quanto magis procedit: tanto magis [illegible] mortem accedit. Uita fallax ⁊ vmbratica: plena laqueis multis. Nūc gaudeo: statim tristor. Nunc vigeo: statim infirmor. Nunc viuo: statiꝫ morior. Nunc felix appareo: statim autem miser. Nunc rideo: iam fleo. Sicq; omnia mutabilitati subiacent: vt nihil vna hora in eodem statu permaneat. Hinc timor: hinc tremor: hinc. fames: hinc sitis: hinc calor: hinc frigus: hinc languor: inde dolor exuberat. Sequitur his. importuna mors que mile modis miseros homines quotidie rapit: hec ille. De quibus etiam Ouidius in quinto Methamorphoseos aliqua tangit dicens.

Cuncta fluūt: omnisq; vagans formatᷓ imago.
Ipsa quoq; assiduo labuntur tempora motu.
Non secus ac flumen: nec enim ꝯsistere flumē.
Nec leuis hora pōt: sed vt vnda ipellitᷓ vnda.
Urgeturq; eadem veniens vrgetq; priorem.
Tempora sic fugiūt pariter: pariterq; sequuntᷓ.
Transit in estatem post ver robustior annus.
Fitq; valens iuuenis: nec enim robustior etas.
Ulla nec vberior: nec que magis ardeat vlla est.
Nec species sua cuiq; manet: rerumq; nouatrix.
Ex aliis alias reparat natura figuras.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem.
Crediderim sic ad ferrum venistis ab auro.
Secula: sic totiens versa est fortuna locorum.

R

Q Ue omnia considerans Ber. in libro de cōtemptu mundi nos ad despiciendam mundi gloriam hortatur di. Fallax mundi gloria digne respuitur: flos feni est. Uapor ad modicum parens. Eius enim qualiscunq; status: nonne plus anxietatis ꝙ iocunditatis habet? Dum vendicas: dum defendis: dum inuides: dum suspicaris: dum semper ambis que non habes: et nonnullis adeptis acquirendi ardor non minuitur. Que ergo est requies [illegible] gloria tua? Si qua tamen est: preterit iocunditas non reditura: ⁊ remanet anxietas non relictura. Certa est nimiruꝫ temporalium breuitas voluptatum ⁊ ipsius quoq; breuitatis finis incertus. Sepe viuentem deserunt: nam morientez nunꝙ sequuntur. Nemo in hoc seculo nequaꝫ qđ vult habere potest. Quia nec voluptuosus voluptate saciatur: nec curiositate curiosus: nec ambitiosus ianigloria. Uideat ergo secularis anima ⁊ intelligat: quoniam extrema gaudij luctus occupat. Hic est eniꝫ transitorie leticie finis: hic fructus glorie temporalis: hec ille. O mundane. Si iste auctoritates te non incitant ad contemnendas mundi voluptates: considera illos qui in hoc mundo felices videbantur. Qui omnes perierunt ⁊ delitias suas reliquerunt. Ubi enim nunc est paridis: Joseph patriarche: Saul ⁊ Jonathe: Daniel ⁊ sociorũ eius. Absalonis: Narcisi: Deiphebi: Polidori: Hypolitiq; formositas? Ubi est Europe: Meduse: Jole: Deianire: Argie: Panthasilee: Polisene: Helene: Lauine: Didonis: Creuse: Proserpine: Lucretie: Cassandre: Cleopatreq; pulchritudo? Certe non inuenerunt fucum ad reparandam mortis turpitudinem. Ubi ē Eue: Sarre: Dine: Thamar: Noemi: Hester: Judith Abigail: Bersabee: Abisaach: ⁊ Susane speciositas? De quibus in sacra scriptura dicitur: gerant pulchre nimis: idest valde. Profecto eorum delicata corpora sunt a vermibus corrosa ⁊ in cinerem redacta. Ubi nunc Moyses: Phoroneus: Mercurius: Termegistus: Solon: Ligurgus: ⁊ Numapompilius: legum datores et institutores? Profecto non potuerunt statuere aliquam legeꝫ que eos a morte preseruaret. Ubi est Alexandri magni: Scipionis: Cesarisq; audacia: ⁊ tante victorie? Certe de ipsis mors triumphauit: illosq; prostrauit. Ubi Achillis: Aiacis: Thesei: Hectoris: Karoli magni: Rolandi: Danesij: Rainaldi: Oliueri: Gaij maguntini: Falconeti: aliorumq; procerum francorum fortitudo? Non potuit eorum robur contra mortem preualere. Ubi Sansonis: Goliath: Anthei: Herculis: Athlantis: Ciclopum: atque Henachim: ⁊ filiorum eius: aliorumq; gigantum ferocitas? Ubi nunc Xersis: Nabucdonosor: Assuerīq; potentia? Non inuenerunt turrem vel castrum eos a morte liberantem. Ubi Octauiani: David: Constantiniq; prosperitas? Ubi queso Ulpiani: Accursij: Bartholi: Baldi: Cini: Angeli perusini: Albriciq; legū scientia? Certe nō inuenerunt paragraphum: aut legem eos a mor[illegible] defendentem: nec illis valuit aliqua appellatio contra eam. Ubi muridatis: Diocleniani: Ne

ronisqꝫ crudelitas? Quos alij timebant ipsi mortem formidarunt. Nunquid a morte eripuit: Esculapium: Auicenam: Galienum: Hypochratē: Joannem de mingo: Constantinum aphricanum: Gordonium: aut Joannem mesue perita medicine? Profecto nec sirupum nec medicinam a crudeli morte preseruantem inuenire sciuerunt. Ubi Salomonis: Tales milesij: Jesu filij Sirach: et Esdre sapientia? Quid profuit Ulixi: Alchibiadi: Hānibalqꝫ ars bellica. Ubi Aratus: Ptolomeus: Albertus: Alabraçel: Albumasarqꝫ astrologie inuentores. Ubi Demosthenis: Tulij: Catonis censorini: Apolonij: Nichomaij: Gorgie: Hermagore: Titiani: Quintiliani: Lisre: Hortensij: Lactantijqꝫ rethorica. Nihil profecto eis profuit: nec mortis seuitiā aliquo ornatu verborum sedare potuerunt. Ubi Pompei: Sēnacherib: Anthiochiqꝫ iactantia. Nunquid Priscianus: Donatus: Seruius: Papias: Uguitio: auctor Catholicon: Alexander thxtonicus: Guarrinusqꝫ grammatice preceptores: mortis iacula euadere potuerunt. Ubi nunc Homeri: Uirgilij: Lucani: Juuenalis: Oratij: Martialis: Persij: Terentij: Tibulli: Catulli: Statij: Claudiani: Prudentij: Sedulij: Lucretij: Menandri: Achatesij: et Fericis atque Aratoris carminum disciplina. Ubi nunc est ille inperbus Ouidius qui in fine vltimi libri Methamor. ait.

Jamqꝫ opus exegi: qđ nec Jouis ira vetustas.
Nec poterit ferum: nec edax abolere: nec ignes.

Ubi nunc est Asculanus poeta: Franciscus petrarcha: Dantesqꝫ florentinus: cum alijs vulgaribus versificatoribus. Ubi nūc Alcinon et Esopus cum fabulis suis. Ubi Pogij et Bocchacij facetiarum inuentio. Ubi Laurentius valla: et Augustinus senensis cum suis elegantijs. Ubi Uarro et Petrus hypanus cum alijs dialeticis. Ubi Linus thebeus Zethus: Amphion: Tubal et Jopas cum ceteris musicis. Ubi Nichomacus: Apuleius: et Euclides cum alijs geometris et arismeticis. Ubi nunc inquam Pithagoras: Sochrates: Plato: Chilo: Periander: Pithacus: Bias: Diogenes: Zeno: Empedocles: Epicurus: Anaxagoras: Demochritus: Eraclitus: Leucipus et Seneca: cum ceteris philosophis naturalibus et moralibus. Ubi Aristotelis: Antisbari: Auerroisqꝫ subtilitas. Ubi nunc sunt tot sapientes doctores omnium liberalium artium qui doctrinam suam buccis concrepantibus ventilabant: et per totum orbem nominari affectabant? profecto vt inquit psalmista. Perijt memoria eorum cum sonitu: et dominus in eternum permanet. Ubi nunc Titi Liuij: Plinij: Diodori: Andronici: Tertuliani: Eusebij: Josephi: Justini: Suetonij: Eutropij: Horosij: Quinti curtij: Solini: Dares phrigij: Herodoti: Laertij: Ualerij maximi: Plutarchiqꝫ historiarum noticia. An forte immortalitatem meruit Gratiani: Innocentij: Hostiensis: Archidiaconi: Joannis andree: Dini: Panormiteqꝫ decretorum intelligentia. Aut Petri lombardi et expositorum eius sacre theologie scientia. Ubi Phisiologus: Euax dictus Lapidarius: Aaron: Arnoldus: et Thetel Judeus: qui de naturis et virtutibus petrarum scripserunt. Ubi nunc Ucelli ingluuies et voracitas. Ubi Cressi diuitie: et Marci crassi romani auaricia: Sardanapaliqꝫ luxuria. Quo abierunt omnes isti. Et exclamās voce magna dico. Ad mortem. Et hoc est qđ inquit quidam frater noster versificator di.

O Esar vbi et priamus: theucrumqꝫ acerrimus hector.
Et pius eneas: vbi nunc facundus vlixes.
Et gemini attride: romane conditor vrbis
Romulus: et totum quāuis deuiceris orbem
Augustus. tātoqꝫ potens vbi robore sanson.
Nunc vbi silla ferox: vbi nunc ... fortis achilles.
Formosaqꝫ paris facie: princepsqꝫ latini
Tullius eloqui: sacrarum gloria legū
Bartholus: et multo cressus ditissimus auro.
Nunc salomonis vbi sapientia: nunc vbi tātis
Quondā pompeius gaudēs scipioqꝫ triūphis.
Nunc vbi pyeridum splendor vatūqꝫ magister
Uirgilius: vbi nunc armis et gente superbus
Atqꝫ opibus Xerses: ne longe exēpla petamus.
Nunc vbi quo nostris nullus prestātior annis
Extitit: armatas acies componere bellis
Clarus et in toto franciscus sfortia mundo.
Nunc vbi magnanimus galeaꝫ maria per oēm
Tam iuuenis nuper fama celeberrimus orbē.
Totqꝫ alij proceres: reges: populiqꝫ potentes.
Et tandem in toto quicunqꝫ euixerit euo.
Omnes precipiti sorpsit mors turbida fato
Et tulit in cineres: nec tanti roboris vnqꝫ
Quis fuit: horrendo cui mors indulserit arcu.
Cur igit falsas et inanes diligis auras?

Cur te letifera mundus dulcedine ludit?
Nonne vides nostre quam parvula tempora vite?
Et misera in quantis iaceat tua vita periclis?
Eya age: morbosas seculi iam respue sordes.
Linque venenati mortalis gaudia mundi.
Effuge terribiles herebi charissime penas.
Continuos luctus: seuos sine fine dolores.
Perpetuam quere eterna in secula vitam.
Et idem versificator in alia epistola etiam dicit.
Gaudia celestes post terrena triumphos
Speraret: stulto stultior ille foret.
Qui sequitur vanos vite pereuntes honores
Respuit angelice prosperitatis opes.
Nil magis horribiles defert acherontis ad undas
Quam rerum luxus et popularis honor.
At contra superas melius nil ducit ad arces
Quam Christum stricta tam paupertate sequi.
Ecce quod eternos dives damnatur ad ignes.
Et pauper celi lazarus alta tenet.
Ille modo in penam fatue dulcedinis ardet.
Hic fructum sancte iam paupertatis habet.
Heu nimis infelix: cecus: miserabilis: ista
Plus cui celesti melle venena placent.
Improbus iste suos sic perdit mundus amantes.
Et tamen innocuum gens tenebrosa putat.
Quo magis arridet mundus dulcisque videtur:
Ad mortem plures precipitare solet.
Sperne igitur fictos mundi fallacis honores.
Nam modulans dulcis fistula carpit aves.
Quid tibi terrenis his cum mortalibus inquam
Quem manent in superis vita beata choris?
Quid confert croceis contextum vestibus aurum?
Quid iuvat in numero plena cliente domus?
Splendida regali tua sint licet atria luxu.
An poteris dire tela vitare necis?
Si lustris toto centum dominaberis in orbe.
An solio parcet mors furibunda tuo?
Dardanidum fortem bello licet hectora vincas.
Et tua deturpet musa maronis opus.
Si paridem forma superes: gravitate catonem.
Cedat et argutijs quisque sophista tuis.
Si tibi quicquid habet placidum fortuna rependat.
An non dimisso conveniet orbe mori?
Quid tunc orbis opes: miseri quoque carnis amici
Quid tunc aurate fimbria larga toge?
Tunc quid fallaces poterunt prestare triumphi?
Quamve ferent mundi cuncta salutis opem?
Et salomon populo quondam sapientior omni
Defunctus stigijs precipitatur aquis.
Sic et adonibezech sub mensa lambere reges
Sex denos faciens ossa relicta feris.
Ipse quoque armigerum mortis fortissimus aiax.
Forma quam ledee vermibus esca datur.
Quive salutifere novit profunda medelle
Esculapius: mortis vulnere fixus obit.
Nec facie insignis: nec belliger herculis istar:
Nec sapiens: leti nescius esse potest.
In cinerem cuncti redeunt: primeque parenti
Quod tulit assignat mortua facta caro.
Tunc aurum: stultos tunc quisque relinquit honores.
Et quas in toto tempore iunxit opes.
Ergo ais mansura pijs: celumque petamus.
Mentibus et nostris sit procul omne fugax.
Asculanus quoque poeta inquit.
Ogni creato se corrumpe in tempo.
Passon li acti humani como fumi.
Chi ne va tarde: e chi ne va per tempo.
Oyme sperança del core inimica:
Che furi el tempo con le toi vedute.
Perche te mostri cosi dolce amica?
Et franciscus petrarcha in suis triumphis ait.
Passon vostri triumphi: e vostre pompe:
Passon stati: e passon signorie.
Ogni cosa mortal tempo interrumpe. g

Dicite igitur mihi o dilectores mundi. Ubi nunc sunt tot reges assiriorum? Bellus: Ninus: Semiramis: Zamenus: Arius: Attalius: Xerxes: Arametres: Bolcus: Kaleus: Alchadas: Manucus: Mathalenus: Spersus: Mamulus: Sparethus: Aminites: Bolothus: Bolosparus: Lampredes. Solores: Mithreus: Thantanes: Thimeus: Eupales: Offratenes: Sacepes: et Sardanapalus? qui regnaverunt cum tanta gloria successive secundum Paulum horosium: annis. 1260. usque ad Sardanapalum. Ubi sunt reges persarum atque medorum? Darius: Cirus. Cambises. Xerses. Arthaxerses et ceteri. Ubi reges Atheniensium? Cecrops. Granaus: Amphitrion: Erichthonius: Pandeon: Erictheus Panchion: Egeas: Theseus: Menestes: Demophon: Achites: Obsides: Themistes: Melampus: Chodrus: Archipus: Thersipus: Fabras: Magetes: Digenius: Agamestor et Eschillus? Ubi sunt reges lacedemoniorum? Derasclenus: Egis et Thetratus: Labotes: Dorissus: Agesileus: Archilaus: Theletus et Calchamines: Agamenon ac Menelaus? Ubi sunt reges sicioniorum? Gesippus: Egialchus: Europs: Thelchinus: Apis: Egialcha: Thelsion: Elgiorus: Mesapus: Erathus: Orastus: Orthopolus: Marathus: Polipus: Siccyon et Innachus? Ubi sunt reges egyptiorum? Tot pharao-

nes ⁊ ptolomei? Ubi Ptolomeus prim⁹ a quo ſm Juſtinum alij reges poſtea dicti ſunt Ptolomei propter claritatem nominis eius: ſicut a Julio Ceſare alij imperatores appellati ſunt Ceſares: ⁊ ab Octauiano auguſto dicti ſunt auguſti? Ubi eſt Ptolomeus philadelphus: Euergetes: Philopater. Epiphanes: Philometor: Phiton: Alexander ⁊ Dionyſius. Ubi ſunt tot iudices iudeorum? Moyſes: Joſue: Othoniel: Aioth: Sangar. Delbora: Barach: Gedeon: Abimelech: Tholla d iſachar: Iyair galadites: Jepte: Abeiſan: Abilon: Abdon: Sanſon: Heli ⁊ Samuel. Ubi ſunt reges qui regnauerunt in iudea? Saul: Dauid: Salomon: Roboam: Abias: Aſſa: Joſaphath: Joram: Ochozias: Joas: Joathan. Amaſias: Ozias: Achaz: Ezechias: Manaſes: Amon: Joachin: Sedechias: Ariſtobolus: Alexãder ⁊ Herodes? Ubi ſunt reges qui regnauerunt in ſamaria? Jeroboã: Nadab: Baaſa: Hella: Zamri: Amri: Achab: Ochozias: Jorã: Ochozias ſecundus: Hieu: Joachaz: Joas: Jeroboã ſecundus: Zacharias: Sellum: Manahen: Faleera: Facee: ⁊ Oſee? Ubi ſunt reges latinorum? Janus: Saturnus: Picus: Faunus ⁊ Latinus? Ubi ſunt reges albanoꝝ quoꝝ primus fuit Aſchanius Enee filius: qui condidit albam ſm Titum Liuium: cui ſucceſſerunt. Poſtumus: Siluius filius eius ſic dictus quia in ſilua ⁊ venatione nutritus eſt. Eneas ſecũdus Tiberius qui ſuffocatus in Tiberi fluuio nomẽ dedit. Nam ante albula vocabatur. Agrippa: Siluius ſecundus: Aremulus: Auẽtinus: Procas ⁊ Amulius? Ubi ſunt reges romanorum? Primus Romulus: ſecundus Numapompilius: tertius Tullus Hoſtilius: quart⁹ Anchus: quintus Tarquinus priſcus: ſextus Seruius Tullus: ſeptimus Tarquinus ſuperb⁹? Ubi ſũt tot glorioſi ſenatores: conſules: dictatores: iuſtiſſimiqꜫ duces qui floruerũt in romana vrbe? Brutus: Lucius: Tarquinus: Collatinus: Spuri⁹: Caſſius: Corolanus: Gaius flauius: Lucius verginius: Lucius quintus. Cincinatus: Furius: Camillus: Apius: Claudius: Quintus cecilius: Metellus: Balcharicus: Scipio: Aſinat Scipio aphricanus: Scipio emilianus: Curi⁹ dentatus: Quintus fabius: Gaius flaminius ⁊ ceteri? Ubi nunc eſt Sẽnacherib ſuperbus qui regnauit in niniue: ⁊ Aſſuerus qui regnauit ab india vſqꜫ etiopiam: ſuper centum viginti ſeptem prouincias? heſter primo. Ubi eſt Coſdroe rex perſarum qui faciebat ſe coli vt deum vocariqꜫ regem regum ac dominum dominantium: vt dr̄ in officio exaltationis ſancte crucis. Ubi ſunt tot ſummi pontifices iudeorũ? Totqꜫ pontifices Romani: cardinales: patriarche: archiepiſcopi: epiſcopi: abbates: priores: prepoſiti aliiſqꜫ in dignitatibus eccleſiaſticis per vniuerſum orbem exaltati? Et deniqꜫ omnes homines ad Adam vſqꜫ ad hanc etatem: tam prelati q̃ ſubditi? Certe cum iam de mundo circa ſeptem milia annorum tranſierint. A centum quinquaginta annis ſupra omnes mortui ſunt: ⁊ q nunc viuunt cito morientur. Et idõ de hoc inſtabili mũdo non eſt curandum. Ad quod nos inducit exẽplum Salomonis qui ut ipſe refert Eccleſiaſtes 2°. Uoluit experiri vtrum in hoc mundo poſſet apetitum ſuum ſaciare. Unde omnia que deſiderauerunt oculi ſui non negauit eis. Nec prohibuit cor ſuum quin omni voluptate frueretur. Et tamen vidit in omnibus eſſe vanitatem ⁊ afflictionem ſpiritus. Licet enĩ Salomon exiſtẽs pulcher iuuenis ſit factus rex adhuc viuente patre: ut habetur tertij Regũ. 9°. Et ut dicitur eiuſdem libri. 4°. c°. regnauerit ſuper omnem iſrael: habens in dicione ſua omnia regna a flumine terre philiſtiim vſqꜫ ad terram egypti: offerentiũ ſibi munera: ⁊ ſeruientium. ſibi cunctis diebus vite ſue. Erat autem cibus Salomonis per ſingulos dies Triginta chori ſimile: ⁊ quadraginta chori farine: decem boues pingues: ⁊ viginti boues paſcuales: ⁊ centum arietes: excepta venatione ceruorum ⁊ caprarum atqꜫ babulorum: et auium altilium. Habebatqꜫ quadraginta milia preſepia equorum curialium: ⁊ duodecim milia equeſtrium: ut dicitur in eodem. c°. Et ut habetur eiuſdeꝫ libri. x°. c°. regina ſabba attulit Salomoni centum viginti talenta auri: ⁊ aromata multa nimis ac gẽmas precioſas. Erat autem pondus auri quod offerebatur Salomoni per ſingulos annos ſexcentorum. 66. talentorum auri: excepto eo quod offerebant viri qui erat ſup vectigalia: ⁊ negociatores: ⁊ omnes reges arabie ducesqꜫ terre: ita ꝙ argentuꝫ non putabatur alicuius precij in diebus Salomonis. Fecitqꜫ Salomon ut tanta eſſet abundantia argenti in hieruſalem: quanta ⁊ lapidum. Magnificatuſqꜫ ẽ rex Salomon ſuper omnes reges terre diuitijs ⁊ ſapientia. Et vniuerſa terra deſiderabat videre vultum Salomonis: ut audiret ſapientiam illius quam dederat deus in corde eius. Et ſinguli deferebant ei munera: vaſa aurea ⁊ argentea. Ueſtes ⁊ arma bellica: aromata quoqꜫ ⁊ equos ac mullos per annos ſingulos: hec ibi. At etiam dicitur Can. 6°. Habebat Salomon ſexaginta

reginas vxores: ⁊ octuaginta concubinas: ⁊ ado
lescentularum non erat numerus. Et ut habe-
tur Ecclesiastes. 2°. Omnibus delitijs ⁊ solarijs
que inueniri possunt in hac vita abundauit. Et
tamen videns omnia preterire ⁊ caduca esse ex-
clamauit. Uanitas vanitatum ⁊ omnia vanitas
⁊c. Eccl. p°. Propter quod Chriso. super Joā-
nem inquit. Hūc versiculum si saperent qui ī po
tentia versantur: in parietibus suis omnibus et
vestibulis scriberent. In domo in foro: ⁊ in eg-
gressibus. Et ante omnia in conscientijs suis: ut
semper eum ⁊ oculis cernerent ⁊ corde sentirent.
Quoniam multe sunt rerum facies ⁊ imagines
false q̄ decipiūt icautos. Istō opꝫ quotidie carmē
salutare ⁊ ī prādijs: ⁊ ī cenis: et in oīb9 conuenti
b9 libēter vnūquēqꝫ a proximo suo audire: qa
vanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas: hec ille. ¶
Hugo vero de sancto victore in primo de aīa
exclamat di. Dic mihi vbi sunt amatores
mūdi qui ante pauca tempora nobiscum fue-
runt. Nihil ex eis remansit nisi cineres ⁊ vermes.
Homines fuerunt sicut tu. Comederunt: bibe-
runt: duxerunt in bonis apparentibus dies su-
os: ⁊ ī puncto ad inferna descendere. Hic caro eo
rum vermibus: illic anima eorum eternis depu
tatur supplicijs: donec rursus ī felici collegio col
ligati sempiternis ī uoluantur incēdijs. Baruch
quoqꝫ. 3°. dicitur. Ubi sunt principes gentium
⁊ qui dominantur super bestias terre que sūt su-
per terram? Qui ludunt in auibus celi. Qui ar
gentum thesaurizant ⁊ aurum in quo confidunt
homines: ⁊ non est finis aquisitionis eorum? Ex
terminati sunt: ⁊ ad inferos descenderunt. Ideo
exclamat Aug. ad here. di. O mūde proditor cū-
cta bona pmittis: sꝫ oīa mala pfers. Promittis vi-
tā: sꝫ dōnas mortē. Promittis gaudiū sed largiris
merorē. Promittis qetē: sꝫ ecce turbatio: Promit
tis florem sed cito vanescit: Promittis stare: sed
cito recedis. Non ergo es diligendus quoniam
omnino transis: ⁊ concupiscentia tua velut fu-
mus euanescit. Et ibidem. O munde imunde.
fallax ⁊ proditor: nunquid non periculosior es
blandus q̄ꝫ molestus? Nunquid non magis ti-
mendus dum allicis q̄ꝫ dum spernis? Nūquid
nō magis odiendus: duꝫ diligere simulas q̄ꝫ dū
odire te ostendis? O munde imunde: in te habi-
tare ⁊ non dolere impossibile est: in [illegible] sperare et
non timere vanum est: in [illegible] tua amare ⁊ non [illegible]
ricitari ī possibile est. Et Ber. in li°. de misera vi
ta ait. O homo cōtemne omnia ⁊ habebis om-
nia. Quid sollicitus es de regali edificio. Cū do-
minus deus tuus iaceat in presepio: ⁊ non sit ei

locus in diuersorio? Quid cogitas de vestimēto
Ecce xp̄s saluator mundi inuolutus est vili pan
niculo. Quid laboras de diuitum colloquio? Ec
ce saluator tuus iacet cum boue ⁊ asino. Quid
anxiaris de dominio? Ecce rex glorie xp̄s Ma-
rie ⁊ Joseph obedit imperio. Hiero. quoqꝫ ad
Heliodorum de morte nepotiani inquit. Debe-
mus ⁊ nos animo meditari quod aliquando fu
turi sumus: ⁊ q̄ velimus nolimus longius abes
se non potest. Nam si nongentos vite excedere-
mus annos: ut ante diluuium viuebat huma-
num genus: ⁊ Mathusalem nobis tempora do
narentur: tamen nihil esset preterita longitudo
que esse desijsset. Etenim quid inter illum qui vi
xit decem annis: ⁊ illum qui mile: postq̄ꝫ idem fi
nis vite aduenit: ⁊ ī excusabilis mortis necessitas
nisi q̄ magis senex onustius peccatorum fasce
proficiscuntur. Unde quidam inquit. Optima q̄
que dies miseris mortalibus eui. Prima fugit:
subeunt morbi tristisqꝫ senectus. Et labor: ⁊ dire
capit inclementia mortis. O igitur miseri pecca
tores recordamini illud quod inquit imperator.
C. de temporibus apel. l. ij. §. Non dubijs sed no-
tus omnibus dies fatalis apparet: scilicet q̄ de-
beat euenire. Et in autentico. de here. ⁊ fal. §. vl.
coll. prima dicitur. Omnibus hominibus termi
nus est vite mors. ⁊ in. §. deinceps in autentico
de nuptijs. coll. 4a. scriptum est. Mors omnia
soluit. Cum ergo ambulatoria sit hominis volū
tas vsqꝫ ad mortem ut dicitur in. l. cum hic stat9
§. p°. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ in. l. iij. ff. d adi.
lega. Ideo licet hactenus dediti fueritis sensuali
tatibus ⁊ delitijs temporalibus: saltem amodo
debetis contemnere mundi voluptates in breui
finituras: ⁊ eligē seruitiū dei: ut ad vitā pueniatis
eternā. Oīa .n. terrena relinquēt vos ī morte. ¶
Unde legitur de Alexandro magno: q̄ cum
mortuus esset venerunt septem philosophi
ad palacium eius: ⁊ vnus illorum dixit. O Ale-
xander: heri dominabaris toti mundo: ⁊ hodie
mors dominatur tui. Secundus dixit. O Alexan
der: heri non sufficiebat tibi totus mundus: ho-
die sufficiunt tibi due vlne terre. Tertius dixit.
O Alexander heri habebas comitiuam domi-
norum: regum principum: ⁊ ducum: ac famulo
rum: ⁊ hodie solus iaces in sepulchro. Quartus
dixit. O Alexander heri te oēs timebant: hodie
te nullus mortuum timet. Quint9 dixit. O Ale-
xander heri vocem tuam omnes libenter audie
bant: hodie morte deuictus iaces in sepulchro:
⁊ non vales loqui? Sextus dixit. O Alexander
heri tot regna habebas in tua potestate: hodie

tenet te mors i suo dnio: heriqȝ eras pulcher ꝛ de corꝰ: hodie vo es turpis ꝛ horribil' ad vidēduȝ Septimus dixit. O Alexander: heri comedebas tot cibaria delicata: hodie factus es cibꝰ ꝛ esca vermium. Legitur quoqȝ ꝙ Diogenes philosophus ad sepulchrum cuiusdam imperatoris romani profectus: videns illum mortuum postea discipulis suis dixit. Intuitus sum cadauer Cesaris: ꝛ vidi eum liuido colore coloratum: putredine circundatum: aluum eius diruptū: ꝛ vermium cateruas per illud discurrentes. Duo familici pascebantur in foueis oculoruȝ: crines nō adherebant capiti: dentes patebant labijs cōsumptis: ꝛ dixi. Ubi est o Cesar chorus puellarū: magnitudo diuitiaruȝ: catherua baronuȝ: acies militum? Ubi sūt canes venantes: equi veloces: aues rapaces: thalamus depictus: lectus eburneus: argentum ꝛ aurum? Ubi sunt mutatoria vestimenta: diuersa cibaria: canticum lire: organorum sonitus: odor aromaticus. Te verebantur homines: timebant principes: colebant vrbes. Ubi est tanta potentia: tanqȝ preclara facta: ꝛ magnificentia. Et respondit mihi. Hec omnia defecerunt in me: quando defecit in me spiritus meus: ꝛ reliquerunt me miserum in hoc sepulchro: circundatuȝ putredine carnis mee. Jō exclamat qdā versificator dicēs hoi vano.

Si tibi pulchra domꝰ: si splēdida mēsa: qd ide.
Si spēs auri' argēti quoqȝ massa: qd inde?
Si tibi sponsa decens: si sit generosa: qd inde.
Si tibi sint nati: si predia magna: quid inde.
Si fueris pulcher: fortis: diuesue: quid inde.
Longꝰ seruoȝ si seruiat ordo: qd inde.
Si doceas alios in qualibet arte: qd inde.
Si rideat mundus: si prospera cūcta: qd inde.
Si prior aut abbas: si rex: si papa: qd inde.
Si rota fortuna te tollat ad astra: qd inde.
Annis si felix regneris mille: qd inde.
Tam cito pretereunt hec omnia: ꝙ nihil inde.
Sola manet virtus qua glorificabimur inde.
Ergo deo serui: quia sat tibi prouenit inde.
Quod fecisse voles i tpe quo morieris.
Hoc facias iuuenis dū corpore sanꝰ haberis.
Quod nobis cōcedat deus noster amē.

¶ Dominica tertia post pasca de consilijs datis virginibus ac viduis ꝛ alijs mulieribus. Sermo vigesimusoctauus.

Obsecro vos abstinere a carnalibꝰ desiderijs q̄ militāt aduersus aiaȝ cōuersationem vestram inter gētes habentes bonā. pꝰ. Petri 2°. ꝛ in epl'a occurrētis dnice. Magna profecto excellentia muliebris sexus apparet: pꝰ i magnanimitate ꝛ fortitudine repta i mulieribus: ꝛ ut taceā de mulierībꝰ que ut habetur Luce. 23°. sequebant dominū euntē ad passionē plāgētes ꝛ lamētantes: ꝛ nō terrebant vlla arma toruȝ militū furiosa seuitia nec propter tenebrosa noctis caliginē steterūt qn ad sepulchrū eius pergerent: ut patet Luce. 24°. ꝛ Joānis. 20. Unde illis pōt dicere ipse dominꝰ illō Boetij. Has saltē nullus potuit peruincere terror. Ne nostrū comites prosequeret iter. Nam fugientibus apostolis eum etiam in cruce pendētē comitate sūt Marci. 15°. Itē de Judith q̄ caput Holofernis truncauit. Judith. 13°. de Thamari massagetaꝝ regina que superauit Cyrum regem maximum ut refert Justinus. De Panthasilea regina amazonum: que in bellis troianis pugnando egit stupenda: ut cōmemorat phrigiꝰ vates. De Semiramı assiriorum regina: que ut Ualerius asserit libro nono: deficientem babilonem recuperauit prius q̄ decorem capillorum in ordinem redigisset. Ad tot milia mulierum conuertendus est animus que seuissima tormēta: crudelissimasqȝ cedes pro christi amore patientissime tollerauere: ut patet de Ursula ꝛ vndecim milibus puellis eius: De Catherina: Lucia: Agatha: Agnete Cecilia ꝛ alijs q̄ pluribus: propter quas iquit sancta ecclesia in oratione vnius virginis ꝛ martyris. Deus qui inter cetera potentie tue miracula: ēt i sexu fragili victoriā martyrij cōtulisti. Y

Secundo apparet virtus mulierum in pudicitia ꝛ honestate. Patet in Susanna: q̄ potius contenta erat occidi: ꝛ quanlibet infamiam seu mortem pati: q̄ libidinosis senibus consētire. Danielis. 13°. De Eufrosina: que domo patris relicta virilıqȝ habitu sumpto: vsqȝ ad mortem incognita manēs in monasterio: habitu monastico induta: virginitatem vsqȝ ad mortē prudentissime conseruauit: vt ponitur i vitis patrū. Sed super omnes alias glorificauit hunc sexuȝ mater dei ꝛ domini nostri Jesu xpi virgo virginum que omnis mundicie ꝛ castitatis speculuȝ mundissimum fuit. Z

Tertia laus muliebris sexus: est de clemētia ꝛ liberalitate: ut patuit i regina sabba q̄ venit a finibꝰ terre ad audiēdā sapiāȝ Salomōis: ꝛ dōauit ei cētū vigīti talēta auri: ꝛ aromata multa nimis: gēmasqȝ p̄ciosas ut hēt. 3. Reg. x°. c°. A

Quarta laus ipsarum est de deuotione ꝛ pietate. Tempore nāqȝ psecutionis xpianorū: mulieres cōfessoribꝰ sctis ꝛ martyribꝰ ministrabāt necessaria vite: ꝛ eorum corpora sepelie-

bāt vñ ecclesia dicit ī officio scti Andree. Maximilla xp̄o amabilis tulit corpus ap̄li optimo loco cū aromatibus sepeliuit. Nec maximilla vxor fuit egee: qui fecerat occidi sctm̄ Andreā. Drusiana mater pauper Joānē euāgelistā apud Ephesum hospitio deuotissime recipiebat: quā ipse sanctus a mortuis resuscitauit. Lucia romana corpus sancti martyris Sebastiani inuentum: tradi procurauit sepultu͂r. Et omissis alijs multis que dici possent in laudem mulierꝫ dī Mar. vltimo: ꝙ mulieres emerūt aromata vt venientes vngerent Jesum. Ex quo patet magna pietas ⁊ deuotio que est in mulieribus. Unde est sciendū ꝙ sicut aqua cōgellata faciliter liquescit modico calore: sic mulier benignitate humana statim compatitur īdigenti: ⁊ clemētiam atqꝫ beniuolētiam ostēdit: q̄r naturalr̄ ꝭm Ph̄m. 8°. de aīalibus mulier est maioris pietatꝭ q̄ꝫ vir. Et iō Ecclesiastici. 36°. dī. Ubi nō est mulier igemiscit eger: qd̄ pōt exponi nō solū de egroto corporali: sed etiam de spirituali: iuxta illud prime ad Cor. 7°. Sāctificatus est vir īfidelis ꝑ mulierē fidelē. Et predicta de mulierꝫ benignitate naturali approbat sapiēs Ecclesiastici. x°. dī. Nō est creata iracundia natiōi mulierum. Plura etiā beneficia fecerūt mulieres christo q̄ꝫ viri. Et vt omittā de matre eius que totā corporalē substātiā sine viri adminiculo ei dedit: ⁊ omnia misericordie opa in illū exercuit patet de magdalena q̄ eius pedes lauit: vnxit ⁊ osculata est. Luce. 7°. Unde ipse dominꝰ īquit simoni leproso. Intraui domum tuā: aquā pedibus meis non dedisti ⁊cetera. Similiter martha eū benigne recepit hospitio ⁊ illi solicite seruiuit Luce. x°. Itē mulieres sequebanť christū per ciuitates ꝑdicātem ministrātes ei de facultatibus suis. Luce. 8°. Magnꝰ ergo ī celo erit numerus mulierum que simul cum christo gaudebunt in delitijs paradisi. Que vt melius possint ī honore status sui ꝑmanere vt dicūt verba thematis nostri: volo eis dare aliqua consilia. Et quia de maritatis supra diximꝰ: nūc primo loquemur de virginibus: secundo de viduis: tertio de omnibꝰ continētibus ⁊ castitatē ꝭuare volētibus: ac de alijs mulieribus postea ī gn̄ali.

¶ Pars p̄ria de virginitate. B

Omnes status mulierum excedit virginalis. Unde Hieronymus īquit ad natalium. Tria precipue sunt genera metallorū: ferrum: argentum: ⁊ aurum. Ferrum est castitas cōiugalis: argētum est viduitas: aurū vero est ꝟgītas. Uirginitas est vt regia: viduitas vt dn̄a: cōiugalitas vt ancilla: ꝟginitas vt p̄ria viduitas vt portus: cōiugalitas vt pelagus: virginitas est sūma gēma: thesaurus ꝑciosus margaritis refertus: idest repletus. Sicut ergo aquila inter volucres: lucifer iter stellas: ⁊ gemma inter lapides: ita excedit matrimoniū ⁊ viduitatē ꝟginitas. Et Augustinus ī libro de viduitate. Bona est pudicitia cōiugalis: melior vidualis: ⁊ optima ꝟginalis. Ciprianus. Quo ꝟginum sublimior est gloria: melior est vita. Cassianus in libro Collationum. Maior est ꝟtus castitatem tenere: q̄ꝫ demones expellere. Damascenus libro. quarto. Quāto angelus homini est superior: tāto ꝟginitas est nuptijs honorabilior. Et Hieronym. ait. Qui imūdiciā luxurie ꝑfecte ꝯtinentie subijcit sanctior Dauid existit: ⁊ fortior Sansone. Et Ber. Uirginitas est sicut lux solis: viduitas sicut lux lune: ⁊ matrimoniū sicut lux stellarum. Et iterum. Sola ꝟginalis castitas est que in hoc mortalitatis loco ⁊ tempore statum quēdā imortalitatis ⁊ glorie representat. Nam quod sancti habebūt in celo. s. itegritatem ⁊ mūdiciam corporis ⁊ anime: hoc iā virgines obtinēt ex gratia in terra: hec ille. Et ideo ꝑ rosam ꝟginitas figurať: vt. n. ingt Plinius in speculo naturali. Flos rose inter omnes flores obtinet pricipatum: ⁊ status virginalis est pricipalis iter omnes status saluandorum. Hiero. In omni sexu ⁊ gradu ꝟginalis pudicitia obtinet pricipatum. Cipri. in libro de virginitate. Uirginitas est soror angelorꝫ: victoria libidinum: regina ꝟtutū: possessio oium bonorꝫ: que tenet in celo aureolam: ⁊ in terra pricipatū. Ad predicta etiam confirmanda adduciť illud quod dicitur Matthei. 13°. s. ꝙ quedam terra facit fructum trigesimum: ꝑ quā ꝭm theologos itelligitur castitas matrimonialis. Quedā facit fructum sexagesimum per quam intelligitur castitas vidualis. Et quedam facit fructum centesimum: per quam intelligitur castitas virginalis. Bone ergo sunt nuptie: ⁊ bonus est status nuptarum: sed melior est status viduarum: ⁊ optimus virginum. Unde Augustinus in libro de virginitate ait. Certa ratione ⁊ sacrarum scripturarum auctoritate: nec peccatum esse nuptias īuenimus: nec earum bonum bono virginalis vl̄ vidualis continentie equare presumimus. Facit capitulū. nuptiarum. vigesimaseptima questione prima. Maius ergo est meritum viduarum q̄ꝫ nuptarum. Unde Judith quītodecimo commendatur ipsa Judith dum dī ei. Cōfortatum est cor tuū: eo ꝙ castitatem amaueris: ⁊ post virum tuū alterū nescieris. Et ideo eris benedicta in eternum. C

ET q̄ hec sint vera probat̄ primo rōne finalitatis. Fundamentū cuius ponit phūs dicens in .2°. Phi. ⁊ .3°. Topi. Cuius finis melior ipsum quoq; melius. Quo presupposito: certum est fm phūm .x°. Ethi. q̄ cū duplex [redacted] vita. s. actiua et contēplatiua: ⁊ perfectior sit eundē fm phūm ibidem vita contēplatiua q̄ actiua. Unde Luce .x°. dixit dñs. Maria optimā partē elegit que nō auferetur ab ea. Et exponit Augustinus de vita contēplatiua. Profecto castitas virginalis ⁊ vidualis est perfectior omni vsu matrimoniali: quia hec castitas ordinat hominē ad finem vite contēplatiue: vsus aūt matrimonialis ordinat ad bonū vite actiue: vt inquit. Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 152ª. ar°. 2°. in corpore questionis: vnde apostolus. pᵉ. [redacted] Cor. 7°. ait. Mulier innupta ⁊ virgo cogitat que dei sūt: vt sit sancta ⁊ corpore ⁊ spiritu. Que autē nupta est cogitat que sunt mundi: quomodo placeat viro: ergo perfectior est status vidualis ⁊ virginalis q̄ matrimonialis. Et pp̄ter hoc dicit Paulus. pᵉ. ad Cor. 7°. Qui matrimonio iungit virginem suam: benefacit: ⁊ qui non iūgit melius facit: hec ille. Licet enim coniugati per actum matrimonij non peccent mortaliter: tamen difficulter carent veniali propter ardorem concupiscentie: ⁊ licet possint deo seruire mūdo corde tamen non mūdo corpore nisi seruent continentiā. Ait autem dñs Apoc. 3°. Qui nō inquinauerunt vestimēta sua ambulabunt mecū in albis. Secundo idem probatur ratione cōformitatis: cuius fundamentū ponit auctor in libro de causis dicens. Tanto aliquid perfectius est quāto habet maiorē conformitatem cū suo principio. Et phūs. 5°. Metha. ait. Melius est simpl'r quod primo principio propinquius est. Cū igit̄ deus [redacted] principiū ⁊ finis oīum. Apoc. p°. Et ipse sit actus simpliciter purissim⁹ vt ait phūs. 12°. Metha. Igit̄ castitas virginalis ⁊ vidualis que est purior oī actu matrimoniali: pfectior ē matrimonio: q2 deo est ɔformior qui est ab oī libidine alienus. Tertio probatur idem ratione difficultatis. Fundamentū cuius ponit phūs. 2°. Ethi. dicēs. Uirtus simpliciter cōsistit circa bonū ⁊ difficile. Cū igit̄ maior sit difficultas abstinere ab oī delectatione actus venerei: sicut fit i virginibus ⁊ viduis: q̄ abstinere solū ab alijs delectationibus extra matrimoniū. Ergo magis merent̄ ꝟgines ⁊ vidue q̄ maritate. Et hoc probat optime sanctus Tho. 2°. 2ᵉ. q. 152ª. ar°. 8°. marie quia apostolus consulit virginitatem tanq̄ melius bonum. pᵉ. ad Cor. 7°. Itē Ric. noster in. 4°. di. 33ª. ar°. 4°. q. 2ª. inquit q̄ tēpore legis antique quando opportebat multiplicari generationē hoīum propter multiplicandam fidem: magis meritorius erat status matrimonialis q̄ virginalis. Nunc vero multiplicato humano genere melior ē status abstinentium. Sed considerando statum virginum qui nunc est: ⁊ illorū qui tempore legis antique viuebant fm legem matrimonij: vnus status alteri non prefertur. Unde Augusti. in libro de bono coniugali inquit. Non est impar meritum continentie in Joanne qui nullas expertus est nuptias: ⁊ Abrahā qui filios genuit: hec Augustinus. Et idē habet̄ in. c°. si. n. ver. ceterum. el. 2°. de pe. di. 7ª. Ex quibus patet solutio ad argumentū quod fieri poterat cōtra virginitatem sic arguendo. Omne quod ɔtrariat̄ precepto legis nature ⁊ diuine est malū. Sed castitas virginalis ⁊ vidualis ɔtrariatur legi nature: cū dicat Aristo. in libro de aialibus: ⁊ in primo de celo ⁊ mundo: ⁊ in. 2°. de aia: q̄ natura appetit generationem indiuiduorum ad conseruationem suarū specierū. Itē ɔtrariatur legi diuine cū preceperit deus homini Geñ. p°. dicēs. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā. Et ideo dicebat Paulus pᵉ. ad Thi. 5°. Uolo iuniores nubere ⁊ filios procreare: vt enim idē dicit. pᵉ. ad Thi. 2°. Saluabitur mulier per generationē filiorū. Ergo malū videtur esse seruare virginitatē ⁊ castitatem. Quia respondetur primo quo ad preceptū diuinum: q̄ illud factū est pp̄ter multiplicationē fiendā: que cum facta sit: modo cessat illud preceptum: vnde magis vult deus nos crescere in vita cōtēplatiua ⁊ virtutibus: q̄ in multiplicatione hominum cū simus in fine mundi. Tempore. n. gratie nō generis successio sed vite perfectio queritur. c°. recurrat. §. his ita. in fi. 32ª. q. 4ª. Unde inquit Augustinus. O q̄ dulces fructus castitatis. Nā singulariter in eis reficitur dñs maiestatis. Similiter natura plus appetit durationē eternā suorū indiuiduorū ⁊ specierū q̄ tpalem: hec autē duratio melius acquirit̄ per statū virginalem ⁊ vidualem: quo multiplicat̄ numerus saluandorum: q̄ per matrimonialem ergo ⁊c. Unde Ambrosius in. c°. nuptie. 32ª. q. pª. inquit. Nuptie replent terrā: virginitas paradisum. Hieronymus quoq; ad Eustochiū in sermōe assumptōis virginis marie ait. Bñ angel⁹ ad virginē mittit̄ q2 angelis semper est cognata virginitas. Profecto in carne pter carnē viuere nō terrena vita ē sed celestis. Unde in carne celestem gloriam acquirere: maioris est meriti q̄ habere. Esse enim angelum felicitatis est: esse vero virginem virtutis. Qu hoc viribus obtinere nitit̄ cū gratia: q̄d

habet angelus ex natura. Et Ambrosius i libro de viduis inquit. Supergredit̃ virginitas conditioné humane nature: per quã hoíes angelis assimilantur. Maior tñ est victoria virginũ q̃ angeloꝝ. Angeli. n. sine carne viuũt: virgines autẽ in carne triumphant: hec ille. Et Chrisost. super Matthe. inquit. Licet omnes virtutes sint res angelice: specialiter tñ castitas angelica ꝟtus ẽ. Et Augustinus. Que maior gloria super terras: q̃ in carne corruptibili ducere vitã angelicã? Et iterũ. Qui virginitaté seruant: sicut angeli dei i terris sunt. Imo ꝛ angelos transcendunt. Et hec ratio dici potest maioritatis.

E

Excedit etiã virginitas matrimoniũ localitate ꝛ prioritate: q2 primo virginitas instituta est in celo empireo: in angelis incontaminatis ꝛ virginibus creatis. Matrimoniũ ꝟo postea in mundo ordinatũ est iter hoíes. In quib⁹ etiã primo fuit virginitas in statu inocentie q̃ matrimoniũ: q2 Adam fuit virgo formatus de terra virgine: Eua vero de Adam virgine formata ẽ. Geñ. 2°. Similiter quelibet mulier prius est ꝟgo q̃ mater vel maritata: ꝛ añq̃ sit corrupta. Imo si peccatũ non fuisset: semper virginitas permãsisset. Unde inquit Augustinus. 14°. de ciui. dei ꝙ in statu innocẽtie potuisset vir vxorem suam cognoscere salua pudoris ĩtegritate. Et in libro. de fide ad Petrum ait. Si homo non peccasset mulier pareret sine dolore: ꝛ virgo etiam permaneret

F

Excedit etiã virginitas matrimoniũ ratióe consecrationis: q2 a xp̃o i propria persona consecrata est virginitas. Unde Leo papa i quodam sermone ait. Christus virginitatis est filius verũ super omnia que dici possunt hanc virtutẽ comẽdabilez reddit: ꝙ ipse saluator humani generis de mũdissima virgine nasci voluit. ꝛ ꝙ ipse virgo permansit: ꝛ p̃ ceteris illũ discipulũ amauit: quẽ virginẽ de nuptijs carnis abstraxit. In tantũ. n. ei virginitas placuit: ꝙ speciali hospitio vterũ virginalẽ accepit: in quo sibi nature assumpte nuptias celebrauit: hec ille. Supergreditur insuper virginitas matrimoniũ rõne conjunctionis: q2 mulier maritata cõiungitur homini corruptibili: virgo vero xp̃o suo sponso: incorruptio eniz facit esse proximũ deo. Sap. 6°. Qui est speciosus forma p̄re filijs hominũ ps°. 44°. ꝛ in quo sunt oẽs thesauri sapientie ꝛ scientie dei ad Col. 2°. ꝛ qui est rex regũ ꝛ domin⁹ dominantiũ. Apoc. 19°. Et iõ beata a gnes dicebat. Ipsi uz desponsata cui angeli seruiũt: cuius pulchritudinẽ sol ꝛ luna mirãtur. Et iterũ. Annulo suo subarrauit me dñs meus Jesus xp̃s: ꝛ tãq̃ sponsam decorauit me corõa. Preterea matrimoniũ multiplicat homies mortales: ꝟgitas vero ꝟtutes ꝛ grãs diuias: vñ iquit Ciprianus i libro de ꝟgitate. Flos ẽ. n. virgitas ecclesiastici germinis: decus atq3 ornamẽtum gratie spiritualis: illustrior portio dñici gregis. Ideo dĩ Isaie. 54°. Letare sterilis que nõ paris: exulta que nõ parturis: q̃ñ multi filij deserte magis q̃ eius que habet virum.

G

Preeminet etiã virginitas matrimonio rõne associationis. Nã in nuptijs matrimonij semel xp̃s fuit. Joãnis. 2°. Cũ virginibus autem semp est: ꝛ ipse cũ eo. Unde Apoca. 14°. dĩ. Uirgines. n. sũt. Hi sequunt̃ agnũ quocũq3 ierit. Ideo ecclesia decãtat christo. Quocunq3 pgis ꝟgines sequunt̃ atq3 laudib⁹: post te canentes cursitant: hymnosq3 dulces psonant. Quãtũ ꝟo diligat dominus ꝟgines oñdit Hierony. i epistola ad Eusto. di. Statim vt filius dei ĩgressus est mũdum: istã nouã sibi familiã istituit: vt q i celis habebat angelos: hẽret prime i terris ꝟgines: hec ille. Ipse quoq3 ꝟgines xp̃o suauius canunt i celo q̃ alij sancti. Unde Apoca. 14°. dĩ de eis. Cãtabãt quasi canticũ nouũ ante sedẽ agni: ꝛ nemo poterat dicere canticũ illud: nisi hi q cum mulieribus non sunt coingnati. Ipse etiam sunt domicelle ꝛ ministre christi. Unde ibidẽ subditur. Sine macula. n. sũt añ thronũ dei. Põt itaq3 dicere quelibet ꝟgo illud Ecclesiastici. 24°. In habitatiõe sctã corã ipso ministraui. Nõ est aũt mirũ si xp̃s sic honorat ꝟgines quas ẽt ĩfideles venerati sũt. Unde Hiero. cõtra Jouinianũ ĩquit. Romanus populus i quãto honore ꝟgines semp habuit: hic apparet ꝙ cõsules ꝛ ĩperatores ꝛ i curribus triumphãtes: ꝛ oĩs dignitatis gradus eis de via cedere solitus erat. Item demones virginitatẽ honorant patuit Tobie. 3°. d asmodeo q occidit septẽ viros ad virginẽ sarrã libidinose accedere volẽtes. Itez occidit diabolus filiũ p̃fecti sctẽ Agnetis virgitatẽ violare volẽtẽ. Bonus autẽ angelus virginitatis zelator ipsi sctẽ Agneti vestimẽtũ p̃parauit: ꝛ cecilie coronã de paradiso attulit: ac Catherinam ãgeli i mõte sinai sepelierũt. Maxime autẽ honorat̃ ꝛ amat̃ virgitas a deo. Prouerbio. 22°. Qui diligit cordis mũdiciã habebit amicũ regem. Est etiã excellẽtior virgitas matrimonio rõne raritatis. Nam oẽ rarum est charuz ꝛ p̃ciosum. 93°. di. c°. legimus. §. sed dices. ꝛ. §. sin autẽ. i autẽ. de cõsu. col. 4°. Sed pauci virginitatẽ ꝛ castitatem seruãt. vt dĩ i. c°. q2 tua sctitas. 50. di. Ergo tãto ẽ

ꝑciosior apud deū ꝙ̄ matrimoniū: quāto a paucioribꝰ pro dei amore custodit᷑. De qbꝰ dī. Mathei. 20. Multi sūt vocati: pauci vero electi. Et ideo o virgies sacre: cōsulo vobis vt hāc impcia bilem margaritā virginitatis bene conseruetis. Tāta est enim eius excellētia: vt de ■ ꝑceptū ecclesia facere nō presumat. vnde Ambrosius in c°. itegritas corporis. 32ª. q. pª. iquit. Sola est virginitas que suaderi pōt: ipari nō pōt. Hec est illa virtus que cessante matrimonio in celesti gloria pmanebit. In regno. n. celoꝝ neqꝫ nubēt neqꝫ nubent᷑. Mat. 22°. ꝛ Mar 12°. ac Luc. 20. Hec est illa virtus cuius corona est xp̄s filius dei. vñ canit ecclesia. Jesu corona virginū. Ideo Hieronymus cōtra Iouinianū dicit. Nuptias qdem recipimus: sꝫ ꝟginitatem nuptijs ꝑferimꝰ: sicut ramo ꝑferunt᷑ poma ꝛ fructus. De q̄ ꝟtute iquit Ber. Virgitas est gema ꝟtutum: germana angelorum: lux aiarum. Ipa calcat libidinem: vincit diabolū: cōtemnit seculū: ꝛ deprimit oē piculum. Ipa est lampas ecclesie ꝛ semita celestis patrie. Licet aūt virgitas sit tāte ꝑeminētie: tamē si quis videat se i periculo trāsgressiōis eius: melius est nubere ꝙ̄ tali damnatiōis piculo subiacere. Si enī nupserit virgo nō peccat. pᵉ ad Cor. 7°. ꝛ. c°. si nupserit. 27ª. di. Ideo iquit glosa super illō Gene. 19°. In mōte saluū te fac: ꝟgitas altus mons est: ad quem angelus hortat᷑: sed qui videt se non posse ascēdere maneat in segor. i. in legitimo matrimonio: qꝛ melius est bono mediocri vti: ꝙ̄ per abrupta libidinū ꝑcipitari. Et ꝓpter hoc ait apostolus pᵉ. ad Cor. 7°. Propter fornicatiōem. s. vitādam hēat vnusqsqꝫ vxorē: ꝛ vnaquecqꝫ mulier habeat viꝝ suum. Sed hoc cōsilium nō itelligit᷑ de his qui vouerūt virgitatē. De quibus dī i. c°. vouētibus. 27ª. di. Vouētibꝰ virgitatē nō solū nubere: sꝫ etiā velle dānabile est. Seruari ergo debet votū virgitatis: vt dī i. c°. interrogasti. Et i. c°. seruādum. eadē di. qꝛ magis est meritoria virginitas seruata ex voto: ꝙ̄ sine voto ꝑm doctores in c°. licet. extra de voto. ꝛ Theologos i. 4°. dist. 38ª. Nō solū autē prodest virginitas illam obseruātibus: sed etiam parētibus confert ad salutē: probis in virgitate pseuerās. c°. tunc saluabitur. 33ª. questio. 5ª. de vtilitate autē eam seruātiū: dī Sapiētie. 3°. Felix sterilis ꝛ icoinquinata q̄ nesciuit thorum in delicto: habebit fructum i respectione aiarum scārū. Et Ecclesiastici. 26°. Ois pōderatio nō est cōdigna aie ꝯtinentis. Et ꝑ ꝯsequēs eiꝰ meritū est maximū.

H

IDeo Hieronymus ad nataliū dicit: virgitas purpura est regalis: qua quisqꝫ idutus fuerit cūctis eminētior erit. Damascenus libro. 4°. sic iquit. Quāto āgelus hoie supior est: tāto virginitas est nuptijs honorabilior. Et Ambrosius i libro de virgitate ait. Pulchritudinē nō pōt qs maiorē extimar᷑: decore virgitatis que amat᷑ a rege: probat᷑ a iudice: dedicatur a dn̄o: ꝯsecrat᷑ deo. Nolite ergo ■ scē virgies tam iextimabilem thesaurum perdere qui recupari nō potest. Scriptū est. n. Amos. 5°. Virgo israel cecidit: nō adijciet vltra vt resurgat. vnde Hieronymus ad Eustochiū scribit di. Audacter loquor: cū oia possit deꝰ suscitare nō pōt virginē post ruinā: valet qdem liberare de pena: sed nō pōt coronare corruptam. 32ª. q. 5ª. c°. si paulus. Et Isidorus in libro de sūmo bono iquit. Oē peccatum ꝑ penitētiā recipit vulnerum sanitatem: virgitas autē si labat᷑ ad itegritatē nulla pn̄ia reparat᷑. Que auctoritates nō ita itelligunt᷑: ꝙ deus nō possit reparare integritatem mētis ꝛ corporis i virgine corrupta: sꝫ solū ꝙ n̄ pōt facer᷑ qn semel fuerit corrupta ꝛ sic premiar᷑ eā de virgitate violata. Nō. n. potest deꝰ facere: qui illud quod semel est factum nō fuerit factum. Et ita exponit Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 152ª. ꝛ i. 5°. suo quolibet. q. 3ª. Habet. n. se hoc donū virgitatis sicut sericum: quod cum in lutū semel cadit nū ꝙ̄ perfecte abluitur quin semper macula appareat.

I

SCiendum tamē est ꝙ si inuita violetur: non amittit virginitatem: vt iquit Augustinus in primo de ciuitate dei. ꝛ habetur. 32ª. questione 5ª. c°. non potest. cum quinque capitulis sequentibus. Ideo beata Lucia dicebat pascasio. Si iuitam me violari feceris: castitas mihi duplicabitur ad coronā. Quod etiam habetur. 32ª. q. 5ª. in princi. Hoc autē lꝫ verum sit quo ad deum: tamen sic corrupta inter alias virgines non debet consecrari: quitadecimaquestio. prima capitulo vltimo. ꝛ ibi glo. ꝛ trigesimasecunda questio. quita capitulo. ille autē. Unde Augustinus i libro de virginitate ait. Virgines que corrupte sunt semel: se non audeāt sacris virginibus adequare. At enim inquit glo. in dicto capitulo. Ille autem timere debent ne forte propter aliquod precedēs peccatum hec violentia eis acciderit. Argumentum vigesimasecunda questio. secunda. capitulo ■ quelibet. Si tamen in veritate non consenserint tali violationi recipiēt aureolā virginitatis vt tenent Theologi in quarto. distictio. 33ª. Similiter per pollutionem que eueniat contra voluntatem virginis: siue vigilando: siue dormendo: nō amittitur virginitas licet caro delectationem sentiat.

Et hoc quãdo talis pollutio accidit ex infirmitate aliqua: vel diaboli suggestione: aut sili cã vt inquit Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 152ª. ⁊ theologi in. 4°. dist. 33ª. Si aũt hac ĩtẽtione tenit q̃s dormitũ: vel se ĩebriauerit: aut q̃d comederit vt ei talis pollutio ĩ somnis accideret: vel aliq̃d illicitũ fecerit: vtputa: cogitando: vidẽdo: vel tangẽdo: quo ꝑdicta pollutio sibi vigilãti eueniret: vel ẽt si sine sua cã eueniẽte ipsa pollutõe: ipse in illã delectationẽ ↄsensit: amittit ꝟginitatẽ vt inquũt theologi vbi supra. R

Sciendũ quoqȝ est ꝙ aliq̃ sunt ꝟgines fatue q̃ cũ sponso celesti nõ ĩtrabunt ad nuptias: de q̃bꝰ habet̃ Matth. 25°. Ille. n. nõ admittẽtur que reperient̃ sine charitate dei ⁊ primi: sine q̃ opa nr̃a nõ sunt meritoria. c°. vide. pª. q. pª. vñ Bernardus in quadam ep̃la inq̃t. Castitas sine charitate: lampas est sine oleo: subtrahe oleum: lãpas nõ lucet. Tolle charitatẽ: castitas nõ placet deo. Et ideo dicit̃ Matth. vbi supra. ꝙ virgines fatue acceptis lãpadibus suis nõ sumpserũt oleum secũ. i. charitatẽ. Ille ẽt ꝟgines tãq̃ȝ fatue repellent̃: q̃ nõ habebũt oleũ humilitatꝭ. Ait. n. Augustinus sup Mattheũ. Melius est humile cõiugium: q̃ȝ supba ꝟginitas: ⁊ iter. Non prodest cui inest ↄtinẽtia: si dñent̃ supbia. Virginitas socia humilitate admirabilis: ⁊ deo acceptabil̃. 30ª. di. c°. hec scripsimus. Adeo aũt est deo grata humilitas ꝙ vt dicit Ber. sine ea ꝟginitas sue matris ei nõ placuisset: nec eã in matrẽ elegisset. Fatue quoqȝ sunt ille que nõ peccãt timore vel verecũdia: tñ aio ↄsentiũt pctõ licet corpore sint virgines. Ait. n. Isidorus in li°. de sũmo bono. Nihil valet mũdũ esse corpore: q̃ pollutus est mẽte. Ideo inq̃t Hieronymus in libro cõtra Iouinianum. Illa ꝟginitas hostia xp̃i est: cuius nec mẽtẽ cogitatio: nec carnẽ libido maculat. Illa etiam ꝟgo a cõsortio ꝟginũ expellet̃ que desiderat nubere. Vñ Hieronymus ad Eustochiũ dicit. Virginitatis diffinitio est sctũ esse corpore ⁊ spũ: q2 carnẽ ꝟginẽ hr̃e nõ ꝓficit: si mẽte q̃s nupserit. Et iõ Augustinus in libro de ꝟginitate inq̃t. Felicior mihi videt̃ mulier nupta q̃ȝ nuptura virgo: habet. n. illa quod ista cupit. Gloriosa ergo virginitas est illa: que est in mẽte ⁊ corpore. 32ª. q. 5ª. c°. sicut eni. Ideo inq̃t Augustinus in libro de virginitate. Virginitas est in carne corruptibili perpetua ĩcorruptionis meditatio. Ex q̃bus patet ꝙ ille sunt fatue ꝟgines que nõ habẽt oleũ bone voluntatis ⁊ propositi de virginitate ꝟuanda. Item ille que nõ habẽt oleũ bone intẽtiõis iter stultas ꝟgies cõputant̃: oia. n. denoiant̃ a fine. 2°. de anima. Ille. n. sunt fatue virgies que nõ amore dei ⁊ castitatis: sed pro gl̃ia humana ꝟuant virginitatẽ. Ait. n. Augustinus in libro de virgitate. Nec nos in virginibꝰ ꝑdicamus ꝙ virgines sunt: sed ꝙ deo dicate ↄtinẽtiã virginitatibꝰ ꝟuãt. De virginibus aũt vanagloriosis dĩ ꝙ tẽpore aduentꝰ sponsi rogabãt prudẽtes virgines dicentes. Date nobis de oleo vr̃o q2 lãpades nr̃e extigunt̃. Quibus ille rñderũt. Ne forte nõ sufficiat nobis ⁊ vobis: ite potius ad vendẽtes ⁊ emite vobis. Et dũ irẽt emere venit sponsus: ⁊ que parate erãt intrauerũt cũ eo ad nuptias: ⁊ clausa est ianua: ita ꝙ virgies fatue ĩtrare nõ poterũt ad nuptias: vt habet̃ Mat. 25°. Q2 aũt ipse nõ habebãt bonũ oleũ recte ĩtentiõis: ideo querebãt emere ab alijs oleũ humane laudis: q̃d ardere nõ põt sȝ extiguit̃ in lãpade boni opis. Per oleũ. n. q̃d querebãt iste fatue virgies ĩtelligit̃ vt inq̃t Augustinus in quodaȝ ꝟmone: adulatio ⁊ laus humana. Ideo canit eccl̃ia de tali virgine fatua ĩ officio sancti Antonij de padua. Frustra virgo fatua gloriãs in altero queret venditorẽ. L

Seruate igit̃ o virgines vt iter prudẽtes cõputemini: cõsiliũ beati Gregorii in quadaȝ omelia sup Mattheũ ĩ expositiõe parabole virginuȝ fatuaꝝ: qui ĩquit. Sepe vos fr̃es charissimi admõeo praua opa fugere: mũdi huiꝰ inq̃namẽ deuitare: sȝ hodierna scti euãgelij lectiõe compellor dicere: vt ⁊ bona q̃ agitis cũ magna cautella teneatis: ne per hoc quod a vobis rectũ gerit̃: fauor gr̃a humana req̃rat̃. Ne appetitus laudis subrepat: ⁊ quod foris ostẽdit̃ ĩtus a mercede euacuet̃. Ecce. n. redẽptoris voce decẽ virgies: ⁊ oẽs dicunt̃ virgies ⁊ tñ ĩtra btitudĩs ianuaȝ nõ oẽs recepte sũt. Q2 earuȝ quedã dũ de virginitate sua gloriã foris expetũt: ĩ vasis suis oleũ hr̃e noluerũt. Vos igit̃ o ꝟgies habete oleũ vere humilitatis: de quo Sap. 6°. dĩ. Unge caput tuũ oleo. Et Eccle. 9°. Oleũ de capite tuo nõ deficiat. Inq̃t. n. Ambrosius sup Lucaȝ. Decet vt quãto castior ꝟgo tãto humilior sit: nouerit defferre senioribus: sit magistra humilitatis in qua est professio castitatis. Fatue quoqȝ sunt virgines que non habent oleum bone cõsciẽtie quod letificat aiam: q2 gl̃ia nostra hec est testimoniũ ↄscie nostre. 2ᵉ. ad Cor. p°. De quo oleo inq̃t Dauid ps°. 44°. Unxit te deus tuus oleo leticie. Deus. n. vt ait Augu. ĩ li°. de ꝟgi. Non q̃rit ĩ sponsa sua pulchram carneȝ: sȝ mẽtis ⁊ conscie puritatẽ. ⁊ Ugo de sancto Vic. ĩ li°. de bono conscie ĩq̃t. Deus q̃ amator ẽ mũdicie: cor pollutũ peccatis non põt ĩhabitare. Canticorum autẽ. 6°. ait eius sponsa. Dilectus meus pascitur ĩter lilia: idest pura corda. Unde et canit ecclesia

ecclesia. Qui pascis inter lilia septus choreis virginum: sponsus decorus gloria: sponsisque reddens premia. Seruate quoque o deuote virgines: vt custodire meli⁹ valeatis virginitatē et alias virtutes illud eiusdē Ambrosij preceptū vbi.s. dicētis. Discite virgines sacre non circūcursare per alienas edes: non demorari in plateis: non aliquos in publico miscere sermones. Hoc est enī vnū bonum remediū ad castitatē conseruandam.i. sermonis moderatio. Ideo Hieronymus in quadā epistola īquit. Sermo virginis sit prudēs et rarus. Aū 1ᵉ. Petri 4°. dicitur. Si quis loquitur quasi sermones dei. Eapropter īquit auctor libri de formula honeste vite.c°.3°. A verbis turpibus abstineto: quia licentia eorū impudentiā nutrit. Scōm remediū est audit⁹ custoditio. Inquit enī Ambrosius in quodā epistola. Vanus sermo cito polluit mentē: et facile agitur quod libēter auditur. Et iō signū malū est de illa virgine que turpia audire delectat. Unde ait Seneca ad Luciliū. Ubicūque videris orationem corruptā placere: ibi quoque et mores a recto destitisse non dubiū est. Tertium remediū est visus refrenatio. Scriptū est enī Ecclesiastici 9°. Ex circūspectione mulieris concupiscentia quasi exardescit. Speciē mulieris aliene multi admirati reprobi facti sunt. Inquit etiā Cecilius firmanus in lib°. de beata vita.c°.4°. Libido aspectu maxime concitatur. Et Quintilianus in lib°. declamationū prima declamatione dicit. Oculi sūt tota nostra luxuria: hi nos quotidie in oīa precipitant vicia: hec ille. O Eua q̄re in deū peccasti? quia vidisti lignū pulchrū visu Gen̄.3°. O gigantes quare sic luxuriosi facti estis? et diluuio peristis? quia vidistis filias hominū q̄ essent pulchre Gen̄.6°. O dina quare stuprata es? q̄r iuisti vt videres mulieres regionis. Gen̄.34°. O Dauid quare adulterium cōmisisti? quia vidisti Bersabee nudam lauantē se. secundi Regū.xi°. O holofernes quare decapitatus es? quia Judith pulchritudinē aspexisti. Judith.12°. et 13°. Ideo o virgines seruate illud quod faciebat Beatus Job dicens sui libri c°.31°. Pepegi fedus cū oculis meis: vt nec quidem cogitarē de virgine. M

Quartum remediū est odoratus preseruatio. Homines enī diabolici vnguentis odoriferis se mungūt aromaticaque multa in vestib⁹ portant: vt in eis delectentur causa libidinis excitande: de quibus dicitur Sapientie.2°. Dixerunt impij apud se nō recte cogitantes. Venite fruamur bonis que sunt: vnguentis nos repleamus: coronemus nos rosis antequā marcescant. Signū est ergo meretricis et lenonis: talia odoramenta deferre que ad libidinē puocant. Ideo talibus minatur dominus Isaie 3°. dicēs. Erit pro suaui odore fetor. N

Quintum remediū est gustus regulatio: ne in nimia comestione vel potatione relaxatus luxurie deseruiat. Ait enim Cato in suis documētis. Indulgere gule noli: que ventris amica ē. Et Gualterius de castelione lib°.p°. sui operis dicit.

Si bacho venerique vacas: qui cetera subdis.
Sub iuga venisti: perijt delata vacantis.
Libertas animi veneris flagrante camino.
Mens habet interius: rixas et bella moueri.
Imperat et suadet rōnis vile sepulchrū.
Ebrietas: rigidos eneruant hec duo mores.

Et Ouidius in p°. de arte amandi īquit.

Mens erit apta capi tunc cū latissima rerū.
Ut seges in pingui luxuriatur humo.

Et Isidorus 2°. soliloquiorū c°.7°. dicit. Ciborum saturitas luxuriā generat. Saturitati libido semper adiuncta est. Jeiunio aūt libido restringitur. O

Sextum remediū est tactus euitatio. Debetis enī cauere a tactibus impudicis et periculosis: quia vt dicitur Ecclesiastici 13°. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Ideo Prouer.6°. inquit Salamon. Nunqd potest homo in sinu suo ignē abscondere: vt vestimenta eius nō ardeant? et ambulare super prunas ignis vt nō cōburant plante eius? quasi dicat. Non. Isti autē maledicti tactus precipue fiūt in choreis et tripudijs. Iō Ezechiel.25°. minatur dominus dicens. Pro eo q̄ percussisti pede: et plausisti manu: idcirco extendā super te manū meā: et perdā te de terra. Custodiendi sunt ergo diligenter oēs sensus corporis ab omnibus: maxime ab his qui virginitatē seruare concupiscūt et volunt esse casti: non solū corpore sed et mente: q̄r ait philosophus.3°. de anima. Nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu. Sēsus enī corporales sunt tanq̄ fenestre: per quas mors peccati mortalis in anima ingreditur iuxta illud Jeremie.9°. Mors intrat per fenestras nostras. De tribus aūt sensibus loquēs Jacobus beneuētanus sui libri.50.c°. ostendit quō iducunt ad libidinem dicens. Uisus et audit⁹ nec non et tactus amoris. Hec aditū serui semper habere solēt. P

Septimum remediū est dissolutionis addicatio. Risib⁹.n. vacans et recreatiōibus superfluis: de facili icidit in laqueū diaboli tentantis de luxuria. Unde īquit Ouidius ī p°. de arte amādi. Pectora cū gaudēt nec sunt attrita dolore. Ipsa patent: blanda tunc subit arte venus. Octauū remediū est malarum societatum dimissio. Inqt

enim Hieronymus in suo transitu. ꝙ Ego puto
si cū viris femine habitauerint: viscarium diaboli
nō deerit. Et Bernardꝰ ī quodā ꝓmone dicit. Cū
feminis ⁊ iuuenibꝰ impudicis cōuersari ⁊ nō pec
care: maius miraculū puto ꝗ̄ mortuos suscitare.
Et ideo īquit Paulꝰ pᵉ. ad Thi. 5°. Adolescentu
las viduas deuita. Albertus quoqꝫ in tractatu de
virtutibꝰ politicis inqt. Nonne stultus esset qui si
tim extinguere volens sal comederet. Nōne etiā
amēs existeret qui ignē extinguere volēs ligna: pi
cem: ⁊ oleū adiūgeret? Sic ⁊ per omnia stultꝰ est:
qui castus esse volens mala cōsortia: mala collo/
quia: mala opera: malosqꝫ non declinat aspectus.
Quomodo pōt stipula cū igne seruari: ⁊ non ab
eo incendi? Quomodo pix manibus pōt tangi ⁊
ab ea nō inquinari? Nunqd sine infectione ma/
nuū tangere poterit homo plūbū? Quomodo po
terit leprosis misceri ⁊ ab eis nō infici? Nūqd nō
ouis morbida gregis totꝰ est īfectiua? Ex his er/
go patet ꝙ qui mala cōsortia vitare nolūt ꝯtine/
re nō possunt: hec ille. Non solū aūt extraneorū sꝫ
etiā propinquorū debet q̄ castitatē seruare vult su
specta ꝯsortia euitare. Qꝛ dr̄ Jere. 9°. Unusq̇sqꝫ
se a ꝓximo suo custodiat: ⁊ ī omni fratre suo nō
habeat fiduciā: qꝛ omnis frater supplātans sup/
plātabit: ⁊ omnis amicus fraudulēter īcedet. O

NOnum remediū est ociositatis remotio. Ociū
enīꝫ ad libidinē prouocare solet. Unde Eze/
chiel. 16°. dicitur. Hec fuit iniqtas sodome abun
dātia panis ⁊ vini ⁊ ociū. Ideo Ouidius in p°.
de remedio amoris de quodā sacerdote idolorū:
qui erat cōtinens ⁊ ꝓpter ociū factus est luxurio
sus ait. Queritꝰ egistus quare sit factꝰ adulter. In
prōptu causa est: desidiosus erat. Quia ergo ociū
est mater omniū viciorū: ⁊ nouerca virtutum: vt
inquit Bernardꝰ in quodam sermone: ⁊ multa
mala docuit ociositas: sicut scriptū est Ecclesiasti
ci 33°. maxime mala libidinis. Jccirco īquit Oui
dius vbi. s. Ocia si tollas periere cupidinis arcꝰ.
Contēptaqꝫ iacent ⁊ sine luce faces. Et iterū ibi/
dē dicit. Desidiā puer ille sequi solet: odit agētes.
Cedit amor rebus: res age tutꝰ eris. Inter omnia
aūt exercitia nullū melius est ad vincendā libidi
nem feruenti oratione. Et ideo inquit Hierony.
epistola. 85ᵃ. Semper in manibus tuis sit diuina
laus: ⁊ tam crebre orationes: vt omniū cogitatio
num sagitte quibꝰ adolescentia ꝑcuti solet hmōi
clippeo repellantur. R

DEcimū remediū est occasionis remotio. s.
loci: temporis ⁊ ceterarū causarū īducentiū
ad libidinē. De qbꝰ ait Oui. 2°. d̄ remedio amoris.
Et loca sepe nocent: fugite loca conscia vestri.
Concubitus: causas illa doloris habent.
Ut pene extinctū cinerē si sulphure tangas
Uiuit: ⁊ ex minimo maximus ignis erit.
Sic nisi vitaris quicquid renouabit amorē.
Flāma recādescet que modo nulla fuit.
Undecimū remediū est sobria dormitio maxime
de die. Unde inquit Cato ī suis documētis. Plꝰ
vigila semper nec somno deditus esto. Nā diutur
na quies vicijs alimēta ministrat. Maxime aūt
cardinalibus. Ideo pᵉ. Petri. 5°. inquit Apost.
Sobrij estote ⁊ vigilate: qꝛ aduersariꝰ vester diabo
lus tanq̄ leo rugiens circuit querens quē deuo/
ret: cui resistite fortes in fide. Ꝓpropter dicit dn̄s
Apoc. 16°. Beatus qui vigilat ⁊ custodit vestimē
sua. s. virginitatis ⁊ aliarū virtutum. Ideo
monet omnes xp̄ianos maxime virgines: ipse sal
uator Luce 21°. dicēs. Uigilate omni tēpore oran
tes. Qui eni habet aliquid in deposito nō dormi/
at. Ut dicitur in auten. de deposi. ⁊ denun. inquili.
col. 6ᵃ. Quod pertinet virginibus: que thesaurū
virginitatis habēt custodiendū: ⁊ ideo qꝛ ipsum
portant in vasis fictilibus. 2ᵉ. ad Cor. 4°. debent
ceteris feruentiꝰ in orationibꝰ vigilare. S

DUodecimū remediū est carnis mortificatio
scilicet disciplinādo illā ⁊ alijs ꝑnijs affli/
gendo vt cōtra spūm rebellare nō possit sic ma/
cerata ⁊ diuersis austeritatibꝰ incētiuis libidinū
euacuata: atqꝫ in varijs afflictionibꝰ occupata a
voluptuosis d̄lectatōibꝰ refrigescat. Ait. n. Ouid.
2°. d̄ remedio amoris. Grādia ꝑ multos tenuāt flu
mina riuos: Sectaqꝫ seducto stipite flāma perit.
Jdō igt Apost. ad Col. 3°. Mortificate mēbra ve
stra. s. vt virginitatē obseruare valeatis: de qua lo
quēs Hieronymꝰ in quodā ꝓmone inqt. Ideo
sibilla lꝫ esset pagana spūm credit recepisse ꝓphe
ticū: qꝛ virgo erat. Propter huiꝰ virtutis excellē
tiam multe virgines potiꝰ voluerūt mori: q̄ virgi
nitatē suā amittere: licet gentiles eēnt ⁊ pagane
vt legit in historijs romanorū. In quibꝰ ēt dicit
ꝙ cū q̄dam virgo dee veste dedicata accusaret d̄
stupro: illa vt se virginē ostēderet cū cribro ad ti
berim iuit atqꝫ ipm aqua īpleuit: ⁊ vsqꝫ ad capi/
toliū plenū tulit: q̄uis vas esset foraminibꝰ ple/
nū. Et ibidē ēt habet ꝙ fuit alia virgo Rome:
que ad probādum ꝙ erat virgo cingulo suo ma
pitis voluitur anni. Licet autem multa sint que
hominē in hac vita sine peccato letificare possunt
tamē nihil est quod maius gaudiū causare i no/
stris cordibus possit: q̄ bn̄ viuere et mandata dei
obseruare. Jcirco Salomon Eccl^e. 3°. iqt. Cogno
ui q̄ nō esset melius q̄ letari et facere bn̄ in vita
sua. Et Ecclesiastici. 40. dicitur. Vinū et musica
letificat cor: et super vtraq̄ dilectio sapientie.

Quapropter vobis valeatis verū gaudiū sapiētieqȝ in vita eterna nemo auferre poterit a vobis: deliberaui aliis nouē statib⁹ hoīum in pūti smōe diuine sapiē documēta tradere militib⁹ vȝ magistrisqȝ ac scolarib⁹: necnō aduocatis ꝛ procuratorib⁹: iudicib⁹ ꝛ notariis: ꝯsiliariis quoqȝ ac medicis.

¶ De cōsiliis datis militib⁹. M

Primo vobis militib⁹ sex ꝯsilia trado. Primū dr̄ iustificatōis: vt. s. nō accedat ad bellū iniustū. Que aūt reqrant ad hoc vt bellū sit iustū: ponit Panor. in. c°. si cut. cl. 3°. de iureiu. Reqrunt aūt qnqȝ. s. personas: rem: causam: aīum: ꝛ auctoritas. Primo psona, cui licet bellare. s. secularis: nō aūt ecclesiastica cui non licz sanguinē fundere. 23ª. q. 8ª. c°. clerici nisi necessitate ineuitabili. Res. s. vt fiat pro rebus recuperādis: vsqȝquo fiat satisfactio de omni dāno iniuste ab hostibus illato. ar^m. 23ª. q. 2ª. c°. p°. ꝛ. q. 3ª c°. fortitudo. ꝛ. q. 8ª. c°. si nulla. Causa scz necessaria pro defensiōe. extra de resti. spo. c°. olim. Et q͏ causa sit licita. Et ideo inqt Vegetius lib°. 2°. de re mili. q͏ iurare dēbēt milites quādo militie ascribūtur: se nō recusaturos mortē pro defensiōe reipublice. Item vt hr̄ in vsibus feu. in ti°. qui. mo. feu. amit. in pn̄. tenet vassallus sub pena amissiōis feudi: cum dn̄o suo bellū ingredi ꝛ pro eius defensione pugnare: qd̄ intelligit̄ s̄m glosaȝ de bello iusto. Bona est ergo causa bellādi quā ponit Aristo. x°. Ethi. di. Bellamus vt pacē ducamus. Et Tuli⁹ in philippicis. li°. 7°. ait. Que causa iustior ē belli gerēdi q̄ s̄uitutis depulsio? Et idem in p°. de officiis. c°. 37°. dicit. Bellū ita suscipiat̄ vt nihil aliud nisi pax quesita videat̄. Et idem hr̄ in c°. noli 23ª. q. pª. Sed tn̄ mali milites nolēt pacē: sed cōtinue vellēt esse bellū. Unde cum semel qdā ex fratribus nr̄is obuiarēt qbusdā militibus: dixerūt eis. Deus det vobis pacē: que verba eis molestissima fuerūt. Propter quam salutationē indignat⁹ super alios vnus ex eis respōdit. Deus auferat vobis purgatoriū. De qua respōsione ille interrogatus quid significare vellet rn̄dit. Sicut vos fame moreremini nisi eēt purgatoriū: propter qd̄ fiunt vobis multe elemosyne: vt oretis pro aīabus defunctorū: ita nos male staremus nisi eēnt bella. Et iō pax nobis est molesta. Isti aūt nō sunt boni milites: sed illi qui s̄uāt illud Eccl. 4°. vbi dr̄. Pro iustitia agonizare pro aīa tua. Auctor quoqȝ libri q dr̄ facetus. c°. x° ait. Queqȝ decet patriā defendē tēpore belli. Si enim nō eēnt milites parua esset pacis ꝛ securitatis cōsolatio. Unde Vegetius li°. 3°. de re mili. ait. Diuitiarū nō est secura possessio nisi armoꝝ defensiōe fueīt. Et iterum. Quis dubitat artē bellicā rebus oib⁹ esse potiorē: per quā libertas retinet̄: ꝛ dignitas ꝓuincie propagat̄ ꝛ cōseruat̄ impiū? Quarto ad bellū iustū reqrit̄ aīus rectus: vt nō ex odio vel affectōe vindicte: vel propter cupiditatē bellū fiat: sed ad correctionē vel propter charitatē: siue iustitiā ꝛ obedientiā. c°. qd culpat̄. ꝛ c°. militare. 23ª. q. pª. Quinto reqrit̄ auctoritas superioris. 23ª. q. pª. c°. qd culpat̄. ꝛ. q. 2ª. c°. p°. Dicit eni imperator. C. vt armoꝝ vsus. Inscio ꝓncipe interdictus sit. l. i. li°. xi°. Nulli prorsus nobis insciis atqȝ inconsultis quorūlibet armorū mouēdoruȝ copia tribuatur. Dicit quoqȝ Hostien. in summa in ti°. de peni. §. quibus. ver. quid de rapina q͏ bellum potest etiam fieri auctoritate ecclesie puta episcopi: precipue quando pugnatur pro fide: vel ꝯtra euȝ q ꝓ peccato mortali excommunicatus non vult parere. Qualiter autem possint bella mouere inferiores a principe: ꝛ qua auctoritate ponit Panormitanus in dicto. c°. sicut de iureiurando. T

Secundum documentuȝ dicitur miseratiōis. Debetis eniȝ seruare consilium beati Joānis baptiste quod dedit militibus Luce. 3°. dicens. Neminez cōcutiatis: neqȝ calumniaȝ faciatis: ꝛ contenti estote stipendiis vestris. Sed heu q͏ multi reperiuntur milites in quibus verificata est sententia Lucani libro. x°. dicens. Nulla fides pietasqȝ viris qui castra sequuntur. Tertiū documētuȝ dicitur obeditionis. Unde dicit Vegetius li°. 2°. de re mili. q͏ milites quando ascribuntur militie iurant se omnia strenue facturos que preceperit imperator. Ideo dicitur in. l. iii. §. in bello. ff. de re mili. q͏ transgrediēs mandata sui imperatoris debet capite puniri. Non debet tn̄ aliqs obedire in his que sūt cōtra aīaȝ. xiª. q. 3ª. c°. iulian⁹. X

Quartū documentū dicitur aggressionis. Debent eni milites audacter ꝛ animose aggredi pugnam: quia inquit Salustius in cathilinario. Sēper in bello his maximū est periculū: q maxime timent. Audacia vero pro muro habetur: ꝛ Virgilius. 2°. Eney. ait.

Una salus victis nullā sperare salutē. Jō Gualfredus in poetria dicit. c°. 30.

Si timor īcuruet mētē simulatio vultū
Erigat: ꝛ clipeo vult⁹ succurre timori.
Ut si mēs timeat: facies velit ipsa timeri.
Imo magis sperare velis: mōstresqȝ ferocē
Esse magis aīuȝ: si corp⁹ debile mēs sit
Fortis: ꝛ exiguas vires supplere memēto.

Spe gaudii. Ait eni Gualteri⁹ de castilione lib°. 4°. Spes sane resuscitat egrū agmē ꝛ in vultu

ctoria visa sedere. Virgilius quoq; in .x°. Eney. inquit. Audaces fortuna iuuat timidosq; repellit. Et ideo preceperat deus Deuteron. 20. quod quando populus israel pugnare debebat: duces tribuum per eius exclamarent audiente exercitu. Quis est homo formidolosus et corde pauido: vadat et reuertatur in domum suam: ne pauere faciat corda fratrum suorum sicut ipse timore perterritus est: hec ibi. Secundum autem canones illi qui fugiunt a bello efficiuntur infames. c°. infames. 5ª. q. pª. et secundum leges tanquam rei lese maiestatis capite puniuntur. l. omne delictum. §. qui in acie. ff. de re mili. Debetis ergo o milites seruare illud Eccli. 4°. Usq; ad mortem certa pro iustitia. Y

Quartum documentum dicitur morigerationis. Debetis enim esse morigerati in omnibus: maxime in domibus in quibus hospitamini: et esse hospitibus vestris fideles. Cum enim fides etiam hosti seruanda sit c°. noli. 23ª. q. pª. multo magis amicis. Hoc documentum ponit Vegetius de re mili. li. 3°. di. Miles cui bellorum committenda est fortuna moribus debet excellere. Honestas enim idoneum militem facit. Sextum documentum dicitur dimissionis. s. voluptatum. Dicit enim predictus auctor vbi. s. quod miles debet esse austerus: delitiarum ignarus: paruo contentus: atq; in laborum malorum tollerantia enutritus. Ait enim auctor libri qui dicitur facetus c°. x°. Nil valet in bello qui viuit delitiose. Nec sine duritia bellica palma datur. vnde Paulus inquit prime ad Corint. 9°. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. etc. Et ideo Deutero. 20. Precepit deus vt quando incipiendum erat bellum principes populi exclamarent in exercitu: et mandarent quod illi qui desponsauerant vxorem reuerterentur ad domum suam. Z

Sed heu quia multi milites nostri temporis pugnant cum ebrietatibus: vacant ocio luxurieq; spurcicias sequuntur. Cumq; ad certamen accedunt: fomenta eorum non ferro: sed vino: non lanceis sed caseis: non ensibus sed vtribus: non hastis sed verubus onerantur. Quasi vadant ad conuiuium: non ad bellum. Clippeos habent optime deauratos scutumq; depictum et gemmis ornatum. Cum tamen vt quidam Philo. inquit. Non pictura vel aurum: aut lapides preciosi: sed scutum diuulsum: fractaq; galea: et dirupti gladii ac facies vulnerata cedat militibus ad ornatum. Et [illegible] Ber. in sermone ad milites templi ait. Operitis equos sericis pendulos nescio quos panniculos loricis super induitis. Depingitis hastas clippeos et sellas frena et calcaria auro et argento circunornatis. Et cum tanta pompa ad mortem properatis. Militaria non sunt hec insignia: sed mulieribus potius ornamenta. Nunquid forte hostilis mucro reuerebitur aurum gemmis parcet: vel serica penetrare non poterit: hec ille. Quanuis ergo militare non sit peccatum 23ª. q. pª. c°. militare. Tamen illi milites qui hodiernis temporibus cum tantis facinoribus militiam exercent: non debent ad penitentiam admitti nisi tali militie renuncient. c°. falsas. de peni. di. 5ª. E contra vero boni milites placent deo. Unde Aug. ad Bonifacium et ponitur. 23ª. q. pª. c°. noli. ait. Noli existimare neminem deo placere qui armis bellicis ministrat. In his enim fuit sanctus Dauid. Cui dominus tam magnum testimonium perhibuit. In his etiam plurimi illius temporis iusti fuerunt: vt machabeus Judas et fratres eius. In his erat ille Centurio de quo inquit dominus. Non inueni tantam fidem in israel. Hoc ergo primum cogita quando armaris ad pugnam quia virtus tua et ipsa corporalis donum dei est. Si enim cogitaueris hoc esse de dono dei non facies contra donum: hec ille.

De consiliis datis magistris. A

Secundo vobis magistris quattuor documenta traddo. Primo quorum dicitur morigerationis f De quo in l. magistros. C. de profes. et medi. li. x° dicitur. Magistros studiorum doctoresque excellere oportet moribus primum: deinde facundia. Qui ergo docere vult non repente nec temere prosiliat ad hoc munus. Sed iudicio ordinis probatus: decretum curialium mereatur optimorum conspirante consensu: hec ibi. Secundum documentum dicitur cognitionis. Debetis enim vos prius bene discere quam vultis aliis legere. Ut namq; inquit Arist. 6°. Ethi. Docilis omnis scientia videtur esse: si ex precognitis fiat. Et ideo reprehendendi sunt illi qui cum sint ignorantes: presumunt alios instruere de his que ipsi nesciunt. Et verificatur in eis illud Saluatoris dictum. Matthei. 15°. Si cecus ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt. c°. cum sit. de eta. et q. Vera est enim sententia Ouidii in. 1°. de tristibus qui ait. Quodq; parum nouit nemo docere potest. et Vegetius in p°. li°. de re militari dicit. Quem inuenies qui possit doceri quod ipse non didicit? Absurdum est ergo quod quis velit esse aliorum magister: qui nunquam bonus fuit discipulus. c°. si clericatus. 26ª. q. pª. Tertium documentum dicitur correctionis. Debetis enim diligenter discipulos vestros errantes corrigere. Ait enim Cato 2°. c° sui libri. Cum moneas aliquem nec se velit ipse moneri, Si tibi sit charus noli desistere ceptis. Sed [illegible] correctio vestra sit fructuosa: debetis seruare dictum predicti Catonis vbi. s. qui ait. Que culpare soles, ea tu ne feceris ipse Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Hec autem correctio debet fieri cum humanitate. Ait enim Ambro. in li°. de officiis. Neq; monitio aspera sit neq; obiurgatio contumeliosa. Dicit quoque in l. sed et si quemcunq; in fi. ff. ad legem aqui. quod leuis duntaxat castigatio concessa est docenti. et in l. preceptoris. eodem titu. scriptum est. Preceptoris nimia seuicia culpe annumeratur et in l. item queritur. §. idem iulianus. ff. de actio. em. dicitur. Magistris leuis castigatio est concessa. De vtilitate autem huius correctionis ait Salomon Prouer. 22°. Stulticiam alligatam in corde pueri virga discipline effugabit. Debent quoque magistri seruare documentum Hie. ad Lister/

ctant. vi. Magr discipulū corrigat quē ardētiorē cernit igenij. Nā medic⁹ si cessauerit curā despat. Quantū documētū of istructiōis. Debet. n. istruē vr̃os discipl'os doctrīa vtili: et nō vana et ifructuo sa. Vñ sic grāmatice ac rethorice pceptores legūt ciones et eplas Tulij. Ita debēt aliqñ legere epi/stolas Hieronymi et alia deuota opa. Nec debēt legere tractatus vanos et lassiuos amoꝝ et huius/modi: pro qbus oportebit eos postea penitē. Ait enim Iuuenalis li°. 3°. satira p°. Penituit mul/tos vane sterilisq; cathedre. Et ideo scolares non dēbēt ad tales pceptores accedē. Inqt nāq; Sene ca li°. 6°. eplarū. epistola. 3°. Magna demētia ē superuacua discere in tāta tēporis egestate. Tales doctores qui semp in curiosis et arduis fantasma tibus versant: ostēdūt q nō sine aliquali stulticia sunt. Dicit eni Sene. in li°. de trāquillitate animi. Nullū magnū ingenium sine mixtura demētie fuit. Et in his v̄ificat illud Iere. 51°. Stultus fa/ctus est ois homo a scia. Nec aūt scia est eis noci na. Nā Eccl'. p°. dī. In multa sapia multa indi/gnatio: et qui addit sciam: addit et laborē. De tali scia ait aplus p°. ad Cor. 8°. Scia inflat. Dimissa ergo hac superba scia docete discipulos vr̃os ne/cessaria et vtilia. Hec eni est doctrina dei qui inqt Isa. 48°. Ego dñs docēs te vtilia: scz ad salutē. Hec sapia est que mundū in bono statu cōsuat. Sap. 6°. Multitudo sapientū sanitas est orbis terrarū. Tales aūt doctores et magistri multū me rent. Unde sicut de parētib⁹ inqt Hiero. ad salui niā de morte Nebridij: q nō est parui apud deū meriti bene filios educare. Ita nos dicere possu/mus idē d magistris bene discipulos instruētib⁹ qui magnā in celo obtinebunt gl'am. Dan. 12°. Qui docti fuerit fulgebūt sicut splēdor firmamē/ti: et qui ad iustitiā erudiūt multos: quasi stelle in ppetuas eternitates. Qd etiam affirmat saluator Mat. 5°. dī. Qui fecerit et docuerit: hic magnus vocabit in regno celoꝝ. α

Si aūt qrat que scia sit dignior: medicinalis an legalis: rñdet Aug. de anchona i li°. d po testate eccl'astica: q hūt se sicut excedēns et exces/sa. Veꝝ qr hec qstio est odibilis in determinādo: nec vsq; nūc bñ decisa: iuxta illd Oratij i poetria. Et adhuc sub iudice lis est. Vñ multis disputationi b⁹ ↄtēderunt inuicē sub duce Mediolani iuriste cū medicis. Ipsi eni iuriste elegerāt prez meū dñz Laurētiū p suo aduocato. Medici bo frēz ei⁹. s. mgrm Mathēū de busti. Quoꝝ vtiq; multi argu mētatōib⁹ pbare nitebāt excellētiā sue sciētie. Et q pfessores ei⁹ debent pcedē pfessores alī⁹. Et tñ nihil determinatū fuit. Nisi q 'qdam bassianus histrio iocosus: interrogatus a dicto pricipe quid sibi videretur respōdit. Quod iuriste debebāt pre cedere et medici eos sequi. Quia latro semper pre cedit: quem carnifex sequtur. Ideo pro nūc solū di co q vtraq; scia est a deo. De medicina enim dr Eccl'. 38°. Altissimus de terra creauit medicinā: et vir prudēs nō abhorrebit eam. De legistis autē inqt de⁹ Prouer. 8°. Per me legū cōditores iu sta decernūt. Itē vtraq; scia est valde necessaria hoīb⁹. Medicina ad sanationē corporꝝ: iura ad pacificū victū hoīum: vt dī in. §. facte sunt leges 3°. di. Et vtriusq; pitus multū dz ab hoīb⁹ hono rari. De scia. n. ciuili scriptū est in. l. i. §. pinde. ff. de vari. et extra. co. Est qdē res sctissima iuris ci/uilis sapia que pcio nūmario nō est extimanda: nec dhonestāda. De medico aūt pcipit Eccl'. 38°. vbi dī. Honora medicū: pp necessitatē illū enim creauit altissim⁹: et a deo est ois medella. Debēt er go medici et legiste suare illd apli ad Roma. 12°. Honore inuicē pueniētes. Et nō alter alterū ↄtē nere et irridere.

De documētis datis scolarib⁹. ꝺ

Primū documētū qd vobis scolaribus trado dī affectōis. s. ad adiscēdū. Vt. n. dī in. l. apud iulianū. ff. de fideicō. liber. Cupiditas discēdi est optia ratio viuē di. Vbi. n. nō ē scia nō ē bonū. Prouer. 17°. Et ni hil hēt rōnalis creatura quo a ceteris aīalibus differat: q̄ʒ vsum rōnis quo scit discernē inter ve rum et falsum: et iter bonū ac malū facere dūam. Iste aūt rōnis vsus sine dirigēte et illustrāte sciē/tia recte haberi nō pōt. Et ideo sciētia que est do nū spūs sancti: vt patet Isa. xj°. Qua velut lucer/na lucidissima in obscuris tenebris huius terrī se culi radiamur. Que etiā est scutū ↄtra tela dia/boli: et armatura ecclesie contra hereses: et fuga ac exterminatio ignorātie. Et tutella cōtra antiqui hostis insidias: et est oībus necessaria ad recte am/bulandū et perueniēdū ad patriā. Quod probat quadruplici ratione. s. perfectionis: illustrationis appetitionis: et fructificationis. Fundamētū pme rōnis que dī perfectionis: ponit Phlo. 2°. Me/thaphi. dicens: q humana natura est multiplici ter ancillata: et multis angustijs oppressa. Et ideo in uenta est ars [illegible] suppleat defectū nature. 6°. Po liti. Que ars est habitus quidam cū ratione fa/ctiuus: vt habet. 6°. Ethic. Et ideo imitant natu ram et rationē quātum pōt. 2°. Phisico. et. l. ado/ptio. ff. de adop. Propterea diffinitur natura a philosopho in. 2°. Phisi. q est principiū mot⁹ et quietis eius in quo est primo et per se: et nō per ac cidens. Quasi dicat. Ut perfecte quiescat natura:

moueт ad artē. Et ideo Seneca dicit ad Lucillū scribēs. Dociles natura nos edidit. Et Hiero. in prologo biblie. Cōparat nāle igeniū molli cere q̄ indiget artifice informāte. Et Tuli⁹ in tuscu. que sti. li°. 2°. ait. Sicut ager quātūcūq3 fertilis absq3 cultura fructuosus esse nō pōt: ita sine disciplina aīus ꝛ doctrina. Et Ouidi⁹ in. 5°. de tristib⁹ inqt. Fertilis assiduo si nō renouet aratro. Nō nisi cū spinis germē habebit ager. Quia ergo aīa cū corpus itrat est tanq̄ tabula rasa pfectibilis per sciētiā: vt hr. 3°. de aīa. Et itellectus est in potētia ad oia: ꝛ nō reducit ad actū eoꝝ nisi per sciam. 2°. de aīa. Que qdez scia est perfectio aīe: vt ibidē dicit comētator Auerois. Et omne iperfectū naturalr appetit suā pfectionem. 5°. Metha. ꝛ. 2°. Phisi. Jō glibet affectat sciam. Nam vt multi philosophi dixerūt ꝛ ēt magister sen. in. 2°. di. p^a. Aīa posita est in corpe vt scientijs perficiat. Ergo pz propositū. Secūda ratio dī illustratōis. Ambulātibus eni nobis in regione vmbre mortis necessaria est illustratio quedā. Et hoc est propter multa picula ꝛ demonū insidias. Et in figurā hui⁹ deus educēs populū israel de egypto precedebat eū in nocte in colūna ignis. Exo. 13°. Hec aūt illustratio est scia cōtra tenebrositatē ignorātie q̄ est mater cūctoꝝ erroꝝ vt dicit ↄciliū tolletanū in c°. p°. 38^a. di. Ergo ꝛc.

Tertia ratio dī appetitōis. Deus enim nō dedisset hoi naturalem appetitū: nisi eēt reducēdus ad actū. Quia ipe deus ꝛ natura nihil agūt frustra p°. de celo ꝛ mūdo. 3^a. de aīa. ꝛ p°. Phisi. Sed vt ait Philosoph⁹ p°. Methaphi. Oēs hoies naturalr scire desiderāt. Quod ēt dicit Tuli⁹ in tuscu. questi. ꝛ Lac. in p°. diui. istitu. Et ideo iuriscōsultus in. d. l. apud iulianū. ff. de fideicō. liber. dicit. Si pedez in fouea haberē adhuc adiscere qd vellē. Et ratio est: qz oēs res naturalr habēt iclinationē ad ppriam opationē in qua delectantur: ut aues ad volādū: pisces ad natandū: ꝛ callidū: ad calefaciēdū. ꝛc. Sz ppria hois opatio est intelligē vt ait Philosoph⁹ in. 3°. de anima. Et p°. Ethi. ꝛ Tuli⁹ in p°. de offi. ꝛ Quitilian⁹ in p°. de oratoria. insti. In quo differt ab alijs aīalib⁹. Sine scia enim homo appellat aīal brutū: dicēte Dauid ps°. 48°. Homo cum in honore eēt nō intellexit: idest itelligere neglexit. Cōparat⁹ est iumentis isipiētibus ꝛ silis factus est illis. Et idem psalmista iquit: Nolite fieri sicut equus ꝛ mullus gbus nō est itellect⁹. Et Augu. ad here. ait. Quid enim homo sine lr̃is reputat? Nunqd nō bos vel asinus: nō equus vel mullus qb⁹ nō est itellect⁹ Unde iterrogatus Solon athenīesis qd eēt diues sine litteris rn̄dit. Ouis aureo vellere. ꝛ Diogenes vidēs diuitē litterarū ignarū sedētē sup lapidem dixit. Lapis sup lapidē sedet. Quidā aūt ali⁹ philosophus dixisse fertur q tantuz distant docti ab indoctis quantū hoies a bestijs. Et Diogenes cuz ascēdisset in locū eminētē ꝛ clamasset. Uenite homines. Multis de turba ruentib⁹ dixit. Nō vos vocaui: sed hoies. Nō eni vos hoies estis qui nō datis opam sciētie. De hoc appetitu sciēdi loquitur Hiero. in prologo biblie di. Legimus in historijs veterib⁹ quosdā lustrasse prouincias: transisse mōtes: ꝛ nouos adijsse populos vt eos quos ex libris nouerāt palā corāq3 viderēt. Et ibi loquitur de Pictagora ꝛ Platone ꝛ de Apolonio magno philosopho: ac de alijs multis qui p̄dicta fecerūt discēdi causa: lz in patria sua eēnt aliorū pceptores ꝛ magistri. De hoc ēt appetitu logt Lac. i principio p̄mi libri diui. isti. di. Magno ꝛ excellenti īgenio viri cū se doctrine penitus dedissent: qcqd laboris poterat īpendi: ↄtēptis oib⁹ publicis ꝛ priuatis actōibus: ad acqrēde xitatꝭ studiū se cōtulerūt existimātes multo esse pclarius humanaꝝ diuinarūq3 rerū inestigare ac scire rōnē: q̄ struēdis opibus aut cumulādis honorib⁹ iherere: hec ille. Ut aūt appetitus iste cōpleri possit opz discere cupiētē itento esse aīo ad studiū: vt iquit Tuli⁹ in tuscu. questi. li°. 4°. Et ideo Eccl. 6°. di. Si inclinaueris tuā excipies doctrinam. Et si dilexeris audire sapiēs eris.

Quarta ratio dī fructificatōis. Innumere. n. sunt scie vtilitates. Facit eni hoiem honestū ꝛ xtuosum. Unde in p°. de officijs inquit Tuli⁹. Primus honestatis locus qui in veri cognitiōe cōsistit: maxime naturā attingit humanā. Itē est bonū qd nobis auferri nō pōt: sed hoiem sequitur quocūq3 perrexerit: dicēte Boetio in p°. de ↄsola. Has saltē nullus potuit puincere terror. Ne nostrū comites psequerent iter. Unde vt refert Ualeri⁹ maximus: ꝛ Tuli⁹ in paradoxis li°. p°. Bias philosoph⁹ qui fuit vnus ex septē sapientib⁹ grecie: cū capta ab hostibus patria sua alij compatriote eius fugiētes preciosa que habebāt asportarēt: ꝛ ipm ad silr faciendū inuitarent. Ille rn̄dit. Oia mea mecū porto. Nihil eni suuz reputabat nisi scias ꝛ xtutes. Et ideo Sene. ad Lucil. scribit. Lauda hoiem in eo qd ab eo nunq̄ eripi potest: ꝛ qd est pprium hois: īquantū homo. Hoc āt est aīus bn̄ istitutus ꝛ ratio pfecta. Scia quoq3 ē illa per quā deo assimilamur. Gen. 3°. Eritis sicut dij sciētes bonū ꝛ malū: ꝛ Tuli⁹ in li°. de natura deorū ingt. Nihil est per qd magis dijs imortalibus assimilemur q̄ per ipm scire. Propter ipaz aūt sciam

autem scientiam a deo amamur. Unde philoso/
phus decimo Ethi. dicit q deus valde curat de
his qui diligunt intellectum tanq de suis ami/
cis. O scientia pamanda. Tu es illa de qua Ari/
stotiles loques ait. x°. Ethi. q homo per scire & i/
telligere coniungitur deo & substantijs separatis.
Et ideo non est miru si omnes te affectant. Unu
qdqz enim naturaliter desiderat ɔiungi suo prin
cipio: dicente Maximiano poeta. Ortus cuncta
suos repetunt & Boetio in lib°. 4°. de conso.
Repetunt pprios cuncta recursus: reditucqz suo
singula gaudent. Nec villi manet stabilis ordo:
nisi fini iunxerit ortum. O vtilissima scientia tu
es finis propter quem creati sumus. Na vt ingt
Aug. in lib°. Enchi. & magister in. 2°. di. p°. Fecit
deus ronalem creatura vt summu bonu intelli/
geret: intelligendo amaret: amando possideret:
possidedo frueretur. Et ideo cu omnia desiderēt
pertingere ad finem suu. 2°. & 8°. Phisi. No est
mirandu si ab omnibus appeteris. Uidemus. n.
nuc per speculuz in enigmate. Tunc facie ad fa
ciem. p°. ad Cor. 13°. Idest per te hic habemus
aliqualem de deo cognitione: sed in celo habebi/
mus clara noticiam. O sciētia desiderabilis. Tu
es illa que facis homines nobilissimos. l. pui/
dendum. C. de postu. Unde stoici dicebant oēs sa
pientes & doctos liberos esse: & Tulius in para/
doxis inquit. Nullus vir doctus fuⁿ aut ignobi/
lis esse potest: nisi forte volutabro viciorum fue/
rit infectus. Et in. p°. libro de anima Aristo. po/
nit scientiaz esse de numero bonoꝝ honorabiliu.
Et in. p°. Politi. idem phūs inquit: q homines
ratione & intellectu vigentes naturaliter sunt do
mini & rectores alioꝝ. Et ideo i primo de officijs
inquit Tulius. Oēs trahimur & ducimur cogni/
tionis scientieqz cupiditate in qua excellere pul/
chrum putamus. Refert quoqz Aulus gelius
q dum Aristotiles Alexandri magni preceptor
libros de phisico auditu publicaret: recepit ab
ipso Alexandro epistolam in hec verba prorum
pentem. Egre fero q ea que a te audi & didici in
publicum profitearis. Ego. n. non tam cupio et
delector opibus & potentia alios excellere: q̄ rum
litteris & doctrina pstare: hec ille. Propter quod
paucos videmus qui in litterario cōflictu alijs
cedere velint. Sed vnusquisqz etsi nō i existētia:
saltem in apparētia alios excellere satagit: atque
alijs doctior apparere. Unde Martialis ait. Di
uitias & opes frequens donabit amicus. Qui
velit ingenio cedere rarus erit. Salomon autez
Sap. 7°. de sapientia inquit. Preposui illaz re/
gnis & sedibus & diuitias nihil esse duxi in cōpa
ratione illius. Nec ɔparaui illi lapidē preciosum
quoniā omne aurū in ɔparatione illius arena est
exigua: & tāqu lutum estimabit argentu in conspe
ctu eius. Et Prouer. p°. etiā ait. Doctrinam ma
gis q aurum eligite. Melior est. n. sapia cunctis
opibus: & oia que desiderant: huic nō valent cō/
parari. Propter qd ingt Tulius in. 2°. de offi.
Optima hereditas a parētibus liberis traditur
& oi patrimonio prestātior dignitas virtutis. Cu
ergo oia bonu appetant vt a philosopho dicitur
p°. Ethi. p°. Retho. 3°. Topi. & 4°. Methaphi.
Ideo cu scientia sit tā bona & vtilis ab oibus de
sideratur. Ut. n. inquit beatus Tho. 2ᵃ. 2ᵉ. q. 188ᵃ.
ar°. 5°. Studia litteraru dirigunt & coadiuuant
hoiem ad contēplandu diuina: illuminando in
tellectu. Item auferut ea que possunt nos impe/
dire a statu salutis: fugando errores. Item confe
runt ad euitandā carnis lasciuiā. Unde Hiero.
ad Rusticum ait. Nunq de manu tua & oculis
tuis recedat liber. Ama scientiam scripturaru &
carnis vicia non amabis. Itē prosunt ad aufe/
rendā cupiditatem diuitiaru atqz auariciā. Ait
enim Salustius in cathilinario. Auaricia pecu
nie studiu habet: quā nemo sapiens concupiscit:
hec ille. Ad adipiscendam ergo scientiā omnes
annelare. Ait. n. Lactan. in. p°. diuinaruz insti.
Nullus est anime suauior cibus: q perfecta co/
gnitio veritatis. Et phūs. x°. Ethi. inquit. Philo/
sophia habet admirabiles delectationes. Et in
2°. Politi. dicit: q qui vult delectari sine tristitia
ad phiam recurrat. Unde Franciscus petrarcha
in suis triumphis. dicebat. Altro dilecto che i/
parar nō trouo. Et Tulius in. 2°. de offi. de phi
losophia loques ait. Siue delectatio querit ani/
mi: requiesqz curaꝝ: hec ars est per quā eas res
assequimur. Maximu. n. solatiu & lenimen i ad/
uersis ɔferunt studia litterarum. Et Boetius in
3°. de ɔso. dicit: q phia est summu lassoꝝ animoru
solamen. Et in. p°. lib°. eiusdē operis canit. Glo/
ria felicis olim viridisqz iuuente. Solant mesti
nunc mea fata senis &c. Et Tulius ad Lucium
luceium scribit. Quod. n. mihi poterat esse pro/
fugiu spoliato forensibus & domesticis ornamē/
tis: nisi littere quibus assidue vtor? Et idē in epi/
stola ad Balbu. Unu est inquit refugiu doctrina
& littere quibus semp vsi sumus. Que secundis
in rebus delectationē modo habere videbātur.
Nuc vero etiā salutē. Et ideo oēs rogemus deu
cu psalmista dicentes. Bonitatē & disciplinaz &
sciam doce me. Ut. n. sapiētissimus Plato dicere
cōsueuerat. Si sapie forma oculis corporeis vi/
deri posset ad amorē sui maxime excitaret. G

SEcundū documentū dicitur humiliatiōis. Ut non dedignemini ab oībus discere: et a paruulis. c°. nullus. 38ª. di. Exemplo sācti Aug. qui nō dedignabat͡ a paruulo nōdū anniculo doceri. 24ª. q. 3ª. c°. si habes. Sepe. n. iuuenes intelligunt qd a nullo senū preteritoꝝ fuit intellectū. Quanto. n. iuniores: tanto sunt ꝑspicaciores: vt dicit glo. in. l. gallus. super verbo. si filius. ff. de libe. ꝛ postu. Uident. n. scripta antiquoꝝ: ꝛ facile ē inuentis addere vt ait phūs. 2°. Elen. Unde iqt Seneca li°. 5°. epistolaꝝ: epistola. 4ª. Patet oībus veritas. Nondū est occupata. Et multa ex illa etiā futuris relictū ē. Eaꝑpter multi in ignorantia permanēt: qꝛ ab alijs discere non curant: credentes se alioꝝ doctrina nō indigere: iuxta illud Senece in li°. de tranquilitate animi: q ait. Puto multos ad sapiaꝫ peruenire potuisse nisi putassent se peruenisse.

H

TErtiū documentū dicitur creditionis: d quo inquit phūs. p°. Elen. Oportet credere eūꝫ qui adiscit. Ut. n. B. in sententijs suis. Unicuiqꝫ in arte ꝛ facultate sua perito credēdū est. Et ideꝫ dicit Aristo. p°. Poste. Qd vt esse possit: debent magistri rōnabilia proponere: qꝛ vt dicit͡ in. c°. decretales. 20ª. di. Quanto quis magis rōne nititur: tanto maioris auctoritatis eius verba esse videntur.

I

QUartū documentū appellat͡ memorationis scilicet eoꝝ que legeritis ꝛ audieritis: cōseruando ea in memoriā: que a philosopho in. 3°. d anima appellat͡ archa oīum specierūꝫ. Et a Seneca in proemio declamationū dicitur res ex oībus animi partibus marie delicata. Unde Gofredus in poetria canit. Cellula que meminit est cellula delitiarū. Et Tulius in. 3°. rethorice appellat memoriā thesaurariā inuentoꝝ. Quia vero ipsa memoria est res infirma. l. peregre. ff. d acquiren. pos. ꝛ argumentū. ff. de adi. le. l. filio. ꝛ ē labilis. l. si arbiter. ff. de proba. ꝛ. l. iubemus. C. d testa. Unde dicitur ꝙ nullius obliuisci potius ē diuinū ꝙꝫ humanū. l. ij. §. sed quia diuine. C. de vete. iu. enuc. ꝛ alias allegatur. §. si quid autē. Qd etiā notatur per glosam in. c°. porrecta. de confir. vti. vel inuti. ꝛ in. c°. cū a deo. de rescrip. ꝛ in. c°. illud dn̄s: de cle. ex. mi. Ideo debemus illā excitare quotidie. Quia vt dicit Tulius in. p°. retho. Memoria nihil perdit nisi id ad qd nō sepe respicit. Ad istā autē memorationē respicere debemus exemplo beate virginis Marie de qua dicitur Luce. 2°. Maria ꝯseruabat oīa verba hec in corde suo. s. que dicebant͡ de filio suo. Specialiter aūt ꝛ precipue dbet quisqꝫ traddere memorie ea que sunt magis vtilia: qꝛ ipsarūꝫ fructu cōsiderato melius illa retinebit. Scriptū ē. n. i de. vnica. §. huius memorialis: de reli. ꝛ ve. san. ꝙ illud memoria districte retinetur cuius donū aspicit͡. Cōtra ꝙ faciūt multi: dicēte Oratio i epistolis. Discit. n. citius: meminitqꝫ libenti9 illud Qd quis derridet: ꝙꝫ qd probat ꝛ veneratur. Ut aūt predicta fuare valeatis: debetis facere illud qd ait Seneca lib°. xj°. epistolaꝝ di. Debemus apes imitari que vagantur: ꝛ flores ad mel faciendūꝫ idoneos carpunt. Deinde quicqd attulere disponunt: ac per fauos dirigunt. Sic igitur ꝛ nos debemus queciiqꝫ ex diuersa lectione congessimus separare. Melius. n. distincta seruantur. Deide adhibita ingenij nostri cura ꝛ facultate: in vnuꝫ saporē varia ista libamēta ꝯfundere: hec ille. Et idē in li°. de bn̄ficijs dat aliud documentū qd seruari debetis: si que didicistis memorie vultis retinere di. Solet plus prodesse si pauca precepta sapie teneas: ꝛ illa i ꝓmptu ꝛ vsu sint: ꝙꝫ si mul[illegible] qdē didiceris. Sed illa nō habeas ad manū. Inquit etiā ꝑdictus doctor in lib°. de trāquilitate aī. Onerat discētē turba libroꝝ: nō īstruit. Multoqꝫ sanctius est paucis auctoribus te tradere: ꝙꝫ errare per multos. Ut. n. ait Salomon Ecclesiastes. 12°. Faciēdi plures libros nullus ē finis.

K

QUintū documentū dicit͡ ꝑseuerātiōis ꝛ cōtinuatōis. Ad qd hortat͡ Cato i suis documētis di. Multa legas facito: ꝑlectis ꝑlege multa. Et iterūꝫ. Discere ne cesses: cura sapia crescit. Ut. n. inqt Salustius in cathilinario. Ubi intenderis ingeniū valet. Terrētius quoqꝫ ait. Nihil tā difficile ē quin ingrēdo inuestigari possit. De hoc ēt habet͡ exēplū de Aristo. de quo legit͡ ꝙ cū ꝑ multū tp̄s stetisset i studio: ꝛ nihil ꝓfecisset: desperans se posse adiscere reuertebat͡ ad patriaꝫ. Cūqꝫ ꝑꝑ pluuiā sub quodā tecto aliquādiu moraret͡: vidit aquā descēdentē de tecto excauātē petrā: iuxta illud Ouidij in. 4°. de ponto. Guta cauat lapidē nō vi: sed sepe cadēdo. Et tūc excogitauit i aīo suo: dicebatqꝫ illud qd ponit idē Ouidius in. p°. de arte amā. Quid magis ē durū saxo: quid molius vnda: Dura tū molli saxa cauantur aqua. Quo exēplo reuersus ē ad studiū: sciēs veꝝ eē qd inqt Tulius i. 3°. de oratore di. Nō est tāta i reb9 obscuritas: vt eā nō penit9 acris viri īgeniū cernat: si mō asperexit. Perseuerās igitur Aristo. i studio: mgr̄ sup oēs alios ē effect9. Ūn legit͡ ꝙ imago ipsius Aristo. fuit deportata cuidā phō: q nesciēs cui9 esset dixit. Hō iste ē valde rudis igenij ꝛ luxurie deditus. Qd cū dictū fuisset

Aristoteli ipse affirmauit sic se eē ex sua naturali cōplexiōe. Et admirātib⁹ discipulis q̄re eēt ita docī... cōtinuū studiū me fecit ingeniosū: abstinētia vero castū. Debetis igr̄ o scolares perseuerare: nec labore studij ab inceptis desistere. Qr vt legit̄ i cronica d̄ nugis phōr. c°. 28°. Aristo. solit⁹ erat dicere. Doctrie qdē radices eē amaras: sʒ fruct⁹ dulces. Itē interrogat⁹ qd intersit docīos r idoctos r̄ndit. Quātū interest īter viuos r mortuos. Itē dicebat. Doctrinā i p̄speritatib⁹ eē ornatū: in aduersitatib⁹ vero refugiū. Jō Ecle. 6°. in qī sapiēs. A iuuētute tua excipe doctrinā: r vsqʒ ad canos inuenies sapiāʒ. Q̄ō vt meli⁹ fieri possit d̄bēt scolares illud diligēter obseruare qd̄ metrice dr̄. Sepe rogare: rogata tenere: retēta docer̄. Hec tria discipulū faciūt supare magistrū. II

Sextū documētū dr̄ honoratiōis. Debetis. n. vr̄os mgr̄os venerari. Jngt. n. auctor libri rudiū li°. p°. Quiqʒ vicē dn̄i retinet de iure mgr̄i. Dignus honoris ob hoc qsqʒ mgr̄ erit. De hoc ēt loqr̄ Ari. 8°. Ethi. dicēs: q mgr̄is nō pōt equalis reddi. Et iō d̄betis eis d̄ salario suo satisfacere. Qr vt ait Hiero. sup Mat. Honor i scripturis nō tm̄ i salutatiōib⁹ r officijs deferēdis: sʒ etiā in elēo ac munerū oblatione sentit̄. III

Septimū documentū dr̄ electiōis. s. cui scie potius opam dare debeatis. Nā oib⁹ sciētijs opaʒ dare pfecte ē ipossibile. Cū vnaqʒ regrat totū hoieʒ: a q̄ ēt tota pcipi nō pōt: qr vita ē breuis: ars āt lōga: expimētū vero fallax: vt dicit ph̄s. Ideo legit̄ q cū qdā scolaris nesciret cui potius scie īherere deberet: visū ē ei q eēt i maria scolari q̄ erāt oēs scie in specie ornatissimaꝝ r pulcherrimaꝝ mulieꝝ: siue reginaꝝ: q̄ eū certatī singule incitabāt vt eas p̄eligeret. Prīo āt pcesserūt septē scie liberales q̄ ita appellant̄: qr antiqtus soli nobiles r liberi studebāt i eis. Itē qr liberāt a curis mūdanis r a multis pcil. Itē qr ordināt ad opa tm̄ p aīaʒ exercitādā. Itē qr libe īformāt itellectū nr̄ʒ sine magna difficultate. Et ob hāc cāʒ Methaphisica nō dr̄ ars li̇balis: qr ē nimiū eleuata. Nec Phisica: qr ē nimiū īmersa māe. Tres āt p̄dictaꝝ sciaꝝ li̇baliū pcedētes manib⁹ se tenebāt. s. grāmatica: logica r rethorica: q̄ dicūt triuiales: q̄si trib⁹ vijs i vnū tēdētes: idest in s̄moēm. Qr grāmatica ꝯsiderat de s̄mone congruo vel incōgruo: logica vo de s̄mōe vo vel falso: rethorica āt de s̄mōe ornato vel iornato. Alie vo q̄ttuor dicūtur q̄driuiales: q̄si q̄ttuor vijs tēdētes i cognitionē quātitatis. Qr Arismetica ē de q̄titate discreta nō ꝯcta. Musica d̄ quātitate discreta ꝯcta ad sonū. Geometria d̄ quātitate ꝯtinua nō ꝯtracta. Astrologia vo d̄ quātitate ꝯtinua ꝯcta ad motū. Post p̄dictas āt septē scias venerūt alie. Prio g° pcessit grammatica exhortās p̄dictū scolarē vt ei opā daret: qr ē origo r fūdamētū aliaꝝ sciaꝝ. Vñ ait Cassiod. li°. 9°. eplaꝝ. epl'a 21ᵃ. Grāmaticoꝝ scola ē fūdamētū pulcherrimū lr̄aꝝ: r mr̄ glose facūdie rc. Vn āt ph̄s. p°. Ethi. Magnū istud vr̄ hn̄t p̄ncipia: r auxiliū ad ꝯseq̄ntia. Vr̄ g° pl⁹ q̄ dimidiū tot⁹ eē p̄ncipiū: r multa mālesta fieri eoꝝ q̄ q̄rūt̄ p ip̄ʒ: hec ille. Ille āt scolaris grāmatice scie r̄ndit: ē ars difficil' r dubia ac ꝯtinēs mltas falsitates: r ponēs ꝯ euangeliū r dicta sc̄tōꝝ. Nā Priscian⁹ wlut q virgo sit tm̄ gn̄is feminini. Cū tm̄ sc̄tā mr̄ ecc'ia i offō scti Joānis euāge. dicat. Virginē virgini comēdauit. Jō meli⁹ igr̄ doctrinale. Est cōis hō: pariter cū virgine latro. Itē dicit Priscian⁹ q murmur ē neutri gn̄is. Euāgeliū āt dicit q erat murmur mult⁹ i populo. Joānis. 7°. r multa similia iueniunt̄ i grāmatica ꝯ sacrā scripturā. Et iō dr̄ q valde idignū ē verba celestis oraculi siue sacre scripture restrigi sub regulis grāmatice vel Prisciani. 38ᵃ. di. c°. idignū. r. pᵃ. q. pᵃ. c°. marchiō. Itē Priscian⁹ fuit heretic⁹ r apostata. Vñ nō potuit bn̄ docere charitateʒ aut aliā virtutē. Et solū docuit loq r ornare liguā nō aīaʒ. Sʒ Paulus ait. p°. ad Cor. 13°. Si linguis hoiuʒ loqr r āgeloꝝ. Charitatē āt nō hēam nihil sū. Itē bn̄ loq r male viuere: nihil aliō ē q̄ se sua voce dānare: vt ait Aug. Scd̄o logica hortata ē eū vt studio suo opā daret: ut disceret ꝯfundere oēs r discernere veꝝ a falso. R̄ndit ei q ait ꝯmētator. 8°. Phisi. q nulla amicitia ē q̄renda cū logicis: qr negāt oēs pfectōeʒ: phiam: deū ac leges. Et iō ff angelus ordis nr̄i q fuit prim⁹ minister i anglia: posito studio logice: cū audisset q disputabāt. Vtrū sit deus. Dixit. Nō pl⁹ frēs: nō pl⁹: ut legit̄ i cronicis ordis nr̄i. Hiero. āt i. c°. vino. 37ᵃ. di. ait q dialeticoꝝ argumēta nō tm̄ tēdicula sūt appellāda: sʒ ēt fantasmata. i. vmbre q̄dā r imagines q̄ cito pe̅ūt r resoluunt̄. Et. c°. legim⁹. eadē di. dr̄. Origenes ciniphes r ranas qbus egyptij sunt pcussi: vanā dialeticoꝝ garrulitatē r sophistica argumēta intelligit. Tertio rethorica cū poetria incitauit eū: vt suo studio opaʒ daret: qr ipsa est scia loquēdi disposite: r ornate psuadēdi: vt ait Tuli⁹ i. p°. de oratore. Qui ēt i. p°. li°. artis veteris i pemio igt. Cristio sapiāʒ sine eloquētia paꝝ pdesse ciuitatib⁹. Et i p°. d̄ ora. ēt ait. Quid tā iocūdū cognitu r auditu: q̄ sapiētib⁹ sententijs grauib⁹qʒ v̄bis ornata orō r polita. Eloq̄ns āt orator i manu sua aīas hoiuʒ q̄dāmodo hr̄e vr̄. Vñ Plutar. ait q tāta fuit facūdia Cice. q cū oraret.

apud Cesarem pro quinto ligario qui fuerat ei
aduersarius: facies ipsius Cesaris versa est i plu
rimos colores in signum mutatiōis animi. Un
ipse Cesar victus dulci oratiōe eū liberauit. Idē
quoq Tulius cū spiculatores a Marco anto
nio missi ad eū occidēdū venissent: tāta facūdia
suasit eis: ut desistere vellēt. Sed vnus q nō au
dierat eius verba superueniēs eū occidit: ut dicit
Ualerius li°.8°. De arte quoq poetica idē faciē
ait Oratius in poetria. Ut pictura poesis erit
que si propius stes te capiat zc. Respondit eis
q sūt scientie pompatice z adulatorie. Cū tamē
dicatur in.l.i.§.persuadere.ff.de seruo cor. q nō
debem9 laudādo augere maliciam. Itē iquit Tu
lius in p°.li.artis veteris. Existimo eloquentiā
sine sapientia nimiū obesse plerūq ciuitatib9: p
desse nunq. Et i.2°.de oratore idem ait. Oratoris
omnis actio opinionibus: non scientia cōtinet.
De poetria aūt dicit Fulgentius mitologiarum
libro p°.fabula.18ª. Poetica garrulitas semp ō
falsitate ornata ē. Un Oratius in poetria canit.
Pictoribus atq poetis Quodlibet audendi sē
per fuit equa potestas. Et Ouidi9 li.3°.sine titu
ait. Erit in immensū iocūda licētia vatū. Ob
ligat historica nec sua verba fide. Et iō dicit Ca
to. Nam miranda canūt: sed nō credenda poe
te. Dicit quoq Isi.in.c°.ideo.37ª.di. Prohibet
xpianis legere figmēta poetarū: quia per oblecta
menta fabularum nimiū mētem excitant ad in
centiua libidinum zc. Arismetica vero hortata
est eum: ut in adiscenda ipsa intenderet que do
cet oēs numeros: z modum recte cōputandi. Il
le autem respondit nō esse curandum: de nume
ris: sed de rebus. Geometria autem dixit docere
mēsurationē terrarū: z lineam ac superficiem
z corporis quantitatē. Cui respondit. Non eē cu
randū de mēsuris rerum quas tenere non possu
mus. Musica vero dixit. Ego ostendā tibi opti
me canere z sonare in omni musico instrumēto:
que sūt valde delectabilia. Unde Eccl9 40. dicit
Tibie z psalteriū dulcem faciunt melodiam. Sz
super vtrunq lingua suauis scilicet in bene ca
nendo. Et philosophus 8°. politi. ait. Omnibus
hominibus est delectabilissimū cantare. Habet
enim musica delectationē naturalē. Propter qd
omnibus etatibus z oībus moribus vsus ipsius
est amicus. Et Macrobius li°. de somnio sci
pionis dicit. Omnis anima musicis sonis capit.
Musica enim capit omne quod viuit. Et Boe
tius in musica li°.p°. inquit. Nulla est omnino
etas que a cantilene dulcis delectatione seiuncta
sit. Et Cassiodor9 li.2°. epistolarū. epistola .40ª.
ait. Nihil efficacius inuentum est ad promouē
dum animos: q cōcaue cithare blanda resulta
tio: hinc etiam appellatā extimam9 chordam: q
facile corda moueat. Respōdit āt scolaris illud
Ecclesiastici. 40. Uinū z musica letificat cor. Sz
super vtrūq dilectatio sapientie. Et illud Eccle
siastes. 7°. Cor sapientis vbi tristitia. Itē inquit.
Nolo intēdere sonis z cantibus: quia minat do
minus Amos. 8°. di. Conuertam festiuitates ve
stras in luctū: z omnia cantica vestra i planctū.
Item ad predictas tres scientias respōdit simul
illud quod ait Hiero. i. c°. si quis. 37ª. di. dicens.
Geometria: arismetica ac musica habent i se ve
ritatē: sed non sunt scientie pietatis. Tunc astro
logia promisit ei cognitionē planetarum: ac cur
sus eorum. Et predicere futuros euentus. Sco
laris autem similiter eā spreuit dicens illud Am
brosij quod recitatur in. c°. legimus. 37ª. di. scili
cet q astrologia nihil confert ad salutem anime
sed potius nutrit errorem zc. Philosophia au
tem naturalis promisit ostendere ei rerum natu
ras. Ipse vero respondit ei q ipsa continet mul
tas falsitates. Ut patet. 4°. Phisi. Et q multi
philosophi tenuerunt q anima quando separa
tur a corpore ingreditur corpora brutorum ani
malium vl aliorū hominum. Item ut refert Frā
ciscus de mairo. in p°. sen. di. 9ª. Philosophi te
nuerunt deū necessitate naturali producere cre
aturas. Que omnia sunt falsa. Item in. c°. nōne
37ª. di. ait Hiero. q ille in vanitate sensus: z
obscuritate mentis ingreditur: qui phisicus per
scrutator oculos trans celos leuat. Et vltra pro
fundum terre z abyssi quoddam inane demergi
tur. Et ad Col. 2°. inqt Paulus. Uidete ne quis
vos decipiat per philosophiam. Philosophia
autem moralis dixit docere mores z guberna
tiones ac vitam politicam. Ille vero respondit
q etiam ipsa multos continet errores circa mo
res ac fidem. Et ideo sapientia philosophorum
sine vera fide reprobatur a deo. Un inquit Pau
lus p° ad Cor. 3°. Sapientia huius mundi stul
ticia est apud deum. De ipsis autem philosophis
dicit Aug. in omelia quadam super Joannem.
Fuerunt quidam philosophi de virtutibus z vi
cijs subtilia multa tractantes: diuidentes: diffini
entes ratiocinantes: acutissimos sillogismos cō
cludētes: libros implentes: suam sapientiam bu
ccis concrepantibus ventillantes. Qui etiam di
cere auderent hominibus. Nos sequimini. Se
ctam nostram tenete si vultis bene viuere. Sed
non intrabant per ostium perdere volebant oc
cidere z mactare scilicet animas. Methaphysica

autem dixit se considerare rerum principia & q dditates. Cui respondit q etiā ipsa continet multas falsitates. Nam methaphisici non intellexerunt perfecte originem rerum & creationem ipsarum ex nihilo: dicentes q ex nihilo nihil fit: primo Methaphi. & 3°. Phisi. & in multis errauerunt circa predicta. Item non cognouerunt perfecte trinitatem personarum diuinarum que est principium omnium creaturarum. Item non habuerunt cognitionem celi christalini nec etiā empirei sicut dicit Scotelus super pdicamentis Aristotelis. Medicina autem dixit se esse valde necessariam & vtilem. Unde Cassio. libro. 6°. epistolarum. epistola. 19°. ait. Inter vtilissimas artes q̄s ad sustētandū humane fragilitatis indigentiam diuina tribuerunt: nulla prestare videtur aliquid simile q̄ȝ potest auxiliatrix medicina cōferre. Ipsa enim morbo periclitantibus materna gratia semper assistit. Ipsa contra dolores p nostra vtilitate confligit. Et ibi nos nititur subleuare vbi nulle diuitie: nullaqȝ pōt dignitas subuenire. Nullus assidue iusti⁹ legit q̄ȝ quod de humana salute tractauerit: hec ille. Hec quoqȝ scientia videtur esse iuristis necessaria ad intelligendum an ex vulnere: an vero ex negligētia curandi quis sit mortuus. Et ad cognoscendū quādo partus in vtero sit format⁹: de quo tractatur in. l. gallus. circa principium. ff. de libe. & postu. & 5ª. di. in prin. Respondit autem scolaris q medicina a iuristis computatur inter artes mechanicas. ut in. l. i. C. de excusationibus artificum li. 10°. Item ab ipsis iuristis medici appellantur parabolani. l. placet & l. parabolani. C. de episcopis & cle. Item ars medicine est longa & fallax. Et fm Ambrosium contraria sunt diuine conditioni pcepta medicine. Nam ieiunia reuocant: lugubrare non sinunt: & ab omni actione bone intentionis abducunt. c°. contraria. de psecra. di. 5°. Ius autem ciuile cepit gloriari dicens suam scientiā esse nobiliorem medicinali arte. Nam p°. Ethi. c°. 8°. ait philosophus. Honorabilior et melior est politica medicinali: fm autem legistas scientia ciuilis est politica. Item leges dicūtur sacratissime. l. leges. C. de legi. Et ideo in eis est studendum. Maxime quia i eis agitur de pane lucrādo & diuitijs cumulandis magis q̄ȝ per medicinam. Unde allegatur versus iste a iuristis. Dat Galienus opes: dat sanctio iustiniana. Ex alijs paleas: ex istis colligi grana. Respondit autem scolaris q ius ciuile multa mala & peccata permittit ut vsuras. ff. de vsur. per totum. Item cōcubinas. l. i. ff. de concu. Item non vult filiū spurium ali a parentibus. auten. licet. C. de natura li. li. quod est crudele & contra naturalem pietatem. Item est nimis magnum pelagus: & scientia valde incerta propter varietatem opinionuȝ & incertitudinem veritatis & est mutabilis: quia imperator potest leges suas corrigere: tollere & mutare. Propter que dicitur a logicis non esse vera scientia. Quod asserit burleus super pmo Poste. Quia de eo non habetur vera sciētia qd potest aliter se habere: ut dicitur in dicto li°. primo Poste. Item exercitatio in palacijs & litigijs est plena deceptionibus & cauilatiōibus ac malicijs fm glosam in. l. ab Anastasio. C. man. vbi altqȝ illi qui in palacijs morantur omnia mala nouere. Ius autem canonicum allegauit quod nullam absurdum continet. ut in. c°. cum contigat. de iure iuran. Cui respondit q nō punit oīa ut meretricium & alia multa. Et sepe procedit p presumptiones: & est periculosa scientia quando vult determinare de mortali. Item non est stabilis. Nam quod statuit vnus pontifex postea q̄n doqȝ alius annullat: et contrarium ordinat ac seruandum precipit. Unde dicitur q romana ecclesia statuta sua fm qualitatem temporum mutat. c°. non debet. de consanguinitā. & affinita. & 25ª. q. vltima. §. his ita respōdetur.

Ultimo theologia allegauit q ipsa est nobilior & dignior omnibus alijs scientijs: probans hoc multis rationibus. Et primo ratione subiecti nobilioris. Nam ut dicit philosophus & cōmentator in primo de aīa: & in primo Methaphi. Et Porphirius in vniuersalibus. Una scientia dicitur nobilior altera ratione nobilioris subiecti. Quanto enim subiectum alicuius sciētie est excellentius: tanto scientia illa est dignior. Cum ergo subiectum theologie sit dignius subiecto omnium aliarum scientiarum: concludendum est q ipsa est excellentior omnibus alijs scientijs. Quamuis ciuilis hoc sibi vsurpet: ut in prima constitutione digestorum. §. pro responsis. in fine. Licet hoc sit verum fm quid. Nam lex ciuilis supponitur ethice: idest morali philosophie: quia tractat de moribus. C. de secundis nup. l. i. Supponitur etiam rationali: quia docet ornate & ordinate loqui. C. de postu. l. quisqȝ & ff. de origi. iu. l. ij. §. post hos. Unde & legem ratio comendat: ut in c°. psuetudo. prima. di. & insti. de iu. na. gē. & ci. §. quod vero naturalis ratio. Supponitur etiam naturali: quia tractat de naturalibus. ff. de sta. ho. l. qui in vtero. & ff. si pars he. pe. l. antiqui. Continet etiam sub se militareȝ ff. de re mili. per totum. Item iconomicam: quia

tractat de dispositione domus.ff.de suppel.le.ꝑ
totū.ꝙ autē subiectū theologie:sit nobilius alijs
subiectis ceterarū scientiarū probatur discurren
do subiecta omniū scientiarū. Nā subiectū grā/
maticalis scientie ad quod omnia reducuntur si
cut ad principium radicalem est littera:quā vo
cat Priscianus elementū:quia est minimū. In
quo stat resolutio ipsius grāmatici. Subiectum
vero eiusdem scientie ad quod omnia reducun
tur sicut ad totum integrale:est oratio congrua
⁊ perfecta. Subiectum rethorice est oratio orna
ta. Subiectum logice est silogismus. Circa hoc
autem est notandum ꝙ phia rationalis diuidi/
tur in artem nouā ⁊ veterē. Et nō dicitur noua
vel vetus ratione prioritatis vel posterioritatis.
Sed quia vetus tractat de terminis remotissi//
mis scilicet de nomine ⁊ verbo:de quinqʒ vni//
uersalibus:de predicamentis ⁊ de enunciatiōe
ac de partibus eius. Noua vero tractat de ter//
minis propiquis scilicet de silogismo ⁊ reliquis.
In veteri sunt tres libri scilicet ysagoge:idest in/
troductiones seu vniuersalia Porphirij. Et hu
ius subiectum est predicabile seu vniuersale.
Item predicamenta Aristotelis:que grece di//
cuntur chategorice:quorum subiectum est pre/
dicamentum. Item liber Periermineias. idest
interpretationum:quia per nomen ⁊ verbū iter
pretantur nostri conceptus mentis:cuius subie
ctū est enunciatio. In noua vero sunt quattuor
libri.s. Topicorum idest locoꝝ:cuius subiectum
est silogismus probabilis. Et liber priorum:cui⁹
subiectum est silogismus in comuni simplici ⁊
non contracto. Et liber Elencorum:idest dilu//
cidatorium:cuius subiectum est silogismus fal/
sificus litigiosus ⁊ apparens ac elenchus:quod
idem est:ab elois grece quod est sol latine. Item
liber posteriorum:cuius subiectum est silogis//
mus demonstratiuus:scientificus ⁊ necessarius.
In phia autem naturali:subiectum libri phisi/
corum est corpus mobile:libri de celo ⁊ mundo
corpus mobile ad locum. Subiectum libri d̄ ge
neratione ⁊ cor.corpus mobile ad formam:libri
Methaurorum corpus mixtum iperfectum.
Et dicitur imperfectum quia ad productionem
eius non concurrunt q̄ttuor elementa. Sʒ aliqñ
tria aliqñ vero duo. Ut ros:pruina ⁊ grādo. Su
biectum libri Mineralium est corpus mixtum
perfectum Ad cuius productionem concurrūt
quattuor elementa:sed est inanimatum. Ut ferꝛ
plumbum:aurum:argentum ⁊ huiusmodi. Li
bri de anima corpus animatum vel anima:li/
bri de vegetabilibus ⁊ plantis:corpus vegeta//
bile:libri de paruis naturalibus corpus sensiti/
uum. Subiectum autem medicine est corp⁹ hu
manum sanabile. In phia vero supernaturali
subiectum Methaphisice est ens inquantum
est in abstracto. In phia morali:subiectum libri
Ethi.est modus bene viuendi circa seipsū libri
Iconomice:modus bene viuēdi circuʒ morale
regimē familie:libri politicoꝝ:modus bene vi/
uēdi īter ciues. In scientijs vero mathematicis
s̄m astrologie ē corp⁹ celeste:iquantū īfluit cir/
ca īsta īferiora. Geometrie ē linea vel quantitas
cōtinua. Perspectiue linea visualis. Arismeti/
ce quātitas discreta nūeralis siue numer⁹. Mu
sice ē quātitas discreta cōtracta ad sonū siue so//
n⁹. Subiectū iuris ciuilis s̄m Ioannē de legna
no ⁊ Panor.ī ꝓlogo decretaliū ē hō politic⁹ diri
gibilis ꝯstitutiōib⁹ legalib⁹:ī bonuʒ simpliciter
humanū ⁊ mūdanū. Subiectū iuris canonici ē
hō catholic⁹ dirigibilis cōstitutiōib⁹ ecclasticis
ī bonū simplr mūdanū ⁊ diuinū. Et iō ꝑfert ci/
uili:qꝛ ꝑticipat de theologia ⁊ ciuili. Unñ vtriqʒ
cōicās nomē ꝓpriū sortita:scia canonica appel/
Tu es illa de qua dñs custodiam habet: dicente Dauid ps°. 146°. Dñs custodit veritatē in seculū seculi. Tu es illa que stabilis in oibus aduersitatibus permanes: dicēte Seneca li°. 13°. eplarū epistola. 4ª. Veritas in omnem sui partez semper eadem est: qui vero decipiunt: nihil habent solidi. Tenue eni est mēdaciū et perlucet si diligēter inspexeris. Tu es illa quā semper deus defēdit: vnde Ecclesiastici. 2°. di. Protector est omnibus innocātibus eū in veritate. Tu es illa quam offēdere nō potest diabolus: cui precepit deus illud Ecclesiastici. 7°. Nō ledas seruū in veritate ambulantez. Tu es illa que firma perduras nec mutari vales: iuxta illud Prouer. xj°. Labium veritatis firmū erit in perpetuū. Tu es illa que ab oibus desideraris: et a pricipio mūdi vsqz in finē illius laboribus perquireris. [illegible] tales milesius: Solō: Chilō: Pithacus: Bias: Cleātes: Cleobolus: Periāder: Crates: Anasimander: Diogenes: Sortes: Plato: Sochrates: Aristotiles: Isochrates: Theofrastus: Demostenes: Cicero: Quītilianus: Anaxagoras: Zeno: Empedocles: Epicurus: Democritus: Heraclitus: Leucipus: Corinthus: Maliagrabel: Albumasar: Algazel: Ptolomeus: ceteriqz philosophi ac sapientes viri in sola veritatis inquisitione faticati sunt: et illa inuēta quieuere: si tamen ab eis inuenta est. Nulla est eni scientia que non tendat ad veritatē: tanq̄z ad vltimuz finem. Nam grammatica versatur circa cōgruitatem sermonis: vera et iusta compositiōe litterarū: et sillabaꝝ: vnde vocabula deriuentur: que sint eorum ppositiones: quid regens: quid rectum: et quomodo scribantur. Logica figuris: argumentationibus et silogismis tendit ad veritatem. Rethorica: exordio: narratione: confirmatione: cōfutatione: conclusione: inuentione: dispositiōe: elocutione: memoria: pronunciatione: coloribus locis et argumentis: teste Tulio habet persuadere veritatem. Arismetica numerando: multiplicando: diminuendo: et sumendo: considerat veritatem. Geometria mensurando punctos: et lineas: figuras: spericas: triangulares: et quadrangulares: latitudinem et altitudinem: tendit ad veritatem. Astrologia considerando stellas: polum articum et antarticum: vrsam maiorem et minorem: boetem: currus: septem planetas: et duodecim signa: cum septuaginta duabus constellatōibus: nihil

aliud querit ꝙ veritatem. O igitur beatissima veritas tu es illa cui propitius est deus dicente David psalmo. 114°. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eū in veritate scilicet vt det illis in presēti grāz suā: et in futuro vitā eternā. Amē.

Dominica quīta post pasca de documētis datis operarijs et artificibus ac merchatorib⁹. Sermo trigesimussecūdus.

Hic beatus in facto suo erit. Jacobi primo. c°. et in epistola occurrē dominice. Tria tm̄ sūt q̄ nostra appellari possunt. Primum est tempus iuxta illud Senece ad Lucillum. Omnia mi Lucille aliena sunt tm̄ autem tempus nostrum est. Secundo nostre sunt virtutes: vnde Bernardus i quodam sermone dicit. O filij adam genus auarum et ambitiosū: audite qd vobis cū diuitijs temporalibus: que nec sunt diuitie nec opes sed virtutes quas secum cōscientia portat vt in perpetuum diues fiat vere diuitie sunt: et Ambrosius super Lucam ait. Neqꝫ nostra sunt que non possumus afferre nobiscum: sola virtus comes est defunctorū. Tertium quod nostrum est: vita est eterna: quam cum adepti fuerimus nunꝙ amittemus: vnde Ambrosius vbi supra dicit. Bonum atqꝫ salutare ac idoneum est preceptum quod etiaz auaros potest animare: quo studeant corruptibilia perhēnibus: terrena celestibus commutare diuitijs: faciendo amicos de iniquo mammona iniquitatis qui eos recipiant in eterna tabernacula. Ideo Augustinus super ps°. 90. sermone. 2°. inquit. Si auari esse volumus: vite eterne esse debemus auari: et illam vitam querere que nunꝙ habet finez: hic extendatur auaritia nostra: argentum vis sine fine vitam eternam desidera sine fine. Non vis vt habeat finem possessio tua vitam perpetuaz quere. s. per bona opera vt de te dici possint verba thematis nostri. Super quibus tres considerationes faciem⁹. Prima dicet operationis. Secūda ꝑmissionis: Tertia vero offēsionis.

Pars ꝑma huius sermonis d documētis datis diuersis oparijs et artificib⁹. I

Primo in hac parte in generali cōsiliū dabim⁹ omnibus operarijs: idest hominibus qui operarij appellantur. Deinde ad particulares status operarioruz veniemus. Qd aūt hoīes operarij nūcupent: patet. Nā Genesis. 2°. dr. Posuit deus hominez in paradiso voluptatis vt operaretur. Ista autē operatio erat principaliter spiritualis. s. contemplādi et meditandi diuina: quo modo etiam nos operari debemus: iuxta illud Joannis. 6°. Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternam: vt inquit Aristo. p°. et x°. Ethico. Ultia felicitas hominis consistit in operatione eius per optima. Eiecto etiam homine de paradiso dicit de⁹ Genesis. 3°. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: idest vt possis viuere oportet te in aliquo licito exercitio laborare. Ideo Ecclesiastici. 9° ait. sapiēs. Qdcūqꝫ potest man⁹ tua instanter operare et ps°. 103°. īquit David. Exibit homo ad op⁹ suū et ad operationem suam vsqꝫ ad vesperam. In quibus verbis tria tanguntur circa operationē. Primo bona cōscientia ibi: exibit homo ad op⁹ suū. Secundo debita conuenientia ibi: et ad operationem suam. Tertio perfecta permanentia ibi: vsqꝫ ad vesperam. Primo ergo requiritur in opere bona conscientia: vt sit rectuz in intentione: vt finis vltimus sit deus: iuxta illud p°. ad Corin. x°. Omnia quecunqꝫ agitis in verbo vel opere: in gloriaz dei facite. Finis vero propinquus sit aliquod rationale: vt pro sustentatione propria: quia dignus est mercenarius mercede sua. Luce. x°. Uel pro subuentione aliorum: ꝓm illud Pauli ad Ephe. 4°. Operetur manibus suis: vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Item debet esse bona conscientia: vt opus sit licitum in executione: vt non sit opus prohibitum. c°. fornicari. 88ᵈ. disti. Ideo ait apostolus ad Galat. 6°. Probet autem vnusquisqꝫ opus suum: idest examinet si bona cōscientia potest exerceri. Item debet esse bona conscientia in opere: vt sit discretum in aggressione scilicet vt discrete: et cum debito modo: et alijs circūstantijs loci et temporis fiat: et taliter ꝙ ex eo fructus bonus sequatur: iuxta illud ad Colo. p°. i oī opere bono fructificātes.

K

Secundo tangit David in predictis verbis debitam conuenientiam circa opus fiendū dicens: et ad operationem suam. Quia enim diuersarum sumus complexionum sicut ad diuersas virtutes magis inclinamur scilicet vnus magis ad liberalitatem: alter ad humilitatem: alius ad castitatem: alter ad miserationem: et sic de alijs: vn de Job dicebat sui libri. 31° .c°. Ab infantia creuit mecuz miseratio: et de vtero matris mee egressa est mecum. Sic ad diuersas artes et exercitia inclinamur naturali instinctu: et diuina prouidētia ita disponente ad pulchritudinem vniuersi: et ostēsionē sue sapie q̄ tā varias operationes artificū īspirauit mētib⁹ hoīuz. Qr g° dicit Ari. p°. Poli

c°.5°. Nō idez vnicuiqʒ delectabile est ſm natu
rā:ſed altera alterius est dilectatio:debet hō illi bo
no exercitio:vel arti ſiue ſtudio opam dare cui est
magis inclinat⁹: vt facilius poſſit ad illi⁹ pfectio
nē venire. Ait enim Phi. 8°. Ethi. c°. 4°. Coau
get opationem ppa delectatio:magiſqʒ ſingula
iudicāt ⁊ certius exqrūt cum delectatōe opantes.
Propria enim delectatio cōfirmat operatiuos ⁊
diuturniores ac meliores facit. Et. x°. eiuſdē libri
c°. 5°. idem dicit. Unuſqſqʒ circa hec ⁊ in his bn̄
operaf que maxime diligit. Exeat ergo homo ad
opatiōem ſuā:idest ad eam artez quā iudicat ſibi
meli⁹ ꝯuenire ⁊ cōplacere. L

Tertio in verbis ſupradictis tāgit Dauid per
fectā pmanētiam di. Uſqʒ ad veſpam.i. vſqʒ
ad vite terminum:nō ſuperueniēte cauſa legiti
ma mutādi artē. Qō est cōtra aliquos inſtabiles
qui omni die mutāt vnā artē:hi ſunt ſiles filio in
cōſtantie:de quo dicit Boeti⁹ in li°. de ſcolaſtica
diſciplina:ꝙ cū pater ſuus poſuiſſet eum ad opa
diuerſe artis:ille ſubito atediebaf cum vnā inci
piebat. Unde finalr oēs renuēs interrogat⁹ a pa
tre qd facere vellet:rn̄dit ſe velle fieri aſinū ad ſali
nam portādaz. Et ideo dī Eccl. 5°. Nō te vētiles
in oēm vētum:⁊ in omni via nō eas:ſed esto fir
mus in via dn̄i. Debet ēt exire hō ad opationem
ſuā vſqʒ ad veſpaz:idest vſqʒ ſero ꝯtinuādo:non
parum operādo ⁊ ſubito dimittendo. Cuz enim
quis perſeuerauerit in aliquo bono exercitio vſqʒ
in finez:tunc facto ſero hora veſpertina:idest defi
ciente vita domin⁹ dicet procuratori ſuo. Uoca
operarios ⁊ redde illis mercedē ſuam. Matthei
20. Opera enim illoꝝ ſequūtur illos. Apocalypſis
14°. ſcilicet ſi in illis finaliter perſeuereƚ ⁊ cōſtan
ter. Ait enim Anacletus papa. 83°. diſtinct. c°. ni
hil. In vnoquoqʒ artium opere mater inuenitur
inſtātia. Nullus ergo debet ocio vacare: ſed ſem
per alicui bono operi vl' exercitio inſudaƚ. Ait.n.
Seneca ad Lucillum. Demetrius vitam ocio
ſam mare mortuum reputabat. In ocio enī iacere
nō est trāquillitas ſed malicia:mallo ergo vt
me fortuna in caſtris ſuis ꝙ̄ i delitijs habeat:hec
ille. M

Comērator quoqʒ Auerois ſup. 2°. Metha
phi. dicit. Qui aufert opationes a rebus au
fert eēntias rerū. Ait eniz Ari. p°. Metha. Una
queqʒ res habet eſſe per ſuā opationē. Et in li°. de
cauſis dī. Non est dare ſubſtātiā ocioſam. Et p°.
Ethi. c°. 5°. ingt Phūs. Juſtuz ⁊ vniuerſale bo
nuz virtutis laudamus ꝓpter opera ⁊ actus. Et
Temiſti⁹ ſup p°. de aīa dicit. Nihil ocioſuz in na
tura:ſed vnicuiqʒ enti est aliqō opus attributuz

Ideo. 6°. de aīalib⁹ dr̄:ꝙ rectores apum ocioſas
apes a ſe eijciūt. Ad opandū ergo hortanƚ nō ſo
lū ſacri doctores ⁊ philoſophi:ſed ēt poete. Unde
Ouidi⁹ in. 3°. de arte amādi canit. Dū vires ani
mi ſuppetunt tollerate labores. Jam veniet tacito
curua ſenecta pede. Uenture memores iam nunc
estote ſenecte. Sic nullū vobis tp̄s abibit inhers.
Et ibidem ponēs multa exēpla quib⁹ ostēdit:ꝙ
pſeuerās in opere tādē obtinebit intētum ait. Ca
pta vides ſero pgama capta tamē. Prouer. q̄qʒ
13°. dī. Aīa opantiuz impinguabiƚ. Et ideo Eccl.
31°. ingt ſapiēs. In oībus opibus tuis esto velox:
⁊ īfirmitas nō occurret tibi. Nō dz tn̄ hō tātum
corpalibus opibus īludare:vt q̄nqʒ nō requieſcat
aliquātulū. Ait.n. Ouidi⁹ in epl'is.
Qō caret alterna requie durabile nō est.
Hec reparat vires feſſaqʒ mēbra nouat.
N

Super oīa autem exercitia debemus eſſe ſolli
citi in ſpūalibus operibus:iuxta cōſiliū apo
ſtoli ad Romanos. 12°. dicenƚ. Sollicitudine nō
pigri ſpū feruētes:domino ſeruiētes. Jccirco:ſe
cūde Petri p°. dicitur. Satagite vt per bona ope
certam vocationē veſtram ⁊ electionem facia
tis. O

Sed iam ad particulares operarios ⁊ artifi
ces venire volētes premittēduz videtur:ſm
ꝙ inquit Ugo de ſancto victore in quodā ſermo
ne:ꝙ opatiōem mundanarū exteriorum multi
plex est differētia. Alique enim deſeruiūt vt plu
rimū vanitati ⁊ iactantie. Ut ars rechamature ⁊
ornamentorū auri ⁊ argenti:ac gēmaruz ⁊ ſimili
um:que pro maiori parte deferūtur ad pompam
⁊ vanāgloriam:iuxta illud Jeremie. 51°. Opera
eoruz vana ⁊ riſu digna. Et talium fabricatio ⁊
ars licet ſit multum periculoſa:tamē quia nō om
nibus est prohibit⁹ talis ornatus:ſed aliqui pre
cioſis veſtibus ⁊ ornamentis poſſunt vti plus ⁊
minus:ſm eoruz ſtatum:⁊ dignitatem:ac officia
⁊ cōditiones:ſm ꝙ declarat beatus Thomas. 2°.
2°. q. 169ᵃ. Ideo nō est ſimpliciter prohibita. Et
idem dicēdum est de fabricatione ⁊ negociatio
ne aliaruz reruz:quibus poſſunt homines bene ⁊
male vti:vtputa gladiorum ⁊ baliſtarū:⁊ ſimili
um. Si enim quis bona intentiōe ⁊ cauſa talia
faciat aut vendat non peccat:vt inquit Innocen
tius capl'o primo. ne cleri. vel mona. Si tamē
quis ſciret vel probabiliter ac veriſimiliter du
bitaret:ꝙ ille cui talia vendere vel donare inten
dit: male eis vtetur eadem pena puniendus est:
quia ille cui talia tribuit. per. cᵐ. fina. de iniuri. ⁊
damno dato. Et ideo talium ars in hoc caſu est

ꝓhibita. Vñ ꝯcludit reuerẽd⁹ pater fr Angelus de clauasio i angelica sua in verbo. ars. ꝙ q faciũt chartas: taxillos: allea: ⁊ hmõĩgb⁹ vĩ frequẽter hoĩes vtunᷣ ad pctm̃ mortale nõ pñt absolui: nisi a tali arte abstineãt. Al'. n. Gre. in c°. negociũ. de peni. di. 5ª. Sũt pleraq; negocia: que vix vel nũq̃ sine pctõ exerceri pñt. Ad ea ergo post ꝯuersionẽ necesse est vt aĩus nõ recurrat. Ex qb⁹ etiã apparet: ꝙ ꝓhibita est ars ⁊ negociatio earũ rerũ: qb⁹ ad nihil vti pñt hoĩes nisi ad malũ: vt dicit Innocẽ. in. d. c°. p°. ne cle. vel mo. Flagitiose eñi res: nec emptio: nec mẽdaciũ: nec societas valẽ põt. Et dĩ in. l. qđ sepe. §. veneni mali. ff. de ꝯhẽ. emp. P

SEcũdo repiᷣ exterior opatio de fuiẽs inigtatu: vt est ars vsurarioꝝ: meretricũ: pyrrataꝝ: ⁊ huiusmodi: de qb⁹ ingt Dauid ps°. 5°. loquens deo. Perdes oẽs qui opanᷣ inigtatẽ. Taliũ ergo ars est maledicta. Q

SEd hic queri põt qd de arte sonatoꝝ q ostẽdũt sonare correas: ⁊ qd de exercitio eoꝝ qui docẽt corrizare. Cui⁹ quidẽ exercitij ꝑmissionẽ vel prohibitionẽ: meli⁹ intelligẽ poterim⁹ si vtrũ corrizare liceat videamus. De quo inquit Chriso. sup Mat. 14°. c°. Ubi saltatio: ibi diabolus: ⁊ ꝑcipue dieb⁹ festiuis. Neq; eñi de⁹ ad hoc nobis dedit pedes vt cũ camellis saltem⁹: sed vt cũ angelis choꝝ faciamus. In saltib⁹ ⁊ correis letanᷣ demones: ⁊ exultãt ministri demonũ: hec ille. Tuli⁹ quoq; i li° de officijs dicit. Nõ ita a natura gñati sumus: vt ad ludũ vel ad iocũ facti esse videamur: sed ad li veritatẽ potius ⁊ ad quedã studia grauiora atq; maiora. Sed pro meliori hoꝝ declaratõe: tria de correis vidẽda sunt: primũ dĩ ꝯditionis: secũdu; dissuasionis: tertiũ ṽo detestatiõis. Quo ad primũ est sciẽdũ ẽm doctrinã Alberti magni in. 4°. di. 16ª. Et Frãcisci de mayronis in expositiõe decalogi ꝑcepto. 3°. expositiõe. 2ª. Et Tho. in suo quol'. Et. 2ª. 2ᵉ. q. 168ª. art°. 3°. Et Ray. in sua sũma: ꝙ ad hoc vt sine peccato corrizari possit reqruntur multe ꝯditiões: ex qbus colligo septẽ. Prima est ꝑsonalitas. s. vt sit ꝑsona secularis: qꝛ clericis ⁊ religiosis est prohibitũ. 46ª. di. c°. clericũ. ⁊ de cõse. di. 5ª. c°. nullus ꝑsbyteroꝝ. ⁊ c°. nõ oportet. el p°. ⁊. 34ª. di. c°. ꝑsbyteri. ⁊ c°. p°. ex ne clerici vel mo. Unde expsse dicit Rodonensis in sũma: ꝙ credit eos peccare mortalr. Et idẽ inquit pater fr Angelus de clauasio in angelica: in ṽbo. correa. addẽs nisi forte modicitas ⁊ qualitas corrizandi excusaret: puta in secreto ⁊ huiusmodi. Silr solẽniter penitẽtib⁹ est prohibitũ. 33ª. q. 2ª. c°. admonere. Deo eñi dicati vanis seculi spectaculis iteresse non debẽt. de vita ⁊ hone. cle. c°. clerici officia. Sed quid dicemus de quibusdã clericis ⁊ religiosis: qui quãdo cantãt missam nouã ducunt correas ⁊ faciũt fieri tripudia in eorum ecclesijs vel monasterijs? Heu miseri ⁊ sine verecũdia: nõ serui dei sed diabolici: de tali presbytero socio proditoris inde conqueriᷣ Christus psalmo. 40. dicẽs. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplãtationem. Seruate ergo o clerici illud qđ precipiᷣ vobis in dicto c°. ꝑsbyteri. 34ª. distinct. vbi dicitur. Presbyteri: diacones: ⁊ subdiacones: ⁊ ceteri quibus ducẽdi vxores licẽtia modo nõ est: etiã alienarũ nuptiarũ euitent cõuiuia: nec his cetibus misceãtur vbi amatoria cãtãtur ⁊ turpia: aut obsceni motus correis ⁊ saltationibus efferũtur: ne auditus ⁊ obtuitus sacris misterijs deputati turpium spectaculorũ atq; verboꝝ cõtagione polluãtur. R

SEcũda cõditio dicitur intẽtionalitas: scilicet vt nõ corrizet: vt se vel alios ad ꝯcupiscẽtiam vel aliud malũ prouocet: nec propter vanã gloriã. Intentio enim operi nomẽ imponit: vt inquit Ambrosi⁹ in li°. de officijs. Et oĩa iuste denominanᷣ a fine. 2°. de aĩa. Unde opus indifferenẽ dĩ bonum aut malũ ẽm intentionẽ. argu°. in c°. vide. pª. q. pª. ⁊. 23ª. q. prima. c°. noli. ⁊. c°. militare. S

TErtiam cõditiõem ponit Rodonẽsis vbi supra: que appellaᷣ raritas dicẽs: ꝙ credit peccare mortaliter ducẽtes correas ex cõsuetudine. Corrizantes autẽ raro ⁊ sine corrupta intentione dicit nõ audeo dicere ꝙ peccẽt mortaliter: s; nec audeo excusare a mortali cum ingerãt se periculo alios prouocandi ad libidinẽ: ⁊ exẽplo suo alios ad similia faciẽda prouocãdi. Licet ergo cõsuetudo ⁊ frequẽtia alicuius: qđ de se nõ est peccatũ mortale nõ faciat illud mortale: vt declarat Ricardus noster in. 4°. dist. 16ª. Tamẽ ẽm hui⁹ opinionẽ in tali casu ei videᷣ mortale ratione piculi: qđ ex tãta frequẽtia quasi impossibile est nõ incurri. Quarta cõditio dĩ stabilitas: scil; corrizantis. Nam qui ita fragilis est: ꝙ l; bona intẽtione corrizare incipiat: tamẽ nõ exijt quin ad libidinẽ mortalẽ prouoceᷣ: peccat mortaliter aduertens de tali sua fragilitate ⁊ se ingerẽdo correis. Qui. n. amat piculũ pibit in illo. Eccl. 3°. Unde ingt Hieronymus in quada; omelia. Nõ credo viro qui dicat se illesum euasisse a talib⁹ spectaculis: cũ Dauid ex eo ꝙ vidit bersabee lauãtẽ se ꝓuocat⁹ sit ad libidinẽ: hec ille. T

QUinta ꝯditio dĩ tꝑalitas. s. ꝙ non fiãt tpe deuotiõis ⁊ pnie. Ut a septuagesima vsq; ad octauã pasce: ĩ q etiã tpe ꝓhibeᷣ nuptiaꝝ solẽnitas

33ª.4.4ª.c°.nō oportet.ꝛ tribus capītis sequentibus ab aduētu vsqꝫ ad epiphaniā. Et a feria.2ª. ante ascensionē dñi vsqꝫ ad scdam feriā post octauā pētecosten exclusiue.extra de ferijs.c°.capellanus. Et rationē assignat Tho.in.4°.di.32ª.quia animi nimis in talib⁹ dissoluunt. Siliter nec tēpore ieiunioꝝ ꝛ letaniaꝝ:nec festiuo tēpore. Unde fm Ricar.in.3°.di.37ª.ar°.2°.q.4ª.in respōsiōe ad tertiū argumentū:die festo corrizare est mortale. Sicut enim persona sacra prohibet:sic ꝛ tps sacrū. Sciendū est ergo fm Albertū vbi supra:ꝙ tēpora qb⁹ corrizando qs excusat sunt tria:scilicꝫ nuptiaꝝ:victorie habite de inimicis:ꝛ dñi aduenientis cū salute de terra lōginqͣ. V

Sexta cōditio est modalitas:scilꝫ ꝙ fuerit modus honest⁹ ꝛ nō fiant vane ac dissolute gesticulationes ꝛ act⁹ ad libidinē incitantes. Dicit enī iurisconsult⁹ in.l.fili⁹.ff.de cōdi.insti.que enī ledūt pietatē:estimationē ꝛ verecūdiam nostrā:ꝛ vt gñaliter dixerim cōtra bonos mores fiūt:nec nos posse facere credendū est. Honestas enī est vnū iuris preceptū.insti.de iusti.ꝛ iu.§.iuris precepta. Et ideo est peccatū mortale corrizare cū gesticulatōib⁹ prouocantib⁹ ad lasciuiā:vel cū tactib⁹ impudicis aut ornamētis lasciuis ꝛ inhonestis. Honesti⁹ aūt corrizant sarraceni ꝙ xpiani. Nam in terris coꝝ corrizāt separatim viri cū viris:ꝛ femine cū mulierib⁹. X

Septima cōditio est localitas. Loca enī deo dicata:pia ꝛ religiosa:ab his preseruari debent. Mat.21°. Domus mea dom⁹ orōnis vocabit. Unde videt mortale peccatū corrizare i loco sacro.arᵐ.in.c°.decet.de imu.eccl.li°.6°. Scriptū est enī in c°.oratoriū.42ª.dist. Oratoriū hoc fit vt nec ibi qcꝙ geraf:nisi quod diuinis laudib⁹ cōueniat. Y

Quāuis aūt fm predictos doctores in aliquo casu corree sint pmisse:tamē quia multoꝝ peccatoꝝ sunt inductiue:totis sunt virib⁹ dissuadēde:ne pareat via demonū fraudib⁹:dissolutiōib⁹:lasciuijs:ꝛ aiaꝝ periculis. Licet enī homo sit fortis ꝛ durus tanꝙ ferrū:vel nāliter frigidus tanꝙ [illegible] pietate cādidus tanꝙ murus dealbat⁹:tamē nō debet cōfidere de sua fortitudine:nec de sua frigiditate:nec de sua sanctitate. Sigdē ferrū in igne positū emollescit:ꝛ silr hoies firmos in suo pposito ignis ꝯcupiscētie emollescit. Unde Hiero.ait. Ferreas mētes libido domat. Ex ꝑcussione etiā duorū lapidū frigidoꝝ ignis excutit:ꝛ silr ex nimia familiaritate viroꝝ ꝛ mulierū:lꝫ a principio videantur frigidi:tamē per cōcupiscētiā sepe inflāmātur. Quis enī frigidior eē pōt ꝙ qui [illegible] extremis laborat. Et tamē vt rfert Gre.i dialogo qdā sacerdos laborās in extremis:dū ei qdā mlier facie appropinquasset vt sciret si adhuc spiraret illa voce ꝙ potuit exclamauit. Recede mulier:recede. Tolle paleam adhuc viget igniculus. Murus etiā dealbatus quamuis ex candella nō cōburat:tamen denigratur. Et similiter ꝙuis aliqui nō comburantur ex concupiscentia tamen ex nimia mulierum familiaritate denigrantur in fama:vel aliquo modo in conscientia quam nonhabent apud deum sic sinceram. Ait enim Hieronymus. Crede mihi non potest cum deo toto corde ambulare qui feminarum accessibus copulatur. Ideo dicit. Ecclesiastici.9°. Cū saltatrice nō sis assiduus:nec audias illā ne forte pereas in efficacia illi⁹. Et ibidē. Auerte faciē tuā a muliere cōpta:ꝛ ne circūspicias mulierē alienā:propter speciē enī mulieris multi perierūt:ꝛ ex hoc cōcupiscētia qͣsi ignis exardescit. Cōcludendum est ergo ex pdictis ꝙ [illegible] corree fiant a personis ecclesiasticis vel religiosis ꝑcipue publice cū mulieribus:vel [illegible] fiāt temporib⁹ nō cōcessis:aut in locis sacris vel religioni dedicatis vel modis inhonestis:dissolutis ꝛ libidinosis:cum cantibus ꝛ sonis ad libidinē incitātibus:vel intētione corrupta vt ad vanāgloriā ꝛ ostentationē ꝑsone:vel pp libidinē ꝛ cōcupiscētiā sine peccato exerceri nō possunt:multo min⁹ frequētari: ꝙ certe oīa nūc vt plurimū locū habent in correis hodierni tpis. Z

Secundū principale est dissuasio. Nā multa dissuadēt correas. Primo loci cōsideratio: Sumus enī in exilio:ꝛ idō nobis est flendū ñ gaudēdū:vt ait Aug.ꝛ in hac valle miserie oīs mundana letitia debet nobis esse iportuna Eccle.22°. Musica in luctu iportuna narratio:vnde dicere debem⁹ cū psalmista. Quō cātabim⁹ in terra aliena? Secūdo cōsideratio tēporis pñtis vite qd nō est nisi qdā cursus ad mortē:vt Ber.ait. Ad quā oēs vt dicit Aug. pari motu vrgent. Stult⁹ enī il[illegible] eēt qui ad mortē suppliciū cū gaudio ꝛ solatio ire vel duci vellet. Tertio cōsideratio stat⁹ nři periculosi ꝛ dolorosi:qa q̃cunqꝫ nos vertim⁹ periculū ꝛ dolorē inuenim⁹:ꝛ de oi vana leticia districtā deo rōnē reddituri sum⁹:vñ [illegible] habet in vitis patruꝫ qdam senex pf vni vane ꝛ dissolute ridenti dixit. Redituri sum⁹ rōnē de vita nr̃a corā deo ꝛ oībus angelis ꝛ hominib⁹ ꝛ tu rides? Itē qa corree mūdi ducūt ad correas iferni dicēte Aug. Quilibꝫ salt⁹ q fit in correa ē salt⁹ i pfūdū iferni. Cui rō ē qa sicut deuoti dieb⁹ festiuis intrādo ecclesias cordis humilitate xpm adorāt genib⁹ flexis. Sic isti de [illegible] alte saltādo deludūt xpo:q alte de ira ad crucem

ꝑ eis moriẽdo saltauit. Itẽ deuote man⁹ complectũt xp̃m: collaudãdo: ⁊ isti i opprobriũ xp̃o deludũt brachia late extẽdẽdo q ꝑ eis expãsis mãibus ⁊ brachijs in cruce fuit clauat⁹. Itẽ deuoti nudatis capitib⁹ vel vellatis xp̃o hũiliter inclinãt. Et isti in derisum capita frõs ⁊ coronis ac peplis adornãtq ꝑ eis spinea corõa fuit coronat⁹. Et iõ oẽs debẽt se subtrahere a talib⁹ spectaculis sicut faciebat beat⁹ Tobias dicẽs sui libri. c°. 3°. Nunq̃ cũ ludẽtib⁹ miscui me: neq̧ cũ his q ĩ leuitate ambulãt pticipẽ me ꝓbui. Illi.n. qui talib⁹ correis delectant se priuãt correis padisi de quib⁹ canit eccl'a dño Jesu. Qui pascis iter lilia sept⁹ correis v̾ginũ. Unde refert Gre. in dialogo de quadam puella romana nõie musa: q̃ cum correis nimis d̾dita eẽt: appuit ei ĩ nocte beata v̾go Maria cũ choro v̾ginũ pulcherrimaꝝ: ⁊ dixit ei ꝙ correas dimitteret: ꝙ cũ ipis v̾gib⁹ ad correas celestes trigesima die pueniret: qd̃ ⁊ factũ est. Insuper euitãdas esse correas põt probari mltipl'r. Et p°. ratione auersionis: sic. Oẽ illud per quod a creatura rõali tollit dilectio deo debita est malũ ⁊ iniquũ Hoc pz: q2 illud qd̃ tollit charitatẽ aduersat deo ⁊ hoc est pctũ. Mat. 12°. Qui nõ est mecũ cõtra me est Quod dr̃ etiã a legistis in. l. celicolaꝝ i fi. C. de iudeis. Sz per correã hõ vt plurimũ auertit a deo. Nã cũ illũ teneat sup oia diligẽ. Mat. 22°. ⁊ ꝯseq̃n̾ tenet oia vitare per que ĩpediat a tali dilectiõe. Cũ hõ vel femina se expõit correis maxie frequẽtãdo: adeo ĩ eis nascit quidã rabios⁹ amor ⁊ libidinosus: vel luxuries vel saltẽ illius delectationis que est in corrazãdo: vt frequẽter obliuiscat dei: ⁊ amorẽ quẽ debet hr̃e erga creatorẽ: applicet creature: ita vt plerũq̧ pro amata plura parat⁹ sit facere ⁊ pati: q̃ pro deo vel aĩa. Itẽ adeo his tẽporalib⁹ gaudijs delectat: vt plerũq̧ fiat hẽticus: nõ credẽs vitã eternã: nec maius bonũ siue delectatiõẽ repiri. Unde sepe dicit. Ego nescio pulchriorẽ paradisũ isto. Ego sic ꝑmanere vellẽ ꝑpetuo: vt mihi semel dixit qdã iuuenis dissolut⁹ inquiẽs. Teneat de⁹ paradisũ suũ ego.n. in hoc mũdo hẽo paradisũ meliorẽ. O stulte ⁊ ĩsensate: qd [illegible] hoc facit dicere nisi vanũ hui⁹ mundi gaudiũ Ergo ex his ꝯcludit vitãdas eẽ correas q2 hoiẽs a deo auertũt ⁊ deuotiõẽ prosternũt. Unde Ouidi⁹ in. 2°. de remedio amoris: ait. Eneruant animos cithare litesq̧ iociq̧. Et vox ⁊ nũeris brachia mota suis.

A

Secundo rõne punitiõis. Oẽ illud qd̃ punit pena eĩna est pctũ mortale: sz inordinatum ⁊ dissolutũ gaudiũ punit pena eterna ergo. ⁊c. Et hoc est quod dicit sapiẽs Prouer. 14°. Risus dolore miscebit: ⁊ extrema gaudij luctus occupat. vbi dicit glosa. Luct⁹. s. ꝑpetuus. In correis autẽ est dissolutũ gaudiũ: ⁊ risus dissolutus. Ergo. ⁊c. Et hec ratio colligit a beato Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 168ª. ar°. 3°. vñ notãdũ fm Alex. de ales in. 2ª. parte sũme in tractatu de diuisione peccati: vbi ait de iocula tionib⁹ ar°. p°. ꝙ multiplex est risus. Quidã prouenit ex serenitate cõsciẽtie: ⁊ dulcedine spũs scti ⁊ ille nõ tm̃ est sine peccato: sed pertinet ad fructũ spiritus: qui est gaudiũ: vt dr̃ ad Gal. 5°. Quidã risus cedit in premium Prouer. vl°. Ridebit in die nouissimo: glosa idest gaudebit in retributiõe regni celestis: qui dolebat in certamine vite pñtis. Quidã ex ipsa nature mãsuetudine: ⁊ bonũ nature determinat: nec habet meritũ: vel ecõtra. Quia in his que a natura sũt: nec laudamur: nec vituperamur. 2°. Ethic. Quidã ꝓuenit ex stulticia: vnde dicit vulgariter. Per risũ multũ poteris cognoscere stultũ: ⁊ Eccli. 21°. Fatuus in risu exaltat vocẽ suã: vir aũt sapiẽs vix tacite ridebit. Quidã ꝓcedit ex ĩmoderata ⁊ inepta letitia: ⁊ sic ẽ in peccato. Et de hoc ĩtelligit qd̃ supra dr̃. Hinc Jacobi 4°. Risus vr̃ cõuertet ĩ luctũ: ⁊ Prouer. 27°. Risus illorũ in delictis peccati. Erit tamẽ mortale: vl veniale peccatũ: fm excessũ: fm Tho. ⁊ Alexãder vbisupra: vñ dñs Luce. 6°. ait. Veh vob̃ q ridetis nũc qa lugebitis: vbi Nicola⁹ de lira expõit. Ridetis. s. per ineptã leticiã: ad pctũ mortale declinãtes. De q̃ ꝓpheta. Letant cũ malefecerint: ⁊ exultãt ĩ reb⁹ pessimis. Hoc aũt fit in correis: ergo sunt deuitande.

B

Tertio rõne cõminatõis. Ait.n. dñs. Amos 8°. Cõuertã festiuitates vr̃as in luctũ: ⁊ oia cãtica vr̃a in plãctũ: ⁊ ĩducã sup oẽ dorsũ vestrũ saccũ: ⁊ sup caput vestrũ caluiciũ hinc Job. 21°. dr̃ Tenẽt tipanũ ⁊ citharã: ⁊ gaudẽt ad sonitũ organi. Ducũt in bonis dies suos: ⁊ in pũcto ad ĩferna descẽdũt. Faciũt enĩ illud qd̃ ait Arist. in li°. d̃ naturis aialiũ de philomẽa existẽte in arbore: q̃ si viderit serpẽtẽ existẽtẽ in radice arboris sibillãtẽ: allecta sibillo illo: cãtãdo per ramos descẽdit: ⁊ spõ[illegible] se deuorãdã traddit ĩ os serpẽtis. Sic isti allecti suauitate taliũ dissolutionũ: se traddũt [illegible] potestate demonis.

C

Quarto rõne maledictionis dicit dñs Mat. 18°. Veh. s. in eternum hõi illi [illegible] quẽ scandalum venit. Sed venite modicum: o sonatores: o tubicine: o ballarine galaerine: o ceruelori dissolutis quot scandala propter correas eueniunt? Quot

homicidia: dissensiones: questiones: odia: blasphemie dei et sanctorum? O sentina malorum apotheca peccatorum origo ingratorum: quot ebrietates. O tabernarij qui facitis corizare ut vendatis vinum. Quot crapule: quot zelosie: quot alia terribilia scandala oriuntur? O sonatores vos reddetis rationem de omnibus malis ex causa vestra procedentibus. Quia qui causam damni dat damnum dedisse videtur. c. si culpa. de iniu. et dam. dato. Ergo inquit deo psalmista. Constitue super eum peccatorem: et diabolus stet a dextris eius. Ducens enim coreas habet super se peccatorem: id est sonatorem: qui est peccator et ducit peccatorum: cum sit causa omnium malorum. Antiquitus enim sonatores forte stabant in aliquo loco magis eminenti quam corizantes. Diabolus vero stat a dextris corizantis: id est mulier vana et pomposa: que ex omni parte sui emittit sagittas diaboli in corda hominum. Unde Hiero. ait. Gladius igneus est species mulieris: que ex omni parte sagittas emittit et percutit. Si autem intelligatur proprie de diabolo: dico quod tribus modis vulnerat hominem: scilicet sagitta visionis a longe: lancea collocutionis magis prope: et gladio sine pugione tactus propinquissime. Que omnia in coreis concurrunt ubi dicuntur verba lubrica et modulationes fiunt cantuum et sonorum. Ibi etiam est fixa visio facierum et tactus manuum ignitarum: et ideo plurimi vulnerantur et mala concupiscentia inflammantur.

Quinto declaratur coreas esse dimittendas ratione perversionis. Nam ut inquit Ray. in summa. Qui scienter vel etiam probabiliter existimans aliquid vendit quo ementes abutantur peccat mortaliter. Et omnia peccata que inde sequuntur venditori imputantur: etiam si talia de se non essent prohibita. Ut si ego vendo tibi gladium quo scio vel probabiliter existimo propter signa precedentia que vidi te aliquem occisurum. Et predicta probatur per ea que habentur in c. si. de iniu. et dam. da. Sed habemus regulam quod nihil de uno dicitur quin de alio sibi dictum esse videatur. c. translato. de consti. l. non possunt. l. et ideo. ff. de legibus. l. a titio. ff. de verbo. ob. Ergo etc. De artibus autem quamvis de se non sint illicite quando tamen illis homines abutuntur dicit Tho. 2a. 2e. q. 169a articu. 2o. quod sunt extirpande: et alligat Chrisostomum super Mattheum: qui dicit. Eas solas oportet vocare artes que nutrimentorum et eorum que continent vitam nostram sunt nutritive vel conservative: si tamen operibus alicuius artis ut plurimum male homines uterentur quamvis de se non sint illicite sunt tamen per officium principis de civitate extirpande secundum documenta platonis: hec ille. Quamvis ergo ut supra dictum est aliquando coree possint fieri sine peccato: tamen quia nunc ubique videmus eas verti in abusum et inde tot mala oriuntur sunt summo studio evitande.

Sexto ratione causationis. Illud quod est causa mali et peccati est prohibendum. Unde dicit Alex. de ales in 2a. parte summe: quod quedam sunt prohibita non quia de se mala: sed quia sunt causa mali et ruine. Facit illud quod dicitur in c. et si christus. extra de iureiurando. ubi glo. notat quod quedam prohibentur non quia sint mala: sed quia inde potest sequi malum. ar. 21a. distinc. c. denique. 37a. distinc. c. ideo. xi. q. 3a. c. nolite. et 2a. q. 7a. c. presumunt. Unde dominus Matthei. 5o. Prohibet iurare omnes. Nolite iurare omnino. Non quia iurare sit peccatum: sed quia assidua iuratio frequenter inducit ad periurium. Hinc Ecclesiastici. 23o. dicitur. Iurationi non assuescat os tuum: multi enim casus in illa. Et infra. Vir multum iurans implebitur iniquitate et non discedet a domo eius plaga: hec ibi. Facto hoc fundamento: dico quod coree sunt quasi innumerabilium malorum causative. Unde sanctus Ephren in sermone de iudicio ait. Ubi cithare chorique psaltre... tibi mulierum ac virorum obfuscatio diabolique celebritas est. Quid prodest dilectissimi ad modicum temporis hic coreas ducere ac festa celebrare: illuc vero in eternum cruciari? Neque enim possibile est in presenti gaudere temporaliter: et in futuro regnare: hec ille. Sciendum est autem quod sicut a deo numerantur et premiantur omnes passus quos christiani faciunt ad bonum opus pagendum: ut habetur in vitis patrum. Unde Job. 21o. c. sui libri dicebat. Nonne ipse considerat vias meas: et cunctos gressus meos dinumerat? Ita omnes passus quos faciunt corizantes non solum in tripudiando: sed etiam eundo ad coreas et revertendo ab eis: numerantur a diabolo ad puniendum. Et ideo dicit Augu. in li. de conflictu viciorum. Comprime ineptam et inanem leticiam: quia mundum evasisti penalem erumnam. Nescimus enim quo fine claudamur in exilio isto. Scimus autem quod dominus inquit. Ve vobis qui nunc ridetis etc. Signum est autem quod vir sive mulier habet parum gravitatis quando vadit ad corizandum: quia corizare est actus stultorum. Si quis enim a longe positus aspiciat tripudiantes et sonum non audiat: non tantum dementes sed inspiritati videbuntur ei. Ad corizandum etiam plerumque pergunt illi qui habent caput plenum vino et superfluis epulis. Unde Exo. 32o. dicitur. Cepit populus manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Et ideo non est mirum si postea ibi faciunt puerilia et stulta. Quis autem enarrare poterit mala que fiunt in coreis? Ballarinus relinquit domum et uxorem et vadit ad festa: frequenter bibit propter calorem et saltus ac cursum: generanturque propter ea multe infirmitates adeo: ut multi sepe mortui sint. Unde Padue. 1455. post epiphaniam quedam nobilis magno cum apparatu adivit maritum uno die dominico

& per totā hebdomadā cōtinuo corrizauit. Unde factū est vt ex saltib⁹ & cursu suspēsa infirmaret & sequēti die sabbati mortua est. F

QUam ballarin⁹ reuertit domū sepe est turbatus: irascit cum vxore vel mre vel sororibus pro quocūq minimo qd accidit qd sibi nō placeat: blasphemat: & post verba sepe venit ad verbera: & sic tota familia turbat. Bonū respōsum ab eo haberi nō pōt: nescit respōdere nisi cū opprobrijs: & si alicubi oportet eū ire pro necessitate domus recusat di. q est adeo lassus vt se mouē non possit. Tota septimana cogitat quō possit ire die dñico ad festa. Et si aliquid lucrat expendit circa meretrices. Taceo q sepe die dñico perdit missā & predicationē & alia diuina officia. Heu ĩgratitate popule vt qd tātoꝝ maloꝝ causam sustinet? Nam ludus noxi⁹ in culpa est. l. nam ludus. ff. ad. l. aq. O Joānes baptista nōne propter correas caput perdidisti? Marci. 6°. & Matth. 14°. Puelle saltāti impauit mater. &c. Et propterea Joānes surget in iudicio cōtra corrizātes: & caput eius expetet vindictā de eis. G

SEptimo deuitāde sunt corree rōne expositionis. Nā fm Bona. in. 2°. di. 7ª. ar°. p°. q. vltima. & in. 4°. di. 17ª. & Tho. ibidē. di. 21ª. & Sco. in 4°. di. 15ª. Quicūq exponit se vel proximū ad aliquid ex quo euidēter vel probabilr possit seq periculū mortis corpalis sine necessitate peccat mortaliter. Cum igit aīa sit nobilior corpe. 24ª. q. 3ª. c°. si habes. in fi. Multo magis peccat mortalr quicūq se exponit periculo mortis spūalis: idest peccati mortalis. Sed in correis nulli dubiū sane cōsiderāti q quotiēscūq vadis vel corrizas vel obstas euidēter & expresse te exponis piculo peccādi cum sibi cōueniāt puelle ornatu meretricio ornate ad capiendas aīas: ergo peccas si eas non deuitas. Unde Alexā. de ales in 4ª. parte sūme: in tractatu de eucharistia inqt. Si etiā mulier aliquādo raro cum simplici intētōe: ignorās oīno aliqd peccatum ex tali ludo prouenire se inuitā imiscet huiusmodi correatricib⁹: nō audeo illam assecurare a peccato mortali cum ingerat se periculo prouocādi assistentes ad libidinē: & videat sua psentia vicū & cōsuetudinē corrizandi approbat. Nā & si cant⁹ correarum nō sit malus de se: est tñ malus ratione cōcurrentiū que sunt excitatio ad lasciuiā: prouocatio ad libidinē: impedimētū cultus dei: inobediētia sabbati & alia huiusmodi: hec ille. H

ET ideo inqt Aug. in lib°. de pnia. Cohibeat se a ludis & spectaculis seculi qui perfectam vult cōsequi gratiā remissiōis. Nam si diua [illegible] cohibuisset. Si iter illos remāsisset ab extraneo amatore corrupta nō esset. Et ad predicta potest dari exēplū de stipula que [illegible] igni aproximat cōburit. Unde Eccl. 21°. di. Stupa collecta synagoga peccantiū: & ꝯsumatio illoꝝ flāma ignis. Ait qq ꝓpheta ps°. 17°. Si cum peruerso peruerteris. O quot fuerūt euntes ad correas simplici intētione que & qui reuersi sunt corrupta intētione ac voluntate. Taceo de matrib⁹ que sepe sunt lenonisse filiarum quas sepe ducūt ornatas vt videant ad correas. O scelerata mater quādo satisfacies pro tāto periculo filie? O quot balestratas patiet que penetrabūt aīam adeo vt illa filia exinde semper maneat tētata: verificabit enī illud Jere. 9°. Mors intrat per fenestras nostras. Uisus nāq & audit⁹ ac ceteri sensus sunt fenestre per quas in correis intrat mors peccati in aīa: vt ait Aug. in smōe de familiaritate extraneaꝝ mulierū. Sepe tamē etiā ipe luxuriose & ceruelline filie dicūt mrib⁹: deh ducite me ad correas: deh facite me modicum corrizare. O filie diabolice sfaciate diabolice. Nullū prius signum vestre inhonestatis & impudicitie hēri potest. Et ideo Alex. de ales in 4ª. parte sūme: in tractatu d eucharistia dicit: q correatrices quibus innotescūt mala que ex vsu correarū proueniunt vel ꝓpa industria: vel experientia: vel predicatione: & nihilomin⁹ exercitiū huiusmodi habēt in ꝯsuetudine: du ꝑseuerāt in proposito exercēdi huiusmodi offm non debent accedē ad sacram cōionē qr dum sibi & alijs laqueos peccati mortalis voluntarie preparant mortalr peccāt: hec ille. I

OCtauo dissuadent rōne violationis. Nā quicūq violat aliquod preceptū dei vel ecclesie mortalr peccat. 14ª. q. pª. c°. qd precipit. Sed preceptū habemus de sctificatione sabbati. Exo. 20. & in c°. p°. de ferijs. Correa ꝯo est expressa violatio festoꝝ: ergo est peccatū. Qd autē per correas violet festum patere pōt per illud qd ait Joānes and. in nouella. in c°. alma. de sentē. exco. li°. 6°. dicēs. Festi dies sunt religionis & ocij: sola enī res diuina his dieb⁹ fieri debet. De quo est text⁹ in c°. ieiunia. de ꝯsecra. di. 3ª. vbi di. Jn die dñica nihil aliud agendū est nisi deo vacandū: nulla opatio in illa die sancta agat nisi tm hymnis & psalmis & cāticis spūalibus dies illa transigat. Sed i correis totum oppositū fit: ergo &c. Propterea inquit Gregori⁹ in quadam omelia. Melius est arare & fodere die dñico: q̄ꝫ correas duce. Et Aug. in li° de decem chordis ait. Melius eēt q femine i festo lanam filarēt: q̄ꝫ q toto die in correis impudice saltarent. Hinc contra eos qui dicunt se hoc modo sanctos honorare ait ecclesia. de cōse. di. 3ª. c°. irreligiosa.

irreligiosa. Irreligiosa est cõsuetudo quam vul
gus per sanctoꝝ solẽnitates agere cõsueuit: ppli
qui deberẽt officia diuina attẽdere saltatõibꝰ p/
strepũt. Que oĩa vt ab oĩbus ꝓuincijs depellan
tur sacerdotũ ⁊ iudicũ cure a scõ ꝯcilio ꝯmittit:
hec ibi. Ex quibꝰ patet ꝙ peccãt curati aiarũ nõ
auferẽtes pro posse has dissolutiões: qꝛ vt dr̃ in
c°. error. 83ª. di. Error cui nõ resistit approbat.
Ecce popule mi quot euidẽtissimis rõnibꝰ con/
uincit̃ correas deuitãdas eẽ ⁊ fugiendas. R

Quod si forte diceres. O tu qui vis defendere
ꝙ nõ sit pctm̃ corrizare: ꝑmissuz est aliquã
do post laborẽ aliquã capere recreationem: iuxta
illud. Interpone tuis interdum gaudia curis.
Ut possis animo quemuis sufferre laborem. Ut
inquit Cato in suis documẽtis. Preterea q̃ per
tinẽt ad decorẽ ciuitatis possunt fieri. l. 1ª. C. õ spe
cta. li°. xi°. Imo ea ĩpedientes puniũtur. l. nemo.
eo. ti. sed hec cedũt ad honorẽ ciuitatis ⁊ decorẽ:
ergo ⁊c. Unde in autẽ. de dignitatibus col. 6ª. in
prin. inqt ĩperator. Quicqd ad vtilitatẽ ⁊ ornatũ
respicit a deo tradite nobis reipublice ad effectũ
semꝑ deducere festinamꝰ. Ecce ꝙ cõcedit ludos
⁊ recreationes. Uñ etiã ĩ. l. vnica. C. de maiunia.
li. x°. dicit. Clemẽtie nostre placuit vt maiunie ꝓ
uincialibꝰ licẽtia reddat̃: ita tamẽ vt seruet̃ ho/
nestas ⁊ verecundia castis moribꝰ ꝑseueret: hec
ibi. Ubi dicit Accur. Maiunia est licentia siue
ludus qui fit ĩ maio: qñ fiunt regine cũ sertis: vt
Bononie: ⁊ alibi. Ecce ergo qũo ꝑmittit̃ recrea/
tio. Rñdeo ſm Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 169ª. ar°. 2°. ꝙ ĩ lu/
dis ⁊ recreationibꝰ licitis tria requirũtur. Prio
ꝙ fiant debito loco: tempore: modo: ꝑsonis: ⁊ itẽ/
tione recta: ac alijs circũstantijs. Secundo ꝙ re
creatio nõ capiat̃ in his ex quibꝰ aĩa ⁊ conscien
tia maculari possit. Tertio ne sit talis recreatio ꝙ
totaliter aĩe grauitas dissoluat̃. Sz ex correis aĩe
maculãt̃ ⁊ crimia fiunt vt. s̃. ergo sunt euitande.
Quis. n. eos ludos appellet: ex quibꝰ crĩa oriun
tur. §. illud vero. in ꝓemio. ff. Preterea Tho. pª.
2ᵉ. q. 96ª. ar°. 2°. querit an lege humana ꝓhibeãt
oĩa vicia: ⁊ dicit ꝙ non: qꝛ lex humana ponitur
multitudini hoium: in qua maior pars est ĩper/
fectoꝝ. Et ideo per ea nõ ꝓhibentur oĩa vicia a
quibus virtuosi abstinẽt: sed solum grauiora a q
bus possibile est maiorẽ partẽ multitudinis ab/
stinere: ⁊ precipue que sunt in nocumentũ alioꝝ:
vt homicidia: furta: ⁊ similia. Nam lex humana
nõ respicit cõseruationẽ spũalem: sed ciuilẽ ⁊ po
liticam. Unde dicit textus in. l. ita vulneratus. in
fi. ff. ad. l. aqui. Multa in lege ciuili cõtra rõnem
disputãdi pro vtilitate cõi recepta esse in nume/
rabilibꝰ rebus probari põt: hec ibi. Sed lex con/
scientie aliter graditur: principaliter. n. intẽdit vt
aĩa seruet̃ illesa etiã cũ dãno rerum tpaliũ. Et
sic non obstat oppositũ. Si autẽ querat̃ quis ad
inuenit correas respondet Chriso. ꝙ fuit diabo/
lus pater ⁊ dux ac iuentor oĩum maloꝝ: vt pos/
set facilius ⁊ aptius adducere hoies ad opa car
nalitatis. Nam ibi est tempus ⁊ cõmoditas lo/
quendi: palpãdi: ⁊ multa alia lasciuia faciẽdi: ⁊ ĩ
de sequũtur matrimonia clãdestina: fornicatiões
⁊ adulteria: diffamationes mulierũ ⁊ viroꝝ: par
tialitates: cõtentiones: sepe pp correas destruun
tur ample familie castra: ciuitates: ꝓuĩcie: ac re
gna. Unde dicebat quidam ꝙ diabolus assum
pta forma humana perrexit ad habitandũ ĩ cu/
ria romana: ⁊ ibi letabat̃ vidẽs cõmitti peccatũ
simonie ac sacrilegij ⁊ multa alia. Sed quia pur
dicebatur ibi officiũ diuinum ac quedã alia bo/
na opa fiebant discessit: ⁊ perrexit ad curiã cuius
dam magni ĩperatoris siue principis: ⁊ ibi leta/
bat̃ vidẽs ꝯmitti tot sodomias: oppssiones pau
perum: blasphemias ⁊ huiusmodi: sed tñ postea
vidẽs ibi fieri aliquas iustitias recessit: pergens
ad quedã magnuz mercatorẽ q faciebat malos
cõtractus: vsuras ⁊ deceptiones ꝓximoꝝ: sed vi
dens ꝙ etiã faciebat aliquas elemosynas recessit
pergẽs ad quedã molẽdinariũ qui furabat̃ fari
nã illis quibus molebat: sed videns ꝙ quotidie
dicebat pr̃ noster ⁊ aue maria recessit ⁊ iuit ad
coream quã ipse adinuenerat cũ diuersis istru/
mẽtis musicis: ⁊ cõsiderans ꝙ in nihil sit nisi
malum: ⁊ deus in ipsa nullã hz partem sed totũ
est ipsius diaboli: dixit. Hec requies mea in secu
lum seculi. ⁊ ideo de corrizãte ait dauid psalmo
108°. Constitue sup eum peccatorem: ⁊ diabolus
stet a dextris eius. II

Tertiũ principale de correis vidẽdum dr̃ de/
testatio. Lege. n. humana: canonica: prophe
tica: ⁊ exemplificatione pratica detestant̃. Et pri
mo lege humana. Nã lex ciuilis pp honorez dei
festi dissolutiones prohibet. O dissolute munda
ne q suptius allegabas pro te legẽ ciuilem. Audi
quid dicat imꝑator in. l. dies festos. C. de feri. Di/
es festos dies maiestati altissime dedicatos: nul/
lis volumus voluptatibus occupari. Et infra.
Nec tamẽ hec irreligiose diu ocia relaxantes: ob
scenis quẽquã patimur voluptatibus detineri.
Nihil die festo sibi vendicet seua tetralis sedes:
aut circense certamẽ: aut ferarũ lachrymosa spe
ctacula. Et si ĩ nostrũ ortũ natalis nostri celebrã/
da solẽnitas ĩciderit: differat̃. Amissionẽ milicie
ꝓscriptionẽqꝫ patrimonij sustiebit. Si qs vnq̃

hoc die festo spectaculis interesse: et hec que lege statuta sunt crediderit temerandarhec ibi. M

SEcūdo idē phibet lex canonica in capitulo mulieres. extra de iudi. li°. 6°. di. Mulieres vagari non cōuenit: nec viroꝝ cetibus imisceri. Ergo multo minus correas frequentare. Nec te trahant male societates. Sed multos ad corizādū attrahūt mali socij: de quib⁹ Salomon Sapiētie. 2°. īquit. Dixerūt impij apud se non recte cogitātes. Venite fruamur bonis que sunt: vino pcioso et vnguētis nos repleamus: et nō ptereat nos flos tēporis: coronemus nos rosis anteq̄ marcescant: nullū pratū sit quod nō ptranseat luxuria nr̄a. Ubiq̄ relinquam⁹ signa leticie: qm̄ hec pars nostra est. Tu vero popule mi serua cōsiliū Salomonis Prouer. p°. di. Fili si te lactauerint peccatores: ne acquiescas eis. Si dixerint sorte mitte [redacted] nobiscum: ne ambules cū eis: prohibe pedem tuū a semitis eorum: pedes. n. eorum ad malum currūt et festinant. N

TErtio lege pphetica detestantur corree. Scriptum est. n. Isa. 3°. Pro eo q̄ eleuate sūt filie sion: et ambulauerūt extenso collo: et nutibus oculorum ibāt: et plaudebāt: et ambulabant composito gradu: decaluabit domin⁹ verticē filiarum sion: et crines eorū nudabit: et auferet ornamentū calciamētoꝝ: torques et monilia: olphatoria: ānulos: et gēmas in fronte pēdētes: mutatoria: acus: et specula: vittas et mitras: et erit pro suaui odore fetor: pro zona funiculus: pro crispāti crine caluitium: et pro fascia pectorali cilitiū: merebūt atq̄ lugebūt et desolata terra sedebit: hec ibi. Itē Eze. 25°. dicitur pro eo q̄ plausisti manu: et pcussisti pede: et gauisa es toto affectu sup terrā: iccirco extēdam manū meā sup te: et traddā te in direptionem gentiū: et pdā te de terra. Itē Sophonie p°. īquit domin⁹. Uisitabo sup oēs qui induti sunt veste peregrina. s. in correis. O

QUarto exēplificatione pratica ostēdit detestādas esse correas. Nā legitur Exodi. 32°. q̄ cum Moyses descēdisset de monte sinai: et appropinquasset ad castra filioꝝ israel: vidēs vitulum aureū et correas iratus est valde: et piecit de manu tabulas testimonij: deinde assumptis secū de filijs leui iterfecit. 23ᵃ. milia hominū. Itē legit̄ in cronicis ordinis minoꝝ: q̄ volente predicare quodā nostro pdicatore in quadā villa: tāta fuit populū indeuotio et lascivia: q̄ cum audire noluerunt: sed alienati ab oī sensu dei i quoddā pratum iruerūt: et ibi corizare ceperūt. Mirabile dictu. Ecce corizantibus illis audite sunt terribiles e celo voces dī. Ueh vobis miseris qui despicitis nūcios dī. Ueh vobis dissolutis qui pditis aīas vr̄as in his lasciuijs. Ueh vobis qui cōsumitis tp̄s iuuētutis vr̄e in tpalibus delectationibus. Quib⁹ illi territi semianimes remāserunt. Et sic cū lachrymis reuertentes ad pdicatorē rogauerunt vt oraret pro eis. Et nūc de populo illo tulerunt correas. Tēporibus ēt nr̄is cū frater qdam ordis nostri in quadā ciuitate Italie venisset pdicare in qua populus valde deditus erat correis: iuuenes veniebant ante faciē pdicatoris: se p manus tenētes et dicebāt. Eamus ad corizādū. Ille aūt instabat vt desisterent: sed non fuit dare remediū. Unde corizabāt omnes valde libidiose et feruēter. Uidēs aūt ille pdicator q̄ nihil pficeret recessit: erat aūt tp̄s iunij et totus populus erat sanus: et nullum signum erat mali: oēs leti corizabāt: et ordinauerant inter se vt singulis festis irēt ad certa loca ad corizādum: et ibi per totum diē pmanerēt corizādo. O bone deus quātum punis pcōres. Ecce itrante septembri eodēz āno tā crudelis pestis i illā ciuitatē itrauit: vt tertia pars ciuiū mortua fuerit. O dissoluti iuuenes facite trufas de vbis pdicatoris: certe nō si ipsi q loquūtur sz spūs dei. Hoc post modicū tp̄s reuersus ē idē pdicator i eandē vrbē: et iuenit populū turmatīz i cinere et cilicio cū disciplia ex ciuitatē pceuntē: ad quandā ecclaz clamādo. Peccatores: te rogam⁹ audi nos. Ab ira tua: libera nos dn̄e. Et nocte sequēti audiebat voces plāgentiū. O fili mi vbi es. etc. Hoc domat⁹ ille ppl's dimisit correas et [redacted] predicationē conuersus est. P

IN epātu cameracēsi dū quadā die qdā puella duceret correā illā cātantē pfestīz turbo [redacted] puit: et i altū deferēs illā sp̄s malign⁹ crudelr̄ vulnerauit. Ictus quidē audiebāt plurimi: sz videri nō poterāt ferientē: et puellā audiebāt in aere clamantē: q̄ post modicū cecidit mortua nimis terribilis ad videndū. In terra olzinate q̄ ē i mōte briācie in. 1458. i festo scti Ioā. baptiste: cū ducerēt correa i qua erāt. xxiiij. iuuenes et qlibet cū socia: accidit ut sacerdos ide trāsiret ad funus eundo cū cruce: quā illi correē itenti nō honorauert. Sacerdos aūt eos dire arguit. Quib⁹ vbis cōfusus sonator cepit genuflectere. Et cū paululū desisteret pulsare ait q correā ducebat. Deh sona [redacted] nome del diauolo: che te pago io e nō domine dio. O supbū verbū. Et ecce iudiciū dei. Naz tribus dieb⁹ pseuerāter corizando pulsatur sine cibo et potu. Et lz parētes conarent̄ inde eos amouere nō potuerūt. Post tres aūt dies: parti mortui ceciderūt. Et qui supuixerūt iudicio dei vsq̄ nūc p mūdū corizādo vadūt: nec oino stare pūt

nisi cū torminunt: nec aliquid facere valent. Et ille pulsator cū genuflexo pulsando vadit in detestationē huius vicij: et oportet ꝙ sicut puer ab alijs cibetur: et sic alij. Vñ in terra gauardi cum vnus ex eis a quodā milite cibatus esset: voluit ipse miles facere illū sedere. Et cū forte per pī ñ stetisset clamabat. Heu ꝙ nō possum hic stare. Et hoc narrauit dict⁹ miles vni nostro predicatori. Q

NEc mirū si deus punit sic aspere hoc peccatū: qꝛ īpugnat oīa ecclesiastica sacramēta. De⁹ .n. ipsa sacramēta ad medicinā et salutē aīaꝝ instituit. Diabolus vero correas adinuenit ad eaꝝ ꝑditionē. Tanta .n. est malignitas ipsaꝝ ꝙ eas offendunt oēs sancti: quoꝝ solēnitates vt supra visum est violant per correas. Itē per ipsas fit ꝯ omnia ecclesie sacramēta. Et p°. ꝯtra baptismū. Quia cū in ipso promiserint oēs abrenūciare: et abrenūciauerint diabolo ac pōpis eius: et sic mūdo ac eius pōpis: ꝑ correas frangūt ꝓmissuꝫ sequētes diabolū ac pompas eius etiā mundi vanitates. Secūdo cōtra sacramentū ꝯfirmatiōis qꝛ cū ipso susceperint signū crucis in signum ꝙ sunt redempti sanguine xpi effuso in cruce. Ipsi ponunt sibi in capite et in corpore signū diaboli: ornamentū .s. variū et lasciuū instigatione diabolica. Tertio ꝯtra sacramētū ordinis: qꝛ ordinant clerici ad cantandū diuinū officium in templo dei: et precipue in festis ad consolationē spiritualem populi. Ipsi aūt officiant in ecclesia diaboli cantando in correis cantilenas inhonestas: et dicendo verba lasciua: per que multi auertunt ab officijs diuinis et predicationibus. Quarto ꝯtra sacramētū matrimonij: qꝛ multa mala desideria concipiunt contra fidem datā in ipso: nō contentando de vxore propria: et ecōtra. Quinto cōtra sacramentū penitentie: qꝛ totā contritionē et compunctionē euacuant in huiusmodi vanitatibus quā sibi in quadragesima acquisierūt. Sexto cōtra sacramentuꝫ eucharistie: qꝛ cum susceperint xpm in cōione pascali: ipsum eijciunt extra ciuitatem aīe ad crucifigendū eum in sua ꝯuersatione mundana. Septimo cōtra extremam vnctionem: qꝛ pedes qui vncti sunt oleo sancto quo ad illos q iam receperūt: vel vngendi sunt si adhuc nō receperūt: et sic man⁹ mouēt ad offensaꝫ dei et sanctoꝝ. Vñ ipsi corrizātes nō habebūt deū ꝓpitiatorē nec aliquē sctō℞ itercessorē. R

Duodecimo est illicita negociatio ratiõe põderationis: vel mensurationis: aut numerationis inique. Et cõtra tales mercatores et artifices dicitur in. c°. mensure. de emp. et ven. Si quis iustas mensuras et iusta põdera mutare presumpserit: triginta dies i pane et aqua peniteat. Et in. l. annonã. ff. de extraor. crimi. describitur quõ adrianus imperator eũ qui falsas mensuras habuit in insulã relegauit. Et ideo. ff. ad. l. cor. de fal. l. hodie. dicitur. Si venditor mensuras publicas probatas frumenti aut vini: vel cuiuslibet rei: aut emptor corripit dolo et venalẽ fraudem fecerit: quanti ea res est eius dupli condẽnetur. Decreto quoque diui adriani preceptum est: eos in insulã relegari qui pondera falsa fecerint: aut mẽsuras hec ibi. Sed grauis est offensio quando mercatores vel artifices vnam mensurã tenent ad vendendum: et aliã ad emendum: contra illud qd dicitur Leuitici. 19°. f. Nolite facere iniquum aliqd in iudicio: in regula: in pondere: in mensura: et in statera. Iusta et equa sint põdera: iustus modius: equusque sextarius. Ego dñs deus vester precipio vobis. Et Deuter. 25°. Non habebis i sacculo tuo diuersa pondera: maius et minus: nec erit in domo tua modius maior et minor: põdus habebis iustũ et verum: et modius equalis et verius erit tibi. David vero de talibus falsariis ait in. ps°. Verũtamen filii hoium mendaces in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Et Salomon Prouer. 20. dicit. Pondus et põdus: mensura et mensura: vtrũque adominabile ẽ apõ deũ. Et ibidem inquit. Statera dolosa nõ est bona. s. ad salutem anime. Et Amos. 8°. dicitur. Audite hoc qui cõteritis pauperẽ et deficere facitis egenos terre dicentes. Quando transibit messis et venundabimus merces: et aperiemus frumẽtum vt iminuamus mensurã: et augeamus siclũ et supponamus stateras dolosas: et possideamus in argento egenos et pauperes pro calciamentis etc. Sequitur. Iurauit dominus si oblitus fuero vsque ad finem opera eorum. Et Michee. 6°. scriptum est. Adhuc ignis est i domo impii: thesauri iniquitatis et mensura minor: ire plena: et statera impia: et pondera sacelli dolosa: in quibus diuites eius repleti sunt iniquitate: et habitantes in ea loquebantur mendacium: et lingua eorum fraudulenta in ore ipsorum. Ecce ego cepi percutere te perditione: super peccatis tuis. Tu comedes et non saturaberis: apprehẽdes et non saluabis: seminabis et non metes: calcabis oliuam et non vngeris oleo: calcabis mustum et non bibes vinum.

In his quoque defectibus sunt illi: qui ad decipiendos proximos merces humectãt sicut fit de pipero: zinzibero: croco: lana: et similibus: ponendo illa in locis humidis vel aliquo modo humectando: ut ex maiori pondere maius lucrũ reportent. Contra quos dicitur Ezechi. 22°. Qua si lupi rapientes predam: ad effundendum sãguinem et perdendas animas: et auare sectando lucra. Ea propter ad extirpandum hunc defectum falsitatis ponderis: dicit Hieronymus in. c°. nõ afferamus. 23ª. q. pª. Non afferam⁹ stateras dolosas: ut appendamus quod volumus pro arbitrio dicentes: hoc graue: hoc leue est. Sciendum tamen est sm Tho. 22ᵉ. q. 77ª. ar°. p°. q quia vbi res abundant consueuerunt esse maiores mensure. Et econtra: pertinet ad rectores terrarum determinare de modo mensurarum: sm diuersitatem copie et penurie: ac aliis circunstantiis legitimis pensatis: quas seruare postea debent omnes et nullatenus fraudare. Et similiter dicendum ẽ de numeratione. Et non facere sicut ille campsor ad quem veniens quidam simplex homo: ut sibi daret pecuniam vnius ducati aurei. Ille cepit numerare dicens. Al nomen de dio e de la virgine Maria e de tutta la corte celestiale. E [illegible] te e octo e noue etc. Postque numerationẽ ille simplex homo per se numerauit et inuenit deficere. Et reuersus ad campsorem. Ille dixit ei q nesciebat numerare. Et cepit ille campsor iterum numerare et dicens. Alnome de dio etc. Et ita fecit apparere integrum numerum. Cum autem ille simplex homo iterum per se numerasset et deficere inuenisset reuersus ad campsorem rogauit eum ut iterum numeraret: qui cum vellet icipere. [illegible] nome de dio. etc. Ille dixit. Rogo ut non nominetis deum neque sanctos. Et ita inuenta est illius fraus cum magna eius verecundia. Contra tales inquit deus Isa. 65°. Numerabo eos in gladio [illegible] omnes in cede corrueris: quasi dicat. Vos decipitis proximum pecuniam false numerando: et

ego inducam super vos bellum: ⁊ oportebit vos numerare armigeris pecunias vestras. Et insuper eritis vulnerati ⁊ cesi gladio propter peccata vestra. F

Decimotertio redditur mercantia illicita ratione mendacii ⁊ periurationis. Adeo enĩ hodierna die corrupta est ars mercantie: ut nemo videatur scire vendere vel minutum cuiuslibet mercis absq3 multiplicibus mendaciis: iuramentis: atq3 periuriis. Unde Augustinus super illud psalmiste. Quoniam non cognovi negociationem ait. Negociator avidus acquirendi p dãno blasphemat: pro preciis rerum mentitur ⁊ periurat: sed hec vicia hominis sunt non artis: hec ille. Ait ergo mercator avarus qui iuste ⁊ iniuste lucrari desiderat: per fidem meam tantũ res ista mihi constitit. Imo per deum tantum de ea habere potui: ita salvet deus animam meam sicut veritatem dico: per corpus xpi tantundem huius simile venditum fuit. Ideo Chrisostom⁹ super Mattheum ⁊ habetur. 88. di. c°. eiiciẽs. dicit. Mercator sine mendacio ⁊ periurio esse non potest. Et loquitur de avaro mercatore qui finem suum posuit in lucro. In qua quidem iniquitate multi hodie offendunt. Et ratio huius est: quia ut ait psalmista. Non est timor dei ante oculos eorum. O isania nimia hominum avarorum qui sine aliquo lucro: quod sepe contingit tam iniqua offendunt deum de talibus ait psalmista. Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labiis eorum. Et Prover. 20. Malum est: malum est: dicit oĩs emptor ⁊ cum recesserint tunc gloriabitur .s. decepisse proximum duplicitatibus ⁊ mendaciis suis. Refert autem venerabilis Beda i gestis anglorum li. 3°. c°. 18°. ꝙ quidam sanctus episcop⁹ nomine forseus: semel in spiritu rapt⁹ vidit quãdam vallem tenebrosam in imo positam habentem tres ignes grandes accendentes eam: ⁊ cum interrogasset angelum quid hoc significaret. Ille respondit. Tres ignes sunt tria iniqua vicia que habent negociatores accendentes ⁊ consumentes totum mundum. Primus ignis est mendacium ⁊ periurium quod frequenter cõmittitur i venditione ⁊ emptione. Secundus est avaritia ⁊ cupiditas vendentium ⁊ ementium. Terti⁹ vero est impietas fraudis ⁊ doli. Recitat etiam Cesarius in suo dialogo: ꝙ i colonia duo cives mercatores venerunt ad confessionem: ⁊ inter alia dixerunt ꝙ cum multis mendaciis ⁊ periuriis vendebant: q2 aliter vendere non poterant. Quibus confessor ait ꝙ maximum erat peccatum: et contra dei preceptum: ⁊ imposuit eis ne de cetero facerent: quod cum illi se agere non posse affirmarent nisi vellent a mercantia deficere totaliter. Confessor rogavit eos ut saltem uno anno experientiam facerent. Factum est autem procurante demone ꝙ cum illi hoc servarent: ipso anno nihil lucrati sunt. Unde post annum reversi ad cõfessorem dixerunt ei. Pater obediẽtia tua nobis multum fuit nociva. Homines enim a nobis fugiunt: ⁊ sine mendacio ac periurio nihil bene vẽdere possumus. Quibus sacerdos ait. Nolite timere. Temptavit vos de⁹: sed pseverate quia i brevi habebitis gratiam dei: ⁊ bene vendetis merces vestras. Illi ergo credentes ei deliberaverũt potius velle pati omnem paupertatem q̃ vendere cum mendaciis: vel aliqd facere contra dei precepta. Unde in brevi disponente deo ceperũt eos homines plus ceteris frequentare uti bonos ⁊ iustos ac sanctos mercatores: factiq3 sunt valde divites. Qui ad confessorem pergentes ⁊ gratias egerunt de salutari consilio: eo ꝙ peccatum maximum eius monitis evitaverunt: ⁊ dei gratia divites effecti sunt. G

Decimoquarto reddit illicita negociatio rõne diminutiõis. Ad cuius itelligẽtiã ẽ sciẽdũ ꝙ l3 ante lapsũ primi parentis .s. i statu innocẽtie: oĩa oĩb⁹ eẽnt cõia ut inqt clemẽs i. c°. dilectissimis. 12ª. q. pª. tñ post lapsum eius: divisio rerum rõnabiliter facta ẽ pp tria. Ut inqt Scot⁹ in 4°. di. 15ª. q. 2ª. Pr̃io. ad excludendã negligẽtiã eo ꝙ agri ⁊ terre in solitudinẽ verterent: si esset cões nam etiam essent cõe colere ⁊ seminare. Videm⁹ enĩ patẽti experimẽto ꝙ ẽ cõibus nulli vel pauci curant. Et sic necessaria hominum sustentatio cito deficeret. Secũdo facta est rerum divisio ad excludẽdã inimicitiam. Nam si omnia essent communia: sepe pax rũperetur. Accideret enim ꝙ eadem re: eodem equo: eadem domo: eodẽq3 agro plures vellẽt eodem tempore uti: ⁊ sic magis cupidus plura super alios occupare vellet: sicut de Nembroth. Geñ. x°. Legitur ꝙ cepit eẽ robust⁹ venator: idest hominũ oppressor ⁊ extinctor: fm glosam. Tertio facta est divisio rerum ad excludẽdam maliciam: eo ꝙ aliter via fraudibus aperiretur. Nã nũc maliciosi puniri nõ possent: quia allegarẽt se non rapere aliena: sed sibi communia. Et propter hoc in 2°. Politi. Aristo. redarguit Sochratem ⁊ Platonem de cõi vsu⁹ omnium rerum. Non ergo licet alicui tollere rem alterius in totum nec in parte: sicut faciunt quidam mercatores ⁊ artifices maxime sutores: qui pannum vestium minuunt: ⁊ ipsas vestes strictiores faciunt

ac illud superfluum retinent nec restituunt: qui proprie fures appellari possunt. Quidam alij diminuunt pecuniam illius cuius est: falso numerando maxime câpsores: qui aliqñ studiose i terrã denariũ aliquẽ cadere faciũt: ut iclinet ille cui numerãt ad capiẽdũ denariũ: quo iclinato capite câpsor subripit clã q̃ttuor solidos aut q̃nq̃ de pecunia numerata. Cõtra hos ⁊ siles exclamat ppha Isa. 33°. di. Veh q̃ pdaris: nõne ⁊ tu pdaberis. cum consumaueris deprecatiõez depredaberis Et Aug. i q̃dã s̃mõe ait. Veh illis q̃ viuũt ut augeãt res pituras vñ amittũt eternas.

H

Quintodecio reddit illicita negociatio ratiõe terminationis: quando. s. mercatores auari nimia cupiditate capti tempus nõ suũ vendere p̃sumant: ppter terminũ datum ad soluendũ precium rei vendite augẽtes. Sciendũ tamẽ est s̃m Sco. vbi supra ⁊ Ricar. i suo quolibz. q. 23ª. ar°. 3°. q̃ extimatio reruz nõ potest fieri a nobis: nisi per piecturalem ⁊ probabilem opinionem: ⁊ debet fieri s̃m iudiciũ cõmune: iuxta illud quod scriptũ est in. l. pretia rerũ. ff. ad. l. fal. s. pretia rerũ non ex affectiõe singulorũ: sed cõmuniter extimatur ⁊c. Verum q̃ varie sunt hominum voluntates ⁊ opiniones. l. quia poterat. ff. ad trebe. Et. c°. quia diuersitatem. de conces. p̃. ⁊. c°. cũ in sacris de conse. di. 4ª. Ideo eadem res potest diuersis precijs extimari. Exempli gratia: pecia panni ab aliquibus extimatur decem. Et ita est extimatio pia p emptore: ab alijs extimat vndecim. Et ista est extimatio discreta pro emente ⁊ vẽdente: ab alijs vero extimatur duodecim. Et ista est extimatio rigida pro emptore: ⁊ fauorabilis pro vẽditore: q̃ se extendit vsq; ad vltimũ valorem. Et quolibet horũ preciorum potest quis vendere dictam peciã: quia nõ transit limites sui valoris: sine terminos iusti precij ⁊ latitudinis equalitatez licet. n. venditor si ei darentur pecunie statim vẽderet pro decẽ: volens se d̃ pecunia adiuuare: volenti autem indutias nõ vult vẽdere nisi p duodecim: nõ cõmittit vsuram. Et ratio est: q̃ venditor talis nõ vendit terminũ: Quis non faciat gratiam non soluenti statim: sicut illi qui soluit cui pro minori precio vendit: q̃ illi qui vult idutias: nõ aũt debitũ valorem excedit. Si vero de dicta pecia vellet tredecim vel q̃ttuordecim ratione termini sic cõmitteret vsurã: sicut multi faciunt qui illud qđ valet decẽ ratione termini: p tres menses vel per annũ vendunt pro quindecim: ⁊ quãdoq; p maiori precio. Quod reprobatur p ecclesiã in. c°. consuluit. de vsu.

I

Decimosexto reddit negociatio illicita rõne inobseruationis. s. fidei ⁊ promissionis: qñ in termino constituto ad quez se quis obligauit promissione: vel pro scriptura seu iuramento: nõ soluit. Et talis tenet satisfacere creditori de omni dãno. quod pp hoc incurrit. Sicut pbat p. cᵐ. salubriter. de vsu. ⁊ p. cᵐ. ꝯstitutus. ⁊. cᵐ. puenit. de fideiuss. Grauiter ergo peccãt nõ s̃uantes fidẽ: q̃ etiã hosti seruãda est. c°. noli extimare. 23ª. q. pª. Quantũ x̃o offẽdãt deũ inobseruatores fidei ⁊ promissiõis maxie iuramẽto firmate: ostendit Horosius li°. 6°. di. q̃ cũ romãi ad quasdã puĩcias quas ibi noiat: legatos misissent p pace firmanda: illiq; a gentibus dictarũ puinciarũ recepti essent. Facta pace ⁊ iuramẽto firmata ille gentes pditorie irruentes in eos: illos occiderũt. Qua pp in detestationẽ periurij ⁊ violationis fidei factum est: vt panis quẽ tales gentes incidebãt sanguinẽ emitteret per scissuras. Alia x̃o domestica ⁊ iter hoies assueta fugerẽt ad siluas ⁊ ad montana: mugiẽtia ⁊ vlulãtia: canesq; velut lupi dolorosis latratibus oberrarent. Ipsiq; infideles cũ eorum imperatore a Lucio ⁊ Põpeio romano oẽs in cãpo deuicti occisi sunt: exceptis quattuor milibus qui simul ad montis cuiusdã cacumen fugiẽtes: diuinũ iudiciũ nõ euaserunt. Nã admodũ lapidis congelati ⁊ imobiles facti ita obriguerũt: q̃ erecti stãtes videbantur viui: dentibus ⁊ oculis decidẽtibus sup terram. Legit etiã de quodã vsurario: q̃ i fine vite pẽitẽtia duct⁹ duos amicos ad se vocãs: q̃ eẽnt sui fideles executores ab eis exegit fidem ⁊ iuramentuz: q̃ restituerent quicquid male lucratus fuerat. Cui vn⁹ ex eis pmittẽs cũ iuramẽto ipre cat⁹ ẽ: q̃ si hoc nõ adipleret geẽnali igne succenderet. Ali⁹ x̃o subdit: q̃ nisi fidẽ seruaret: irremediali lepra crucisretur. Cum ergo illo mortuo pecuniã retinerẽt: nec promissa seruarẽt: sicut sibi iprecati sũt diuino iudicio miserabili perierunt. Tales ergo iuramẽtorũ iobseruatores icurrũt diuinã inimicatiõez ⁊ odiũ. Jõ Jaco. 5°. di. Juramẽtũ mẽdax ne diligatis: h°. n. odit dñs. Et Josue 9°. dicitur. Ne contra nos ira dei concitetur: si piurauerimus eis: dicit. n. dominus. Ezechi. 17°. Juramentum qđ spreuit ponã super caput eius scilicet in hora mortis euz damnando: ⁊ eternis deputando supplicijs. Perfidi quoq; sunt illi mercatores q̃ fidẽ nõ seruãt suis operarijs: dando eis mercedẽ suã faciẽtes ꝯ preceptum Tobie 4°. sui libri. c°. di. Quicunq; tibi operatus fuerit aliquid: statim ei mercedem restitue: ⁊ merces mercenarij omnino non remanet apud

rr. Item contra illud Leuitici.19°. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq3 mane. Quia Ecclesiastici.34°. dicit. Qui effundit sanguinem: & qui fraudem facit mercenario fratres sunt. O igitur deuote mercator omni sero fac illud qd pcipitur Matthei.20.f. Voca operarios: & redde illis mercedem suã. Et sic a deo bonoru3 operu3 tuorum retributionem recipies sempiternam. Amen.

¶ Eodem die post prandium de conscientia bona & de eius conseruatione & contrariatione. Sermo.33°. R

REligio munda & imaculata apũd deum hec est: imaculatum se custodire ab hoc seculo. Jacobi.p°. & in epistola occurrẽtis dominice. Dicit Seneca in li°. d remedijs fortuitoꝝ.c°.2°. Peregrinatio vita est: cũ multum ambulaueris tunc demũ redeundũ est. Quapropter vt inquit Francisc9 de may. in sermone secunde ferie post pasca: qlibet aĩa fidelis debet seruare duodecim leges peregrinoꝝ in hac vita. Debemus nãq3 esse tanq3 peregrini & aduene in hoc seculo vt ait beatus pater noster Franciscus in sua regula. Nos eni3 sumus illi spirituales Abrahe filij de quibus dictum fuit ipsi Abrahe Gen.15°. Scito pnoscẽs q futurũ sit peregrinũ semen tuum in terra nõ sua. Prima lex peregrini est: q a sua patria & regione sponte discedit. Et per hoc distinguitur a fugitiuo vel exule. Ideo dicitur de Abraham Gen.12°. q descendit in egyptum vt peregrinaretur ibi. Sic anima debet sponte discedere a regione propria carnis in qua est orta: qr dum crearetur a deo fuit in carne infusa. Egreditur autem a regione carnis: dum ab eius inclinationibus & incitamentis discedens: motu animi & affectione ad superiora conscendit iuxta illud ad Collo.3°. Que sursum sunt querite: nõ que sup terram. Qui eni3 i carne sunt deo placere nõ possunt ad Roma.8°. Et ideo inquit Dauid. ps°. 44°. Obliuiscere populũ tuũ & domũ patris tui. Domus enim patris nostri est caro: quã a patre nostro recepimus: vt in ea qdiu hic viuimus habitemus. Ea propter Gen.12°. ait dñs. Egredere de terra tua: & de cognatiõe tua: & de domo patris tui: & vade in terram quã monstrauero tibi. & Isa.48°. iterũ ingt. Egredimini de babilone: fugite a chaldeis. L

SEcunda lex est q peregrinus per rectã via3 incedit: nõ querens diuerticula: ne forte nõ attingat terminum per errorem vie. Et ideo sepe inquirit de recta via vt nõ prolonget iter suum. Cũ igitur via peregrinationis nostre ad celu3 sit longa: iuxta illud tertij Reg.19°. Adhuc grãdis via restat tibi. Et Isa.23°. dicitur. Ducent eũ pedes eius longe ad peregrinandũ: debemus p rectam viam virtutũ incedere: non eundo per obliqua vicioꝝ itinera. Sed per viã mandatorum dei qua peruenit ad celũ Matthei.19°. Si vis ad vitam ingredi: serua mandata. Et possint dicere deo cum psalmista. Viam mandatoru3 tuorum cucurri cum dilatasti cor meũ. seruantes illud Deuter.5°. Non declinabitis neq3 ad dexterã neq3 ad sinistram: sed ibitis per viam: qua precepit vobis dominus deus vester: vt viuatis & bene sit vobis. M

TErtia lex peregrini est q nõ retrocedit cum ceperit peregrinari. Sic nos qui a pãia carnis & vicioꝝ discessimus: nõ debemus retrocedere: qr vt ait saluator Luce.9°. Nemo mittẽs manum ad aratrum & aspiciẽs retro aptus est regno dei. N

QVarta lex est q peregrin9 in terra sue pegrinatiõis nõ subsistit: qr si ibi notabiliter & vltimate subsisteret: nõ peregrinus sed indigena reputãdus esset: & nõ aduena. Cum tamẽ oĩs peregrinus sit aduena: iuxta illud psalmiste. Aduena su3 ego apud te: & peregrin9 sicut oẽs patres mei. Et ideo qr in terra peregrinationis sue nõ subsistebat: subdit. Remitte mihi vt refrigerer pusq3 abeam & amplius nõ ero. Sic ergo & anima fidelis nõ debet subsistere in delectatione rerũ huius mundi in quo est peregrina: sed ad patriam festinare: qr vt dĩ ad Hebre.13°. Nõ habemus hic ciuitatem permanentem: sed futuram inquirimus. O

QVinta lex est q peregrinus amicitias nõ querit: qr ad amicos pertinet pariter ꝯuersari: & sibi inuicem cõicare: quod nõ potest facere peregrinus. Aliter eoꝝ amicitia ꝑ ꝯsequẽs conuersatio foret nociua. Et ideo quia peregrini auxilio sunt humano destituti: eos singulariter deus respicit. Unde Deuter.x°. dicitur q dominus amat peregrinum: & dat ei victum & vestitũ. Sic ergo & nos non debemus in hac peregrinatione querere amiciciam hominũ mundanoru3 & huius seculi voluptatibus deditoꝝ: ne nos ab itinere nostro retardẽt: qr qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Ecclesiastici.13°. Et inimici hoĩs domestici eius. Mat.xj°. P

SExta lex ẽ q pegrinus in terra pegrinatõis delectationes non appetit: qr impossibile est aliquem pfecte delectari in motu existentem. Sic

ergo et nos in hac vita delectatiões sensuales nõ debem⁹ appetere: que extingũt spũalia charismata. Ideo in hui⁹ figura dicit Jere.35°. q Jonadab filius Rechab pcepit filijs suis vt vinuz non biberent in terra pegrinationis sue: nec i ea domũ edificarent aut plantarẽt vineas: vel alijs delectationibus insisterent. Q

Septima lex est q pegrinus in terra pegrinationis sue nõ q̃rit hẽditatẽ: qꝛ ẽ terra aliena et ibi nõ vult habere requiẽ. Sic aia nr̃a cum p̃cius nõ sit de terra sꝫ celestis: nõ debꝫ q̃rere hẽditatẽ terrenã sꝫ celestẽ: d qua psalmista inqt. Et.n. hẽditas mea pclara est mihi. Et itez. Dñs pars hẽditatis mee. Qui aũt vult in terris hẽditatem habere: ponẽs i terrenis spez suã: iuste puaꝛ hereditate sibi debita i excelsis De quo Eccl'ia.4°. dicit Homo cũ mortu⁹ fuerit hẽditabit serpẽtes: idest demones: quorum vnus in specie serpẽtis primũ decepit parentem. R

Octaua lex est q peregrinus in terra sue peregrinationis de negocijs ciuiũ nõ se itromittit: quia sicut est ignotus ita [illegible] aliene patrie facta sunt ignota. Nullus aũt bene põt de ignota causa iudicare: et ideo peregrini non constituunꝛ iudices. Unde Geñ.19°. dicebãt sodomite ad Loth. Ingressus es vt aduena: nũquid vt iudices? Ita ergo et nos nõ debemus de alienis factis multum curare seu nos intromittere: sꝫ peregrinationi nostre attendere. Quia vt ait Ambrosi⁹ in quodaz sermone. Qui curis terrenis se implicat: a domino se separat. S

Nona lex est q peregrinus q̃uis nobilis sit: tamẽ in terra aliena nõ extollitur nec superbit: ne indigenas cõtra se prouocet: sed humiliter loquitur. Sicut Ruth dicens sui libri 2°.c°. Uñ mihi hoc vt nosce me dignareris peregrinam mulierez? Sic anima nr̃a licet sit nobilissima: quia a nobilissimo opifice deo creata: debet humilis eẽ in peregrinatione huius seculi: in quo est corruptibili corpori colligata per quod aggrauaꝛ. Sapientie 9°. Et multis miserijs affligitur. Job.13°. Et ideo debet humiliari sicut mlier nobilis ignobili viro sociata: maxime qꝛ sequens vicia ipsius carnis ẽ bestijs cõparata: iuxta illud psalmiste. Homo cũ [illegible] honore esset non intellexit: cõparatus est iumẽtis insipientibus: et similis est factus est illis. T

Debet aũt peregrinus esse astutus et sibi precauere diligenter a periculis: qꝛ sepe prodiꝛ socio: occiditur ab hospite: et spoliatur a latronibus. Et similiter aia nostra facere debet que a socia carne proditur: et ad mortẽ eternã ducitꝛ a mũdo in quo hospitatur: gladio peccati perimitur: et a latronibus: idest demonibus oĩbus virtutib⁹ spoliatur. Solent aũt peregrini aliquãdo cantare in itinere ad releuandũ tediũ peregrinationis. Et similiter quilibet nostrũ debet facere laudãdo deuz: et dicere cum propheta. ps°.118°. Cantabiles mihi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee. Item portant argentum in scarsellis: sine aurum: pro faciendis expensis in via: et quotidie cõputant sumptus ne sibi deficiat: et cõsiderãt quãtum expenderunt. Et similiter nos in hac pegrinatione debemus semper habere in aia nostra: et nobiscum portare gratiã dei: de qua dicitur Prouer.22°. Super argentũ et aurũ gratia bona. Ipsa enim nobis faciet expensas in itinere. Uñ Paulo iquit xp̃s vt habetur 2°.ad Cori.12°. Sufficit tibi Paule gratia mea. Debemus insuper sumpt⁹ cõputare: idest qualiter vitã nostram expẽderimus quotidie cogitare: iuxta illud Senece in.3°. d ira dicẽtis. Quotidie animus noster ad rõnem reddendam vocetur. &c. Solẽt etiaz peregrini isignia quedã deferre: vt homines prouocẽt ad sibi benefaciendũ: et sint securiores ad ambulãdum. Et similiter nos debemus deferre insignia deuotiõis et sanctitatis: qb⁹ et homines nobis afficiẽtur: et demones ab offensiõe nostra repellẽtur: qbus inqt de⁹ Ezechiel.9°. Super quẽ videritis thau non occidatis. TT

Decima lex est q peregrin⁹ in domo recipitur aliena. Iõ dicebat Job 31°. sui libri c°. Foris nõ remãsit peregrinus: et domus mea viatori patuit. Sic ergo et aia nr̃a debet reputare domuz corporis in qua habitat, alienã: et seipsaz ibi pegrinam et hospitem. Quod esse veruz patet: qꝛ de domo sua nemo expellitur inuit⁹ ac violenter. Aia vero nostra postq̃ȝ in corpore fuerit modico tẽpore hospitata expellitur cũ violẽtia tanq̃ȝ de domo aliena. Et ideo sicut filia regis in domo ignobili desponsata: cupit ad domũ patris redire soluto vinculo matrimonij. Ita aia debet desiderare ad domum patris celestis accedere post corporis solutionẽ: iuxta illud Eccle⁹.12°. Reuertatur puluis i terram suã vñ erat: et spũs redeat ad deum qui [illegible] cit illum. V

Undecima lex est q peregrinus sustinet iniurias et icõmoda multa in peregrinatõe sua: et portat capellũ atq̃ mãtellũ: vt se defendat a sole et aquis. Sic nos i hac vita peregrini debem⁹ sufferre opprobria et q̃scũq̃ tribulatões tpales: habentes capellũ charitatis q̃ operit multitudinem peccatoꝝ Jacobi vltio. Et mãtellũ patiẽtie cõtra oẽs aduersitates. Et esse de illis de qbus dicit glo. in.l. Papinian⁹.§.sꝫ nec ipuberis.ff.d ioffi.testa.

q habet mātellū ad omnem ventū. Ut aūt possimus pseuerare in itinere: debemus sicut pegrinus baculū in manu portare. i. in deo spem nr̄a3 ponere: et dicere cū David ps°. 17°. Diligā te dn̄e fortitudo mea: dn̄s firmamētū meū et refugiū meū et liberator meus. Possumus quoq3 dicere q sicut pegrini vtuntur baculo ad sustētationē: ad fluuioꝝ transuadationē: et ad malaꝝ bestiaꝝ percussionē. Ita nos debemus vti baculo crucis ad sustentandū nos in afflictiōib⁹ tribulationū: qꝛ vt ait. Grego. in moꝛa. Si passio dn̄i ad memoriā reuocet: nihil est adeo durū q non equo animo tolleret. Ideo ad Hebre. 12°. inqt apostolus. Recogitate [redacted] qui talē sustinuit a peccatorib⁹ aduersus semet ipsu3 cōtradictionē: vt nō fatigemini animis vestris deficientes. Scd̄o debemus vti baculo crucis ad tentationū huius mūdi et carnis transuadationem: vt possimus dicere illud Gen̄. 32°. In baculo meo transiui iordanē istū. Tertio debem⁹ eo vti ad bestiarū: idest demonis percussionē: qꝛ Isa. 30. dicitur. A voce dn̄i pauebit assur virga percussus: et Chriso. ait. Ubicūq3 demones baculum crucis vident territi fugiūt timētes baculū quo plagam acceperūt. X

SOlent autē peregrini trib⁹ vicib⁹ intrare hospitiū in die. s. mane ad prandendū: vespere ad cenandū et dormiendū ac qescendū: et meridie ad collationādū: et similiter nos saltē ter in die debemus intrare hospitiu3 orationis: in qua reficit aia. Primo mane dicēdo dō cū psalmista. Mane astabo tibi et videbo. Scd̄o vespere dicendo deo cū eodē. Dirigatur dn̄e oratio mea sicut incēsum i cōspectu tuo: eleuatio manuū meaꝝ sacrificiu3 vespertinū. Itē. In pace in id ipsum dormiā et requiescam. Tertio debem⁹ intrare hospitiū orationis in meridie et dicē xp̄o illō Can̄. p°. Indica mihi quē diligat aia mea: vbi pascas: vbi cubes i meridie. Ista autē tria hospitia intrabat David tanq̄ peregrinus expertus: qui inqt ps°. 54°. Uespe: mane: et meridie narrabo et anunciabo: et exaudiet vocem meam. Y

SEcunda lex est q pegrinus [redacted] terra pegrinationis semp ad patriā redire anhellat: qꝛ oia naturaliter appetunt locū suū. Et iō dr̄ Gen̄. 31°. q Labā dixit Jacob. Ad tuos redire cupiebas: et desiderio tibi erat dom⁹ patris tui ꝛc. Sic ergo et aia nostra in hac lachrymaꝝ valle conclusa: de3 semp ad patriā celestē anhellare dicēs cū Pau [redacted] ad Philip. p°. Cupio dissolui et esse cum xp̄o. Quia vero has pegrinoꝝ leges pauci obseruant et solus dn̄s Jesus factus pro nobis per incarnationē peregrinus illas psectissime obseruauit. Iō ei dictū fuit Luce [redacted] 4°. Tu sol⁹ peregrin⁹ es i hierusalem. Cui si placere volum⁹ debem⁹ nos immaculatos custodire ab hoc seculo: vt dicūt verba pposita. Super quibus verbis de mūdicia anime et bona cōscientia tractare volētes: tres considerationes faciemus. Prima dicetur declarationis: Secunda cōseruationis: Tertia cōtrariationis.

¶ Pars prima de q̄litatis pscie declaratione. Z

PRimo in hac pte videnda est cōsciētie diffinitio. Pro cui⁹ declaratiōe ē sciendu3 fm Tho. in 2°. sen. di. 14ª. ar°. 4°. q cōsciētia h3 ortū ex naturali iudicio rōnis: quod dicit lex intellect⁹: et ab [redacted] est deducta et deriuata vt quedā cōclusio: verbi gr̄a. Fit eni in aia vel in mente hoīs quidā silogismus: cui⁹ maiorem pmittit sindereses dicēs. Omne malū est vitādum. Minore3 vero assumit rō superior dicens. Adulteriū est malū qꝛ a deo phibitū: rō autē inferior idē affirmat esse malū: qꝛ est iniustū et inhonestu3. Et tūc cōsciētia infert cōclusionem di. Ergo adulteriū est vitādū. Propterea di cōscia q̄si cōcludēs sciētia: eo q cōsciētia rōne pdictoꝝ. s. sinderesis et rōnis supioris et iferioris conclusionem infert. A

ESt aūt sinderesis vt diffinit Augu. in li°. de baptismo paruuloꝝ lumē innatū: et aie concreatū: quo dirigimur et mouemur ad faciēdū ea que ptinēt ad vitationē culpe et pene: et adeptionē glīe: hec ille. Est ergo sinderesis qdā generalis habitus siue pnaturale lumē: cui⁹ actus vel offm̄ est a peccato retrahere hoie3 murmurādo ptra pctm̄ et iclinare ad bonū. vt ait. b. Tho. i pª. parte sūme. q. 16ª. ar°. p°. et i qōnib⁹ disputatis de vitate. q. 16ª. de sinderesi. ar°. p°. i corpe qōnis. Et Alex. de ales i 2ª. pte sūme: i tractatu de sinderesi. Rō ēo supior et iferior nō sūt diuerse potētie: s3 vna eadēq3 potētia: q̄ fm diuersa officia et diuersos act⁹ distiguit: vn̄ appellat supior i quātū discernit aliqd [redacted] respectū ad supiora et eterna. Ut ait Augu. 12°. de ciui. dei. Dicit aūt iferior in quātū discernit p respectū ad iferiora: vt dclarat. b. Tho. p°. pte sūme. q. 79ª. ar°. 9°. in cor. q. et i qōnib⁹ disputatis de veritate. q. 15ª. de rōne. ar°. 2°. et 3°. Quādo g° sinderesis aliqd i mēte pponit: et rō [redacted] respectū ad deū seu superna: vl ēt iferiora illi assentit: tūc pscia pcludit. Un̄ Ugo de sctō victore. 2°. de aia dicit. Cōscia est cordis scia et iō dr̄ q̄si cū alio scia. Papias aūt put refert Arch. i c°. statutū. §. assessorē. de rescri. i vj°. ait: q cōsciētia est cogitatio cordis suiipsius. B

SEcūdo de pscia vidēda ē ei⁹ opatio. Pro cui⁹ declaratiōe ē notādū fm Tho. i pª. pte sūme q. 79ª. ar°. 13°. et iterū i qōnib⁹ disputatis de vrita

de.q.17ª.ꝛ pª.2ª.q.19ª.arº.5º.ꝙ triplex est act⁹ cō sciētie. Prim⁹ est testificari de pterito:i quātū con sciētia phibet testimoniū sicut illō i quo ē scriptū aliqd testificaꝛ de eo siue sit bonū siue malū. Unde Apost.ad Roma.2º.ait. Testimoniū illis redden te cōscia eoꝝ. Et Augu.xjª.q.3ª.cº.custodi.dicit. Quādo deus iudex erit alius testis ꝙ ɔscia tua nō erit. Inter iustū iudicē ꝛ cōsciam tuā noli ti mere:nisi cām tuā. Et Eccle.7º.dicit. Scit ɔscia tua ꝙ tu crebro maledixisti alijs. Et Seneca in liº.de morib⁹ ait. Tuta scelera eē nō possunt:qꝛ ꝛsi latēdi facultatē hēant:fiduciā nō habēt. Et iō ibi dē iterū dicit. Nullū consciū peccatoꝝ tuoꝝ ma gis timueris:ꝙ teipsū. Alienū.n.potes fugere te nūꝙ. Cōcupiscētia eni ē velut speculū quoddā:i quo rōnis oculus tā qō idecēs:ꝙ qō decēs est po test speculari. C

Scōs act⁹ ɔsciē ē accusaꝛ:ꝛ excusaꝛ ac rphē dē ꝛ remordē de malo cōmisso ꝛ bono omis so:iuxta illud ad Ro.2º. Inter se iuicē cogitatio nū accusantiū aut defēdentiū in die iudicij: cū iu dicabit dn̄s occulta:ꝛ Aug.xjª.q.3ª.cº.in cūctis: Quē cōsciētia defēdit liber est iter accusationes:ꝛ liber sine accusatione esse nō pōt : si sola cōsciētia int⁹ accuset. Iste act⁹ pōt dici examinatio ɔsciētie inquātū cōsciētia examinat ea que iā facta sūt:an sint bene facta vel nō vt dicit Tho.vbi.s. D

Tertius act⁹ cōsciētie est ligare vel soluere. Un de inqt btūs Tho.vbi.s.ꝙ sicut ligatus cor poraliter habet necessitatē cōsistēdi in loco vbi est ligat⁹:ꝛ auferꝛ ei ptās [redacted] aliū locū diuertēdi :qꝛ alibi nō pōt ire:sic cōsciētia ita obligat volūtatē ad aliqd faciēdū vel nō faciēdū ꝙ nō pōt aliō si ne pctō facere:vel omittere ꝙ illud ꝙ sibi dictat ipsa cōsciētia. Uñ ad Roma.14º.ait apostolus. Omne qō nō est ex fide pctm̄ ē. Sup quo verbo Ambrosi⁹ in glo.dicit. Omne qō fit [redacted] si i se,ꝛ,de se sit bonū:ꝛ tñ nō sit ex fide.i.cōtra ɔsciam:vt.s.cre dam⁹ eē malū pctm̄ ē:hec ille. Cui⁹ dictū intelligi tur de eo qō fit ɔtra ɔsciaꝫ peccati mortalis:vt qꝛ est pceptū facere vł phibitū. Sicut dicit glo.i cº. oēs.§.ex his.28ª.q.pª.vñ si cōscia dictaret aliqd faciēdū solū per modū ɔsilij vel psuasionis:nō ob ligaret ad mortale:vt inqt Tho.i 2º.di 39ª.artiº. 3º. Dicit ergo bea t⁹ Bona.i 2º.dist.39ª.arº.pº.q. 3ª.qō ɔscia aliqñ dictat aliqd faciēduꝫ:qō est fm legē dei:ad qō hō teneꝛ ex debito. Et hoc est claris simū:ꝙ eū astringit. Aliqñ dictat qō est ɔtra legē dei:vt facere vindictā:ꝛ hmōi:ꝛ tūc non obligat ad faciēdū sed simplr ligat ad se deponendū:qꝛ ta lis erronea ɔscia cōtraria diuine legi:tenet hoiem extra statū salutis. Si.n.facit illud qō ɔscia dictat peccat mortaliter:qꝛ facit ɔtra legē dei. Si facit cō tra ɔsciam mortaliter ēt peccat:qꝛ credit qō illud facere sit mortale peccatum ꝛ deo displicere:ꝛ sic facit in contemptum eius:quāuis illud forte deo placeat in se. Deus enim non attendit factum so lum:sed quo animo fiat. Aliquando vero consciē tia dictat aliquid quod est preter legem dei:vt le uare festucam de terra ꝛ huiusmodi:ꝛ talis tene tur aut ipsam conscientiam deponere:aut illō fa cere aliter peccatum mortale incurrit. Et ita itel ligitur illud extra de simo.cº.per tuas.el 2º.ꝛ de re stitu.spolia.cº.litteras.ꝛ de prescript.cº.finali.ꝛ 28ª.q.pª.cº.omnes.§.ex his.s.omne quod fit con tra conscientiam edificat ad gehennam. Et hanc etiam sententiaꝫ tenet beatus Thomas. vbi.s. Et in questionib⁹ disputatis de veritate.q.17ª.ꝛ pª. 2ª.q.19ª.arº.6º. E

Tertio de conscientia videnda est eius varia tio. Pro cuius declaratione sciendū est fm Alexādruꝫ de ales in 2ª.parte sūme:ꝙ multe sunt differentie hominum circa conscientiam suam [redacted] uersimode opinantium seu credentium. Dicebat autem quidam predicator:ꝙ caligarij non ha bent tot formas sotularium:quod reperiunꝛ for me conscientiarum. Unusquisqꝫ enim format si bi conscientiam suo modo. Sed de predictis con scientiarum diuersitatibus tantum aliquas reffe remus. Primo enim sunt aliqui qui sciunt certi tudinaliter se non habere bonam conscientiaꝫ:vt hi qui sciunt [redacted] esse in mortali peccato actu:vel in proposito non penitentes. Et istorum mala con scientia aliquando dicitur coinquinata:iuxta illō ad Thi.pº. Coinquinate sunt eorum mens ꝛ cō scientia. Aliquando dicitur cauteriata.prime ad Thi.4º. Habentes cauteriatā conscientiaꝫ:idest corruptam praua cogitatione:ꝛ adustaꝫ male cō cupiscentie igne. Nam cauterū est corruptio car nis ex igne vel per ignem facta. Aliquando appel latur perturbata conscientia. De qua Sapientie 17º.dicitur. Semper enim presumit seua: pertur bata conscientia:scilicet malum super [redacted] venire de bere. Sicut fecit kaim Geñ.4º.dicens antequā puniretur a deo pre timore. Uagus ꝛ profug⁹ ero super terram:omnis qui viderit me occidet me. Et Gregorius in moralib⁹ inquit. Dum nulla bo norum operum confidentia fulcitur anima:intue ri in summa trepidat qꝛ ipsam conscientiam ac cusat. Nam timor qui in desperationē inducit: [redacted] mala cōscientia prouenit. Ideo Chri.sup M[illegible] theum dicit. Qui male conscientie est:semper pu sillanimis ꝛ timidus est. De conscientia ista iniq̄ dicit Augu.in libro ō vera innocētia. Nulle sunt

grauiores cruces in vita ista: q̃ mala cõscientia. ꝛ Chris. sup Matheũ ait. Conscientia rei semp in pena est. Mens enim mala semp cõsciẽte ꝓprie stimulis laceratur.

F

SEcũdo aliqui putãt se habere bonam cõsciẽtiam ꝛ gratiam seu charitatem ꝛ neutrum habent. Sicut sũt quidã christiani tepidi: qui nõ lustrantes conscientiam suam putãt se esse in bono statu: ꝛ sunt in peccato mortali. Et hec dr̃ conscientia erronea. Et procedit aut ex ignorãtia crassa de his que nõ tenet scire ꝙ sunt peccata mortalia: ꝛ illa committẽdo nõ excusatur: licet putet ea licita vt dclarat Tho. pᵃ. 2ᵉ. q. 78ᵃ. arᵒ. 3ᵒ. ꝛ probatur per legem liberorum. §. notatur. ff. de his qui no. in fa. Aut procedit ex negligentia adiscendi necessaria ad salutem: de qua Aug. in. cᵒ. si. 37ᵃ. di. inqt. Illis omnino ignosci non poterit: qui habentes a quo discerent operam nõ dederũt. Aut ꝓuenit ex inordinata affectione: cũ scilicet quis desiderat aliquid facere: ꝛ vici⁹ inordinato affectu format sibi suo modo cõsciẽtiã: iuxta illud Senece in ꝓuerbijs. Perit oẽ iudiciũ: cum res transit in affectum: aut accusatur ex sup̃bia: qñ quis nõ humiliat intellectũ suũ ad credendũ melioribus ꝛ sapientioribus: maxime superiorib⁹ suis in dubijs sed vult sequi suas ceruicositates: ꝛ proprias opiniones faciẽs legẽ de suo capite: ac spernendo consilia ꝛ opiniones aliorũ: cõtra capitulũ. ne imitaris. de consti. Quãdoqꝫ etiã causat talis erronea cõsciẽtia ex obstinatione: sicut infideles ꝛ heretici in sua secta obstinati persequẽtes veros christianos: putant se bene facere: ꝛ habere bonã cõsciẽtiã iuxta illud saluatoris dictũ. Joãnis. 16ᵒ. Venit hora vt omnis qui interficit vos: arbitret se obsequiũ pstare deo. Aliquãdo ꝓuenit ex temeritate ꝛ presumptione: sicut aliqui psumptuosi reperiunt qui cum mali sint: estimãt se bonos: ꝛ credũt ꝙ liceat furari vel ad vsurã mutuare siue rapinas facere: vt elemosyne fiant. Et cũ sint pleni peccatis: dicũt singuli: habeo ita bonam cõsciẽtiã: sicut tales fratres: vel religiosi. De quibus Ecclesiastes. 8ᵒ. dicit. Sunt impij: qui ita securi sunt: q̃si iustorũ facta habeãt. Et isti dñr hẽre ꝯsciẽtiã largã ꝛ rotũdã: nõ habẽtes stimulũ de peccatis: vel habẽtes tñi d̃ minimis: ꝛ de magnis nihil timentes. Que quidem conscientia assimilatur aranearum telis capientibus paruas muscas: ꝛ magnas dimittẽtib⁹ isti sũt similes phariseis: de quibus dicitur Mathei. 23ᵒ. ꝙ decimabãt mẽtã: ꝛ anetũ: ac rutã: ꝛ oẽ olus sed grauiora legis pretermittebãt. Tales faciũt sicut Joãnes vitulorũ: qui vidẽs paruos vitulos duci ad macellũ ostendebat se horrere tale spectaculũ tãq̃ quid crudele. Et ipse de nocte pergẽs ad stabula: occidebat boues sine alio stimulo. Similiter de alio legit: q quasi oĩa in ludo amittebat: cõiũx aũt sua de nocte ad lucernã laborabat: vt aliquid lucraret. Dũ ergo ille a ludo reuerteret ꝛ perdidisset forte cẽtũ aureos: iueniẽs vxorẽ ad lucernam murmurabat ꝛ dicebat: ꝙ paruã habebat cõsciẽtiam: ponẽs nimis grossos stupinos ad lucernã cui illa respõdebat. Le poste grosse e li stupini subtili. Quidã quoqꝫ reperiunt stimulati in ecclesia spuere: qui postea nullum aut paruũ habent stimulum de proximi dtractione. Ecõtrario vero reperiuntur aliqui qui solum põderãt peccata valde enormia: de alijs vero licet mortalib⁹ parũ curãt: ꝛ multo minus de venialibus: ꝛ istorum cõscientia est sicut rete habẽs larga foramina in quo nõ cõprehẽdũtur nisi maiores pisces: sꝫ minores semp euadũt.

G

TErtio aliqui sunt qui nõ bene sciũt vtrũ habeant bonã aut malã cõsciẽtiã: ꝛ isti sunt scrupulosi: qui timẽt nõ timẽda: fm rectũ iudiciũ rationis ꝛ semper videtur eis peccare: siue quid faciant: siue illud omittãt: ꝛ semp sũt pplexi ꝛ vacillãtes: ꝛ de facili dictis scrupulositatibus assentiũt. Et isti bestiales stimuli vel procedunt ex leuitate cerebri: vel ex cordis pusillanimitate: vel diaboli suggestione ꝛ tentatione. Et istorum conscientia est valde periculosa. Nam facit festucam videri trabem: ꝛ bonum malũ: ꝛ leue peccatũ apparere graue. Et quãdoqꝫ iducit ad dsperationẽ. Ideo clamabat ps̃ᵃ. Nõ me demerget tempestas aque idest desperationis. Hec scrupulosa cõscientia facit omittere multa bona opera: ꝓpter timorẽ peccãdi iuxta illud psalmiste. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Et ideo hortatur Apostolus pᵉ. ad Cor. xᵒ. dicẽs. Oẽ quod i macello venit mãducate: nihil interrogãtes ꝓpter ꝯsciẽtiã. Nã scrupulositas ẽ vitãda. l. sꝫ ꝛ he. ꝛ hec minũ scrupulosa sunt. ff. de excusa. tu. ꝛ per doc. in cᵒ. tua. de simo. ꝛ in cᵒ. inqsitioni. de sen. tales scrupulosi sepe se permittunt ab inimicis suis demonib⁹ sub specie stimuli quo ad animã vulnerari: vnde in huius figurã legit primi Macha. 2ᵒ. ꝙ qdam de societate Machabeorũ vidẽtes cõtra se venire hostes in die sabbati: scrupulũ habẽtes ne violarent festũ se defẽdẽdo ꝛ pugnãdo pmiserũt se ab host: b⁹ occidi. Debent ergo tales scrupulosi rogare deũ vt irradiet intellectũ eorũ ifũdẽs eis veram cognitiõem agẽdorum: ꝛ ipse dabit illis sapiẽtiam: si deuote iuocauerit eũ. Sicut fecit Salomoni: qui de seipso inquit. Sap. 7ᵒ. Innocaui ꝛ venit in me spiritus sapientie. Debent etiã fm

cōsiliū sapientū illas scrupulositates deponere: vt dicūt theo. in 2°. di. 39ª. ꝙ si fuerint inter eos varie opiniones: seruent illud qđ inquit Hostieñ. in c°. si vir. de cogna. spiri. di. ꝙ vbi sunt diuersa iura vel diuerse opiniones: humanior ꝛ equior est preferenda. Facit ad hoc. C. qui bonis ce. pos. l. fi. ꝛ. ff. de penis. l. maiorē. ꝛ. C. de fideicō. liber. l. cū inter. i fi. ꝛ de vsuris. l. cū antiqtas. ꝛ. ff. de reli. ꝛ sum. fu. l. sunt psone. Et. l. semper in dubijs. l. in re dubia. l. i obscura ꝛ. l. qries dubia. ff. de reg. iu. Imo securior ꝛ tutior ps sp vʒ eligi. c°. ad audiētiā. đ homi. c°. iuuenis. de spō. ꝛ c°. mattheus. de simo. H

LIcet aūt deuitāda sit scrupulosa ꝯsciētia: tñ desiderāda est timorata. Dicit aūt quis timoratā habere cōscientiā quādo nō est presumptuosus sed oīa cū timore dñi facit: ꝛ astute pcauet ne deum offendat. Et ita intelligit illud Gregorij in c°. ad eius. 5ª. di. scilicet bonarū mentium: est ibi culpā timere: vbi culpa non est. I

QUarto reperiunt aliq qui habēt bonā ꝯsciētiā vel saltē eā habere verisimiliter opinantur: qñ. s. in amore dei ꝛ proximi radicati: mūdaʒ habēt aīam a mortali peccato. De qua ꝯsciā habetur. pe. ad Thi. p°. vbi ait Apost. Finis pcepti ē charitas de corde puro ꝛ ꝯsciā bona. Super que verba dicit Aug. Ille [illegible] ad id qđ diligit peruēturum eē desperat: cui male cōscientie scrupulꝰ inē. Ille aūt sperat qui bonā consciētiā gerit. Debemꝰ ergo taliter operari vt nō offendamꝰ consciētiaʒ: ꝛ tunc operatiões nostre erunt bone: iuxta illud Eccle. 13°. Bona est substātia: cui nō est peccatū [illegible] cōscientia. Et ideo debemꝰ imitari Paulū q dicebat vt habet Actuū. 24°. Studeo sine offendiculo cōscientiā bonā semp habere ad deuʒ ꝛ ad hoies. De hac ēt loquens Seneca i li°. de moribꝰ inquit. Consciam magis ꝙ famam intende: falli nāqʒ poteris fama: cōsciētia vero nunꝙ. Bernardus quoqʒ in li°. de cōsideratione inqt. Magne diuitie sunt bona ꝛ trāquilla cōscientia. Et 2e. ad Co. p°. ait Paulus. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre.

¶ Pars secūda huius sermonis de bone cōsciētie cōseruatione qui fuit per gratiam dei. K

SIcut supra declaratuʒ est sermone. 6°. parte vltima: sine dei gratia adiuuante nō pōt homo resurgere a peccato nec bene opari. Ex quo sequitur ꝙ necessaria est ipsa diuina gratia ad conseruationē bone consciētie. Pro cuius meliori explanatiōe deceʒ cōsiderationes de gratia dei faciemus. Prima erit de eius quiditate. Pro cuius declaratione ē sciendū: ꝙ duplex est gratia dei. s. gr̄a gratis data: ꝛ gratia gratū faciēs: vt dicūt theologi i. 2°. di. 28ª. Gr̄a gratis data idō sic dicit: qr si non gratis daret nō eēt gratia. pª. q. p°. c°. gratia ꝛ originaliter fuit dictum apostoli. 2e. ad Corin. xj°. Et sm Alexan. de ales i. 2ª. pte sūme: ꝛ theologos vbi supra: est donū infusum rōnali nature sine meritis quantū in se est disponēs ad salutē ppriā vel alterius. Et hec gratia pōt stare cū peccato mortali. Et est omne bonū additū bonis nālibus: sicut gr̄a pdicandi: pphetandi: faciēdi miracula ꝛ huiusmodi: vt dicūt theologi vbi. s. Gratia aūt gratum faciens est duplex. Una icreata: ꝛ hec est spiritus sanctꝰ sm theologos in p°. di. x°. Alia ē creata de qua theologi in p°. di. 17ª. ꝛ i. 2°. di. 28ª. ꝛ beatus Tho. pª. 2e. q. 113ª. ꝛ Alex. de ales i. 3ª. pte summe: i tractatu de grā: dicunt ꝙ ē quidā habitus de nihilo a deo creatus ꝛ in aīa infusus [illegible] quē anima fit filia: amica ꝛ spōsa dei dilecta. De qua grā dicit ps°. 44°. Diffusa est grā in labijs tuis: propterea bñdixit te deꝰ in eternū. Bernardus autē in quodā smone de grā ait. Gratia est quedaʒ lux sole splēdidior: aīe iuste infusa tāꝙ radiꝰ a sole iustitie descēdens: aīam circunquaqʒ purgans: illustrans ꝛ deificās: hec ille. Augustinus aūt in libro de trini. dicit ꝙ gratia est excellētius dei donuʒ qđ solū diuidit iter filios regni eterni ꝛ pditiōis eterne. Unde dicit Fran. de mayro. in p°. smone purificationis beate virginis Marie. Sicut militia cuiuslibet pncipis distinguit a militia sui hostis per solū illiꝰ pncipis signū. Ita gratia est signū in aīa nostra per qđ pfecte discernit quis sit de militia regis eterni: vel de militia hostis eius qui ē rex super oēs filios superbie sicut dicit Job 41°. Dicit quoqʒ idē Franciscus mayro. i 2°. smone Ioānis baptiste ꝙ gratia ē vita spiritualis aīe rōnalis. Sicut. n. aīa dat vitaʒ corpori ex sua psentia: ꝛ ex sua absentia morit. Sic presente gratia aīa viuit: ꝛ ea absente morit. Et idō in sacra scriptura viuentes sunt q habēt grām: ꝛ mortui qui sunt in culpa: dicēte dño Apoc. 3°. Nomē habes ꝙ viuas ꝛ mortuꝰ es. Qđ aūt gratia sit vita aīe probatur p apostolū. pe. ad Corin. 15°. dicentē. Gr̄a dei suʒ id qđ sū. Et hoc cōfirmat Ugo de sancto victore in li°. de arra sponse di. Scias aīa mea ꝙ gratia est vita tua. Hoc quoqʒ pbat p locū ab oppositis. Uita. n. ꝛ mors sunt ꝯtraria: ꝛ gratia ꝛ culpa mortalis habent cōtrarietatē sm theologos in. p°. di. 17ª. Sʒ pctm̄ mortale est mors aīe vt ait Hiero. p illud Eze. 18°. Aīa que peccauerit ipsa morietur ꝛ Sap. 16°. Hō [illegible] malicia occidit aīam suā: ergo gratia est vita ipsius aīe. Unde quidā dicūt ꝙ anima est sicut carbo ignitus cū habet grāʒ. Carbo

habet in mēte cōceptū: iuxta illō apostoli ad Ga la. 4°. Filioli mei quos iterū parturio. Unde Isa. 26°. dicūt existētes in gra. Cōcepim⁹ & parturi uim⁹ spūm salutis. Et pp de ipsis ait xps Matt. 12°. Quicūqz fecerit volūtatē patris mei qui in ce lis est: ipse me⁹ frater & soror & mater est. Dicit quoqz idē Frā. qp si ponat nobilitas luciferi & oīum an gelorū cū ipo ruinatorū ab vna pte. Et ab alia nobilitas & bonitas vni⁹ aie habentis talez gratiā. Maior erit incōparabiliter dignitas & excellētia atqz nobilitas ipsi⁹ aie: iuxta illud Ecclesiastici. 16°. Meliorē vn⁹ timēs deū qꝫ mile viri impij. vbi glo [illegible] dicit qp ibi ponit numerus determinat⁹ pro in determinato: & cōfirmat hec veritas per Tho. in. 4°. di. 17ᵃ. & p°. 2ᵉ. q. 113ᵃ. vbi ait: qp nobili⁹ est eē gīe qꝫ nature: qa vbicūqz est esse gre. s. gratuz fa ciētis: ibi est semp acceptatio apud deū. Sed nō econuerso: licet ergo angeli dānati sint nobiliores natura qꝫ ipsa aīa. Quia tñ nō sūt dō grati sicut aīa habēs grām. Jō ipsa aīa est oib⁹ angelis pdi ctis incōparabiliter nobilior rōne ipius gre. Et ideo pᵉ. ad Thi. 4°. & in. c°. legim⁹. 93ᵃ. di. & in. c° ecce ego. di. 95ᵃ. dr. Noli negligere gratiā que da [illegible] est tibi. De qua ait Aplūs ad Ephe. p°. De⁹ gra tificauit nos in dilecto filio suo. Dīs eni grā a deo puenit ps°. 83°. Gratiā & gl̃iam dabit dñs. Jn q b⁹ verbis innuit qp quātū in hoc mundo habueri m⁹ de grā dei gratū faciētē: tātū habebim⁹ in celo de gloria. P

Sexta cōsideratio est de gratie vtilitate que est multiplex. Primo dicit viuificatiōis: qz aīam per peccatū mortuā viuificat. Ut eni supra dictū est. Sicut corp⁹ viuit per aīam ita aīa per gratiā. Et ideo sicut discedente anima morit cor p⁹: ita discedēte grā morit aīa: que discessio fit per peccatū & cōsequēter mors spiritualis aie. Et iō xps ingt iudeis. Joānis. 8°. Jn peccato vestro mo riemini quia p pctūm morit aīa. Et oīa opera q̄ facit talis aīa sine grā sūt mortua. Sicut aūt rede unte aīa in corpore illa viuificat. Jta redeūte gra tia: aīa ad spiritualē vitā resurgit: vñ apostol⁹ ad Ephe. 2°. ait. Cū essem⁹ mortui pctis conuiuifica uit nos xpo cui⁹ gratia saluati sum⁹ & cū resuscita uit nos cū eo. Secūda vtilitas dicit adornatiōis. Gratia eni ponit a deo in aīa per modum indume ti honestantis vt ait Frā. de mayro. in p°. sermone purificationis virginis marie. Sicut eni verecū dia est videre vnā puellā nobilissimis ortā natali bus nudā: & in medio viroz solēnū. Jta est vide re aīam carentē diuina gratia in medio angelo rū eā custodientiū: qui nuditatē eius decernūt. Et ideo d tali anima dr Eze. 16°. Trāsiui per te & vi di te: & eras cōfusione plena istā confusionem nō timet aīa [illegible] conspectu dei & angelorū in peccato i durata: qa seipsā nō cōsiderat: & nudā se esse i cō spectu dei & angelorū nō cogitat. Cui dicitur Je re. 3°. Frōs meretricis facta est tibi: noluisti erube scere. Sed quādo habet gratiā: tūc est istar virgi nis vestita cādidis vestib⁹ in virtutib⁹ suis. Et iō Apoc. 19°. dicitur de sponsa agni. Qualis est aīa existēs in gratia: qp datū est illi vt cooperiat se bis sino splēdēti & cādido. Jlle aūt bissus est innocen tia siue iustificatio sanctorū que nō nisi per gratiā haberi pōt. Et iccirco ingt Aug. in li°. d vbis dñi qp aīa saluāda debet esse sicut spōsa tēporalis que vadit ornata ad spōsū suū. Uestimētū aūt aie est grā de quo ait celestis ei⁹ spōsus Apoca. 3°. Sua deo tibi vt vestimētis albis induaris. s. gre ne ap pareat cōfusio nuditatis tue: & Eccle. 9°. dr. Si tē pore cādida sint vestimenta tua. Et ideo rogabat Dauid ps°. 50. deū di. Lauabis me & sup niuē de albabor. De illo eteni qui habet grām dei pōt dici illō Danielis. 7°. Uestimētū ei⁹ albū sicut nix. Et tales sic vestiti erūt socij xpi i celo: sicut ipe inquit Apoc. 3°. di. Ambulabūt mecū in albis [illegible] digni sūt. Tertia vtilitas dicit decorationis. Sicut eniz aliq̄ domicella dicit tota deformis: qa caret aliq̄ pditione corporali vel morali ad ei⁹ decorē neces saria. Jta aīa quando caret gra est tota dformis. Quia sm Gregoriuz. Omnes virtutes que sūt in anima sine gratia sunt informes & similiter eo um actus. Unde de anima se spōte grā spoliāte dr a dño. Jsa. 47°. Denudasti turpitudinē tuam. Quādo aūt hēt grām est valde pulchra & clara & delectabilis. Uñ ei dicit ei⁹ spōsus celestis. Cā. 4° Tota pulchra es amica mea: & macula nō est in te. Et nō solū de ei⁹ pulchritudie delectat: sz etiaz oēs angeli: ei amoris glutino copulant. Et verifi cat illō Sap. 8°. Jn amicitia illius delectio bona. Quarta vtilitas dr sanatōis. Grā. n. sanat aīaz. Nō. n. existēs in pctō dr eger: sed in grā dr sanus & ita itelligit illō Matt. 9°. Nō eget qui sani sūt medico: sed male habētes. Sicut ergo bene sanus optime iudicat de saporib⁹: vt ñ placeāt sibi ama ra nec displiceāt dulcia. Jta hō deo grat⁹ hñs ani mā sanā: & rectū iudiciū rōnis: iudicat spūalia eē optima & delectabilia: & mūdana ac tpalia & cor poralia eē vana: iuxta illō Ecclē. p°. Uanitas va nitatū & oīa vanitas. Jtē sicut hō san⁹ nō cōtur bat a pteruietate humoꝝ ipsū molestātiū: ita aīa existēs in grā nō multū inqetat ab īpugnatōib⁹ passionū ipsā molestātiū. Sz qñ caret grā: tūc exi stēs qsi infirma molestat multipliciter a passioni b⁹ ipsā vexātib⁹ admodū febriū: vtpote ab ira: cō

scriptam postea septē preceptis scd'e tabule expssa sunt. Decē itaqz sunt precepta diuine legis. s. tria prime tabule: que ordināt nos ad deum: et septē scd'e tabule: que ordināt nos ad proximū: de quibus diffusius tractauim⁹ in. pᵃ. pte hui⁹ operis: s'mone. 16°. cum quatuordecim sermonibus sequentibus. Et ideo hic pertranseo. Q

Tertia est lex gr'e. s. euāgelica. Quicūqz ergo transgredit' mādata vnius ex his tribus legibus mortale peccatū incurrit: et quotidie ab ecclesia chatolica maledicit': dū dicit' i officio diuino illud psalmiste. Maledicti q declināt a mandatis tuis domine. R

Tertia regula cognoscēdi peccatū mortale dicitur superior⁊ ptemptio. s. nō adimplendo honesta et licita cor⁊ precepta. Secūdum. n. dñm Bona. in. 2°. di. vltiᵃ. ar°. 3°. q. pᵃ. tenent' christiani obedire suis iustis principib⁹ tp'alibus: i his que nō sunt ꝯ deū vel ecclesiā: que sunt s'm rectā ꝯsuetudinē rōnabiliter statuta. Sicut sūt tributa et vectigalia iusta: et ꝯsimilia. Vñ dñs Mat. 22°. dixit. Reddite que sunt cesaris cesari. Et apostolus ad Roma. 13°. ait. Ois aia potestatibus sublimioribus subdita sit. Et infra. Reddite oibus debita: cui tributū tributū: cui vectigal vectigal. Et iterū ibidē. Subditi estote nō solū pter irā: sed et pp ꝯscientiā. Et. pᵉ. ad Thi. vlti°. etiam dicit. Quicūqz sunt sub iugo s'uitutis: dños suos omni honore dignos arbitrent': ne nomē dñi blasphemet'. Siqs aūt aliter docet: et non acquiescit sanis s'monibus dñi nostri Jesu christi: supbus est nihil sciens ec. Quilibet ergo subditus debet obseruare obediētiā sui superioris: vt religiosus plato: s'uus dñi: vxor viri: et discipulus magistri: in rebus tñ licitis et honestis tantū aliter transgrediēs obediētiā sui supioris factā p modū precepti: vel equalētis: et de his que pōt pcipere icurrit mortale peccatū: vt declarat beatus Bonauētura vbi. s̄. Et hoc pbat' per. cᵐ. quisqs. 14ᵃ. q. pᵃ. vbi di. Quisqs pceptis nō obtēperat reus ē et debitor pene: pcepto. n. dñi nō obedire peccatū est. Et. c°. sequēti di. Qd pcipit' imperat': et qd iperat' necesse ē fieri: si nō fiat penā hz: vbi ꝯsiliū dat' offerētis arbitriū est. Ubi pceptū: necessitas s'uiētis. Et. c°. si dñs. xiᵃ. q. 3ᵃ. dicit Hiero. Si dominus iubeat ea q̄ nō sunt ꝯtra deo: nec aduersa sacris scripturis subijciat' dño s'u⁹. Si vo ꝯtraria pcipit: magis obediat deo spūs q̄ corporis dño. Et infra. Si bonū ē quod pcipit impator iubentis exeqre volūtatē. Si malū rn̄dc. Obedire opz deo magis q̄ hoib⁹: hoc ip̄s et de s'uis apō dños: et de vxorib⁹ apud viros: et de filijs apud pr̄es: q in illis tantū debeāt dñis viris et parētib⁹ ee subiecti: que ꝯ dei mandata nō sunt: hec ille. De muliere quoqz Geñ. 3°. di. Sub viri potestate eris: et ipse dñabit' tui. Et. pᵉ. Petri. p°. Mulieres subdite sint viris suis: de alijs vero subditis dicit. b. Tho. 2ᵃ. 2ᵉ. q. 154ᵃ. ar°. 2°. q de lege nature est vt quilibet s'uus subijciat' dño suo: et minor maiori. De hoc et ꝯtēptiōis plati vicio ait apostolus ad Roma. 3°. Qui potestati resistit: dei ordinationi resistit. Qui āt dō resistūt: dānationē sibi acqrūt. Ideo Ray. i sūma i tiᵒ. de sentētijs pcepti: dicit q subdit⁹ tenet' de necessitate obedire iusto pcepto plati sui: aliter peccat mortaliter. Et hoc est verū et si i pcepto fuerit apposita pena tp'alis vel corporalis: vt ait dñs Joānes de Anania doctor bononiēsis in quodā suo ꝯsilio. Nisi forte excuset eū ignorātia: ex' de ꝯsti. c°. vt aiap'li°. 6°. Marie aūt ē obediēdū platis sp̄ualibus pp pceptū dñi. Mat. 23°. di. Oia quecūqz dixerint vobis s'uate et facite: ppterea dicit Scotus i. 4°. di. 15ᵃ. q nō adimplēs pniam sibi a ꝯfessore iniunctā peccat mortaliter: qz agit ꝯ mādatū ecclesie: et ꝯfessoris q est vicari⁹ dei in illo actu. Ex quo infert. b. frater Michael de carchano i. quadragesimali de peccato: i s'mone dñice i ramis palmar⁊ pte. pᵃ. q totiens qs peccat mortaliter: quot sūt ꝯfessoris mādata que p'termittit. Que tñ oia intelligēda sunt quando confessor intēdit obligare ad pctm̄ mortale et mādatū eius est rōnabile. S

Verū multo grauius peccat q p'tergrediunt' mādata sancte mr̄is ecclesie: qz Mat. 18°. dicit dñs. Si ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Mādata aūt ecclesie sūt vt ꝯfitearis saltē semel in āno: et iniūctā pniam studeas p viribus adiplere. Et vt in pascate recipias eucharistie sacramentū. De qbus pceptis habet' in. c°. ois. v̄ peni. et re. Itē q dieb⁹ festiuis audias missa⁊. De quo mādato habet' in. c°. missas et in. c°. oēs fideles. de ꝯse. di. pᵃ. et in. c°. vt dñicis extra de parro. Itē vt vltimas volūtates defunctor⁊ tuor⁊ exequaris. c°. vltima. 13ᵃ. q. 2ᵃ. Et maxime soluendo legata facta ecclesijs. c°. qui oblationes. ea. q. et causa. Itē vt obserues festiuitates sanctorum capitulo. pronunciandum. de conse. di. 3ᵃ. et. c°. primo de feri. Item q ieiunes totam quadragesimam de consecra. distin. 3ᵃ. capitulo non licet. et. c°. non oportet. et. c°. placuit. et capitulo. quadragesima. de consecra. distin. 5ᵃ. Item quattuor tempora. 76ᵃ. di. capitulo. Jeiunium et capitulo. statuimus. et capitulo. de ieiunio: Itē vigilias omnium apostolorum: excepta vigilia Philippi et Jacobi: et Joannis euangeliste.

c°. consiliũ. de obser. ieiu. Item in vigilia natiuitatis dñi. c°. p°. de obser. ieiu. q̃ si venerit. 6ª. feria possunt hi qui nec voto nec regula ad abstinentiam carniũ astringuntur ipso die natiuitatis carnibus vti: ſm consuetudinẽ ecclesie generalem. c°. explicari. eo. ti°. Item in vigilia penthecostes. c°. nosce credo. 76ª. di. Item in vigilia assumptionis virginis Marie de obser. ieiu. c°. p°. Et in vigilia beati Ioannis baptiste: et beati Laurentij: ac omniũ sanctorum: ſm Inno. et cõiter doctores in dicto. c°. p°. Et hoc ratione consuetudinis approbate que ligat. c°. consuetudo. pª. di. et c°. ecclesiarũ. et c°. in his. xjª. di. vnde dicit Ricardus in. 4°. di. 15ª. ar°. 3°. q. 8ª. q᷑ si in aliqua religione est aliquod ieiunium consuetum: quod tamẽ non est preceptum per ius positiuum: nihilominus est obseruandum ab existentibus ibidem. Dicit quoq; glo. in. c°. illa autem. 12ª. di. q᷑ viatores tenentur sequi consuetudinem loci ad quem veniunt: per textum dicti capituli. In omnibus ergo ecclesie preceptis: tam quo ad ieiunia: q̃ quo ad alia quilibet non rationabiliter excusatus nõ obediens mortalis peccati lepram incurrit: quod probatur per capitulũ. nulli phas. et capitulum sic omnes. 19ª. di. Al

Alijs quoq; tribus regulis venire possum⁹ in cognitionem peccati mortalis: per respectum ad considerationem operationis intrinsece quarum prima que est quarta in ordine dicitur deliberata consentatio. Non enim actus tantum et operatio culpe mortalis: sed etiam sola intentio firma peccandi: est mortale peccatum. Vñ Mat. 6°. ait dominus. Si oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuũ tenebrosum erit. Vbi. dicit glosa q᷑ per oculum intelligitur intentio. De hoc etiam oculo dicit. Ecclesiastici. 31°. Memẽto quoniam malus est oculus nequam: nam nequius oculo quid creatum est? Mat. quoque. 5°. iterum inquit saluator. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam mechatus est eam in corde suo. Quod intelligitur de consensu deliberato: de quo Augustin⁹ in p°. de doctrina christiana ait. Cogitatio cum cõsensu etiã sine opere nephario tanq̃ peccatum mortale diuina lege dãnatur. Et Sap. p°. dicitur. Peruerse cogitatões separant a deo: vbi glosa dicit. Nihil a deo animã separat preter peccatum mortale. Mat. etiã. 15°. et Mat. 7°. ait dominus. De corde exeũt cogitationes male: furta: homicidia: rapine: et hec sunt q̃ coinquinant aĩam idest gloria priuant. Licet etiã quis aliquod peccatum per impotentiam cõmittere non valeat actualiter: tamen propter malam voluntatem illud perpetrandi peccat mortaliter. Volũtas enim ẽt in maleficijs pro ope iudicat. c°. oĩs iniquitas: de peni. di. pª. Sciẽdum tñ est q᷑ vt ait Augustinus de peni. di. 2ª. c°. sicut tribus. Et Grego. in. c°. testamentũ. §. sed pensandũ. 6ª. di. tribus modis oẽ peccatũ complet. s. suggestione delectatione: consensu: in suggestione non contrahitur peccatum: si illi tentationi non consentiatur: et nõ prouenit ex culpa tentati. Imo sepe per illã quis valde meretur. s. quãdo viriliter resistit. Hanc aũt suggestionẽ habent ẽt viri sancti: sicut Paulus qui. 2ª. ad Cor. 12°. dicebat. Datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me collaphizet. Et Hieronymus ad Eustochium scribens: refert quõ in illa vasta solitudine maximas patiebatur tentationes. Et subdit. Quia impossibile est in sensu hominis nõ irruere motũ medullarum calorem: ille laudatur: ille p̃dicatur beatus: qui statim vt ceperit cogitare interficit cogitatus. In delectatione vero sine consensu deliberato cõiter solum est peccatum veniale. In consensu autem deliberato contrahit mortale peccatum. Vnde tot sunt peccata mortalia: quot fuerunt mali consensus. Q

Quinta regula dicit morosa delectatio. Pro cui⁹ declaratione querit: nũqd hõ mortaliter peccet in quacũq; delectatiõe? Et rñdet btũs Bonauẽ. in. 2°. di. 24ª. pte. 2ª. ar°. 2°. q. 2ª. et btũs Thomas. 2ª. 3ª. q. 154ª. ar°. 4°. q᷑ sex sũt delectationes. Prima naturalis: vt libẽt⁹ videre creaturã pulchrã q̃ turpẽ: et hoc nõ est peccatũ. Secũda est diuinalis: vt visa re pulchra: deũ laudare i creatura sua: iuxta illud psalmiste. Delectasti me dñe in factura tua. Sicut faciebat btũs Ambro. qui cũ obuiã hũisset quãdã formosissimã mulierẽ: stupefactus irreuerberatis oculis illam aspiciebat. Deinde flere cepit di. O q̃ formosus es de⁹ me⁹: a q̃ pcessit tanta pulchritudo. Tertia delectatio est venialis: vt recordatio mulieris absq; cõsensu deliberato. Quarta est semiplena: vt videndo et imaginando de turpi cogitatione: opus tamẽ perficere nolẽdo. Et hoc est mortale: ſm Durãdum nſm in summa. Quinta est plena. s. non solũ delectari in turpi cogitatione: sed ẽt appetere opus perficere: et hoc est mortalissimum. Et si centies in hora tali intentione delectareris: centies peccares mortaliter. Sexta est delectatio morosa ẽt absq; consensu cum cognitõe periculi in q̃ si scienter pseueret peccat mortaliter: puta si agnito periculo aspectus mulieris nõ desinat ab illo: maxime cognita inclinatione et fragilitate sua: vt enim dicit Ecclecastici. 3°. Qui amat periculum peribit in

illo. Et ideo q̄uis quis nolet vllatenus peccare actualiter: tamen si delectatur cogitare loqui vel audire: vel aliter quocunq; delectetur de eo quod est peccati mortalis: vt in tactibus impudicis vel aspectibus: aut gestibus inhonestis: non excusatur a mortali peccato. Et ratio est sm Tho. 2ª. 2e. q. 154ª. ar. 4º. q2 nō pōt eē sine graui offensa diuine charitatis qn̄ qs delectat in eo quod deus abhominat. Vn̄ Omelia. 23ª. inquit Greg. Qui adhuc p illicita desideria defluit deū ,pfecto nō diligit: q2 ei in sua actōe ↄdicit. Abhominat āt deus peccati mortalis cogitationē cū delectatōe: iuxta illud Prouer. 15º. Abhominationes domini cogitationes male. X

Sexta regula cognoscēdi pctm̄ mortale ē periculosa expositio. Quotiēscūq; .n. qs se exponit piculo pcti mortalis peccat mortaliter: vt dclarat. b. Tho. i. 4º. di. 21ª. et sctūs Bona. eo. liº. di. 17ª. Vbi gr̄a: mercator ↄhit cū aliquo de re licita quā dubitat illicitā: peccat mortalr ↄhendo durāte tali dubio. Itē vadēs ad ↄfessionē cū dubio pcti mortalis: et nō ↄfitens illud: nō pōt excusari a mortali ēt si ipa res de q̄ dubitat nō sit mortale peccatū. Qui9 āt regule rōnē ponūt pdicti theologi vbi. s. et Scot9 in. 4º. di. 20ª. q2 si de q̄ minus videt inesse et inest: ergo et de quo magis. 2º. Topi. Sed si qs sine iusta necessitate sciēter et ex ppria culpa poneret ,pximū in piculo mortis corpalis: multū offenderet charitatē: et ↄsequēter peccaret mortaliter: p primā regulā. Et fortius delinqueret si aīaʒ ipsius ,pximi piculo mortis eterne exponeret: quāto aīa pciosior ē corpore. cº. cū infirmitas. de peni. et remis. Cū ergo qs magis obliget aīe sue q̄ ,pximo. de peni. di. 3ª. cº. qui vult. iuxta illō Eccli. 30. Miserere aīe tue placēs deo. Seqt q mortalr peccat q se piculo pcti mortal' exponit. Vn̄ dicit. b. Tho. 2ª. 2e. q. 150ª. q dū quis aduertit vinū potēs ad inebriādū: et bibit et iebriat se peccat mortalr: q2 volūtarie et sciēter priuat se vsu rōnis qua virtutes opat et deuitat pctā: et discrimini peccādi mortalr se exponit. Cōfirmatur ēt pdicta regula: q2 si ille q vadit ad piculum mortis corporalis sine legitima necessitate cōmittit pctm̄ mortale. Et iō ecclesia phibet torneamenta: et hastiludia. Et ipsa exercētes ac in eis morietes priuat ecclesiastica sepultura. cº. pº. de tornea. Multo magis peccat exponēs aīam suā discrimini mortis spiritualis. Y

Sunt quoq; alie tres regule cognoscēdi peccatū mortale p respectū ad ↄsiderationē cooperatōis aliene: quaʒ prima q̄ est septima i ordine est culpe auxiliatio. Nō solū .n. facientes mali principalr: sʒ cooperatores vel auxiliatores et cōsentientes peccātī: iuxta illō ad Roma. pº. Digni sunt morte nō solū q faciūt ea: sed ēt q ↄsentiunt faciētib9. Quod ēt habet. 2ª. q. pª. cº. notū sit. et 17ª. q. 4ª. cº. oēs. et ex. de offi. dele. cº. pº. vbi dī q agētes et ↄsentiētes pari pena puniunt. Qd etiā notat in. l. itē mella. §. si alius. ff. ad. l. aq. Est aūt q̄druplex ↄsensus. s. cordis: vt ↄtentū eē de aliquo peccato mortali ↄmisso. Cōsilij: vt aduocati qui docet tutellā causaʒ falsis legibus agi. Auxilij: vt cōmodādo aleas ludere volētī: aut fornicari volētē comitari. Medij: vt p aliā psonā faciēdo malū. Qui .n. p aliū facit p seipsū facere videt cº. qui p aliū. de re. iu. liº. 6º. Idō pcipiēs suo vt pcutiat sacerdotē: vel ratū habens noīe suo factaʒ pcussionē est excōicatus. cº. cū quis. de sen. exco. liº. 6º. Tanto aūt amplius qs peccat: quāto maiorē causam peccato tribuit: maiorēq; fauorē dedit: atq; magis incitauit: ac aīauit delinquentē. Et grauius q aliquē peccat pcepit vel coegit. Imo tales dicunt magis peccare q̄ ipsi agētes. xjª. q. 3ª. cº. qui ↄsentit. et 24ª. q. 3ª. cº. qui alioʒ. et ex. de offi. dele. cº. pº. Glo. i verbo. pari. hoc adducit: et declarat qualiter intelligatur. Z

Octaua regula dī ,pximi scādalizatio. Licet enim mortali culpe qs nō ↄsentiat: nec ipa sibi placeat: tn̄ si ex indiscretiōe ac lascivia loqndo: aut aliqd agēdo cām et occasionē peccādi ,pximo dat: peccat mortalr: p illā regulā. Qui cām dānī dat: dānū dedisse videt. de iniu. et dā. dato. cº. si culpa. Et. l. si occidit. §. in hac. ff. ad. l. aq. Et iō sepius ab eo quod sibi licitū ē qs abstinere tenet ne sue cā ,pxim9 peccet vel scandalizet. Unde ad Roma. 14º. ait Paulus. Si pp cibū frater tu9 scandalizat: iā nō sm charitatē ambulas: noli cibo tuo illū pdere ,p quo xp̄s mortu9 ē. Et iterū. Noli pp escā destruere opus dei: oīa qdē munda sūt. Sed malū ē hoi qui per offendiculū manducat. Bonū ē nō mādicat carnē: nec bibere vinū in quo frater tu9 offendit: aut scādalizat vel ifirmat. Imo qd forte difficili9 videt sm Tho. 2ª. 2e. q. 43ª. arº. 7º. Et Alexādrū de ales i. 2ª. pte sūme in tractatu de scādalo. arº. 6º. Et Ricardū i. 4º. di. 38ª. arº. vlt. q. 2ª. Ne pxim9 scādalizet a bonis opib9 nō qdē necessarijs ad salutē qn̄q; abstinēdū est: donec videlicet rōnibus oñdat: q de illis opibus scandalizari nō debet. Quod verū est si scandalū ,pximi ,pueniat ex infirmitate vel ignorantia. Tūc .n. si verisimile est: q scandalizet mortaliter: omissio eius erit sub precepto. Sin autem pbabile est q scādalizet venialr: sic omissio eius erit in ↄsilio. Vn̄ Hieronymus i quadā epla ait.

dimittendū est pp scandalū: ōe quod ꝑtermitti pōt. Qui iquit dñs. Mat.18°. Qui scādaliçauerit vnū de pusillis istis qui i me credūt: expedit ei vt suspēdaꝰ molla asinaria i collo eiꝰ: ⁊ demergaꝰ i ꝓfundū maris. Et Deut.27°. dꝛ. Maledictꝰ qui errare facit cecū i itinere suo. Si ergo ille qui occidit aliquē a casu ex culpa sua ꝓueniēte hoīcida reputaꝰ. c°. ioannes. ⁊ c°. fi. extra de homici. multo magis reputabitur homicida ille q occidit p scādalū aīaz alicuiꝰ. Quod faciūt mulieres vane suis īhonestis ornamētis: ac pompis ⁊ actibꝰ impudicis. Quāuis aūt ꝓximus ex alteriꝰ scādalo nō peccaret: tñ ille qui causaz peccati vel scādali dedit iā peccauit: qꝛ quātū in se fuit venenū effudit: lz euz nemo absorbuerit. Sed de hac regula hic breuiter ptrāseo: qꝛ supra in. pᵃ. pte huiꝰ opis: ſmōe.30. pte. pᵃ. de scādalo actiuo ⁊ passiuo sufficiēter dixi.

A

Nona ⁊ vltia regula cognoscēdi pctm̄ dicit negligēs extirpatio. Nā qui peccato vt ꝓuenit non resistit: qñ pōt mortaliter proculdubio peccat. Vñ Aug. i Omelia 3ᵉ. ferie post tertiā dñicam i 40ᵃ. sup illud. Mat.18°. Si peccauerit i te frī tuus ⁊c. ait. Mihi nō sufficit vt iīuriā primo meo dominer: sed si quoad possum: iīuriātis salutē frīna correctione nō procuro: priori ⁊ grauiori sua dānatione īcurro: hoc idem probaꝰ per cᵐ. faciētis.86ᵃ. disti. ⁊ extra de homi. c°. sicut dignū. ⁊ c°. qd prodest.83ᵃ. di.

B

Sed pro clariori huius regule declaratione quatuor de correctiōe frīna videnda sunt. Primū eius obligatio. s. vtrū oēs teneanꝰ ad illā faciendā. Et ad hoc rñderūt quidā solū plaᵗos ⁊ supiores ad corrigendū alios teneri. s. suos subditos per cᵐ. sed illud.45ᵃ. di. vbi Hiero. ait Sacerdotes studeāt adiplere: illud euāgelij. Si peccauerit ite frī tuus ⁊c. Sed noīe sacerdotum cōsueuerūt significari plati: qui curā hñt aliorꝝ. Ergo plati tm̄ ad correctionē faciendā teneri videnꝰ. Sed Tho.2ᵃ.2ᵉ.q.33ᵃ. dicit ꝙ Hieronymꝰ nō itēdit dicere ꝙ soli sacerdotes seu plati teneātur ad illud: sed ꝙ magis illi ꝙ̄ ceteri. Vñ iquit ipse Tho. ibidē ꝙ correctio frīna oībus est in ꝓcepto. Naz in c°. tā sacerdotes.2ᵃ.q.3ᵃ. dꝛ. Tam sacerdotes ꝙ̄ reliqui fideles sūmaz debēt hēre curaz de his qui pereūt: quatenꝰ eoꝝ redargutiōez aut corriganꝰ: aut si icorrigibiles appareāt ab ecclia separenꝰ. Et ratio huiꝰ obligatiōis est frīna charitas: propter quā vnusquisqꝫ teneꝰ ꝓximi sui periculis temporalibꝰ: corporalibus: ac spūalibꝰ obuiare: iuxta illud Eccle.17°. Vnicuiqꝫ mādauit deus de proximo suo. ⁊.8ᵃ.q.pᵃ.c°. in scripturis dicitur. Qui pōt iuuare proximuz suum ⁊ non iuuat: cōuicitur sūmū nō amare pastorem. Ad hoc etiam ꝓpositū adduci pōt illud Tulij dictū i libro ꝺ amicitia: qui ait. Monēdi sepe sūt amici ⁊ obiurgādi: sic tñ vt admonitio accerbitate: ⁊ obiurgatio cōtumelia careat. Et iterum ibidez. Monere ⁊ moneri: ꝓprium est vere aicitie: ⁊ alteruz libere facere: nō aspere alteruz: sꝫ patienter recipere. Et Cato in suis documētis dicit.

Cū moneas aliquē: nec se velit ipe moneri.
Si tibi sit charꝰ: noli desistere ceptis.
Quod nosti factuz nō recte: noli silere.
Ne videre malos imitari velle tacēdo.
Vulnera duz sanas dolor est medicina doloris.

C

Quia vero preceptū de correctiōe fraterna est affirmatiuū: licet obliget semp nō tñ obligat ad semp sꝫ pro loco ⁊ tempore: ⁊ cuz debitis circunstantijs: vt ait. b. Tho.2ᵃ.2ᵉ.q.33ᵃ.ar°.2°. Ideo sciendū est ꝙ quinqꝫ requirūtur ad hoc vt quis obligeꝰ aliquē corrigere fraternaliter. Primo culpa mortalis in proximo. Propterea dixit xps Mat.18°. Si peccauerit frater tuus. s. mortaliter ſm glo. Nā ꝙ̄uis fraternaliter corrigere delinquentē etiā in venialibus sit charitas qñ iudesperaꝰ vtilitas: non tñ omittere illud ex negligentia ē mortale. Secūdo requiriꝰ certa scīa. Vñ Aug. in li°. de verbis dñi ait. Admonet nos dñs noster nō negligere inuicē peccata nrā: nō querēdo quid reprehēdas: sed vidēdo quid corrigas. Facit. cᵐ. incerta.30ᵃ.q.5ᵃ. ⁊ Eccli. xj°. vbi dicꝰ. Priusꝙ̄ interroges de veritate rei nō iudices quēꝙ̄. Tertiū est spes correctiōis. s. ꝙ peccās sit corrigibilis: aliter si nō sit verisimilis correctio: sꝫ potius desperatio: vel odiū: aut scandalū: vel corrigēdi deterioratio: cessandū est a correctiōe. Inquit. n. sapiēs Prouer.9°. Noli arguere derisorē. ne forte oderit te. Qui ēt eiusdez libri.15°.c°. ait. Nō amat pestilēs eū q se corripit: qui aūt acquiescit icrepatiōibꝰ possessor ē cordis. Et Hiero. in ꝓlogo sup Esdrā dicit. Frustra niti: ⁊ nihil aliud ꝙ̄ odiū q̄rere: sūma demētia ē. Que vba fuerūt pᵒ. Salustij in iugurtino.

D

Quarto reqriꝰ aptitudo. s. ꝙ quis aptitudinez habeat: q̄ possit corripiēdo frēm emendare. Ne verificeꝰ in eo illud Esopi. Displicet imprudēs vñ placere studet. Aliter potius omitte-

re debet vt ait Tho.in.4°.di.19ª.ar°.2°. Quinto opportunitas loci tpis ac modi. Nō.n.debet cū trabe eijcere festucā ab oculo proximi: vt ait Joannes climach⁹ i suis documētis. Qd faciunt q nimis regide ⁊ sine mō corrigere volūt proximos. Jō Ambro.i.4°.de offi.c°.16°.dicit. Neqȝ monitio aspera sit: neqȝ obiurgatio cōtumeliosa. De tpe āt Ecclesiastices.3°.dī. Oia tpe habēt ⁊ suis spacijs trāseūt vniuersa: tēpus loquēdi: ⁊ tpe tacēdi ⁊c. Vñ Macrobi⁹.3°.saturnaliū ait. Nihil tā cōgruū sapie: q̄ locis ⁊ tpori bus aptare smones. Seneca quoqȝ i prouerbijs dicit. Crudelis est i re aduersa obiurgatio: obiurgatiōi semp aliquid blande admisce. Que circūstātie si desint: pceptū illō nō obligat: neqȝ peccat qui correctionē omittit. Vñ Augustinus li°.p°.de ciui.dei.c°.x°.ait. Nā si ppterea quisqȝ obiurgādis vel corripiēdis male agētibus parcit: qȝ opportunū tps īquirit: vel eisdē ipsis metuit ne deteriores efficiātur: vel ad bonā ⁊ piā vitā erudiēdos alios impediant: nō videt esse cupiditatis occasio: sed consilium charitatis: hec ille. Et ad hoc adduci pōt illō Hieronymi ad Pathmachiū ⁊ Occeanū dicētis. Aiunt medici grandes morbos non esse curandos: sed dimittēdos: ne medella langorem exasperet. C

SEd hic querit. Utrum peccator debeat corrigere peccatorē? Et respōdet.b.Tho.2ª.2ᵉ.q.33ª.q correctio delinquētis pertinet ad aliquē in q̄tum viget in eo iudicium rōnis: peccatum aūt nō tollit totū bonū nature: quin remaneat ī peccāte aliquid de iudicio recto rōnis. Et sm h° potest sibi cōpetere: alterius delictū arguere. Sȝ tñ per peccatū precedens: impedimētū qōdam correctioni affert: qȝ per illud redditur indignus alterius delictū corrigere: qui idē cōmisit: ⁊ forte maiori est crimini obnoxius. Uidemus.n. q manus inquinata qō tāgit non mundat: sed magis maculat. Uolēs ergo aliqd manibus mundare: debet prius eas lauare. Et similiter viciosus debet prius seipm iustificare ⁊ emendare: qñ vult aliū peccatorem corrigere. Quia vt habet in .l. altius.ff.si sui.ven. Qui tenet de alijs iustitiam facere: multo magis debet iustitiā facere de se. Et hoc expsse declarat Ambro.sup beati imaculati ⁊ habet.3ª.q.7ª.c°.iudicet.di. Judicet ille de alterius errore: qui nō hȝ qō in seipso pdēnet. Judicet ille qui non agit eadē que in alio putauerit puniēda: ne cū de alio iudicat: in se sentētiā ferat: hec ille. Jdeo dicebat saluator Mat.7°. Quid vides festucā in oculo fratris tui: ⁊ trabē in oculo tuo nō vides? Et Martial' li°.vndiqȝ suscepto.c°.3°. canit. Cur maculas alios maculosior oībus albi? Et carpi dignus carpere nō metuis? Et ibidē.c°.5°. Fratris verucas mordaci dente refellis. Ad tua cuȝ scelera nulla vel orba feras. Et moralis Cato ait. Turpe est doctori cuȝ culpa redarguit ipsum. Et Paulus ad Roma.2°. inquit. Qui alium doces: ⁊ teipsum non doces. Qui predicas non furandum furaris. Et Gregorius dicit. Durum est vt qui nescit tenere moderamina vite sue: iudex fiat aliene. Augustinus quoqȝ in libro de verbis domini in monte ait. Accusare vicia officium est bonorum: quod cuȝ mali agant: alienas partes faciunt. Et Jsidorus in libro de summo bono. Non debet vicia aliorum corrigere: qui est vicijs subiectus. Et Paulus ad Roma.2°. Jn quo alium iudicas: teipsuȝ condemnas. Ad quod adduci potest illud Ouidij in.3°. de fastis. Judicio peccas turpius ipse tuo. Jdeo Augustinus vbi supra dicit. Cum aliquem reprehendere nos cogit necessitas: cogitemus vtrum tale sit vicium qō nunquā habuimus: ⁊ tunc cogitemus nos homines esse ⁊ habere potuisse: hec ille. Ad qō adduci potest illud p°. ad Corin. x°. Qui stat videat ne cadat et tertij Regum.20. Ne glorietur accinctus eque vt discinctus: ⁊ illud Augustini vbi supra. Nemo est qui securus esse possit in hac vita: que tota tentatio est. Sequitur autem Augustinus in predicta auctoritate. Si vero illud habuimus ⁊ iam non habemus: tunc tangat memoriam communis fragilitas vt illam correctionem nō odium: sed misericordia precedat. Si autem inuenimus nos in eodem vicio esse: non obiurgemus: sed pgemiscamus: ⁊ ad peniam inuicē inuitemus: hec ille. Ad qō facit illud Ecclesiastici .8°. Memento quoniam omnes in corruptione sumus: ⁊ eiusdem libri.c°.31°. Jntellige que sunt proximi tui ex teipso. Dicendum est ergo q peccator si cum humilitate corrigat delinquentem non peccat nec excusatur ab isto precepto ratione peccati. Aliter melioris esset conditionis delinquens q̄ non delinquens: qō esse non debet.16ª.q.pª.c°. legi. ⁊ de dolo ⁊ contu.c°.contingit. ⁊ ideo peccatum non excusat ipsuȝ ab hoc precepto correctionis: maxime quia potest cōfiteri de suo peccato ⁊ penitere: ⁊ iam nō erit peccator: vel humiliter monere potest delinquentem vt est predictum: tamen melior est correctio ⁊ monitio boni: iuxta illud Ouidij quinto de tristibus.

Qui mōet vt facias qō iā facit ille momēto.
Laudat ⁊ hic statu pprobat acta suo. H

SI autē queratur vtrū inferiores ⁊ subditi possint corrigere prelatos suos ⁊ superiores. Rñdet Tho. vbi. s. ꝙ correctio que est act⁹ iustitie: ꝑ inflictionē pene nō cōpetit subdito respectu plati: sed correctio fraterna que est act⁹ charitatis ptinet ad vnūquēqꝫ respectu cui⁹libet ꝑsōe: in qua aliquid corrigibile inueniatur. Uerū in tali correctiōe subditi erga platū reqrit modus debit⁹: vt nō cū ꝓteruia ⁊ duritia: sꝫ cum mā suetudīe ⁊ reuerētia fiat correctio. Jdō p°. ad Thi. 5°. ait apos. Seniorē ne increpaueris sꝫ obsecra vt prēm. Ad hoc facit vt notat Gre. in pastorali exēplo nathā ꝓphete qui vrbane redarguit Dauid regē de adulterio: ꝓponēs ei pabolā diuitis q occiderat ouē pauperis: deinde audita sñia dauid: ꝙ merebatur mortē: sumpsit occasionē redarguēdi illū: ex qua correctiōe Dauid emēdat⁹ est: vt scribitur scdi Re. 12°. In hui⁹ ēt figurā dī Exo. 19°. Bestia q̄ tetigerit montē: lapidabitur. Qđ fit cū subdit⁹ bestialiter seu ꝓterue corrigit platū: q rōne dignitatis: qꝛ est altior ceteris: dī mōs. Et scdi. Re. 6°. narratur ꝙ Oça ꝑcussus fuit a dño: qa tetigit archā dei: q̄ significat platū. Cōtact⁹ aūt Oçe ē: quādo plat⁹ irreuerēter obiurgatur: vl ei dtrahit. Sciēdū ē ēt fꝫ Tho. vbi. s. ꝙ vbi imineret periculum fidei etiam publice essent prelati redarguendi a subditis. Et Quis ꝑsumere [illegible] meliorē simpliciter q̄ prelatus videatur eē ꝑsūptuose supbie: tñ extimare se meliorē q̄tū [illegible] aliqd: nō est ꝑsumptiōis. Quia nullus ē in hac vita: q nō hēat aliquē defectū. Et idō debet cū discretiōe corrigi ēt a subditis ⁊ inferioribus: qꝛ vt ait Jsido. li. 3°. de sūmo bono. Quāto splēdoris honore celsior qsque est: tāto si deliquat peccator maior ē. Et Aug. in regula sua inqt. Quanto in statu supiori tāto in piculo maiori v̄sat. Et idō indiget maiori auxilio. Qua ex re ēt subdit⁹ platū ac fili⁹ prēm ⁊ mrēm: ⁊ suus dñm: hac charitatiue correctiōe tenet adiuuare cū viderit posse ꝓdesse: vt probat. b. Tho. in. 4°. di. 19ª. ar°. 2°. q. 3ª. Et idē ponit Ricard⁹ ibidē p oia. G

SEd hic sciēdū est ꝙ aliud ē corrigere aliud corripere aliud v̄o mōere. Correptio enim ꝓprie ē act⁹ charitatis ⁊ misericordie: ⁊ ē respectu parium ad inuicem: vt ait beatus Thomas. in. 4°. di. 19ª. ar°. 2°. Et ad hanc omnes tenentur quādo adsunt debite circūstātie loci: ac tēporis oppoztunitas: vt ēt declarat. Rica. in. 4° di. 19ª. ar° 2°. q. pª. Nō corrigens aūt facit ꝯ ꝑceptū illud Mat. 22°. Diliges ꝓximū tuū sicut teipm. Jdeo dicit glo. sup illud Mat. 18°. Si peccauerit ⁊c. Ita peccat q frēm suū peccare videt ⁊ tacet: sicut q peccāti nō indulget. In predicto. n. c°. dñs ꝑcipit vnicuiqꝫ ut corrigat ꝓximū: dū loqt ꝑ vbū imperatiuū: dicēs. Uade ⁊ corripe eū ⁊c. qđ aūt impat necesse ē fieri. c°. i his. de v̄. si. ⁊ qsquis ꝑceptis nō obtēperat re⁹ ē ⁊ debitor pene. c°. si. 14ª. q. pª. ⁊ talis nō adiuuās ꝑ frnā correctionē ꝓximū suū: ondit. se nō amare dñm nrm Jesum xp̄m qui pro aiar salute incarnat⁹ ⁊ passionat⁹ ē. Scriptū ē. n. in. c°. in scripturis. 8ª. q. pª. Qui pōt iuuare ꝓximū suū ⁊ nō iuuat: ꝯuincit sūmum nō amare pastorē. Tēp⁹ āt quo qs tenet corripere pctōrē ē triplex fm Tho. vbi. s. q. pª. Prīo cū pctōr est pñs. Nō. n. tenet q̄rere pctōres ad corripiēdum eos: qꝛ nō dꝫ eē explorator vl inuestigator aliorum malor. vt dī Prouer. 24°. nisi sit plat⁹ ut infra patebit. Solū g° qñ pctōr occurrit tenet eū corripere. Scđo qñ plat⁹ ei⁹ ē absēs: ita ꝙ ad eū nō ꝑt hēri recursus. Tertio qñ plat⁹ lꝫ sit pñs: ē negligēs in corripiēdo subditū suū: ita ꝙ de ei⁹ salute ⁊ correctiōe parū curat. Si v̄o plat⁹ appareat diligēs in corrigēdis subditis: ⁊ si pñs: excusat subditus ab h° ꝑcepto fm Tho. vbi. s. Dēret tñ secrete intimare plato dfectū subditi: ut possit illi ꝓuidere qñ plat⁹ v̄isilr ignorare credit defectū subditi sui. Et talis sciēs nō pōt bono mō delinq̄ntē admonere frnalr. Et hoc sufficiat dixisse de correptiōe. Correctio āt ꝓprie ē act⁹ iustitie: ⁊ ptinet: platis erga subditos: vñ ad Thi. 2°. ait apl's. Argue cū oi imperio. vbi glo. dicit. i. cū auctē ptātis. i. increpādo ⁊ puniēdo. Ait. n. Gre. sup Ezech. vbi subditus ex culpa plati morit: ibi is q pest qū tacuit reus mort tenet. Et idō ut possit meli⁹ subditos corrigē dꝫ plat⁹ diligēter suor vitā ꝯsiderat: ut ꝑcipit Prouer. 27°. De hac āt correctiōe quō fieri dēat dixi satis copiose supra. fmōe. 8°. parte pª. ⁊ sermōe. 26°. pte. 5ª. ⁊ fmone. 29°. pte. 2ª. Admōitio āt ē act⁹ charitatis: ⁊ ꝓprie ē inferioris respectu supioris. Uñ Ber. ad Eugeniū papā ait. Moneo [illegible] nō arguo. Et h° hūaniter fieri dꝫ: ut ait Aug. sup eplam Pauli ad Thi. Ne senior etate vl offō ⁊ dignitate vl morib⁹ indigne ferat corripi a iuniori ⁊ magis exaspet q̄ ꝓficiat. Dulciter āt admonit⁹ faciliter accipiet admonitionem. H

SEcūdo pricipalr de correctōe frna: vidēda est ei⁹ modificatio. Dꝫ. n. fieri cū mō. s. cū tribus ꝯditōib⁹. Prima dī sollicitudīs quā ondit dñs dū dixit Mat. 18°. Uade. i. sollicite q̄ citius poteris admone. Uñ ait Cassio. in eplis. Cito succurēdū ē ne tractu tpis inpunita mala ꝯualescāt. Malū. n. cū pseuerat augetur: ⁊ remediabile bonū ē pctō accellerata correctio. Hoc ēt marie cōuenit plat: iuxta illō apli ad. Ro. 12°. Qui pest in sollicitudine. Nā sicut videm⁹ ꝙ arbor in supite mi-

ros sordidatos et superfluos ramunculos producens non multum fructificare potest: nisi rescindantur ramusculi superflui. Cuius ratio est: quia humor viscosus unde fructus generatur ibi superflue emittitur. Ex quo arbor fructibus privatur: et tandem sterilis efficitur. Sic homo dictus arbor: ipsa nisi corrigatur et gladio correctionis purget a nocivis et malis operibus: affectum cordis nunquam bene ponit ad productionem virtutis. Sed semper in errore permanens sterilis efficitur: et tandem flammis infernalibus deputatur. Et ideo quilibet debet statim cum potest proximum corrigere: et ab erroribus suis revocare: quia ut habetur extra de here. c. qui alios. Qui alios ab errore non revocat cum potest: seipsum errare demonstrat: et in l. unica. c. de emendatione propinquorum dicitur. Quos ad bonum decora exempla non revocant: saltem correctionis medicina compellat. Secunda conditio debet mansuetudinis. Ideo subdit dominus ubi supra. Corripe. i. cor rape. ut s. blande et dulciter arguas delinquentem. Nam Prover. 15°. inquit sapiens. Lingua placabilis lignum vite: que autem immoderata est conteret spiritum. Ideo ad Gal. 4°. ait Paulus. Vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis et mansuetudinis. Ubi Aug. inquit. Quicquid lacerato animo dixeris punientis est impetus: non charitas corrigentis: dilige et dic quicquid voles. Et psalmista ait. Supervenit mansuetudo et corripiemur. Hiero. quoque inquit. Sicut levis flatus accendit ignem: et nimius extinguit. Sic et correctio lenis homines suaviter instruit Nimis aspera vero deteriorem reddit. Nam leniter castigatus reverentiam exhibet castiganti. Asperitas autem et nimia increpatio: nec correctionem inducit nec salutem: hec ille. Quod etiam habetur in c°. beatus. 45ª. di. Sicut ergo nimia benignitas non debet resolvere subditos ita nec nimia asperitas exartare. 45ª. di. c°. disciplina que sincera. et c°. licet nunquam. et c°. si namque. Iccirco inquit Joannes cassianus. li°. 6°. de institu. mona. c°. 5°. Delinquentem fratrem si necesse est: ita curare festinet: ut dum medella livori forsitan febricula laboranti procurat inferre: non semetipsum iratus deteriori morbo cecitatis involvat: hec ille. Sanctus vero Franciscus in regula sua c°. 7°. ait. Cavere debent ne irascantur et conturbentur propter peccatum alicuius: quia ira et conturbatio in se et in aliis impediunt charitatem. Et Seneca inquit quod iratus nihil nisi criminis dicit. Et ideo oportet quod corrigere volens primum habeat animum quietum et non turbatum vel fu ribundum. Inquit enim Cato. Ira impedit animum ne possit cernere verum. Debet ergo servari consilium apostoli ad Gala. 6°. dicentis. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Tertia conditio debet solitudinis: unde subdit christus. Inter te et ipsum solum. Et hoc fieri debet ne peccator publice correptus cum se viderit infamatum deterior fiat: et ne peccato eius publicato alii exemplo ipsius ad simile provocentur. Item ne alii infamentur. Ait enim Aug. ad hipponenses. Cum de his qui sanctum nomen profitentur: aliquid criminis vel falsi insonuerit: instant: ambiunt: satagunt: ut de omnibus [illegible] credatur. Ex hoc autem trahitur argumentum quod fraterna monitio debet precedere denunciationem: ut ponitur extra de iudi. c°. novit. et de simo. c°. licet. et extra de accu. c°. 2°. Et. c°. cum dilecti. et 2ª. q. 7ª. c°. accusatio. et c°. si quis et 2ª. q. pª. c°. si peccaverit. et 12ª. q. 2ª. c°. indigne. et 16ª. q. 7ª. c°. omnes decime. Nec est contra quod Joseph accusavit fratres suos apud patrem de crimine pessimo: et tamen non legitur quod premiserit denunciationem secretam: quia secundum Tho. in 4°. di. 19ª. licet non sit scriptum: tamen credendum est quod prius eos monuerit: vel dici potest quod publicum erat inter fratres peccatum. Quod autem Petrus ananiam et saphiram occulte defraudantes precium agri venditi: publice denunciavit detegendo peccatum eorum sine monitione premissa. Actuum. 5°. Hoc fecit ut executor dei: cui omnia peccata etiam occulta sunt nota: cuius revellatione Petrus peccatum illud cognovit et punivit. Christus etiam cum peccatum [illegible] iude haberet ut publicum in quantum deus: unde et manifestare poterat: tamen non publicavit: sed verbis obscuris de peccato eum admonuit: ut nobis exemplum preberet. 2ª. q. pª. c°. unus. R

Sciendum tamen quod triplex potest esse peccatum in proximo corrigibile: ut ait Ricar. in. 4°. di. 19ª. Primum est publicum: et hoc non indiget secreta monitione: quia ut dicit Isidorus in li°. de summo bono. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda: palam enim sunt arguendi qui palam nocent. Unde. pª. ad Thi. 5°. ait Paulus. Peccantem coram omnibus argue: ut ceteri timorem habeant. Secundum peccatum est perniciosum: quod vergit in multitudinis damnum ut heresis: proditio: et similia: que revelari debent superioribus etiam cum damno sic peccantis: quia ut scribitur. 7ª. q. pª. c°. scias. Generalis utilitas utilitati particulari semper est preponenda. Tertium peccatum est occultum: quod. s. cedit in damnum solius peccantis: et in hoc debet fraterna monitio precedere denunciationem: quando verisimile est quod ex hac monitione non debeat sequi maius malum: sed quod admonitus debeat emendari: unde Hie. super Matt. dicit. Corripiendus est seorsum peccator ne si publice correptus verecundiam ac pudorem amiserit permaneat in peccato. Et Aug. in li°. de verbis domini inquit. Studens correctioni parcas pudori. Forte enim pro verecundia incipit defendere peccatum suum: et quem vis facere meliorem facis peiorem. Et Orige. super Levi. ait Solus vidisti: solus inter te et ipsum corripe. ubi enim servari sibi misterium viderit: servabit et ipse emendationis pudorem: si vero eum diffamaveris: illico ad negandum induriciam convertetur. Et non solum peccatum

nõ emẽdabis sʒ ẽt duplicabis:hec ille. L

Tertio ꝓncipalr̃ de correctiõe frña: vidẽda est eiꝰ denũciatio: vñ sciẽdũ ẽ fm Tho.2ᵃ.2ᵉ.q. 68ᵃ.ꝙ ẽ drĩa iter denũciatiõnẽ ⁊ accusationeʒ: qꝛ i denũciatiõe attẽdit̃ correctio fratris:i accusa tiõe vero punitio crĩs. Qñ ergo pctm̃ ꝟgit in de trimẽtũ reipublice: dʒ hõ hñs sufficientes ꝓbati ones:⁊ alr̃ non valens tali icõuenienti obuiare: ipsũ delinquentẽ accusare. Ait.n. Hierony. super Mat. Nõ ẽ misericordia parcere vni ⁊ oẽs i di scrimine adducere. Si ꝟo pctm̃ vertit̃ in solum detrimẽtuʒ peccãtis:tũc si nõ ꝓdest secreta moni tio iter monẽtẽ ⁊ monitũ solũ:si est spes correctio nis debet adducere vnũ vel duos testes: ⁊ coraʒ eis illũ monere ut sit saluator Mat.18ᵒ. Est iste vnus debet eẽ prelatꝰ eiꝰ i secreta denũciatione. Si auteʒ se nõ correxerit: debet dici ecclie.i. pla tis p denũciationẽ publicã. Qd̃ si ecclesiã nõ au dierit:sit tibi sicut ethnicꝰ ⁊ publicanꝰ. Ethnicꝰ aũt vt ait glo.i.cᵒ. quinta vallis.de iure iu. idem est qd̃ gentilis. Debemꝰ.n. taliuʒ incorrigibiliuʒ vitare consortiũ. Vñ Aug.in liᵒ.de verbis domi ni ait. Sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanꝰ.i. no li euʒ illũ iã deputare i numero fratrũ tuorũ. Li cet aũt dicatur Ecclesiastes.7ᵒ. Nemo põt corri gere quẽ deus despexit:tñ qꝛ nõ possumus scire quis sit ꝓdestinatus: ⁊ qs prescitꝰ ad eternaʒ dã nationẽ:ꝙdiu hic sumꝰ nõ debemꝰ cessare a fra terna correctiõe: vt dicit Aug.i liᵒ.de correctione ⁊ grã.⁊.b.Tho.2ᵃ.2ᵉ.q.83ᵃ.arᵒ.7ᵒ.seruatis tñ his q̃ dicta sũt supra requiri ad correctionẽ. LII

Quarto d̃ correctiõis fraterne fructificatiõe ẽ vidẽdũ: vnde breuiter dico ꝙ talis corri gẽs ꝓmũ cõsequit̃ tres fructꝰ iter alios. Pri mus ẽ magni thesauri acqsitio:cuiꝰ cõsideratio ne dʒ qlibet animari ad corrigẽdũ ꝓmum. Si .n.mercator crederet posse lucrari de pecũia sua cẽtũ ꝓ cẽtenario i aliqua mercãtia: ꝑfecto nõ tar daret illã mercãtiaʒ facere. Vis ergo ut doceã te fa cere mercãtiã iqua lucraberis plusꝙ mile ꝓ cẽ tenario? Corrigere fratrẽ tuũ: qꝛ vt dicit saluator Mat.18ᵒ. Si te audierit lucratus es ipsũ: ⁊ con sequenter ut dicit Aug. animã eius ab inferno li berasti ⁊ saluari fecisti. Aia vero est ꝓciosior oĩ thesauro mundi ⁊ oibꝰ corporalibus.i. sancimꝰ C.de sacrosan.ec.cᵒ.si hẽs.24ᵃ.q.3ᵃ.⁊.cᵒ.solite. d̃ maio. ⁊ obe. Maximũ ergo thesaurũ lucrat̃ qui sua correctiõe acqrit animã proximi:que tanti ꝓ cij ⁊ extimatiõis est: ꝙ xp̃s filius dei ꝓ ea saluan da mori voluit. Si aũt te nõ audierit: non pdes premiuʒ eẽntiale ac si euʒ emendasses: qꝛ talis bo na voluntas apud deũ ꝓ facto reputat̃. §. simili ter de peni.di.pᵃ.cũ si. Ex qbus patet ꝙ graue sit peccatũ illius: q cũ possit corrigẽdo lucrari aiaʒ fratris sui:ꝑmittit euʒ cadere in peccato mortali nolẽs euʒ adiuuare suis monitis ne caderet: vel cũ cecidit nõ curat eũ subleuare cuʒ põt:qd̃ gdẽ est grauius peccatũ:ꝙ si quis aliquẽ mori ꝑmit teret quẽ posset a morte corporali iuste preserua re: vel ꝙ si aliquẽ ifirmitate mortali laborantem curare nollet cũ posset euʒ sanare. Et id̃ dicitur. Prouer.24ᵒ. Erue eos q ducuntur ad mortem ⁊ eos qui trahũt ad iteritũ liberare ne cesses: qd̃ itelligitur non tñ de morte ⁊ interitu corporali: sʒ etiã et multo magis de spirituali. Scd̃s fructꝰ ẽ gratie diuine infusio. Dr̃.n. Prouer.28ᵒ. Qui corripit hominẽ gratiã postea iueniet. Ille.n.q sua correctione ẽ cã vt ꝓximus cõuertat̃: ⁊ cõse quẽter iueniet gratiã:pp hoc diuinã ⁊ ipse meret̃ gratiã obtinere. Unde Hiero.ait. Pro salute al teriꝰ.s.a nobis ꝓcurata:nobis quoqꝫ acqrit̃ sa lus. Tertius fructus ẽ eterne vite adeptio. Quis enim inqt. Jacobus sue eplẽ vl.cᵒ. Si qs errauerit ⁊ cõuerterit qs eum: scire dʒ ꝙ q cõuerti fece rit pctõrẽ ab errore vie sue saluabit aiaʒ eius a morte: ⁊ operit multitudinẽ peccatorũ. Jd̃ talis exercẽs tã magnũ opꝰ pietatis:põt sperare se ha biturũ magnã remunerationẽ nõ tñ in pñti vi ta: sed ꝓcipue i celesti gloria: qꝛ ut scriptũ ẽ.pᵉ.ad Thimo.4ᵒ. Pietas ad oĩa valet: promissionem habẽs vite q̃ nũc est ⁊ future. Contrafaciẽtes aũt scire possunt [redacted] nõ esse i charitate ⁊ nõ habere bo nã cõscientiaʒ hec.n.est vna regula cognoscendi pctm̃ mortale dimissio correctiõis fraterne: qd̃ a nobis auertat deus nr̃. Amẽ.

¶ In ascensione dñi qñõ xp̃s ascẽdit in celuʒ: ꝑ viã q̃dragita ꝟtutũ: qs nobis ostẽdit exẽplo suo. Sermo tregesimusquartus. De quo predicari poterit ꝑ totã hebdomadã. M

Ascendit deus i iubilatione ⁊ do minus i voce tube. Ps.46ᵒ. In qt philosophor pñceps Aristo.xᵒ. Methaphi. In oibus generuʒ spẽbus est deuenire ad vnuʒ: qd̃ sit metrũ ⁊ mẽsura oium que sũt in eodẽ genere. Patet hoc i angelis inter quos creatus fuit excellentior lucifer. Inter planetas aũt sol: in elemẽtis ignis: inter metalla auꝛ: i qua drupedibꝰ leo: in auibus aquila: in piscibꝰ sire na. Et sic d̃ alijs de qbus dici i pᵃ.pte principali nr̃i mariahe: fmõe.7ᵒ.pte.pᵃ.i penl̃.col. In hu mana aũt spẽ dñs nr̃ Jesus xp̃s pñceps ⁊ capud nr̃uʒ sup oẽs ꝓclarior extat. Cui vt iqt sãctꝰ Bo nauẽtura in liᵒ. de imitatiõe xp̃i. Quãto magis assimilamur:tãto ꝑfectiores sumꝰ: qui ea ꝓpter inter hoiẽs venit: vt salutis viã nobis demõstra

reti: vñ ipse Joannis 14°. inqt. Ego sũ via: veritas & vita. Et ideo eius vitam imitari debemus iuxta illud apli ad Ephesi. 5°. Imitatores dei estote sicut filij charissimi. Dicit nãq3 Aug. i li°. de vra religiõe. Sũma religiositas est imitari qd colis. Ipse. n. ẽ lucidissimũ speculũ: & exẽplar pfulgidũ: ad qd semp inspicere debemus: de quo dicit Sapie. 7°. Candor est lucis eterne & speculum sine macula. Et id nos hortat deus p loquẽs Moysi p figurã. Exodi. 25°. & ostẽdens qd facere debet quilibet fidelis dicẽs. Inspice & fac ẽm exẽplar qd tibi i monte mõstratũ est. i. i xpo qui dicitur mons ratione altitudinis & excellẽtie: de quo psalmista ait. Mõs dei mons pinguis: mons in quo beneplacitũ ẽ deo habitare i eo. Ipse. n. domin⁹ nr ostẽdit nobis viã qua puenit ad vitam i mõte virtutis sue i quo docebat apostolos suos ut hẽtur Mat. 5°. Et id cũ vellet ascendere i celũ discipulos suos in mõte ascendere fecit d quo fit mentio Mat. vlt. vt. s. ostẽderet eis quadragita vias quib⁹ puenitur ad celũ. p quas ipse preiit.

¶ De prima via ducente ad celum: que dicitur humiliationis.

Rimo qr hũilitas ẽ pseruatio oĩum virtutũ ut ait Alex. d ales. i. 3°. pte sũme i tractatu d fide iformi. q. p°. dñs Jesus ostẽdit nob viã hũiliatiõis di. Mat. 11°. Discite a me qr mitis sũ & hũilis corde: & inuenietis requiẽ aiab⁹ vris. Que verba expones Aug. i qdã ẽmõe pluriũ martyrũ iqt. Nõ dixit dñs. Discite a me mortuos suscitare: sup aqs siccis pedib⁹ ãbulare. S3 qr mitis sũ & hũilis corde. Nõ vt magis mẽtib⁹ hoiũ iprimeret i oib⁹ suis gestis: hũilitatẽ sequi & ãplexari voluit. Nõ. n. voluit d regia nasci vel iperatrice: s3 de paupcula virgine: q l3 nobilib⁹ eẽnt orta natalib⁹: paupta tñ penuria vilis hẽbat: ut ostẽderet neminẽ se dẽre iactare de nobilitate gñis vel potẽtia parẽtũ. Nobilitas. n. nõ psistit i parẽtib⁹ vel psãguineis: sed i vtutib⁹: vt ait Hie. i epla ad Celãtiã. Similr ad ostẽdẽdũ hũilitatẽ noluit de⁹ nasci i ãpla ciuitate Niniue: Rome: vl Babilonie: s3 apd puã et exiguã ciuitatẽ Bethleẽ Mat. 2°. Nõ voluit etiã nasci in atrio regio: sed sub vili diuersorio. Non reclinari in lecto aureo vel eburneo: sed in presepio. Noluit inolui litheamib⁹ ptiosis: s3 vilib⁹ pãniculis. Nõ hẽre mltitudinẽ suorũ sibi ministrãtiũ: s3 calefieri flatib⁹ duorũ aialiũ Luce. 2°. Et id exclamat Bernard⁹ i epla ad Adã mõachũ dicẽs. Erubesce supbe qui es puluis & cinis: de⁹ se humiliat & tu te exaltas. Adipiscamur g° hũilitatẽ: d q iqt Hie. i qdã epla. Nihil ẽ q hoibus ita gratos ac deo faciat q̃ si vite merito magni: hũilitate sim⁹ infimi. Dñs ãt nr Mat. 18°. ad hũilitatẽ nos exhortãs ait. Nisi hũiliati fueritis & efficiamini sicut paruuli nõ itrabitis i regnũ celorũ.

¶ De scda via que dr obeditiõis.

Ecundo ostẽdit nobis dñs viã obeditõis. Vñ d ipo di ad phili. 2°. Christus fact⁹ ẽ p nobis obediẽs vsq3 ad mortẽ: mortẽ ãt crucis. Nõ qdã fecit vt oẽs p ei⁹ amore obedirem⁹ supiorib⁹ nris: serui dñis: filij parẽtib⁹: discipuli magris: subditi platis: in oibus licitis & hõestis: iuxta illd apli ad Hebreos vltimo. Obedite prepositis vris.

¶ De tertia via q dicit dilectionis.

Ertio ostẽdit nobis viã dilectiõis di. illud. Jere. 31°. In charitate ppetua dilexi te. Quapropter tenemur eum diligere toto corde & affectu. Deut. 6°. & Mat. 22°. Ipse. n. dñs nr amore suo erga nos supauit oẽ3 amorẽ mũdanũ. Et p°. supauit amorẽ frnalẽ & socialẽ. Signũ est. n. maximi amoris qñ fr mortem suscipit pro fre: vel socius pro socio dicẽte dño Joãnis. 15°. Maiorẽ dilectionem nemo h3 vt aiã suã ponat quis p amicis suis. S3 licet aliqs forte iueniat aliqñ parat⁹ mortẽ sustinere p fre suo: vel socio aut amico: null⁹ certe inuenit q h⁹ facere velit p inimico. Hoc aũt pegit nro amore succẽsus saluator nr: de q paulus ad Roma. 5°. ait. Cũ adhuc inimici essem⁹ xps pro nobis mortu⁹ ẽ. Secũdo amor xpi i nobis supauit amorẽ pẽnalẽ: l3. n. dicat q null⁹ affect⁹ vincit pẽnũ. l. cũ furiosus. C. de cura. furiosi. tñ null⁹ iueniret pẽr q si haberet filiũ leprosũ pmitteret totũ suũ sanguinẽ extrahi a corpe suo: vt d ipso balneũ fieret filio i quo lauatus curaret a lepra. S3 dñs nr Jesus xps aias nras cernẽs pctõ leprosas: p nobis sanguinẽ suũ fudit: vt in eius piscina a viciorũ oĩum maculis mũdemur. De q Apoc. p°. iqt Joãnes aplus. Ipse dilexit nos: & lauit nos a pctis nris i sanguie suo. Tertio amor xpi supauit amorẽ mẽnalẽ: l3. n. sit maxia dilectio mris erga filiũ: vt dicit glo. i. l. videam⁹. ff. d lite iurãdo tñ nulla mr iuenit q tãtũ amet filiũ: vt p ei⁹ hũda mẽoria ptinua: nomẽ ipi⁹ scriptũ deporter i manib⁹ suis. Hoc ãt egit dñs nr: q iqt Isa. 49°. Nũqd obliuisci põt mr ifantuli sui: Et si illa oblita fuerit: ego nõ obliuiscar tui. Ecce i mãibus meis descripsi te. Scriptores fuerũt iudei & crucifixores ei⁹: charta do ei⁹ purissima caro: atramẽtũ illi⁹ sanguis pciosus: calami horribiles claui: littere huius scripture plage & liuores: psalmi principales eius cicatrices. Quarto superauit amorẽ matrimonialẽ: licet. n. sit tantus amor viri erga vxorem suam q di. Geñ. 2°. Relinquet

hō pr̄ez ⁊ mr̄ez suā:⁊ adherebit vxori sue:⁊ erūt
duo i carne vna:tñ si mulier cū alio viro adulte
rauerit:⁊ ad dedec⁹ viri sui turpitudinē opeṙ: eā
nūq̄ȝ sicut pri⁹ diliget. Nos xp̄o q celestē spōsū no
strū offēdim⁹ cū vicijs fornicātes:nūq̄ȝ ab eo dere
licti sum⁹:sȝ sp ad eū reuertētes i p̄stinā ei⁹ grām
acceptamur. Ipo dn̄o dicēte. Iere.3°.vulgo dr̄.
Si dimiserit vir vxorē suaȝ ⁊ recedēs ab eo duxe
rit virū alterū:nūq̄d reuerteṙ ad eā vltra? Nunq̄d
nō polluta ⁊ cōtaminata erit mulier illa? Tu āt
fornicata es cū amatorib⁹ mł̄tis:tñ reuertere ad
me ⁊ ego suscipiā te. Que oīa agit saluator nr̄ vt
nos ad ei⁹ dilectionē amoris stimulo icitet:⁊ vt p
illi⁹ amore ꝓximos nr̄os sicut nosipsos diligamus
in charitate ⁊ pace:ac cōcordia cū ipsis viuētes
vñ ipse ait Ioan.15°. Hoc ē preceptū meū ut di
ligatis inuiceȝ sicut dilexi vos. Q

IDeo iḡt Dauid ps̄°.33°. Inq̄re pacē ⁊ p̄seq̄re
eā. Saluator.n.nr̄ i h° mūdo veniēs pacem
attulit mūdo:vñ i ei⁹ natiuitate ꝯcātabāt angeli.
Glia i excelsis deo:⁊ i t̄ra pax hoib⁹ bone volū
tat̄. Luce.2°. Predicari q̄ȝ [illegible] p̄cepit di. Mat.⁊
Luce.x°. In quācūq̄ȝ domū itraueritis p̄mū dici
te pax huic domui. Pacē ēt tenuit i sua cōuersa
tiōe [illegible] cū rixosis. ps̄°.119°. Cū his q oderūt paceȝ
erā pacific⁹ ⁊c. Cum p̄re suo nos pacificauit: ad
Ephe.2°. ipse.n.ē pax nr̄a q fecit vtraq̄ȝ vnū. Et
[illegible] Gre.9°. i ꝓlogo ꝺcretaliū appellat eū regē pa
cificū. Quotidie ēt ispirat nob̄ pacē ac ꝯcordiaȝ.
ps̄°.84°. Audiā qd loq̄tur i me dn̄s de⁹:qm̄ lo
q̄tur paceȝ i plebem suā. Vñ.p°. ad. Cor.7°. ait
Paulus. In pace vocauit nos de⁹. Eā q̄ȝ māda
uit ap̄lis di. Marci.9°. Pacē hēte iter vos. Eā
nāq̄ȝ venerat docere.13ª.q.pª.c°.nisi bella. Et mi
gratur⁹ ex hoc mūdo ipsā suis discipul̄ ⁊ fidelib⁹
p modū testi ꝓ magno thesauro reliq̄t di. Ioan.
14°. Pacē meā do vobis:pacē relinq̄ vob̄. Vñ ēt
appellatur p̄nceps pacis Isa.9°. Et Aggei. 9°.
di. Loqueṙ pacē gētib⁹. In sua q̄ȝ resurrectione
ante oīa alia eam ap̄lis nunciauit di. Ioānis.20.
⁊ Luce.24°. Pax vobis. R

DE q̄ quoq̄ȝ ꝯsideratiōes facere possum⁹. Pri
ma q̄rū diceṙ obligatiōis. Scd̄a fructifica
tiōis: Tertia ꝯmēdatōis: Quarta iductiōis: Qui
[illegible] xp̄o oppositiōis: Quo ad p̄mā q̄riṫ vtrū tenea
mur habē pacē cū inimicis nr̄is ⁊ amare illos.
Et p° vr̄ q̄ nō:q2 Mat.5°.dr̄. In lege dictū est
antiq̄s. Diliges amicū tuū ⁊ odio habebis inimi
cū trāsūptiue i.c°.cū i lege.23ª.q.4ª. Et sup illa
xba dicit. Aug. Ois q inimicū p̄sequiṫ:xp̄i ami
c⁹ efficiṫ g° ⁊c. Preterea ad ipossibile nemo te
neṫ.l.ipossibiliū.ff.de reg.iu. Sȝ ipossibile ē verā
eē amiciciā erga illū q me⁹ ē inimic⁹:⁊ me odit:
q2 ait ph̄us.9°. Ethi.q̄ ipossibile ē verā eē ami
ciciā iter eos q nō eisdē gaudēt.g° ⁊c. Itē mali
cia dȝ odio hēri:vt ait ph̄us i li°.de regi.p̄n. Qui
āt me odit ē malus. Ergo eū debeo odire. Exēplo
ꝓphete Dauid dicēt̄.ps̄°.125°. Iniq̄s odio habui
quinimo exēplo dei:cui iq̄t idē ꝓph̄a.ps̄°.5°. Odi
sti oēs q operāṫ iniq̄tatē. Vñ Malac.p°.ipse de⁹ i
q̄t. Iacob dilexi:Esau āt odio habui. Sȝ ꝯ p̄dcā
adduci pōt dcm̄ Augustini.i.2°.ꝺ doctrina xp̄ia
na dicētis. Cū p̄cipiṫ q̄ ꝓxim⁹ diligaṫ:ēt sub h°
precepto inimic⁹ intelligi debet. S

SOlutio hui⁹ dubij daṫ p Tho.i.3°.di.25ª.⁊
2ª.2e.q.25ª.ar°.6°.⁊ Ricar.i.3°.di.31ª.⁊ sā
ctū Bona.i eodē li°.di.28ª.q dicūt:q̄ i hoie cōsi
deraṫ duo.s.culpa ⁊ nā:s̄m nām dȝ diligi oīs hō
[illegible] inimic⁹ ⁊ malus. Sȝ odire dēm⁹ ei⁹ maliciā ⁊
culpā.c°.odio.86ª.di.vbi dicit Leo papa. Odio
habeanṫ pctā nō hoies. Et ibi glo.allegat ad h°
cm̄.duo ista.23ª.q.4ª.⁊ capl̄m.quā cbrē.ꝺ pe.di.
di.pª.⁊ capl̄m.sūt nāq̄ȝ.45ª.di. Aug.q̄q̄ȝ i li°.de
ꝟa inocētia ait. Sic diligēdi sūt hoies:ut eoꝝ nō
diliganṫ errores. Et sic pȝ solutio ad argumenta
ꝯtria:q2 loquūtur de odio respectu malicie n̄ nāe
vl̄ p inimicū odiēdū itelligiṫ diabol⁹. s̄m Aug.
Quāuis āt ipossibile sit iter me ⁊ inimicū meum
eē verā amiciciā mutuā:donec ille p̄seuerat i odio.
Tñ ex p̄te mei pōt eē erga illū beniuolētia ⁊ cha
ritas.xjª.q.3ª.c°.iter xba.⁊ dȝ eē nō solū affectu
sȝ ēt i effectu. Nā s̄ȝ Ricar.i.3°.di.31ª. Si qs ini
micū suū videat i extrema necessitate:obligaṫ [illegible]
subuenire ꝺ necessarijs sit pōt. Et h° p̄cipit dn̄s
ꝺ sequẽs peccat mortalr ⁊ eius aĩa morit spũalr ẜm Augustinũ.13°.de ciui.dei. Nec põt quis sine charitate salutẽ ꝯseq.c°.nullus.de peni.dist.7ᵃ.⁊ pᵃ.q.pᵃ.c°.vide.⁊ c°.licet.de reg.⁊ de peni.dist.2ᵃ. c°.p°.ibi. Item oĩs.⁊.§.si charitatez.⁊ de renũ.c°. nisi cũ pridez.§.quippe. Sed qcũqz corde ꝯsentit vni parti vt esse guelfus siue gibellinus siue alteri us partꝫ qcũqz noĩe vocet: separat a charitate ⁊ amore alterius partis. Et ideo sicut ex separatõe aĩe a corpore seqt mors corpalis: ita ex diuisione partiali seqtur mors spũalis aĩe per separationez ipam a charitate que est vita aĩe. Quod aũt par tiales sint sine charitate patet: qꝛ illi qui sunt ĩ cha ritate sunt oẽs insimul vniti per cõcordiã ⁊ pacez ac mutuã dilectionẽ: iuxta illud Actuũ.4°. Mul titudis aũt credentiũ erat cor vnũ ⁊ aĩa vna. Ta les aũt nõ sunt partiales: sed imo sunt separati ⁊ discordes ab alia parte: ergo ⁊c. Itẽ corpus Chri sti misticũ est: vnũ tantũ. Et oẽs eius fideles sunt eius mẽbra insimul in ipo corpore per charitatez vnita. Unde apl's ait ad Ephe.4°. Nos sum⁹ in/ uicẽ mẽbra. Et ad Col.3°. iterũ dicit. Sup oĩa aũt charitatẽ habete que est vinculũ pfectionis. Et pax dĩ exultet in cordibus vestris in qua ⁊ vo cati estis in vno corpe. Ad hoc ergo vt aliqđ mẽ brũ istius corpis mistici sit viuũ vita gratie: opꝫ ꝙ sit alijs oĩbus mẽbris ipsius corpis vnituz seu ꝯiunctũ per charitatẽ. Sed tales nõ sunt partia/ les: qꝛ sũt a multis Christi mẽbris separati p par tialitatẽ: ergo sicut si vnũ mẽbrũ ab alijs mẽbris corpis se separaret moreret: ita illi qui corde sepa rant ab vna parte per ꝯsensum in aduersariam partẽ spũaliter moriunt. Nec obstat pdictꝫ si par tiales dicãt ꝙ per istã diuisionẽ cordis nõ inten/ dũt nocẽ parti cõtrarie. Quia respõdet ꝙ etiã si nõ intẽdat actualr nocere dicte parti: intẽdũt ta/ mẽ habitualr. Et dato ꝙ talis affect⁹ nõ noceat illi: nocet tamẽ sibiipsi. Nam dum se a proxio per cõsensuz partis diuidũt ⁊ precidũt seipos spũali ter interimunt: sicut pꝫ. Joãnis.3°. dicit ꝙ qui odit frem suũ homicida est.s. suipsius. Itẽ talis ꝯsen sus ⁊ affect⁹ in amore vnius partis de facili pro/ rũpit in plurima ⁊ crudelissima nocumẽta alteri us partis de qbus supra visum est. Et est radix ⁊ fundamẽtuz oĩum predictoꝝ maloꝝ que fiunt ĩ maledictis partialitatib⁹. Ergo ⁊c. Isti autez gi bellini licet originez habuerint ⁊ sic noĩati sint a ciuitate gebel: ⁊ guelfi a ciuitate guel ⁊ ait rabbi Salomon super tertij Regũ.5°.c°. quẽ refert Ni co. de lira: tamẽ ẜm alios origenẽ habuerũt a duo bus demonib⁹ quoꝝ vnus appellat gibel ⁊ alter guel: qui simul cõspirauerũt ad trahẽdũ oẽs aĩas ad eternã dãnationẽ per istas diabolicas partiali/ tates.

K

NOn excusat aũt tales diabolicos partiales si dicãt se iurasse tenere talẽ partẽ: vel suos ab antiquo fuisse de tali parte ⁊ ita cõsuetũ esse qua si in omni ciuitate italie eẽ partes ⁊ cõitates regi per partes: qꝛ respõdetur ꝙ iuramẽtuz in malis nõ obligat.c°.si aliqd.⁊ c°.vnusqsqz.⁊ c°.in ma lis.22ᵃ.q.4ᵃ.⁊ de iureiu.c°.si vo.⁊ de his que vi metuue cau.fi.c°.cum dilect⁹.⁊ de his que fiunt a ma.p.ca.c°.cũ in cũctis. Juramentũ eñi nõ est ad hoc institutũ vt esset iniqtatis vinculũ.22ᵃ.q. 4ᵃ.c°.inter cetera.vbi ẽt habetur ꝙ iuramẽtũ cõ tra preceptũ dĩ culpat ⁊ nõ tenet. Itẽ cõsuetudo cõtra bonos mores vel cõtra charitatẽ dei ⁊ pxi/ mi sicut est ista: nõ est fuanda sed vt magna abu sio abhorrẽda c°.flagitia.32ᵃ.q.7ᵃ.⁊ c°.mala.cõ ser caplis sequẽtibus.8ᵃ.di. Et ideo dĩ Eccl.7°. Nõ pecces in multitudine ciuitatis. Itẽ cõsuetu do peruersa ex diuturnitate temporis nõ alleuiat crimẽ sed aggrauat.c°.nõ satis.de simo.⁊ c°.vl°. de cõsue.cũ ꝯcordãtijs. Nullũ ergo iuramẽtum: nullaqz ꝯsuetudo tenet in partialitatib⁹: nec ex/ cusat ipos partiales: qꝛ sunt cõtra charitatez dei ⁊ pximi: ⁊ cõtra rem publicam ⁊ bonũ comune.

L

NEc ẽt eos excusat si dicãt ꝙ hoc faciũt vt se ⁊ suos atqz sua defendãt: qꝛ nõ est licitũ defen dere se vel suos aut sua cũ alterius iactura.l.iure nãli.ff.de reg.iur. Nec faciẽda sunt mala vt eue/ niant bona: ad Roma.3°. Nec sufficit bene facẽ nisi id ex bono fonte procedat: vt dĩ ĩ c°.nõ satis. 86ᵃ.di. vbi dicit glo. ꝙ aliter nõ est bonũ.arᵐ.ff. mã.l.i.§.2°.⁊.l.si procurator.⁊.32ᵃ.q.5ᵃ.c°.sicut. Nõ ẽt excusat partiales si oẽs in vna ciuitate vel terra sint eiusdẽ partis: qꝛ nõ tantũ suis ciuibus ⁊ cõpatriotis sed oĩbus hoĩbus mũdi quãtuz in eis est debẽt esse iũcti per charitatẽ: ⁊ illos sicut se/ ipos amare. Matth.22°. Et ideo cõtra tales dr Ecclesiastici.3°. Synagoge supborum nõ erit sa lus.

M

NOn solũ autẽ peccat mortalr tenẽs partẽ: sꝫ etiã qcũqz vbo: scripto: vel signo se cõfitetur esse guelfum vel gibellinũ seu alteri⁹ partis: vt p/ bat beat⁹ frater Michael vbi supra p.2ᵃ.sic. Nã aut dicit verũ: aut falsum. Si dicit veruz: patet ex predictis ꝙ peccat mortalr cõsentiẽdo parti. Si aũt dicit mẽdaciũ: aut dicit hoc ex timore: aut ex adulatõe: vl' ex iocositate. Primo modo quãdo quis hoc dicit ex timore. Utputa: qꝛ isonat rumor ⁊ clamor quis viuit: qs viuit: ⁊ vna parte accla/ mãte. Uiuãt guelphi: vl' viuant gibellini: ⁊ aliqs

timore mortis

timore mortis vel alterius periculi cõfitetur ꝛ asserit se esse eiusdẽ partis peccat mortaliter: q2 dicit mẽdaciũ pernitiosum cõtra dei preceptũ ꝛ charitatem proximi: de quo habet .22ª.q.2ª.c°.primus. Unde David loquẽs deo ps°.5°.ait. Perdes oẽs qui loquũtur mendaciũ: ꝛ Sapiẽtie p°.dicit. Os qđ mentit occidit aiam suam. Si aũt hoc mẽdacium dicit ex adulatione: q2 per hoc puenit malũ exemplũ cõtra charitate dei ꝛ proximi: ꝛ probat per dictũ capitulũ pmũ. Si x° hoc mendaciũ dicat ex iocositate: cũ per hoc fit periculuz scandali ꝛ mali exẽpli etiã est peccatũ mortale: q2 licet mẽdacium iocosuz de sui natura sit solũ veniale peccatum: tamẽ accidentaliter pter scãdalum pximi ẽ pernitiosum ẽm Alex.de ales. Unde ait saluator Mat.18°. Qui scãdalizauerit vnũ de his q credunt in me. Expedit ei vt suspendat mola asinaria in collo ei9: ꝛ demergat in pfundũ maris: idest inferni. Et de his duob9 mẽdacijs vltimis.s.adulatorio ꝛ iocoso põt dari exẽplum de pulcherrima iuuene: que sedens corã multo populo adulatorie vel iocose dicit se cõcupiscere carnaliter cõmisceri cũ tali pulcherrimo adolescẽte. Nõ q2 multum credibile est ꝛ in scandalũ aiarum: ꝛ non potest cõspici intẽtio eius: licet mẽdaciũ dicat: tamẽ mortaliter peccat pter scandalũ ꝛ malũ exẽplũ: ꝛ similiter est i casu nostro. Et ideo dicit ps°. 46°. Ecce loquunt in ore suo: ꝛ gladius i labijs eorũ: quoniã quis: idest aliquis audiuit. Uñ.s.scandalizatus est. Et tu dñe deridebis eos. Et ad nihiluz deduces omnes gentes.s.diuisas ꝛ ptiales. N

Dicit quoq3 predictus beatus frater Michael vbi.s̃.par.3ª. q quilibet i aliquo ope sequens partez absq3 dubio peccat mortaliter. Et non solũ quilibet partialiter assumptus ad officium peccat mortaliter offĩciũ pdictuz taliter assumendo: sicut etiã mortalr peccauerũt eũ tali modo assumentes: sed ẽt in quolibet actu partialr facto committitur ab eo peccatũ mortale. Omnia.n. partialitatis opera sunt diabolica. Uñ quãdo fiũt cedule cuiuslibet partis pro officijs distribuẽdis: postea ponunt in capsa vt deinde certis tẽporib9 partialiter extrahant: tot de qualibet parte: demonium partis in eadez capsa subintrat: imo illa cõitate tota inhabitat: ꝛ illa ciuitas vl terra ẽ circũdata oi pctõ ꝛ malicia. Uñ igr ppheta ps°.54° Tota die circũdabit eã sup muros ei9 inigtas ꝛ labor imedio eius ꝛ iniustitia. Et idez est qñ ille cedule omniũ partiũ simul miscent: ꝛ postea ad fortunã extrahunt tot quot debẽt esse officiales: quia vltra peccatũ partialitatis: hoc iconueniens accidit: q aliquãdo eueniũt extracti plres ex vna pte q ex alia: ꝛ tũc cuz aliqd accidit determinari seu fieri qđ vni parti displiceat: fiunt seditiones ꝛ tumultus: vl saltẽ murmuratões ab illa parte dicẽ q hoc factũ est: q2 plres sũt ex alia parte q sũt ex sua i cõsilio ꝛc. Siũr i illa terra i qua caporales siue capita partiũ omni anno eligũt aliquos officiales siue cõsiliarios seu rectores cõitatis d sua parte. Ultra peccatuz mortale partialitatis: aliud iconueniẽs pter hoc euenit.s. q tales eligũt psonas sibi talr affectionatas: q nihil facient qđ aliquid iportet sine suo cõsensu: ꝛ sic scient oĩa secreta cõitatis: ꝛ ipedient bonũ cõitatis si nõ redũdet i suũ bonũ pticulare ꝛc. Nõ est ẽt bona ꝯsuetudo illa vl statutũ.s. q caporales vni9 ptis eligãt officiales alterius partis: sub hoc colore: q semper eligent de meliorib9 a singul partib9: ꝛ q taliter electi a cõtraria parte: erũt ei fideliores videntes q hz bonã fidẽ eis: q2 rñdetur q imo fiet oppositũ. Nam ipsi caporales vl alij talr eligentes studebũt eligere psonas ex altera parte tales q possint eas vertere ad suũ libitũ ꝛ voluntatẽ.s. munerib9 ꝛ tributis si sint pauperes vl auari ꝛ male cõsciẽtie: vl alia ex causa. Et dato q eligerẽt d min9 malis: vl etiã de melioribus: qđ tamen raro accidit: p hoc nõ effugitur peccatũ partialitatis. Itẽ sepe accidit q in vna terra pauci sunt apti ad regimen ex vna parte: ꝛ multa alia. Unde si debent eligi semp tot ex vna parte quot ex alia: accidit q multotiens oportebit ieptos preficere officijs ipsius cõitatis: qđ erit cõtra bonũ rei publice. O

Ad extirpãdas ergo istas maledictas partialitates ꝛ euitãda tot peccata que fiunt quotidie in multis terris: in quib9 oĩa fiunt per partes: vl bonũ ꝛ laudabile q fiat statutũ a principib9 tpalibus vl spũalibus sub penis grauibus: q nemo noiet partialitates vl aliquid faciat p partes: ꝛ q eps vl ei9 generalis vicari9 i sua diocesi: p se vel p aliũ pbis virũ simul cũ cõmissarijs ad hoc deputatis a pncipe ciuitatis siue terre. Una ẽt cũ aliqbus pbis religiosis i terris praticis vbi hec fieri debẽt: accepta diligẽti iformatiõe de pbitate ꝛ sufficiẽtia boium dicte ciuitatis vl terre: eligãt ex illis certũ numerũ: ex qb9 postea pficiant singul tpib9 cõsueti officiales. Et tales eligant nõ habita ꝯsideratiõe ptis s3 pbitatis ꝛ idoneitatis. Eisq3 def iuramẽtũ de fidelr fuiẽdo toti cõitati nõ habita aliq affectõe ad aliq3 ptẽ. Et moriẽte vno ali9 subroget eodẽ mõ cũ pdcõ iuramẽto. Et h°mõ paulatim ad nihilũ deuiniẽt ptes: ꝛ noĩa earuz. Ueh aũt pncipib9 si nõ curent extirpare dictas ptes cupiẽtes tales diuisiones eẽ i terris suis: dicentes q ipsi tũc sũt magis securi q nõ ꝯcordabunt inuicez

cōtra eos. Hoc.n.ē ꝓpͥū tirannoꝝ qui q̄rūt sua cōmoda cū dāno cōitatuȝ ⁊ subditoꝝ: ⁊ offensa dei. Boni aūt ṗncipes bene tractāt populos suos: ⁊ iō sunt securi ꝙ ꝯtra eos nō rebellabūt. Et gaudent qn̄ eos vidēt insimul concordātes: qꝛ tanto erūt in suo adiutorio fortiores ⁊ potētiores. P

Debent igiť nō tantū ṗncipes: sed ēt oēs pretores ⁊ rectores terrarum insudare ad extirpandas partialitates ⁊ discordias. Vn̄ dᷓ ꝙ pretor nullaten⁹ dꝫ pati ad arma ⁊ rixas ꝓcedere illos quos pōt sua iurisdictione cōpellere. ff. de vsufruc. l. equissimū. ⁊ l. cōgruit. ff. de off. ꝑsi. ⁊ ꝙ discordijs sedandis dꝫ ꝓspicere quas solet cōis materia excitare. l. cū pater. §. dulcissimis. ff. de le. 2°. ⁊ ꝙ nihil aliud agat pretor nisi cōtrouersias dirimere: ⁊ ratū habere si eis spōte renūcient litigātes ff. de noui ope. nun. l. pª. Ipsi aūt partiales debēt totaliter abrenūciare partialitatib⁹: ꝑuantes illud Deute. 9°. vbi ait dn̄s. Non sit iter vos radix germinans fel ⁊ amaritudines: idest discordias: que qdeꝫ radix est ꝑtialitas. Aliter aūt qlibet partialis dicet in morte illud Jere. 15°. Ueh mihi mr̄ mea: quare me genuisti virū rixosuȝ ⁊ discordem. Q

Non sufficit aūt facere pacē cū inimicis ⁊ renunciare ꝑtialitatib⁹ ⁊ odijs: nisi bene fiat. Sunt.n. multi q dicūt se parcere inimicis ⁊ remittere odiū nec velle eis nocere: sed nō possunt illos videre nec volunt cū eis loq: nō habētes legitimā causaȝ subtrahēdi loquellā vľ cōsortiū: sicut eēt si timereť ꝓpter hoc maius malū: qꝛ tūc liceret subtraheť loqllā vľ ꝯuersatōeȝ bono mō ꝫ theologos i 3°. di. 31ª. ⁊ idē est dicēdū i casib⁹ sil'b⁹: in qb⁹ tn̄ debēt intimare rōnem facti. intuētibus: ad euitādam materiā scandali: ꝫm ꝙ dicit Ricar. in ṗdicta di. Confirmat aūt ṗdicta Chriso. in li°. de cōpunctione cordis di. Si tantūmodo non ledis eū qui te lesit: auertis aūt te ab eo: nec libenter vides: sine dubio ⁊ vulnus in pectore ⁊ dolor lāguescit i corde. Quod si est: nonduȝ vtiqꝫ qd xp̄s mādauit expleť. Nunqd tu ita vis propitiū tibi deū: vt nō te quidē ledat: auertat tamē se a te vt peccatoruȝ tuorū memoriā teneat: ⁊ videre te nolit? Igitur q̄leȝ vis erga te eē deū: cū delictorū veniā poscis: talem exhibere te debes his qui delinquūt in te: hec ille. Contra eos aūt qui simulate faciunt pacem: vt captato tēpore faciant vindictā: ⁊ ore dicūt verba cōcordie: sed i corde habent venenū odij ⁊ maliuolentie: ait Augu. in li°. de verbis dn̄i di. Ne dicas in lingua ignosco: ⁊ corde differas. Nouit.n. cui dicis: dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. Vocē tuaȝ homo audit. Conscientiā tuā deus inspicit. Melius est ꝙ nō clames ore: ꝙꝫ ꝙ sis blādus ore ⁊ crudelis in corde: hec ille. Seruandū est aūt ab illis q volunt facere bonam pacē illud qd iquit Chriso. di. Si cogitatu offendisti: cogitatu recōciliare: si verbis verbis: si factis factis. Nisi.n. queȝ factis lesisti factꝭ placaueris: sine causa oras ad deū: sine cā facis elemosynā de rebus quibus alios expoliasti. Quid.n. prodest si vnus pro te orat ad deū: ⁊ ali⁹ aduersum te deū interpellat? Pro cōclusione aūt huius partis dico: ꝙ vnusqsqꝫ debet seruare illō Job 22°. Habeto pacē ⁊ per hoc habebis fructus optimos. R

Ad hoc.n. agendū nobis exemplū dedit saluator: qūādo in dominica in ramis palmaꝝ voluit turbam sibi obuiare cum palmis in manib⁹ vt habetur Joānis 12°. Per palmā enim pax significatur. Unde Chriso. inquit. Non habet i circuitu splendentes gladios: aut certe ornamenta terribilium armatorū: sed ramos frondentes palmarū testimonia pacis: hec ille. Omnia eniȝ elementa vľ littere palme xp̄ianum populū ad pacē ⁊ concordiā vocant. Per. P. significať ꝙ presto est remittendū odium ⁊ concordia faciēda: iuxta illud Matthei 6°. Esto consentiens aduersario tuo cito. Per. A. ꝙ cum amore ⁊ affectione diligendus est inimicus. Per. L. vero longeuitas ⁊ ꝑseuerantia dilectionis. Per. M. aūt misericordia designatur: quā etiam inimicis exhibere debemus. Unde Ambrosius ait. Sine causa ramum oliue portat: qui opera misericordie non habet. Et hac etiā de causa in predicta die fit ꝓcessio oliuarum: quia etiam oliua significat pacē. Unde legati romanorū qūādo mittebanť ad pacē faciendā: portabant in manu sua ramos oliuaruȝ vt dicit Jsido. i 17°. ethimo. Per hanc aūt processionē oliuarum vult eccl'ia oēs exhortari ad concordiā ⁊ pacē: qua nihil melius pōt reperiri i tēporalib⁹. Unde pri. Macha. 14°. dᷓ de Simone machabeo. Fecit pacē super terrā: ⁊ letatus est israel leticia magna: ⁊ sedit vnusqsqꝫ sub vite ⁊ ficulnea sua: ⁊ nō erat qui eos terreret. Defecitqꝫ ipugnās eos super terrā: ⁊ vnusqsqꝫ colebat terrā suam cū pace: ⁊ terra dabat fructus suos. Seniores in portis sedebant oēs: ⁊ de bonis terre tractabāt. Et iuuenes iduebant se gloria: ⁊ ciuitatib⁹ alimonias ꝯferebāt: hec ibi. Ecce quāta bona sequunť ex pace: q̄ ē optata cūctꝭ mortalib⁹ vt dᷓ Hester. 13°.

¶ De quarta via q̄ dᷓ ꝑuationis. i. reꝝ tpaliū S

q

Uarto ostendit nobis dominus noster viam priuationis. i. rerum tēporalium: saltem quo ad inordinatum affectum. Quantum enim dilexerit euangelicaȝ

paupertatē in eo ostendit q nunq propriam domum vl habitationē habere voluit: vñ de seipso inquit Mat.8°. z Luc.9°. Vulpes foueas habēt z volucres celi nidos: filius aūt hominis nō habz vbi caput suū reclinet. In cruce quoqz mori nudus voluit: vt normā daret his qui ad perfectiōez tendunt: ne aliqd i hoc mundo proprium possiderent. Quibus Luce 14°. dixit. Qui nō renunciauerit oibus que possidet non pōt meus esse discipulus. Secularibus aūt ex denudatione sua ostēdit qualiter priuati eē debeant inordinato terrenorū appetitu iuxta illud psalmiste. Diuitie si affluāt nolite cor apponē.

De quinta via q dr custoditiōis.

Quinto demōstrauit nobis dominus noster viā custoditiōis scilicet virginitatis z castitatis. De qua Hiero. in quadam epistola ait. Christus virginez habuit matrem: virgo ipse mansurus. In se viris in matre feminis virginitatis tribuēs exēplum. Ad quam quidē castitatē nos exhortatur imperator i §. sancimus. in aūt. de leno. di. Sancimus omnes quidem fm q possunt agere castitatem: que sola possibilis est deo cum fiducia hominū animas psentare. De virtute quoqz virginitatis scriptū est in. c°. nuptie. 32°. q. p°. Nuptie replēt terram: virginitas paradisū.

De sexta via q dr oronis

Sexto ostēdit nobis viā orationis. Vñ de ipso dicit Matthei. 14°. Ascēdit in mōtē solus orare. Et Luce. 6°. Erat pnoctans in oratione dei. Ideo ipse nos hortat Matthei. 26°. dicens. Vigilate z orate ne intretis in tētationē.

De septima via q dr cōuersatōis.

Septimo ostendit nobis viā conuersationis. s. cū quibus cōuersari debeam^9 videlz cum bonis z religiosis viris: nō aūt cū malis: iuxta illud Catonis. Cū bonis ambula. Vera est. n. sentētia psalmi. 17. Si cū bono bonus eris: si cuz malo puerteris. Qd ēt notat in. l. ediles. §. qd ergo. ff. de edili. edic. z in. §. cogitandu. in fi. in aūt. de mona. Jō legit Luce 2°. c°. q cū mater ei^9 z Joseph quesissent eū p triduū: nō inuenerūt eū iter cognatos z notos: sed in medio doctoz iterrogātē illos z audiētē. Nō. n. in tabernis inueni fili^9 dei: nō i ludis: nō i dissolutionibus: sed in exercitijs spūalib^9. Sz pro declaratione pdictoz est sciēdū q multi querūt dominū Jesuz z nō inueniunt eū: vñ dicere pñt illud Cañ. 3°. Quesiui illū z nō inueni: z cā est: qz nō querūt euz suo tpe: loco: z mō. Primo. n. debet queri suo tēpore. s. post triduū. i. post tres ptes penitētie. s. cōtritionis: pfessionis: z satisfactōis: que sūt tres vie ducentes ad Jesum. i. ad salutē Exo. 5°. Viā triū dierū ibimus z sacrificabimus dño deo nostro: vel suo tpe. i. i psenti vita Isaie. 55°. Querite dñz dū inueniri pōt: qz post hāc vitā nō inuenient eum dānati ad salutē q eū nō quesierūt in vita: qz tps querēdi transijt. Vñ taliter querētes eū sunt sicut querētes ficus vl vuas ex tps suum. Et iō illis ait saluator Joānis. 7°. Queretis me z nō inuenietis. Scdo dz qri suo loco. Joseph. n. z Maria nō potuerūt eū inuenire apd seipsos: nec i comitatu hominum mundanorū: nec inter cognatos z notos: sz solūmodo in templo dei.

Est enim quadruplex amor. s. priuatus: mūdanus: domesticus z diuinus. Nō poterant igit Joseph z Maria eū inuenire apd seipsos: qz nō inuenitur i amore proprio z puato. Talis enim amor suiipsi^9 est valde periculosus z multoz malorum causatiuus. 2^a. ad Thimo. 3°. Instabūt tēpora periculosa. Et erūt homines seipsos amantes: cupidi: elati zc. Secūdo nō inuenitur i comitatu hominū mundanorū. i. in amore mūdano: qa mūdus ipedit ne inueniatur. Joānis. 14°. Spūm veritatis quē mundus non pōt accipere zc. Et inuentuz perdere facit: qz est sicut saccus pertusus. Aggei p°. Qui merces pgregauit posuit eas i saccū ptusuz. Tertio nō inuenit inter cognatos z notos: qz nō inuenitur i amore domestico. i. i amore parētum z cōsanguineoruz. Vnde Bernard^9 ait. Quomō bone Jesu iter cognatos meos te inueniā qui iter tuos minime es inuētus? Deute. 33°. Qui dixit patri suo z matri sue nescio vos: z fratribus suis ignoro vos: z q nescierūt filios suos: hi custodierūt eloquiū tuū z pactū tuū suauerūt. Ex qb^9 sequit quartū. s. q inuenitur i templo dei. i. in amore spūali z diuino. Joānis. 14°. Si qs diligit me: sermonē meū seruabit: z pater meus diliget eū: z ad eū veniem^9 z mansionē apud eū faciem^9. Primos aūt tres amores relinquēdos z quartū retinendū admonet dñs Luce. 14°. di. Siquis venit ad me z nō odit prēz suū: qd refert ad amorē domesticū: parētes. n. odiēdi sunt qñ sūt mali: vl qñ filios a seruitio dei auertūt: qz sicut dr Matthei. x°. Inimici hoīs domestici eius. Sequit. Adhuc aūt z aiaz suā: qd refert ad amorē ppriū z puatū. Nullus. n. dz diligere aiam suā. i. aialez z carnalē vitā suā: sed eā odire. Joānis. 12°. Qui odit aiam suā i hoc mūdo: i vitā eternā custodit eā. Sequit Et q ñ baiulat crucē suā: qd refert ad amorē mūdanū. Ille. n. crucē suā baiulat q crucifixus ē mūdo z mūd^9 sibi. ad Gal. 6°. Mihi āt mūd^9 cruci

fixus est.⁊c. Sequit᷑. Et venit post me q̄d refertur ad amorē spiritualē ⁊ diuinū exponit᷑ eñi. Venit post me: nō amādo terrena sed desiderando celestia sicut ego amo ⁊ desidero. Nō sicut Adā q̄ terrena dilexit ⁊ celestia deseruit pᵉ. ad Corin.15°. Primꝰ hō. s. Adam de terra: terrenus: secundus hō. s. xp̄s de celo celestis.

Z

TErtio q̄rēdus est suo modo. Qui q̄dem modus est triplex. Primo eñi debet' q̄ri socialiter q̄ notat᷑ in eo q̄d d᷑ a v̄gine beata. Luce.2°. Pr̄ tuus ⁊ ego. Joseph enim iterp̄tat᷑ argumētū ⁊ significat bona opa que semper debent agueri. Maria vero iterp̄tetat᷑ illuminata: vel illuminatrix: ⁊ significat fidē que est illuminatio mētis. Jnterp̄tat᷑ et' stella maris: ⁊ significat charitatē. Sicut enim ceteris stellis occidētibus illa non occidit sic ceteris v̄tutibus deficientibꝰ: charitas nō deficit. pᵉ. ad Cor.13°. Charitas nō excidit. ⁊c. Cū tali igit᷑ societate xp̄s est querēdus: ⁊ tūc iuenitur. s. cū fide vera: operatione sollicita: ⁊ charitate succēsa. Si eñi alterum istoruꝫ defuerit iueniri non poterit. Nā sine fide opera nō sūt deo accepta. Ad Hebre.11°. Sine fide ip̄ossibile est placere d̄o. Sine operibꝰ aūt fides mortua est. Jacobi.2°. Fides vero ⁊ opera sine charitatee sūt inutilia. pᵉ. ad Corin.13°. Si distribuero ī cibos pauperū. ⁊c.

A

SEcūdo debet queri lachrymabiliter: q̄d notatur ex eo q̄ beata v̄go dixit vbi supra. Dolētes q̄rebamꝰ te. Triplici aūt ex causa beata v̄go sic dolebat. Primo q̄ s̄m Origenē timebat ne ip̄sū deserēs ad celos ascēdisset. Secūdo timebat s̄ꝫ aliquos ne lōge ad partes remotas abijsset vt aliis natōnibus predicaret. Tertio timebat s̄ꝫ glosā ne in manus successoris herodis deuenisset: ⁊ his tribus de causis sancti eū lachrymabiliter q̄rūnt. Primo cū lachrymis deuotionis quas fūdūt per sollicitā deuotionē quādo se eis ad t̄p̄s subtrahit ⁊ quodāmodo eos deserēs in celū ascēdit. Cuius reuersionē d̄siderāt dicētes cū p̄pheta. Redde mihi letitiā salutaris tui. Secūdo eū querūt cū lachrymis cōtritionis quas fūdūt p̄pter pctā que aliq̄ñ cōmiserūt: propter que se ab eis tūc totaliter elongauit. Prouer.15°. Lōge est dñs ab impijs: ⁊ p̄sᵃ ait. Lōge a peccatoribꝰ salus. Tertio querunt eū cū lachrymis cōpassionis quas fundūt pro miserijs ⁊ malicijs peccatorū: qui Jesū in manu herodis idest demonis tradūt: ⁊ quātū in eis ē occidūt ad Hebre.6°. Rursus crucifigētes sibimetipsis filiū dei.

B

TErtio debet queri desiderabiliter: q̄d notatur cū d᷑. Querebamꝰ te: ⁊ nihil aliō extra te. Ipsum eñi habētes in eo oīa possidemꝰ. Sapientie. 7°. Venerūt mihi oīa bona p̄iter cū illa. s. sapiā diuina: q̄ est filiꝰ dei. Jlli aūt q̄ volūt sine ip̄o hēre diuitias ⁊ delitias ac honores: eū nō iueniūt sed potius amittunt. Job.28°. Non iuenit᷑ in terra suauiter viuētiū. i. carnaliū ⁊ delitiosoꝝ. Abyssus dicit. Nō est in me idest humana cupiditas: que fūdum nō habet: q̄ sicut dicit᷑ Ecclesiastes.5°. Auarus nō ip̄lebit᷑ pecunia. Et mare loq̄tur. Nō est mecū. i. tumēs superbia. Sup̄bus eñi instar maris semp̄ cōtra alios feruet ac semp̄ itumescit ac est ī motu turbationū. Jsa.57°. Cor impij quasi mare feruēs q̄d q̄escere nō pōt.

C

QUia v̄o multi sūt qui p̄dūt Jesū: ideo vtile est scire [illegible] per que ip̄sū p̄dūt vt euitent᷑: sed vtiliꝰ est scire ea per que perditꝰ recuperat᷑: vtilissimum vero est scire ea per que recuperatꝰ custodit᷑. Sunt autem quattuor per que xp̄s amittit᷑. Primo per ineptā letitiaꝫ: quod notat᷑ per hoc q̄ beata [illegible] v̄go de terra sua expulsa ⁊ in egypto fugata: ac in tanta tribulatione posita filium non perdidit: sed postq̄ꝫ ad festiuitatem iuit: ipsum amisit: per q̄d dat᷑ itelligi q̄ xp̄s sepe in aduersitate custoditur: sed in prosperitate perdit᷑: vnde Dauid a Saul persecutꝰ deū nō deseruit: qui postmodum in regno positus in adulteriuꝫ ⁊ homicidium cecidit. Prosperitas enim mundana est sicut vinum purū q̄ cito inebriat: s̄ꝫ aduersitas est sic̄ vinuꝫ mixtum quod sobrietatem generat. Similiter in magnis festiuitatibus sepe Jesus perdit᷑. Cum enim institute fuerint ad vtilitatem animaruꝫ: vani homines eas conuertunt ad voluptatē corporum: ⁊ tales festiuitates a deo reprobātur: qui ait Amos 5°. Odiui ⁊ p̄ieci festiuitates vestras: quasi dicat vestre sūt ⁊ nō mee. Jmo ab ipso deo in quadam abhominatione habētur: q̄ et ait Malachie.2°. Dispergam super vultum vestrū stercꝰ solemnitatum vestrarum. Et a demonibus deridentur. Trenorum p°. Viderunt eum hostes ⁊ deriserūt sabbata eius.

D

SEcūdo amittit᷑ per distractionē nimiaꝫ: q̄d innuit᷑ ex hoc q̄ parētes euꝫ amiserūt: ex hoc q̄ a hierusalē recesserūt: ⁊ se turbis īmiscuerunt. Qui. n. recedit a tranq̄litate cordis: ⁊ dat se tumultui mūdane occupationis: de facili p̄dit Jesū: vnde legitur tertij Reg.17°. q̄ Helias manēs in solitudine delicate pascebat᷑ a dño: sed ad turbas se trāsferēs vix aquā ⁊ bucellā panis obtinuit: quia q̄ꝫ diu hō est in q̄ete: iterna delectatōe pascit᷑: sed manēs ī turbatione: tali visitatione p̄uat᷑: hinc est etiā q̄ filij israel māna recipere non potuerūt: nisi postq̄ꝫ mare trāsierūt: q̄ nullus potest recipere spi

ritualez cõsolationē ꝛ dulcedinē nisi transeat mē
ẽs turbationem. E

Tertio amittit per vanā fiduciā. Uiri.n.ad fe
stiuitates ibant seorsuz: ꝛ mulieres seorsum.
Pueri autē poterant ire cū vtroq₃ parentuz. Et
ideo Joseph credebat eū esse cuz matre: ꝛ mater
credebat ꝙ eēt cū Joseph: ꝛ sic xp̄m tali fiducia
amiserūt. Quidam.n.nimis cōfidunt in suo sen
su ꝛ sapientia. Sed nemo Salomone sapientior:
qui tñ deceptus fuit. Quidā v̄o nimis cōfidunt
in fortitudine ꝛ cōstantia sua: sʒ nemo Sansone
fortior nec Petro cōstantior quādo dixit Mat.
26°. Domine tecū parat⁹ sum ꝛ i carcerē ꝛ i mor
tem ire: ꝛ tñ vterq₃ cecidit. Quidā autē nimis cō
fidunt in diuitiaꝝ tēporaliū ꝛ spūaliū opulentia:
sed nemo diuite illo qui quotidie induebat pur
pura ꝛ bisso ditior: ꝛ nemo Dauid spūaliter locu
pletior: ꝛ tamē vterq₃ cecidit. Quidā insup nimis
confidunt in dei misericordia nihil cogitantes de
iustitia: ꝛ tales sub spe venie multa peccata cōmit
tunt: sicut Adam qui consensit vxori sue: sub spe
venie obtinēde. Et omnes tales dñs alloqtur di
cens Jere. 9°. Non glorietur sapiēs i sapiētia sua
quo ad primos: nec fortis in fortitudine sua quo
ad secūdos: nec diues in diuitijs suis quo ad ter
tios. Sed i hoc glorietur qui gloriat scire ꝛ nosce
me qui facio iudiciū ꝛ iustitiā i terra quo ad quar
tos: qꝛ debēt ipsum cognoscere non tantū miseri
cordem: sed etiā iustū iudicē. F

Quarto amittitur per ignorātiā qȯ notat per
hoc qȯ dr: ꝛ nō cognouerūt parētes ei⁹. Si
eniʒ cognouissent nunꝙ̄ eū amisissent. Sic pecca
tor sepe xp̄m amittit: qꝛ periculum suū non cogno
scit. Jsa. 5°. Propterea captiu⁹ ductus est popu
lus meus: qꝛ nō habuit scientiā. Nulla est piculo
sior infirmitas ꝙ̄ illa que nō sentit. Peccator.n.
est infirm⁹ vsq₃ ad mortez: ꝛ tamē non cognoscit
suā egritudinē. Omnis nāq₃ peccator ē ignorans
ꝛ excecatus tenebris peccatorū: ꝛ ideo medicum
nō querit. Est.n.sicut freneticus q ridet: ꝛ paren
tes plorāt: ꝛ similiter peccator letatur ꝛ angeli cō
tristantur Jsa. 33°. Angeli pacis amare flebāt. Et
sicut lectargicus cui somnus suus videt suauis ꝛ
dulcis: ꝛ tamē est mortalis. Job. 20. Cum.n. dul
ce fuerit in ore eius malū: abscondit illū ꝛc. Et ta
les sunt similes illi de quo legitur in historia Bar
laaz qui ad ramū arboris pendēs ꝛ subtus se ba
ratrū habens: comessationi faui mellis de ramo
pendentis totum se dabat: ꝛ de suo periculo non
cogitabat. G

Secundo dico ꝙ sunt quattuor ꝑ que Jesus
amissus recuperabat ꝯtraria ꝑdictis. Pri
mo enim recuperabat per mūdani gaudij exclu
sionē: quod notat per hoc qȯ dr. Dolentes quere
bamus te. Sicut.n.inepta letitia facit xp̄m perde
re: sic salubris tristitia ipsum facit inuenire: vnde
Bernardus ait. Quomȯ inueniā te bone Jesu i
gaudio: quē mater dolens vix te iuenit? Et Joan
nis 20. dicit. Maria stabat ad monumentū fo
ris plorans: ꝛ qꝛ plorauit: ideȯ inuenit. Jere. 6°. Lu
ctum vnigeniti fac tibi luctū amaruz. Null⁹ ergo
speret se posse iuenire xp̄m gaudendo: quē mater
iuenit dolendo: Magdalena lachrymādo: ꝛ oēs
sancti tanꝙ̄ vnigenitū lugendo. H

Secūdo recuperat per cordis pacificatiōem:
qȯ notat per hoc ꝙ i hierusalē que iterpreta
tur visio pacis redierūt. Qui.n.xp̄m amisit ꝑ cor
dis turbationē: recuperare eū pōt ꝑ mētis pacifi
cationē. Deus.n.cū sit amator pacis non habitat
nisi i corde pacato. psalmista dicēte. Factus est in
pace locus ei⁹. Uidem⁹ etiā ꝙ imago hoīs nō cō
spicit i aqua turbida vl cōmota: sʒ i aqua limpi
da ꝛ tranqlla: ꝛ similiter deus non videt a corde
turbido sed pacifico ꝛ quieto. Et hinc est ꝙ apo
stoli receperunt spiritū sanctum sedentes: idest a
tumultibus quiescētes. I

Tertio recuperat per deuotā orōnez: qȯ notat
per hoc ꝙ Maria filiū recuperauit in tem
plo: qȯ erat domus orōnis. Vñ Matt. 21°. ait do
minus. Domus mea domus orōnis vocabitur:
qȯ ꝛ habet Joānis 2°. Deus.n.aliquādo amittit
per peccatū qȯ fit per ignorātiā: sicut amiserat euz
Paulus di. p°. ad Thimo. p°. Jgnorās feci in i
credulitate. Aliqñ per peccatū qȯ fit ꝑ infirmitatē
humanā: sicut amisit eū Petr⁹ q dū mori timuit
xp̄m negauit. Aliqñ v̄o per peccatū qȯ fit ꝑ certā
maliciā: sicut amisit eū Dauid q adulteriū ꝛ homi
cidiū cōmisit. Sʒ oēs isti ꝑ orationē ip̄m recupa
uerūt. Nam Paul⁹ dieb⁹ trib⁹ ac noctib⁹ orauit:
vñ dixit dñs Ananie Actuum. 9°. Ecce.n.orat.
De petro aūt dr Mat. 26°. ꝙ egressus foras fle
uit amare. Dauid v̄o orōnem triū sillabaꝝ fecit ꝛ
misericordiā ꝑmeruit. scḋi Re. 12°. dicēs. Pecca
ui. Quarto recupatur per cōpletā satisfactionez:
qȯ notat per hoc ꝙ xp̄m post triduum iuenerūt.
Prima.n.dies est cōtritio: Scḋa ꝯfessio: Tertia
vero satisfactio: vt.s.dictū est. K

Tertio dico ꝙ sunt q̄dam per que xp̄s recupa
tus custodit vt semp nobiscū inhabitare [illegible]
gnetur. Jpse.n.habitauit in descēsu in nazareth
cū Maria ꝛ Joseph. Luce. 2°. Et descendit cum
illis ꝛ venit nazareth. ꝛc. habitat quidez i descēsu
.i.in valle humilitatis: vñ psalmista ait. Ualles.i.
humiles abūdabunt frumēto. Jllo.s.de quo dici

tur Joãnis.12°. Nisi granū frumēti cadēs ī terra mortuū fuerit &c. habitat quoq3 in nazareth.i. in flore puritatis: psalmista [redacted] dicēte. Tu aūt in sancto habitas. Sanctū.n. idē est q̄ purū3. Cañ.2°. Ego flos campi. Ecce q2 diligit flores puritatis: & liliū cō uallium. Ecce q2 diligit vallem humilitatis. Habitat etiā cū sancto Joseph.i. in illis ī quibus est augmentū3 sanctitatis: de qb9 ingt psalmista. Ibunt de virtute in virtutē: videbit deus deorum ī sion. Habitat quoq3 cū Maria.i. cū illis q habent lucē fulgide conuersatiōis: q2 Maria illuminata interpretat. Vñ Mat.5°. dr. Sic luceat lux vestra corā hominib9 &c. & Joãnis.p°. De9 lux est & tenebre in eo nō sunt ulle. Et ideo non habitat cū tenebrosis: q2 lux cū tenebris stare non pōt 2°. ad Cor.6°. Que societas lucis ad tenebras? Et ideo prebet nobis exēplum cōuersandi cū personis claris virtutib9. Ad Philip.3°. Nostra autē cōuersatio in celis est: idest cū personis celestibus & spūalibus.

De octaua via que dr superationis. II

Octauo ostendit nobis viā supatiōis: scilicet demonū. De ipso.n. legit Mathei.4°. Ductus est Jesus a spiritu in desertū vt tentaret a diabolo: hoc autē factū est vt demonū timorē auferret a nob. Jmo vt nos aiaret ad preliandū cū hostib9 nostris demonibus. Sciebat.n. verā esse sniam apostoli ad Ephe.6°. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus principes & ptātes: aduersus mundi rectores tenebrax harū. Super oēs aūt xpicolas nos religiosi sumus in maiori pilo. Cuilibet.n. nostrū dicit Ecclesiasticus.2°. sui libri.c°. Fili accedens ad seruitutem dei sta [redacted] iustitia & timore: & prepara aiam tuā ad tentationes. Sed sicut saluator noster inimicū nostrū supauit & eiecit dicens Mat.4°. Vade retro sathana: ita nobis spē de victoria cōtra illū tribuit: di. illud qđ ponitur ī officio apostolorū. Estote fortes in bello & pugnate cū antiquo serpēte: & accipietis regnū eternum.

De nona via que dicitur tollerationis. M

Ono ostendit nobis viam tolleratiōis.i. tribulationū. De ipo.n. scriptū ē.p°. Petri.2°. Christ9 pro nobis passus ē: vobis relinquēs exēplum vt sequamini vestigia eius. Sciens.n. saluator noster verū ēē illud qđ scriptū est Actuū.14°. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū celorum: voluit ipse celestis medicus pri9 accipere medicinā tribulationū qua peccata curantur [redacted] nos egroti. illā nō reijceremus. Et ideo nos exhortatur Luce 21°. ad patientiā ī tribulationib9: & aduersitatib9 ceterisq3 īfirmitatibus quibuscūq3 dicēs. In patientia vestra possidebitis aias vestras. Magna &.n. morū semp patiētia virtus: vt ait Cato.

De decima via que dicit mortificationis. D

Ecimo ostēdit nobis viam mortificationis.s. penitētie & austeritatis. De ipo enī3 legit Matt.4°. Cum ieiunasset quadraginta dieb9 & quadraginta noctibus postea esuriit. Quo exēplo fideles suos exhortatus est ad abstinētiā & sensualitatū repressionem: vt carnē in seruitutē spūs redigerēt: seruātes illud Geñ.4°. Sub te erit appetit9 tuus: & tu dñaberis illius. Aliter.n. facientibus nobis accidet illđ Prouer.29°. Qui delicate a pueritia nutrit seruū suū: postea eū sentiet cōtumacē. Si ergo volumus iuenire sapiētiā dei que xp̄s est: debemus a nobis oēs corporeas sensualitates & supfluitates abijcere: q2 ut dicit Job 28°. Sapiētia nō iuenit in terra suauiter viuētium.

De vndecima via que dicitur locutionis. O

Ndecimo ostēdit nobis viā locutiōis.s. vt refrenātes linguā nostrā a noxijs smonibus de spūalibus & ptinētibus ad salutem simul colloqui delectemur. Vñ de smonib9 xpi scriptū est Luce.4°. Mirabātur oēs de vbis grē que pcedebāt de ore eius.

De duodecima via que dicitur accessiōis. P

Vodecimo ostēdit nobis viā.i. accessionis.s. ad ecclesias: & ad loca deuota. De xpo.&.n. scriptū ē Mat.21°. Jngress9 Jesus vrbem itroiuit ī templū: & Luce.2°. dicit: q̄ iuenerūt [redacted] i templo: quo exemplo nos icitauit vt feruētes sim9 ad diuinū officiū3 in ecclesijs celebrādū & audiēdū: dicēte Dauid ī ps°. 67°. Jn ecclesijs bñdicite deo domino de fontibus israel. Ibi beniamī adolescētulus ī mētis excessu.

De tertiadecima via que dr veridictiōis. Q

Ertiodecimo ostēdit nobis viā veridictionis.s. vt nūq3 mendaciu3 loqmur: quia scriptu3 ē Sapiētie.p°. Os quod mētitur occidit aiam suā. Jdeo domino nostro dicebat quidam Marci 12°. Magister scimus quia verax es: & viam dei i veritate doces. Vt ergo saluatorem nostrū imitemur debem9 seruare illud Ecclesiastici 37°. Ante omnia opa tua verbum verax precedat te.

De quartadecima via que dr iudicatiōis. R

Vartodecimo ostendit nobis viā iudicationis.s. ne de occultis & icertis aliques male iudicem9. Et ne dubia [redacted] deteriorem partē accipiam9: sed i bona3. Vñ

de seipso inquit Joannis.8°. Ego nõ iudico quẽq̃. Non debem⁹ ergo inspicere vicia aliorũ sz nostra: seruãtes illud Bernardi i quodã sermone. Noli eẽ aliene vite temerari⁹ iudex: aut curiosus explorator. De talib⁹.n. inquit Tuli⁹ i tuscu.qõ. Propriũ stulticie est aliena vicia cernere: suorũ obliuisci. Hec tamẽ nõ itelligũtur de his quib⁹ incũbit regimen aiam qui fuare debẽt Salomonis preceptum. Prouerbio.27°. dicẽtis Diligẽter agnosce vultũ pecoris tui: ⁊ greges tuos cõsidera. Unde eniz dicit in c°. quãuis. de reg.iur. Nõ põt iusta eẽ excusatio pastoris si lup⁹ oues cõedit: ⁊ pastor nescit.

¶ De quintadecima via que dicit discretiõis. Q

Uintodecimo ostẽdit nobis viã discretionis. De cui⁹ prudẽtia scriptũ est Luce 2°. Mirabant oẽs super prudẽtia ⁊ responsis eius. Debem⁹ ergo esse astuti ⁊ prudẽtes in oibus actib⁹ nostris: qz sicut sal i cõdiendis cibis necessariũ est: ita discretio i actibus virtuosis. Et ideo dicit mater oium virtutũ p^a.q.5^a.c°. presentium. ⁊ c°.p°. de offi.custo. Ad quaz virtutẽ nos hortatur dñs Mat.x°. di. Estote prudẽtes sicut serpẽtes: ⁊ simplices sicut colũbe.

¶ De sextadecima via que dicitur ostensionis. .s. boni exempli. M

Extodecimo demõstrauit nobis viam ostẽsionis.s. boni exempli ne scandalizemus proximos: sed eos bonorũ operum claritate irradiem⁹: sicut ipse fecit: qui propter hoc ait Joãnis.8°. Ego sũ lux mũdi. Ideo ipse saluator nobis inquit Mat.5°. Uos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona: ⁊ glorificent patrez vestrum qui in celis est. De scandalizantibus aut proximum: dixit Matthei.18°. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt suspendat mola asinaria in collo ei⁹ ⁊ demergat in profundum maris. Ueh mundo a scãdalis: necesse est eni vt veniãt scãdala. s. propter malũ exẽplũ. Uerũtamẽ veh hõi illi per quẽ scandalũ venit.

¶ De decimaseptima via que dr recordatiõe. D

Ecimo septimo ostẽdit nobis viã recordationis.s. mortis: cũ dixit Mat.26°. Tristis est aia mea vsqz ad mortem. Que verba licet intelligi possint: q tantum sentiebat dolorẽ: q illa tristitia erat sibi quasi mors tamẽ aliter exponi possũt: q a principio sue cõceptionis vsqz ad finem vite sue cõtinuaz habuit memoriam mortis: ⁊ terribilium passionũ que passurus erat: vt et nos idẽ faceremus quo oia pctã facilius euitem⁹. Jõ dicit quidã sapiẽs Sepe recordaris bone frat q morieris. Et Ecclesiasticus.7°. sui libri c°. ait. In oibus opib⁹ tuis memorare nouissima tua: ⁊ i eternũ nõ peccabis.

¶ De decimaoctaua via que dr operationis. D

Ecimooctauo ostẽdit nobis viam operationis.s. vt semper aliquid boni operemur ocium euitantes: quod vt inquit Bernard⁹ in quodaz sermone: est mater omniũ viciorũ: ⁊ nouerca virtutum. Ideo de seipso inquit. Joãnis.5°. Pater meus vsqz modo operat ⁊ ego operor. Eapropter cuilibet nrz dicit Hieronymus illud ad Rusticũ. Semp aliqd boni operis facito: vt te diabol⁹ inueniat occupatum.

¶ De decimanona via que dicitur prelatiõis. D

Ecimonono ostẽdit nobis viã plationis dicẽs de seipso Joãnis.x°. Ego sũz pastor bon⁹. Bonus pastor aiam suã dat pro ouib⁹ suis. Mercenari⁹ autẽ cui⁹ nõ sunt oues proprie videt lupũ venientem ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit ⁊ dispergit oues. Debet ergo quilibz prelatus bonam habere curam subditorum: ⁊ esse omnibus sanctior ⁊ melior ⁊ omni virtute eminentior. 7^a.q.p^a.c°. licet ergo. Quia integritas presidentium salus eẽ subditorum. c°. miramur .61^a.di. ⁊ c°. si alicuius. Ubi glo. extra. de electio. Languescente vero capite: cetera membra dolent. c°. sunt plurimi. ⁊ c°. et merito. 6^a.q.p^a. Ideo quilibz pastor ⁊ rector animam debet imitari dominum Jesum: de quo dicitur ad Hebreos.7°. Talis decebat vt esset nobis pontifex sanctus: innocens: impollutus: segregat⁹ a peccatoribus: excelsior celis factus. Qualis eni rector ciuitatis: tales sunt ⁊ habitãtes in ea. Ecclesiastici x°.

¶ De vigesima via que dicit sanctificationis. U

Igesimo ostendit nobis viam sanctificationis. Ipse.n. dominus noster fuit sanctus sanctorum sicut habetur Dañ. 9°. Unde de seipso dr Luce 4°. Jesus autez plenus erat spiritu sancto. Quo circa si euz volumus imitari debemus in omnibus cogitationibus locutionib⁹: ⁊ operibus sancti esse. Ad qõ nos idem dominus inuitat Leuitici.20.c°. dicẽs Sancti estote: qm ego sanctus sum.

¶ De vigesimaprima via q̃ dr iustificatiõis. U

Igesimoprimo ostẽdit nobis viam iustificationis: qz vt habetur Joãnis.2°. Uidens in templo vendentes oues ⁊ boues ⁊ nũmularios sedẽtes: zelo iustitie animatus fecit flagellum de funiculis: ⁊ oẽs eiecit de templo ⁊ nummulariorum effudit es: ⁊ mensas subuertit: dixitqz eos redarguit. Unde re-

recordati sunt discipuli quia scriptū est de eo Zelus domus tue comedit me. Quo exemplo incitanit ad iustitiam faciendam: quam pretermittere non debemus amore: vel odio precio vel timore quibus q̃ttuor affectionibus rectuȝ iudiciū ꝑuertentibus: dicit̃ in.c°.quattuor.xj^a.q.3^a. Si enim iustitiam fecerimus: in celesti gloria imensa ꝑmia cōsequemur: dicēte Dauid ps°.32°. Iusti aūt in ꝑpetuum viuent: ⁊ apud dn̄m est merces eorū. Si aūt ꝑp executionem iustitie aliq̄d patimur: gau[illegible] debemus: quia dicit dominus Mat.5°. Beati qui ꝑsecutioneȝ patiunt̃ propter iustitiam: q̃m ipsorū est regnū celoꝝ.

De vigesimasecūda via q̄ dr̄ purificatiōis. R

Vigesimosecundo ostēdit nobis viam purificationis scilicet vt simus purificati quo ad bonā cōsciētiā: cauētes ab oībus offēsis diuinis: de quib⁹ pauci reperiūt̃: cū dicat Salomō Prouer..20. Quis potest dicere mundū esse cor meum: purus suȝ a peccato? Hoc autē dicere poterat dn̄s noster: qui ait Joannis 8°. Quis vestrū arguet me de pctō: de illo quoqȝ scriptuȝ est p^c. Petri,2°. Qui peccatuȝ nō fecit: nec iuent⁹ est dolus in ore eius. Et iō ad eius imitationem nos hortat̃ Isa.p°.c°.vi. Lauamini mūdi estote.

De vigesimatertia via que dr̄ miseratiōis. Q

Vigesimotertio ostendit nobis viā miserōnis cū d̄ ipso dicat̃. Mat.9°. Videns aūt Jesus turbas mis̄t⁹ ē eis. Quo exēplo nos icitauit ad misericordiā vt proximoꝝ nostroꝝ afflictionib⁹ cōpatiamur ⁊ subueniam⁹. Btī eni misericordes: q̃m ipi mīīcordiā cōsequētur. Mat.5°.

De vigesimaq̄rta via que dr̄ gratificatōis. D

Vigesimoquarto ostēdit nobis viā gratificationis: vt deo ⁊ hominibus de acceptis beneficijs gr̄as refferam⁹: ſʒ Catonis cōsiliuȝ qui dicit. Beneficij accepti memor esto. Et iterū. Exiguū munus cū dat tibi paup amicus. Accipito placide: ⁊ plene laudare memento. Quāto magis aūt gr̄as debem⁹ referre creatori nr̄o: a quo totū recipim⁹ qd̄ habemus De hoc aūt nobis exēplū ꝑbuit saluator: qui in oīb⁹ gratias patri referebat dicēs Joānis.xj°. Gratias tibi ago pr̄. Tantum est enim viciū igratitudinis vt ꝑpter ipsā quis mereatur accepto beneficio priuari.l.fi.C.de reuo.do. Quod etiā naturali exemplo d̄clarat̃. Nā vt ait Albertus magnus in tractatu de virtutibus politicis. Pellicanus duȝ filios mortuos a serpente inuenit super eos in tāta copia sanguinē funditq̧ eos vite restituit. Propter quam effusionem sanguinis ita remanet debilitatus: vt cibū querere nō possit. Quidam ergo filiorum grati beneficijs nidum exeunt cibūq̧ querētes matrē pascūt. Alij vero ingrati de ea nō curāt: nec cibum dare ꝑcurāt. Quod illa diligenter attēdit. Unde viribus recupatis: filios gratos suscipit, atqȝ nutrit. Ingratos āt a se repellit nec vltra de eis aliquā curā gerit.

De vigesimaquīta via q̄ dr̄ lachrymatiōis. Q

Vigesimoquinto ostēdit nobis viā lachrymationis. Dicitur enim de eo Joannis.xj°. Lachrymatus est Jesus.s.d̄ morte corporali Lazari: vt dm̄ōstraret quāto magis lachrymari debem⁹ de morte sp̄ūali eterne dānationis. Quod est cōtra eos qui vacāt tripudijs ⁊ dissolutionib⁹: quib⁹ dicit dn̄s Luce 6°. Ve vob̄ q ridetis: q̄a lugebitis ⁊ flebitis. Debemus ergo deflere peccata nostra in hoc mūdo: ne postea iconsolabiliter plāgam⁹ i alio. Ad qd̄ hortat̃ dn̄s Mat.5°.di. Btī q lugēt: q̄m ipsi ꝯsolabūt̃

De vigesimasexta via q̄ dicitur receptionis. R

Vigesimosexto ostendit nobis viā receptionis scilicet vt recipiamus nobis necessaria ad vitam: nec credamus omni spiritui. Sepe eni diabolus transfigurat se in angelum lucis.p^c.ad Cor.xj°. iuitās nos ad tantam penitētiā: quā ferre nō valeamus vt verificet̃ in nobis illud Jere.48°. Quia plus fecit q̄ꝫ potuit iccirco perijt. Dn̄s aūt noster Jesus xp̄s: voluit necessaria vict⁹ recipere: cum scriptum sit de eo. Mat.xj°. Venit fili⁹ hoīs māducās ⁊ bibēs: vt ostēderet nō eē vicij quod nature ꝑbet̃ necessitati. Et vt nos ad rationalē penitentiā inuitaret: seruādo illud apostoli ad Roma.12°. Ratiōabile obsequiū vestrū.

De vigesimaseptīa via q̄ dr̄ glorificatōis. G

Vigesimoseptimo ōn̄dit nobis viā glificationis ne ex operib⁹ nr̄is humanā ac propriā laudē q̄rerem⁹ ſʒ diuinā: cū ipse dicat de seipso Joānis.8°. Ego gloriaȝ meā nō q̄ro. Jdō ingt idē dn̄s Mat.6°. Attēdite ne iustiā vestraȝ faciatis corā hoīb⁹: vt videamini ab eis: aliogn mercedē nō habebitis apud patrē vr̄m qui in celis est. Si aūt vanagl̄iari non licet de bonis opib⁹: multo min⁹ de malis cōtra illos d̄ qb⁹ dicit Dauid in ps° . Qui gl̄iant̃ cū male fecerit: ⁊ exultāt i reb⁹ pessimis.

De vigesimaoctaua via q̄ dr̄ doctriatiōis. R

Vigesimooctauo ōn̄dit nobis viaȝ doctrinatiōis. De ei⁹.n̄. doctrīa dr̄ Actuū p°.c°. Cepit Jesus facē ⁊ docē et ostēderet ꝑdicatorē seu quēlibet aliū doctē

pus debere facere q̃ docer. Magis.n.mouent exē
pla q̃ vba. Ut in quadā omelia ingt. Greg. Qui
ēt cōtra male viuētes pdicatores seu magistros i
ii°.omeliarū ingt. Cui vita despicit restat vt eius
q̃z pdicatio ɔtēnat. Et iō igt Cato i suis documētis
Que culpare soles ea tu ne feceris ipse. Turpe est
doctori cū culpa redarguit ipsū. Qui ergo bñ vult
erudire filiū discipulū vel subditū: debet suo bono
exēplo magis istruere illū: q̃ verbo: quia i quit fa
bulosus poeta. A boue maiori discat arat minor.

¶ De vigesimanona via que dicitur ministratio
nis. I

Igesimonono ostēdit nobis viā mini
v strationis. Ipse.n. dñs nr̄ dixit Mat
thei.20. Nō veni ministrari: sʒ ministrare
vt ondēderet xp̄icolis ne verecūdarentur
abiecta officia pro sui nōis amore exercere: atq̃z
īfirmis ꝛ abiectis hoībus suitia pstare: vt possint
audire in die iudicij illud Matthei.25°. Esuriui
ꝛ dedistis mihi manducare. ꝛc. In hoc quoq̃z
exēplo rephendit eos: qui artē aliquā vel exercitiū
operari dedignantur. Nō eni verecūdia est serua
re illud preceptum. Gen̄.3°.c°. In sudore vultus
tui vesceris pane tuo. Jō hortatur apostolus.2°.
ad Thimo.2°. Maxime religiosos: vt p cōi vtili
tate ꝛ religionis onerib⁹ debitis se subijciāt: dicēs
cuiq̃z nostrū. Labora vt bonus miles Jesu xp̄i q
eni nō laborat nō māducet. Ut idē apostolus in
gt.2°.ad Thesa.3°.

¶ De trigesima via q̄ dr̄ adipletōis. T

Rigesimo ostēdit nobis viā adipletio
t nis mādatoꝝ scilicet dei: ꝛ cōsiliorū ei⁹
cū dixit Mat.5°. Nō veni soluere legē
sed adiplere. Et iō pro ei⁹ imitatione d
bemus ꝛ nos diuinis mādatis adherere: ꝛ illa ite
gre obseruare. Dicit.n. saluator Mat.19°. Si vis
ad vitā igredi serua mādata.

¶ De trigesimaprima via que dicitur separatio
nis. T

Rigesimoprimo ostēdit nobis viā sepa
t ratōis.s. affect⁹ inordinati ꝛ pacis ini
q̃: ac ɔcordie i malo. Ipse.n. ait Mat.
x°. Ueni separe hoiem aduersus p̃rem su
um: ꝛ filiam aduersus matrem suam ꝛ nurum ad
uersus socrum suam. ꝛc. Potius enim debet q̃sq̃z
separari ab amore ꝛ ɔcordia cuiuslibʒ hoīs q̃ di.
Nec dʒ p suāda pace ꝛ beniuolētia cū aliquo of
fēdē deū: qa igt dñs Mat.x°. Qui amat patrem
aut m̄rem plusq̃ me nō ē me dign⁹. Et iō nemo dʒ
pp affectū parētū remanere: qn pgat ad diuinum
suitiū itrādo religionē vt ait Hie.ad Heliodoꝝ.

¶ De trigesimasecūda via que dr̄ attentiōis. T

Rigesimosecūdo ostēdit nobis viam
attētionis sue cōtemplationis: scilicet
t vt nō tantū attendamus ad ipsos: sz cu
ras de nobis dimittamus. Unde de ip
so dr̄ Matthei.5°. Uidēs Jesus turbas ascendit
in mōtem: scilicet cōtemplationis: sequestratus
a turba: idest a tumultib⁹ secularibus. Et Mat
thei.15°. scriptum est de eo Dimissa turba ascen
dit in nauiculam: per quam significatur cōtēpla
tio. Sicut enim nauis inferius est clausa: ꝛ aper
ta desuper. Ita nos debemus esse clausi quo ad su
perfluas occupationes in terrenis. Et apti ad cō
templationē celestium. Ut possimus cum Pau
lo dicere ad Philippēses.3°. Nostra autem cō
uersatio in celis est. Cōtra quod quidā faciunt q
magis attendūt aliorum saluti q̃ proprie: ꝛ tēpo
ralibus occupatiōibus ꝛ spiritualib⁹: quos dete
statur dñs Matthei.16°. dicēs. Quid prodest ho
mini si vniuersum mūdum lucret: anime vo sue
detrimētum patiat. Aut quā dabit homo cōmu
tationē pro aīa sua.

¶ De trigesimatertia via que dr̄ vitatōis. T

Rigesimotertio ostēdit nobis viā vita
tionis: scʒ honoꝝ huius seculi. Ut enim
t scriptum est Joānis.6°. Cū cognouisset
q iudei volebāt eum facē regem: fu
gijt. Ut ostēderet q nō debemus de his honorib⁹
curare: sed potius eos vitare.p°.q.p°.c°. sicut ie.
Quod quidē exēplum quia pauci imitant: non
mediocriter ōi ecclesia ledit. Unde dr̄ in.c°. nihil.
de elect. Nihil est qđ ecclesie dei magis noceat q̃
q indigni assumant prelati ad regimē animaꝝ.
Debemus ergo suare illud apl̄i ad Hebreos.5°.
Nemo assumat sibi honorē: sed qui vocatur a dō
tanq̃ Aaron. Et tūc cum humilitate iniūcta no
bis officia exercē: iuxta illđ Eccl.32°. Rectorē te
posuerūt: noli extolli: sed esto in illis quasi vn⁹ ex
ipsis.

¶ De trigesimaquarta via que dr̄ cōfessiōis. T

Rigesimoquarto ostēdit nobis viā cō
fessionis: dū dixit Mat.xi°. Cōfiteor ti
t bi pater: dñe celi ꝛ terre. In qua ɔfessio
ne laudis diuine: nō peccati qđ i eo esse
nō poterat: nos aīauit ad itegrā ɔfessionem nr̄oꝝ
criminū. Ad quā ēt hortat propheta ps°.105°. di.
Cōfitemini dño q̄m bonus: q̄m in seculum miseri
cordia eius.

¶ De trigesimaqnta via que dr̄ coiōnis. T

Rigesimoqnto ostēdit nobis viā coiō
t nis dū comedit agnū pascalē vt habet
Mat.14°. per quem figurabat sui cor
poris sacramētū. Et iō ipe ait discipu

nis suis Luce.22°. Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ: vt nos initaret ad sui corporis cũ deuotione ⁊ desiderio ac feruore suscipiẽdam comunionem. Ad quã et hortat̃ Dauid. ps°.33°. di. Gustate ⁊ videte quoniã suauis est dñs: btũs vir qui sperat in eo.

¶ De trigesimasexta via q̃ dr̃ abnegationis

Q

t Rigesimo sexto oñdit nobis viã abnegationis dũ inq̃t pr̃i suo Marci. 14°. Fiat non sicut ego volo: sed sicut tu. In quo scitauit nos ad abnegandas ꝓprias volũtates: ⁊ refrenandos appetit⁹ bestiales seu sensuales: ⁊ ad abnegãdos nos metipsos. Quod etiã fecit Matthei.16°. dic. Qui vult venire post me: abneget semetipsũ ⁊ tollat crucẽ suã ⁊ sequat̃ me.

¶ De trigesimaseptima via que dicitur reuersionis.

R

t Rigesimoseptimo oñdit nobis viã reuersionis.s. vt nunq̃ aliquod peccatũ cõmittam⁹: ⁊ si aliquãdo per penitẽtiã resurreximus a peccato amplius nõ reuertamur ad illud: vnde ad Roma.6°. ait Paulus. Xp̃s resurgẽs ex mortuis iã nõ morit̃. Mors illi vltra nõ dñabit̃: q̄ enĩ mortu⁹ est pctõ mortuus est semel: q̄ aũt viuit: viuit deo. Et similiter nos debem⁹ semp viuere in grã dei: vnde ibidẽ dicit apl̃s. Quomodo xp̃s resurrexit a mortuis per gloriã dei pr̃is. Ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus.

¶ De trigesimaoctaua via que dicitur perfectionis.

S

Vide ergo si es signatus: ⁊ custodi signū tuū q̄ si nō es signatus: procura signari: q2 aliter nō saluaberis. Vade igitur ad istum sūmū cancellariū gemēs peccata tua: fac signari. Il enim imperatū dux nī dixit Ezech. 9°. Signa thau super frontes virorū gemētiū ⁊ dolentiū. Ex ꝯtra vero de nō signatis dicit̄ in eodē c°. ⁊ terribile verbū. Ibi enim p̄cepit idem dux dicēs angel' suis: Percutite eos nō parcat oculus vr̄ neq3 misereamini. Senē: adolescētulū: virginem paruulū: ⁊ mulieres īterficite vsq3 ad internitionē: omnē aūt super quem videritis Thau ne occidatis ⁊ a sanctuario meo incipite. i. a religiosis ⁊ clericis. Per centū q̄dragīta q̄ttuor milia signatos significant̄ oēs boni: ⁊ veri xp̄iani qui per fidē: a quattuor euāgelistis quattuor mūdi partes predicatā ⁊ creditam: hn̄t nomen agni ⁊ patris sui scriptum in frontibus: id est ī mentib⁹ suis: digito dei viui: id est spiritu⁹ sancti: cū fint baptizati in nomine p̄ris ⁊ filii: ⁊ spiritus sancti: vt p̄cepit dominus Mat. vltimo. De hoc signo exultabat Dauid. ps°. 4°. di. Signatū ē sup nos lumē vultus tui domine dedisti leticiā in corde meo. Per lumē eni ītelligit̄ nomē filii: p vultū nomē p̄ris: p leticiā vero: nomē spirit⁹ sctī. Oēs. n. boni xp̄iani cōsignati sūt signaculo toti⁹ trinitatis. S

Secundo videdū est ī hac parte de secretarijs isti⁹ magni ducis: ⁊ de tubicinis ⁊ aliis amicis suis. Maxime vero sūt in campis necessarij ⁊ vtiles tubicine. Ait eni Boetius ī musica li°. p°. c°. p°. Manifestū est ī bello pugnātium aīos tubarū carmine accēdi. Inter alios autē tubicinas: fuit maximus Joannes baptista: cui dixit rex eternus illud Isa. 58°. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocē tuā ⁊c. Vn̄ ip̄e Joannes dicebat de seipso Joannis p°. Ego vox clamātis in deserto. Parate viā dn̄i. Clamat ego Joānes vt omnes se p̄parēt ad belluū: ⁊ super mōtē sion veniāt cū armis suis quia capitane⁹ noster vult rapere celū ⁊ sachomanare paradisū: ⁊ diuidere predā militibus suis. Alios duodecim magnos tubicinas elegit: scilicet duodecim ap̄los quos q̄ttuor mūdi plagas misit dicēs illud i Marci vlt°. Eūtes ī mūdū vniuersū p̄dicate euāgeliū oi creature seq̄t̄. Qui crediderit ⁊ baptiçat⁹ fuerit saluus erit: quasi diceret. Quot quot ex toto corde credere in me voluerit ascribite militie mee. Illi vero per totum mundum profecti: multos ⁊ quasi innumerabiles ascripserunt: iuxta illud psalmi. 18. In omnem terrā exiuit sonus eorum ⁊ in fines orbis terre verba eorū. Fuerunt ⁊ alij 72. discipuli tubicine minores: qui p omnes ciuitates ⁊ terras discurrentes: sonitu suo vniuersū orbem repleuerunt. Inuitātes omnes ad sequendum agnum immaculatissimū supra mōtem sion: vbi parantur acies ad expugnandum ⁊ violandum paradisum. T

Elegit quoq3 quattuor principales prothocançelarios secretarios quorū vnus nominatus est Joannes euangelista. Cui vt canit ecclesia. Reuelata sūt secreta celestia: ⁊ ipse habebat vnum tractatum siue vt cōiter dicit̄ intendimentuū in paradiso: ⁊ hoc nullus sciebat nisi capitaneus ⁊ ipse: cui capitaneus noster reuelauit: quando recubuit in cena super pectus eius vt h̄etur Jo. 13°. Alius fuit Matthe⁹: alter Lucas: alius vero Marcus. De quib⁹ dr̄ Apo. 4°. In medio sedis erant quattuor animalia plena oculis ante ⁊ retro: ⁊ animal primū simile leoni ⁊ hic est Marcus. Et secūdū aīal simile vitulo ⁊ hic est Lucas: ⁊ tertiū aīal habēs faciē quasi hoīs: ⁊ hic ē Matthe⁹ ⁊ quartū aīal simile aquile volāti: ⁊ hic est Joānes euāgelista. Qui quattuor euāgeliste q̄re ī tali specie figurent̄: declarat sanctus Hiero. ⁊ Nico. de lira ī. pemio suo℞ euāgeliorū. Ubi dicūt q̄ Mat. depigit̄ ī facie hōis quia p̄ncipalr̄ v̄sat̄ circa humanitatē xp̄i ⁊ ꝯuersationē ei⁹. Marcus v̄o in facie leonis: q2 v̄sat̄ p̄ncipalit̄ circa ipsi⁹ regnū. Leo. n. est rex aīalū q̄drupedū. Lucas aūt in specie bouis q erat aīal imolatiuū in lege: q2 p̄ncipalr̄ v̄sat̄ circa ei⁹ sacerdotium. Joānes v̄o in specie aq̄le desup ipso℞ q̄ttuor: q2 p̄ncipalr̄ v̄sat̄ circa noticiā diuinitatis. Vel q2 Mattheus describit xp̄i gn̄ationē: Marc⁹ eius resurrectionē: Lucas passionē: ⁊ Joānes ascēsionē. Licet. n. p̄dicta oīa ab oīb⁹ euāgelistis tāgantur. Tn̄ vnus eo℞ p̄ncipal⁹ ⁊ singulari⁹ tractat

Isti ãt pthocãzelarij hñt sub se q̃ttuor ꝑncipalio
res scribas q ↄ̃signati sũt i q̃ttuor rot.: ↄ̃ qb⁹ dicit
Ezechiel. p°. Cũq3 ãbularẽt aĩalia: ãbulabãt simĩ
⁊ rote iuxta ea: q2 exposuerũt sẽsũ euãgelioꝝ ⁊ isti
q̃ttuor doctoꝛs ecclie q̃s assignauit eis dux ⁊ ca
pitaneus celestis. Nã Hiero⁹. dat' ẽ Marco q̃si
i leonica specie ↄ̃ hereticos: de q̃ dici pt illõ Pro
uer. 28°. Iust' q̃si leo ↄ̃fidẽs. Amb⁹. Luce: q̃si bos
cornupeta ↄ̃ arrianos: huic ↄ̃uenire vꝫ q2 euan
geliũ Luce discretõis vngula luculẽtissime ↄ̃cla
rauit. Gre. tot⁹ i morali sẽsu hũan⁹ Mattheo
tis ↄ̃formis ẽ. Aug⁹. ↄ̃tẽplatõe altissima Ioannẽ
ut aqla imitat⁹ ei⁹ euãgeliũ aqlino ituitu expla
nauit. Et hec oĩa ↄ̃clarat sctũs Bernardin⁹. i ser
monario de religiõe xp̄iana: ꝑmõe. 66°. V

Alios q̃3 subscribas ⁊ minores notarios: sb
istis ordiauit pp mĩtitudinẽ exercit⁹: ⁊ isti
sũt ceteri doctores ecclie ⁊ ꝑdicatores: q̃s misit et
q̃tidie mittit dux nr̃ ad ↄ̃gregãdos milites suos:
⁊ isti designanr̃ p seniores. De qb⁹ Apoc. 4°. dr̃:
q stabãt ẽt ipsi i circuitu throni: ⁊ laudabãt viuẽ
tẽ i secula secloꝝ. Vñ qlz eoꝝ põt dicere illõ. Ps.
44. Ligua mea calam⁹ scribe velociẽ scribẽtĩ. Et
q2 ↄ̃dit eis p̃rimã pecuniã ⁊ ꝑciosã. s. scã sacra q̃
volẽtib⁹ venir̃ ad militiã suã p arra ⁊ ipstito dõ
tur: iõ dixit eis ut sint fideles dispẽsatores: q2 non
vult ad militiã suã ascribi hoĩes ↄ̃ditos carnalita
tib⁹ ⁊ sẽsualitatib⁹. Iõ dixit Matthei. 7°. Noli
sanctũ dare canibus. X

Sentiẽs ãt iste dux nr̃ celestis aliũ eẽ magnũ
tubicinã: q nolebat venire ad suũ exercitu3:
imo ibat ad stipẽdia suoꝝ inimicoꝝ q vocabar̃ Sa
ul⁹: fecit eũ vocari ⁊ ad se duci ligatũ: ⁊ caligãtẽ
oclis ⁊ ↄ̃q̃ssatũ: q audiẽs q dux erat illi ↄ̃ stimu
calcitrare: pmisit fidelitatẽ: ⁊ capitane⁹ nr̃ fe
cit signari i frõte ei⁹ nomẽ suũ: ⁊ iposuit illi nomẽ
paul⁹: ⁊ ꝑcepit ei di. Vade ⁊ cõcine tua alta tuba
p oẽs regiões: ⁊ cõuoca mihi exercitũ copiosu3.
De hoc tubiciatore ait ipse saluator Act. 9°. Vas
electiõis ẽ mihi iste: ut portet nomẽ meũ corã gẽ
tib⁹ ⁊ regib⁹ ⁊ filijs israel. Fuit g° iste magn⁹ tubi
cinator Paul⁹ cũ alijs tubicinis itonãs ⁊ ↄ̃cinẽs
aduersus aereas ptãtes: ⁊ vastatores aduerse ptã
tis: dicẽs ex mãdato dei illõ Apoc. 7°. Nolite no
cere terre ⁊ mari: neq3 arborib⁹: quoadusq3 signe
m⁹ seruos dei nr̃i i frõtib⁹ eorum. Y

Factis igit̃ istis ꝑclamatiõib⁹. ⁊ signat̃ oĩb⁹
militib⁹: reuersi sũt tubicines ad capitaneũ
suũ. Qui vidẽs tãtã multitudinẽ expeditoꝝ mili
tũ: iussit suo ꝑmo pthocãzelario Ioãni euãgeliste
ut oẽs illos ascriberet i li°. suo: q p scm̃ stephanũ
colateralẽ gñalẽ ⁊ bulletariũ suũ: atq3 ꝑncipale3
signatorẽ fuisset p̃ntati. Quib⁹ oĩb⁹ p̃ntat̃ ⁊ i li°.
ascript̃. Cõuocatõ ↄ̃silio suo dixit capitane⁹: qs ẽ
dign⁹ ferre vexillũ exercit⁹? Cui dabim⁹: ɔꝫ. n. q
eligar̃ ↄ̃ toto exercitu vn⁹ fortissim⁹ bellator q nõ
sit timid⁹ s3 audax i mũdo ↄ̃ tãtã potẽtiã. Et cir
cũeũtes totũ exercitũ viderũt vnũ paupculũ ma
le indutum ⁊ discalciatum: sed magnanimum q
propter eius magnanimitatem spreuerat totu3
mũdũ: ⁊ oĩa dispersẽrat ⁊ dederat pauperibus
qcqd hẽbat. Vñ dixerũt illi si volebat fuire capi
taneo magno. Qui rñdit q erat pat⁹ ponere vi
tã p eo: ⁊ relatũ fuit capitaneo: q ad se adductũ i
ẽrogauit q̃ noĩe vocaret̃: cui ille hũilr̃ rñdit. Dñe
mi ego vocor Frãcisc⁹. Cui dñs dixit: et q̃ voca
ris Frãcisc⁹ q̃si Frãch⁹ filius: si vis venire mecũ fa
ciã te meũ vexillifer: s3 op3 te mihi ↄ̃formari. Cui
rñdit hũil' Frãcisc⁹: q erat valde ↄ̃tẽt⁹ ⁊ diu di
sposuerat sic facẽ. Tũc xp̄s ↄ̃dit illi vexillu3 triũ
phãtissime crucis: quã ipe libẽtissime ↄ̃tulit i cor
pore suo. Et h° ẽ qd dr̃ Apoc. 7°. Vidi alteꝝ ãgelũ
.i. Frãciscũ: ascẽdẽtẽ ab ortu solis. i. ab assisio i oriẽ
te posita hñtẽ signũ dĩ viui. i. stigmata Iesu xp̄i: ⁊
ita exposuit. b. Bona. legẽs i studio parisiẽsi: iurãs
q xp̄s sibi apparẽs dixerat q illa v̄ba dcã nõ sũt
nisi ↄ̃ btõ Frãcisco: h° ẽt ꝑdixit Paul⁹ ad Gal.
6°. dĩ. i psona btĩ Frãcisci. Ego. n. stigmata dñi ie
su i corpe meo porto. Nõ. n. hec v̄ba p̃nt itelligi
ↄ̃ ipo paulo cũ ipe ñ fuerit stigmatizat⁹: s3 ↄ̃ solo
btõ Frãcisco q recepit qnq3 stigmata Iesu xp̄i i
suo corpe. Fecit g° rex celestis btm̃ Frãciscũ nõ
vexillifer: s3 ẽt caput ꝑme cohortis: ⁊ posuit il
ad curã psone sue. Fecitq3 eũ ꝑmũ i secretarijs
ut itrare posset cubiculũ secretorũ suoꝝ: ⁊ sub eo
ↄ̃dit familiã mĩtã ⁊ principẽ eũ ↄ̃stituit toti⁹ mili
tie sue. Iõ de ipo canit. ecclia i offõ eiusdẽ. Dec⁹
moꝝ dux minoꝝ Frãcisc⁹ tenẽs brauiũ. Est. n. ge
nerar̃ ↄ̃falloneri⁹ portãs isigna supni ipatorie. Z

Tertio i hac pte ẽ ↄ̃siderãdũ q fuerit electi ca
pitanei exercit⁹. Fuerũt. n. duodeci ↄ̃ qb⁹ hẽt̃
Apoc. 7°. Prim⁹ appellar̃ Iudas: ⁊ iste ẽ capi
tane⁹ vastatorũ ⁊ extirpãtiũ aduersarios regis: iu
das. n. ꝑ3 Hieronymũ ↄ̃fessio iterp̃tar̃. Per ↄ̃fes
sionẽ nãq3 oĩa pctã cũctaq3 scelera ↄ̃struunr̃ atq3
exterminar̃: ⁊ de isti⁹ comitiua possũt nũerari oẽs
q ↄ̃fessi sũt pctã sua: q2 fuerũt vastatores pctõꝝ.
In hui⁹ ãt figurã ꝑcepit celestis capitane⁹ huic
duci ⁊ cuilib3 suoꝝ militũ dicẽs illõ Iosue. 17°.
Trãsibis ad mõtẽ3: ⁊ succides tibi atq3 purgabis
ad hitãdũ spatia: ⁊ poteris vltra ꝑcedere cũ sub
uerteris cananeũ: quẽ dicis ferreos hẽe curr⁹ ⁊ eẽ
fortissimũ. Cananẽ⁹ iterp̃tar̃ demõ zelãs aiam ⁊
Nã aia q̃ amat deũ: ⁊ p ↄ̃fessionẽ se purgat a pec

catis d̃clinãdo a malo: τ faciẽdo bonũ occidit ca
naneum.i.diabolum: τ efficitur de militia huius
capitanei primi. A

SEcũdus capitane⁹ fuit rubẽ q iterp̃tať fili⁹ visi
onis. Et iste ẽ capitane⁹ vectiũ balistis τ ar
cub⁹: τ d isti⁹ comitiua sũt oẽs viri docti τ scięti
fici. Grãmatici: rethorici: legiste: τ cãoniste: τ sa
cre theolẽ pfessores. De qb⁹ Daniel.12°.dr. Qui
aũt docti fuerit fulgebũt q̃si splẽdor firmamẽti. Et
q ad iustitiã erudiũt mltos q̃si stelle i ppetuas et/
nitates. Isti igiť balisterij sagittas suas ita rite τ
i medio v̀itatis eijciũt: q nũq̃ errãt i aliq̃ falsitate
imo corda ignorantiũ feriũt iaculo v̀itatis: sicut bo
ni p̃dicatores faciũt: q sũt d militia isti⁹ capitãei.
In cui⁹ psona dicit ps̃. Uidi p̃uaricãtes τ tabesce
bã: q: eloqa tua ñ custodierũt. Et vo͂ q ille q vł t
balista vti: τ bñ eijceř sagittã: claudit vnũ oculũ:
ad d̃notãdũ q si vis bñ τ directe emittẽ d̃sideria
tua ad deũ: oz te claudeř vnũ oculũ.s.vanitatũ τ
d̃siderij cupiditatũ h⁹ mũdi Isa.33°. Claudit o/
culos suos ne videãt malũ: τ hře vnũ solũ oculũ
aptũ: tenẽdo ip̃z fixũ i deũ τ hñdo ip̃z i oib⁹ opi
b⁹ tuis pro obiecto: τ sic nũq̃ errabis. B

TErti⁹ v̀o capitãe⁹ fuit Gad: q sacchomãor
capitane⁹ ẽ. Interp̃tať.n.accict⁹ latrũcul⁹: ac
cincti qdẽ latrũculi sũt qlz cõiugati: s̃uãtes iura
m̃trimonij τ honeste viuẽtes: τ marie s̃uãtes ca/
stitatẽ. De qb⁹ saluator Matth.19°.iqt. Sũt eu
nuchi q seipsos castrauerũt pp regnũ celor.s.per
violẽtiã acgrẽdũ τ furãdũ. Isti ẽt sacchomãi sũt
q̃dã bone vidue: ac psone simplices τ d̃uote q sũt
latrũcule τ fures vite eterne: q: cũ p̃scia sua bõa
simplici τ pura furãř Iesũ xp̃z, lz sic sacchomãi
multa icõmoda patiãř. De tali vidua furãte pa/
disũ iqt Aplus p̃.ad Thimo.5°. Que v̀e vidua
est τ desolata speret in deũ. C

QUart⁹ capitane⁹ fuit Asser: q iterp̃tať btũs
vł diuitias hñs: τ iste ẽ p̃nceps illor diuitũ
q p viã elemosynar acqrũt regnũ celor. Sicut p
misit d̃ns Mat.19°. dicẽs elẽyñã faciẽtib⁹. Cẽtu/
plũ accipietis τ vitã eĩnã possidebitis. Et [illegible] hoc dicit
Eccl.31°. Btũs ẽ diues q iuẽt⁹ ẽ sine macula τ q
post aur ñ abijt: nec sperauit i pecũie thesauris.
Sub isto ẽt capitaneo stãt q oĩa spreuerunt pp
xp̃z q sũt d̃ni oĩuz q̃ pedib⁹ calcãt: d quib⁹ dicit
Apl's.2°.ad Cor.6°. Nihil hñtes τ oĩa possiden/
tes. Et io ẽrhortať btũs pr nr̃ Frãcisc⁹ i regła sua
frẽs suos ad hãc scissimã paupťatẽ di. Hec ẽ illa
celsitudo altissime paupťatis: q vos charissimos frẽs
meos hẽdes τ rẽges regni celor istituit: paupes re
b⁹ fecit: virtutib⁹ sblimauit. Hec sit portio vr̃a
q̃ pducit i trã viuẽtiũ τc. Et isti q sũt d comitiua
isti⁹ capitanei sũt custodes vexilli. D

QUit⁹ capitane⁹ fuit neptali: q quẽ sequũť oẽs
religiosi mẽdicãtes. Interp̃tať.n.dilatatio.
Hij.n.nõ solũ s̃uãt p̃cepta xp̃i: sz ẽt dilatãť [illegible] ser
uãda p̃silia. Insup cultũ di dilatãt: vñ diceř p̃ñt'il
lđ.2°.ad Cor.6°. Cor nr̃m dilatatũ ẽ. Sũt.n.dila
tati i charitate di τ p̃ximi. Comitiua ergo istiu⁹
capitanei appellať vulgari s̃mone fantaria. Sũt
eni veri famli celestis regis τ pedestres icedũt
nõ i equis faleratis. E

SExt⁹ capitane⁹ dr̃ Manasses: q iterp̃tať a
bolitio siue obliuio. Et iste ẽ p̃nceps scõrũ
monachor q viuũt secreti τ incogniti q̃si mortui
mũdo τ obliti oĩuz q̃ sũt i eo. Talib⁹.n.dcm̃ ẽ.ps̃
44°.p pphãz. Obliuiscẽ ppl'z tuũ τ domũ p̃ris
tui. Monach⁹.n.dr̃ a monos qđ ẽ vn⁹: τ achos q
ẽ tristis dz.n.staǩ d̃solat⁹ τ sol⁹.c°. placuit.16ª.q.pª
τ solũ viuẽ do. Isti sũt fortes bellatores: q: sp sũt i
p̃tinua militia cõtra carnẽ: mũdũ: τ diabolũ. Et
isti vulgariter appellãtur lancee spezate. F

SEptim⁹ dux appellať Simeõ: q iterp̃tať au
ditio vł obediẽtia: τ d isti⁹ comitiua sũt oẽs
bõi filij parẽtib⁹ obediẽtes: τ subditi d̃nis s̃uiẽtes
sequẽtes p̃siliũ apli p̃ Petri.2°.dicẽtis. Serui sub
diti estote d̃nis: ñ tm̃ bonis τ modestis: sz [illegible] discolis
τ malis. Hec ẽ.n.grã si pp p̃sciaz di sustinet qs τ
Et ad Ephe.6°. Filij obedite parẽtib⁹ vr̃is i do
mio. Hoc.n.iustũ ẽ. De tali filio obediente τ s̃uo
obseq̃nte: põt diceř d̃ns ei⁹ illđ.ps̃.17. In audi/
tu auris obediuit mihi. De comitiua q̃z isti⁹ capi
tanei sũt oẽs bõi xp̃iãi diuina mãdata s̃uantes τ
τ p̃nr celũ rapiẽtes. Iuxta illđ Mat.19°. Si vis
ad vitã igredi s̃ua mãdata. Et istorũ acies electa
pp numerositatẽ dicitur el squadrone. G

OCtau⁹ dux dr̃ Leui: q interp̃tať assũpt⁹: τ
d h⁹ comitiua sũt oẽs plati τ rectores: taz
tpales q̃z sp̃uales alior: q eos scõm deũ bñ regũt
τ gubernãt q i h° mũdo sũt assũpti ad gubernã/
dos sbditos. Deide assumeř ad eĩnos celi trium/
phos. In hac q̃z comitiua sũt oẽs boni sacerdo/
tes: τ clerici q ad diuinũ cultũ sũt assũpti: q dicũť
milites xp̃i.16ª.di.c°.qđ pderit τ pª.q.3ª.c°. sal
uator.τ p glosã i.c°.militare.23ª.q.pª. Et d h° ẽt
hẽř i.c°.p°.de cle.egro. τ i.c°. d̃gradatio.d penis.i
6°. Et d q̃lz istor dr̃ deo p pphãz ps̃°.64°. Btũs
quẽ elegisti τ assũpsisti: hitabit [illegible] atrijs tuis. Isti
ẽt sũt de squadra psone ducis celestis. H

NOn⁹ capitane⁹ ẽ Isachar: q iterp̃tatur vir
mercedis. Et iste ẽ ductor bonor artificũ τ
laboratorũ: qui d arte sua viuũt τ labore: quor q
libz i iudicio audiet illđ ps̃.127. Labores manu
uz tuar q: mãducab: btũs es τ bñ tibi erit. Q: ve

Ysachar appellatur Genesis.49°.asinus fortis. Ideo iste est capitaneus super mulaterios ⁊ carratores campi. I

Decimus est Zabulon: qui ē capitaneus imperatoꝝ: regū: ducū: marchionū: comitum dñoꝝ baronū: oīumqꝫ nobiliū: ꝑuātū illō quod de eoꝝ officio dī i.c°.regū.23ª.q.5ª. Et oēs stipēdiarij milites q̄ sūt ɔtēti stipēdijs suis: ⁊ nemini violentiā faciūt: vt precipit eis Luce.3°. Sunt sub hoc duce. De isti⁹ quoqꝫ familia sūt oēs boni iudices a iustitia nūq̄ declināte: sꝫ ɔstātes et fortes i ea administrāda. Zabulon.n. interꝓtat habitaculū fortitudinis. De talibus dī Sap.6°. Qui custodiūt iustitiā iustificabūt. Et isti q̄r iurib⁹ patriā defendūt sicut milites armis: vt [illegible] in ꝓemio insti. ⁊ in.l.aduocati.C.de aduo.diuer.iudicioꝝ. Et i.l.laudabile.C.ō aduo.diuer.iudicū. Iō in numero armigeroꝝ ɔputant. Et ista familia dicit gens armatorum equitum. K

Undecim⁹ est Joseph: q̄ interꝓtat ampliat⁹ vel augmētū. Et de huius comitiua sunt oēs boni mercatores: q̄ nolūt facere vsuras nec vēdere ꝓ pluri ꝑcio: vēdēdo terminos ⁊ tp̄s: nec falsificāt mercācias: ⁊ custodiūt festa nec vēdūt cū mēdacijs aut piurijs: vt āplificēt diuitias: ⁊ poti⁹ volunt parce viuere: q̄ iniustis abūdare opibus. Et faciūt ɔtctus suos iustos ⁊ sine aliq̄ fraude: et libēter soluunt primo quā possunt. Vn̄ pōt q̄libet hoꝝ dicē illud psalmi.119. Viā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri: cū dilatasti cor meū. Magis.n.studuerūt āpliari i ꝟtutib⁹ q̄ in diuitijs ō qb⁹ ꝑdixit ps°. Ibūt de ꝟtute i ꝟtutē: videbit deus deoꝝ i sion. Et isti sunt campi prouisores. L

Duodecimus capitaneus ē Beniamin: q̄ interꝓtat filius virtutū. Et de hui⁹ comitiua sunt oēs virtuosi: ⁊ marie virgīes q̄ sequūt agnū quocūqꝫ ierit: vt dī Apoc.14°. Et iō Beniamin etiā interꝓtat fili⁹ dextre.s.dei. Castitas.n.aīaꝫ ad dextrā dei repñsentat. §.sancim⁹ i auten.ō leoni. Et icorruptio facit primū deo. Sap.6°. Isti g° milites sūt valde grati: ⁊ speciosi i ɔspectu dei: iuxta illud Sap.4°. O quā pulchra ē casta gñatio cū claritate. In hac ēt acie sūt oēs diligētes deū to[illegible] corde: ⁊ iō iste dux appellat ꝑnceps schiopetterioꝝ ⁊ bōbarderioꝝ: q̄r sui milites semꝑ ignē diuini amoris secū hñtes: ignita charitate desideria sua ad celū emittūt. Oēs āt isti capitanei hñt sb̄ se duodeci milia signatos viros robustissimos. Et hoc ē q̄ ait apl̄s. Apoc.7°. dicens de eis. Ex tribu Juda duodeci milia signati. Ex tribu Ruben duodeci milia signati. Ex tribu Gade duodeci milia signati. Ex tribu Asser duodeci milia signati. Ex tribu Neptalim duodeci milia signati. Ex tribu Manasse duodecim milia signati. Ex tribu Simeon duodecim milia signati. Ex tribu Leui duodeci milia signati. Ex tribu Isachar duodeciꝫ milia signati. Ex tribu Zabulon duodeci milia signati. Ex tribu Joseph duodecī milia signati. Ex tribu Beniamī duodeci milia signati. Et q̄r vltra ꝑdictos specialr̄ signatos sūt multi alij milites ex diuersis mūdi ptib⁹ ɔgregati: iō subdit. Post hec vidi turbā magnā q̄ dinūerare nemo poterat: ex oīb⁹ gētib⁹: ⁊ tribub⁹: ⁊ populis: ⁊ liguis: stātes añ thronū i ɔspectu agni amicti stolis albis: ⁊ palme i māib⁹ eoꝝ. Hec āt turba vt ait.b.Bernardin⁹ vbi.s̄.ꝓ eo inumerabilis dicta ē: q̄r nemini nota ē nisi illi q̄ numerat multitudinē stellaꝝ: ⁊ oīb⁹ eis noīa vocat vt dī ps°.146°. Vn̄ seduli⁹ poeta iqt et. Qui stellas numeras: quaꝝ tu noīa sol⁹. Signa: ptātes: cursus: ⁊ loca tp̄a nosti. Hi sūt ex oīb⁹ gentib⁹ ēt barbaris ad xp̄ꝫ ɔuersis: ⁊ tribub⁹ gētiū ⁊ populis tribuū: ⁊ linguis populoꝝ adunati. In gētib⁹.n. diuerse sūt trib⁹. In tribub⁹ diuersi sūt populi. In populis diuerse sūt ligue. Et de oīb⁹ istis eligit dñs milites ad militiā suā: dicūtur aūt amicti stolis albis quo ad puritatis cādorē: ⁊ palme i manib⁹ eoꝝ quo ad triūphalē honorē: palme.n.victorib⁹ dāt. Hec sctūs Bernardinus vbi.s̄. M

Quarto quo ad ɔditōeꝫ militū electoꝝ: q̄r de eoꝝ ɔditōib⁹ aliqua tetigi.s̄.sermone.27°. pte p̄ma vbi posui leges militū tpaliū ⁊ spūaliū: ⁊ sermone.29°.pte pª. In qua posui sex ɔsilia data militib⁹. Iō breuit hic loquēdo dico q̄ boni milites debēt hēe plures ɔditōes q̄ notant.i.l.vltia.ff.ex qb⁹ cau.ma.⁊ instª.de militari testō in glo. sup rubricā ⁊ i.l.fi.C. loca.⁊ i auten.de man.ꝑn.§.fi.coll.3ª. sūt aūt iste.s.q̄ sit de genere militātiū q̄ vult militare.l.ne i iñctū.C.ō neg.gef.q̄ sit enarmiat⁹.C.q̄ militare nō pos.l.i.q̄ i numero alioꝝ militū sit ascript⁹.l.ex eo tpe.ff.de mili.tes.q̄ hēat stigma.i.notā publicā in brachijs: ꝑ quā ab alijs distiguat ⁊ cognoscat: sicͥ nūc cognoscit ꝑ calciamēta ⁊ calcaria.C.ō fabricē.l.iij.li°.xj°. Et silr̄ miles spūalis dꝫ distigui ab alijs: ꝑuādo illō p°. Petri.2°. Cōuersatiōeꝫ vr̄aꝫ iter gētes hñtes bonaꝫ ⁊c. Ita vt nō sit ō illis ō qb⁹ iqt Lucan⁹ li°.x°. Nulla fides pietasqꝫ viris q̄ castra sequunt. Itē q̄ hēat aīuꝫ deditū militie ⁊ nō agriculture vel alijs negocijs.l.milites.ff.ō re mi. q̄ ense accigat. l.pe.ff.ō mili.te. q̄ iuret nō vitare mortē ꝓ repu. ⁊ q̄ pugnādo magis attēdat cōeꝫ vtilitatē q̄ ꝓuatā. Et ꝑdicta tāgit Vegeti⁹ li°.2°.ō re mi.di. Iurāt milites oīa se strenue facturos q̄ ꝑcipit ipator nūq̄ ōserturos militiā: nec mortē recusaturos ꝓ repu. Et ibidē.ti.18°.iteꝝ ait. Incōgruū vr̄ ipatōis

militē q ānona publica pascit̄ vtilitatib⁹ vacare priuatis: hec ille. Et in. c°. si. 23ª. q. pª. dicit Gre. Sūma militie laus īter alia bona merita hec est. Obediētiā rei publice vtilitatib⁹ exhibere: ⁊ gcqd sibi vtiliter īperatū fuerit obtēperare que oīa possunt ad milites spirituales referri. ℕ

SEptē quoqꝫ alias ꝯditōes habere dꝫ miles bonus. Prima ē ꝙ sit ꝓuid⁹ facie ⁊ ocul̄ circūspectus Ecclesiastes. 2°. Oculi sapiētis i [illegible] pite eius: ⁊ erectus ad oēm modū positiōis: qꝛ si in terra ꝯspiceret sagitte volantes [illegible] alia instr̄a bellica eū ferirent. Dꝫ ergo oculos leuare ac firos tenere versus illā partē qua sūt hostes: ⁊ versus arcē quā vult expugnar̄ ⁊ capere: quia igitur aduersarij nostri demones cū qbus nobis ē pugna vt dī ad Ephe. 6°. In aera morāt̄: iō si volum⁹ liberari a sagitta volāte in die ꝺ qua fit mētio ps°. 90. Et non vulnerari ab hostibus: ꝺbem⁹ sursū oculos erigere: ad iplorandū. s. diuinū auxiliū: sicut faciebat Dauid dicēs ps°. 122°. Ad te leuaui oculos meos q habitas i celis. Et dicē illꝺ Job 17°. Pone me dn̄e iuxta te: ⁊ cui⁹ vis man⁹ pugnet ꝯ me: qꝛ vero multi nō aspiciūt nisi in terra terrenis intenti. De qbus psalmista ait. Oculos suos statuerūt declinare in terrā. Iō sepe ab inimicis vulnerātur ⁊ occidūt̄. Qꝛ ēt ciuitas quaꝫ capere optam⁹ est illa sup̄na hierusalē. Iō semp debemus celū oculis cordis speculari ⁊ cogitare qūo illud capere possim⁹: ⁊ [illegible] quā viā nobis intrare sit necesse: qꝛ [illegible] multas tribulatiōes oportet nos ītrare i regnū celoꝝ: vt dī Actuū. 14°. Secūda militis ꝯditio ē ꝙ habeat corp⁹ bn̄ ꝓportionatū ⁊ cōplexionatū mēbraqꝫ dura. Vn̄ ad pugnādū fortes sūt fabri: ⁊ alij q i ꝯtinuis laborib⁹ sunt. Illi aūt q sūt debiles parū valēt [illegible] pugnādū corporalr̄. Exercitiū. n. armoꝝ requirit aliud quā exercitiū scie. Nā in scia molles carne aptos mēte dicim⁹: sꝫ phm̄ in. 2°. de aia. In armis āt ꝯtriū est. Vn̄ Vegeti⁹ in li°. de [illegible] mili. ait. Nō est dubitādū aptiorē armis eē rusticā plebem: q̄ sub dn̄io: ⁊ i labore nutrit̄: solis ardorē patiēs: vmbre negligēs: balneoꝝ nescia: delitiarū ignara: simplici aīo ꝯtēta: duratis ad oium maloꝝ tolerātiā mēbris. Cui gestare ferrū: fossā ducere: on⁹ ferre ꝯsuetudo ē: ⁊ iteꝝ dicit. Piscatores: aucupes: sonatores: ⁊ oēs q tractare videt̄ ad muliebria [illegible] tinēs: lōge arbitror pellēdos a castris. Fabros āt ferrarios: carpētarios: apꝛūqꝫ venatores ꝯuenit sociare militie. Et Seneca ad Lucilluꝫ lib°. 12°. eplāꝝ: epl'a. 3ª. cū ꝓdictis ꝯcordās ait. Nullū laborē recusant man⁹ q̄ ad arma ab aratro trāsierunt. Sicut g° fabri stant iuxta ignē ⁊ ꝑcutiunt ferrū: ita spūales milites dꝫ stare iuxta xp̄m per amorē: ⁊ ꝑcutere diabolū īsidiatorē: ⁊ cor suū durū ⁊ obstinatū. Ad fortitudinē aūt hāc spūalem hn̄dā nos hortat̄ sancta mr̄ ecclesia i officio apostoloꝝ dī. Estote fortes i bello: ⁊ pugnate cū antiquo s̄pente: ⁊ accipietis regnū eternū. Nō ergo hēre ꝺbem⁹ membra molia. i. sensualia: ita vt inclenemur ad opa carnalia ⁊ vana: vel ad diaboli blandicias vt fecit Eua: Dauid: Salomon: et Sanson: ⁊ alij multi. Sꝫ fortes eē debem⁹ cū beato [illegible] Stephano glorioso xp̄i milite primo: de q̄ dī Actuū. 6°. Stephan⁹ āt plenus gratia ⁊ fortitudine faciebat ꝓdigia ⁊ signa magna i ppl'o. ℺

TErtia boni militis ꝯditio ē ꝙ sit aspectu [illegible] facie terribilis. Vn̄ ait Vegeti⁹ i li°. ꝺ re mi. Si hō hꝫ effigiē leonis: vl̄ vrsi: aut hmōi ferox ⁊ fortis erit ō ē: qꝛ vt ait auctor i li°. sex pricipioꝝ. Aīa ꝯiūcta corpi imitat̄ passiōes corpis: sicut [illegible] experiētiā videt̄ ꝙ iuuenis [illegible] i effigie mulier apparet: cōiter ē qsi vna famella. Debem⁹ g° eē terribiles ꝯ peccata nr̄a illa [illegible] durā penitētiā ꝺstruēdo: ⁊ ꝯ demones illis fortiter resistēdo: ⁊ similiter ꝯ quoslibet tentātes ps°. 75°. Tu terribilis es: ⁊ qs resistet tibi: ⁊ nō facē sicut mulierculе q̄dā dicentes tētātib⁹ eas: deus dimitte me ⁊c. Talib⁹ [illegible] Jacobi. 4°. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Nā audaces fortuna iuuat timidosqꝫ repellit. x°. Eney. Quarta cōditio ē ꝙ hēat pect⁹ latū: qꝛ si haberet strictū: signū eēt hoīs pusillanimis. Itē dꝫ habere brachia lōga ⁊ nō breuia qꝛ hmōi cōmuniter sūt ꝺbiles. Vn̄ dicit Vegeti⁹ in li°. de re mili. Sit adolescēs martio opi deputād⁹: vigilātibus oculis: erecta ceruice: lato pectore: humeris musculosis: valētib⁹ digitis longiorib⁹ brachijs: vētre modic⁹: exilior suris: ⁊ crurib⁹ nō sup̄flua carne distinctis: sꝫ neruoꝝ duricia collectis. Cuꝫ hec i tirone signa dep̄hēderis: ꝓceritatē non magnope ꝺsideres. Vtili⁹. n. ē fortes milites eē q̄ grādes. Debem⁹ ergo ⁊ nos hēre cor latū i charitate ⁊ i remittēdo iniurias: ⁊ brachia lōga illa extēdēdo ad subueniēdū oib⁹: ita vt dicere valeam⁹ illud ad Phi. p°. Testis ē mi hi de⁹ qūo vos oēs cupia i viscerib⁹ Jesu xp̄i. Et s̄uare illud Deut. 15°. Precipio tibi vt apias manū tuam egeno ⁊ paupi Prov. vlti°. Manū suā apuit iopi: ⁊ palmas suas extēdit ad paupes. Quinta ꝯditio militis ē ꝙ nō mult⁹ curet de cibo ac potu ⁊ lecto: nō. n. dꝫ assuesci sensualibus delitijs. Nā vt igt facetus poeta libri sui. c°. x°. Nil valet in bello qui viuit delitiose. Nec sine duricia bellica palma datur. Et Seneca ad Lucillum epistola. 3ª. ait. Nulli pōt secura vita ꝯtingere: q de ꝓducēda

nimis cogitat. Itē dī miles a malo ꝙ sustinere debet: vt ait glo. i sūa. de mili. testā. i rubrica vbi ēt dicit: ꝙ miles ēt dī q: i numero milenario eligit: vt in. l. i. §. miles. ff. de mili. testā in qua lege etiaʒ habet: ꝙ miles dī a militia. i. a duritia quā sustinet. Vñ cōiter dī. Ali soldati pane fresco [redacted] vino deroto. Spūaliter āt p panē intelligit corpꝰ xpi: qui de seipso inquit Ioānis. 6°. Ego sum panis viuus: quasi dicat: comedite ꝛ mādūcate vt sitis fortes in prelio: ꝛ nō querite delicata cibaria. De vino aūt ait psalmista. Et vinū letificat cor hoīs. Sanguis. n. dñi letos ac robustos reddit milites [redacted] pugnādū. Vñ Chriso. sup Joanē ait. Ut leōes flāmā spirātes de mensa dñi recedimꝰ: terribiles demonibus facti. P

SExta cōditio ē ꝙ nō fugiat vidēdo inimicū: nec debet recusare mortē subire ꝑ vtute ſm ꝙ inquit Aristo. 3°. Ethi. Si ergo Hector: Diomedes: ꝛ mlti alij pagani vitā exposuerūt vt fortiter dimicarēt: ꝛ inimicos expugnarēt: multo magis nos illā exponere dēbemus ꝑ xpo: ꝛ potꝰ mortē subire: ꝙ̄ deuʒ offēdere. c°. ita ne. 32a. q. 5a. Nō debet quoqʒ miles semꝑ stare firmꝰ ne occidat: dū ꝑp i mortalitatē suā ē quasi signū ad sagittam. Debet āt miles xpi semꝑ esse in motu bone opatōis: ꝛ nō stare occiosus: q: aqua q̄ non mouet marcescit: ꝛ generat vermes. Illa ꝟo q̄ mouetur generat pisces. Jō āt in festis plura peccata ꝯmittūt: q: hoies stant ociosi magis i illis diebus ꝙ̄ alijs: vt. n. ait Bernardus in quodā ſmone. Ociū est mater oium viciorū. Nō dz ēt miles retro aspicere dū pugnat: ne ab inimicis feriat. Sic quoqʒ facere dz xpi miles. Cui idē dñs ait Luc. 9°. c°. Nemo mittens manū ad aratrū ꝛ aspiciens retro aptus est regno dei. Q: vt ait Ber. J[redacted] via dei nō progredi retrogredi est. Et ꝑdictorum habet figura Gen. 19°. in vxore Loth que retro aspiciens i statua salis ꝯuersa est. Q

SEptima militis ꝯditio est ꝙ sit bñ armatꝰ: ꝛ hoc ē quintū qđ erat vidēdū in hac pte. s. quibus armis debet eē munitꝰ ille q vult paradisum apprehēdere. Arma militie nře nō sunt carnalia: sʒ spūalia ad destructionē inimicorū: vt dicit. 2e. [redacted] Corin. x°. c°. Oēs ergo capitanei ꝛ milites in toto corpore debēt eē armati. Si. n. fuerit i aliqua pte corporis discoopti facilr ab inimicis suis ferient: ꝛ cū voluerit se defendere ab vna p[redacted] vulnerabūtur ab alia. Bene āt armati milites sunt audaciores. Vñ Uegetius li°. p°. de [redacted] mili. ti°. 20. inqt. Necesse ē vt acriorē dimicādi sumat audaciā: q munito capite et corꝑe nō timet vulnera. Et ideo describamus armaturā gloriosi militis: incipiēdo a capite ꝛ descēdēdo vsqʒ ad pedes. Debet ergo bonus christi miles habere i capite galeam cum noīe Jesu in fronte: hec autem significat filialem dei timorem qui caput mentis a peccatorum ictubus defendit. Unde. ps°. 110. dicit. Initiū sapie tiōr dñi. Ecce galea capitis: ecce elmetꝰ fortissimꝰ: ecce cellata ipenetrabilr reijciēs oēs ictus pctōꝝ. Jō Ecclesiastici. p°. scriptuʒ ē. Timor dñi expellit pctm̄: hec āt galea ē bñ tersa ꝛ burnita ac relucens: ꝛ iō si lapide vel sagitta pcutiat: mox lapis vl sagitta scītillādo resilit sine offensiōe pcussi: q: si timor dñi bñ armauerit caput mētis nře: ab ictibꝰ maloꝝ cogitationū ꝛ suggestionū mūdi: carnis: ꝛ diaboli: nō poterit vulnerari: sʒ illesa ꝯseruabit i grā dei: q: vt iqt glosa q̄dā sup ps°. cx°. Janua ꝯuersiōis ē metꝰ: iō sup illō psalmi. cxj. Beatꝰ vir q timet dñz. Dicit glo. Uis redire ad amissam btitudinē? compēdiosa via hec est. s. timoris dei. Hāc āt galeā assumere hortat Paulus ad Ephe. 6°. di. Et galeā salutꝭ assumite: qđ exponēs btūs Ber. vbi sup ait. i. timorē Jesu: q salus iterptat suscipite: hʒ ēt viseriā cū rimulis ꝛ foramibꝰ paruis: vt meliꝰ videat offendicula: ꝛ sciat q̄ pte se debeat tueri ꝛ euitat ictꝰ ꝛ pcussiones. Per qđ ſm btm̄ Bernardinum vbi supra significat veri itelligētiā cū illuminatiōibꝰ multis diuinis: iō ꝑphā cū de galea timoris dei dixisset. Initiū sapie timor dñi: subdit de viseria illius di. Intellectꝰ bonꝰ oibus faciētibꝰ eū. Qui. n. hʒ itellectū illuminatū ꝛ timoratū deo: stat sp i ꝑposito vitandi pctm̄ ꝛ cognoscēdo illō p viseriā itellectꝰ: illō effugit ꝛ ab eo diuertit atqʒ suggestiones eiꝰ a se repellit: nec permittit ꝯsciaʒ suā ab illo penetrari. Qui āt vadit ad pliū sine hac galea ꝛ viseria: pōt expectat fractionē capitꝭ vl ꝺtrūcationē: ꝛ nō vidēdo picula offēdiculoꝝ pctī pcussus morit sic bestia q: nō aspiciēdo nec cognoscēdo: nescit illa vitare: bñs āt hāc galeaʒ cū sua viseria sollicitꝰ ē vitare oīa picula. Iux [redacted] illō Eccl°. 7°. Qui tiet dñz: nihil negligit. Pōt quoqʒ p viseriā q̄ sursū eleuat ꝛ postea ꝺprimit. aliō significari. In eo eni qđ erigit ꝛ eleuat significat spes q̄ sursū tēdit i deū ꝛ bona celestia: hec enim facit militē fortiter dimicare q: ut ait. Grego. i omelia pascali. Expectatō pmij minuit vim laboris erige ergo [redacted] xpi miles viseriā spei: ꝛ cōtēplare eterna gaudia paradisiq̄ pugnādo acgres ꝛ robustior efficieris. Jō milites suos hortat dñs Mat. 24°. di. Leuate capita vrā: ꝛ ps°. 36°. inqt Dauid cuilibet bono militi xpi. Spera i dño et fac bonitatē. Quapp ipse cū eēt bonꝰ miles dicebat. ps°. 30. In te dñe spaui nō ꝯfundar i eternū.

Per viseriā et cū sursū eleuat̄ significat̄ q miles xpi dꝫ oēm ꝯfidētiā victorie sue ponere i deū: ⁊ dicere cū psalmista. ps°. 17°. Dñs fortitudo mea [illegible] refugium meū ⁊ liberator me⁹. Et ps°. 117°. Dñs mihi adiutor: nō timebo qd faciat mihi homo. Dñs mihi adiutor ⁊ ego dspiciā inimicos meos ⁊ ps°. 17°. Deus me⁹ adiutor meus ⁊ sperabo in eū ⁊ postea subdit. Persequar inimicos meos ⁊ ꝯphēdā illos: ⁊ nō ꝯuertar donec deficiāt. Confringā illos nec poterūt stare: cadēt subtus pedes meos. ⁊ ps°. 26°. Si ꝯsistāt aduersum me castra: nō timebit cor meū. Si exurgat aduersū me prelium: i hoc ego sperabo. Cū āt deprimit̄ viseria: significat̄ q qn̄ miles xpi vanagloriat̄ de victoria sua pugna ꝯ demones dꝫ se deprimere [illegible] hūilitatē ꝯsiderādo nālē ipotētiā suā. Deprime g° viseriā o vanagloriose: ⁊ dic [illegible] ꝓpheta ps°. 21°. Ego [illegible] sū vmis ⁊ nō hō: opprobriū hoīuꝫ ⁊ abiectio plebis. Habet q̄qꝫ bon⁹ miles xpi cristā pennaꝝ diuersoꝝ colorū galee ifixā: ⁊ i altū eleuatā q̄ significat itētiōem ad deū in oī ope nr̄o: diuersis bonis respectib⁹ decoratā. Et hec multū decorat totam armaturā: qꝛ Mat. 5°. c°. inqt dñs. Si ocul⁹ tu⁹ simplex fuerit: totū corpus tuū lucidū erit. Per oculū āt intelligit intētionē aī: qꝛ sicut oculus corporalis dirigit corporales gressus: ita mētalis [illegible] rectā itētionē dirigit mētales. Et q itelligat d̄ mētali oculo: pꝫ: qꝛ dic̄ simplex. Nō āt iqt san⁹. Et d̄ malo oclō dic̄ nequā: [illegible] ifirm⁹: qꝛ neqtia n̄ ē nisi i corde. p totū āt corp⁹ qd̄ erit lucidū itelligit̄ cōgeries bonoꝝ opeꝝ: q̄ erit bona si bona fiat itētione. De mala: āt itētiōe sbdit si āt ocul⁹ tu⁹ neq̄ fuerit: totum corpus tuum tenebrosum erit. i. si tua itentio fuerit mala omnia opera tua mala erunt qꝛ ut dr̄ in comuni prouerbio. Quicquid agant hoīes itētio iudicat oēs. Sic̄ g° ocul⁹ corpalis san⁹ videt oīa sic̄ sūt: sꝫ lipp⁹ vl̄ strab⁹ aliqn̄ videt vnū ⁊ appēt sibi duo: ⁊ alibi q̄ꝫ vbi res ē cernere vl̄. Jta ocul⁹ cordis neq̄. i. mala itētio ⁊ puersus finis ac iniq̄ volūtas facit qn̄ꝫ malū videri bonū ⁊ eꝯ. De opib⁹ vo bōa itētiōe fcīs iqt ꝓphā ps°. 67°. Pēne cōlūbe dargētate. i. opa bonoꝝ sīt admodū argēti splēdētia: ⁊ posteriora ei⁹. i. itētio ⁊ finis i palore auri: p qd̄ sapia d̄signat̄: qꝛ hec ē vera sapiētia propter deū operari Juxta illd̄ p°. ad Cor. x°. Oīa i gl̄iaꝫ dei facite. R

Habēt q̄ꝫ milites i galea gurgitaculū: p qd̄ significat̄ māsuetudo ad ꝓximū. Solet eniꝫ māsuetudo caput iclinar̄ ⁊ flectē colū voluntati aliene: sic̄ i exēplū posuit xp̄s Mat. xi°. di. Discite a me qꝛ mitis sūꝫ ⁊ hūilis corde Et ideo miles xpi debet seruare illud Ecclesiastici. 18°. Congregationi pauperum affabilem [illegible] facito ⁊c. Est. n. mansuetudo ornamentum virtutum ⁊ omnib⁹ gratum. Jdeo inqt propheta psalmo. 36°. Mansueti autem hereditabunt terram: ⁊ delectabuntur in multitudine pacis: ⁊ Matthei. 5°. ait saluator. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. S

Debēt insup milites hr̄e corp⁹ armatū p̄ mo lorica: p quā designat̄ iustitia q̄ oēs v̄tutes ꝯphēdit sꝫ phūꝫ. 5°. Ethi. Hāc loricā p̄cipiebat dñs idue⁊ aplōs Matth. 5°. di. Nisi abūdauerit iustitia vr̄a plusq̄ꝫ scribaꝝ ⁊ phariseoꝝ: nō itrabitis i regnū celoꝝ. De hac ēt lorica inqt Paulus ad Ephe. 6°. Induti lorica iustitie. Cōficit̄ āt lorica cathenelt̄ ⁊ maglietl̄ sil̄ ꝯglutiatꝫ: ad significādū q v̄tutes sīt ꝯcathenate: vt ait Albt⁹ magn⁹ i tractatu de v̄tutib⁹: ornat⁹ g° dꝫ eē oīb⁹ v̄tutib⁹ q regnū celoꝝ cape desiderat. Hn̄t quoq̄ꝫ milites toracē siue coraciā vt vulgarit̄ dr̄: ⁊ significat fortitudinē ⁊ ꝯstātiā i aduersis. Sicut. n. q hꝫ toracē q̄ fcā ē de lamis siue plastris ferreis ⁊ calibeis: nō tīet iaclā: nec ab eis penetrat̄: ita q hꝫ v̄aꝫ patiaꝫ ⁊ animi ꝯstātiā nō tīet aduersa ei illata: imo oīa supat. Qꝛ vt ait Lucan⁹ poeta. Gaudꝫ patia duris. Sicut. n. torax cigit̄ ⁊ strigit̄ [illegible] corp⁹: ita patiētia circūdat aīaꝫ ⁊ [illegible] defēdit. Vn̄ saluator Luce. 21°. iqt. Jn patia v̄ra possidebitis aīas v̄ras. ⁊ Paulus ad Hebre. 12°. Per patiaꝫ curram⁹ ad ꝓpositū nobis certamē. Jō Dd̄ ps°. 17°. inqt deo. Et p̄cinxisti me v̄tute ad bellū: ⁊ supplātasti isurgētes i me subt⁹ me: Et inimicos meos dedisti mihi dorsuꝫ: ⁊ odiētes me dispdidisti. Et ꝯminuā eos vt puerē an̄ faciē vēti: vt lutū plateaꝝ dlebo eos: hec ibi. Decipiūt̄. n. inimici nr̄i d̄mōes q p tribulatōes credūt nos d̄bellare: qn̄ p patiaꝫ nr̄aꝫ: q̄ nos p̄cingit de⁹ vidēt se [illegible] ꝯfusos ⁊ supatos. Hn̄t ēt milites militarē vestē: sup arma iacīthini coloris: hic inde an̄ retroq̄ꝫ volutātē: ⁊ significat excessiuū dei amorē quo nihil aliō scire d̄siderat miles xpi: nihilq̄ꝫ cogitare vel loq affectat: nisi deū trinū ⁊ vnū: ⁊ Jesuꝫ xp̄ꝫ p nobis humanatū: crucifixū ⁊ mōtuū. Quo ēt ebulliēs totusq̄ꝫ feruore charitatꝫ plen⁹: cū Paulo exclamat ad Roma. 8°. Quis nos sparabit a charitate xpi: tribulatio: an angustia: an psecutio: an fames: an nuditatis: an piculū: an gladi⁹: ⁊ sequit̄. Certus sūꝫ: qꝛ neq̄ꝫ mors: neq̄ꝫ vita: neq̄ꝫ āgeli: neq̄ꝫ p̄ncipatus: neq̄ꝫ potestates: neq̄ꝫ virtutes: neq̄ꝫ instantia: neq̄ꝫ futura: neq̄ꝫ fortitudo: neq̄ꝫ altitudo: neq̄ꝫ profundum: neq̄ꝫ creatura alia: poterit nos separare a charitate dei que est in christo Jesu domino nostro. T

HAbēt isup milites sup dictā vestē isignia.s.
bandā albā cū crucib⁹ rubeis:ꝛ hoc signifi
cat memoriā passiōis xp̄i:quā sp hēre debem⁹ i
corde.Jō igt dñs Cañ.8°.Pone me vt signacu
lū supra cor tuū.Rubee aūt sūt cruces ad recolē
dū illō Apoc.p°. Ipse dilexit nos ꝛ lauit nos a
pctis nr̄is i sanguie suo.Hec itaqꝫ isignia defe/
rūt milites xp̄i:ad denotādū ꝙ i ei⁹ exercitu sunt
ascripti.Jngt.n.Geminian⁹ i.c°.si iudex. de sen.
ex.li°.6°.ꝙ deferēs alicui⁹ officij signū p̄sumit eē
illius officialis. V

CIrca armaturā vero brachioꝝ hn̄t milites
spatulas:q̄ significāt tollerātiā multoꝝ labo
rū:nō.n.pōt sine magno laboꝛ acqri magn⁹ triū
phus:iuxta illō poeticū.Absqꝫ laboꝛe graui nō
pn̄t magna parari.Vn̄ Greg.i omelia vni⁹ mar
tyris igt.Ad magna p̄mia peruenire nō pōt:nisi
p magnos laboꝛes.Vn̄ Paulus egregi⁹ p̄dica/
toꝛ dicit. Nō coronabit nisi q legitie certauerit.
Delectat igit mētē magnitudo p̄mioꝝ:sꝫ nō de/
terreat certamē laborū.Talis g° dꝫ eē miles xp̄i:
vt dō ipo dici possit illō Gen̄.49°.Isachar asin⁹
fortis supposuit humeꝝ suū ad portandū.Per
spatulas q̄qꝫ itelligi pōt supportatio pximi:iux
illō ad Gal.6°. Alter alteri⁹ onera portare:ꝛ sic
adimplebitis legē xp̄i.Habēt ēt milites duo bra
chialia:vnū dextꝝ aliudqꝫ sinistꝝ:qb⁹ dat itelli/
gi ꝙ debēt declinare a malo ꝛ facere bonū:vt dꝛ
ps°.33°.hn̄t ēt cyrothecas.i.manuū tecas.i. van
tos ꝛ mānchas ferreas:p q̄s significat pratica bn̄
opādi:ꝛ bōa ꝯsuetudo v̄tuose exercitatōis:de q̄
Ouid.i.2°.dō arte amādi ait.Fac tibi ꝯsuescat nil
ꝯsuetudie mai⁹. Hn̄t quoqꝫ scutū siue clippeū.
ad repellēdos ictus:p qō significat fides firma ꝛ
stabilis.Vn̄ ad Ephe.6°.ait Paulus.Jn oib⁹
sumētes scutū fidei:i quo possitis oia tella inimi
ci ignea extinguere:de quo ēt ingt pphā ps°. 90.
Scuto circūdabit te veritas ei⁹:nō timebis a ti
more nocturno.A sagitta volāte i die:a negocio
pambulāte i tenebris:ab icursu ꝛ demonio me/
ridiāo.Et Sapie.5°.dꝛ.Sumet scutū i expugna
bile eqtatē.Jn hoc scuto dpictū ē lr̄is aureis no
mē dn̄i Jesu cui⁹ pn̄tia defendit pugnās:iuxta il
lud psalmi.15.Prouidebā dn̄ꝫ i ꝯspectu meo sp
qm̄ a dextris ē mihi ne cōmouear:cui⁹ ēt virtu/
te inimici debellat. Jō i illo q tali scuto munit⁹
ē v̄ificabit illō pphē ps°.90.Cadēt a latere tuo
mile:ꝛ decem milia a dextris tuis:ad te āt non
apropiquabit.Carie aūt non appropiquabit
habēti scutū septēplicē:sicut ille de q̄ ait Ouidi
us.13°.Metamoꝛ. Clippei septēplicis aiax.ꝛc.
Debemus.n.hēre scutum fidei septēplicatum se
ptem donis spiritus sancti. X

HAbēt sup faldā q̄ circūcingit lūbos cū fian/
chalib⁹:ad significādū castitatem.Milites
eni debēt eē casti.vn̄ dꝛ i.l.q.cū vno.ff.de re mili.
Adulteri vel aliquo iudicio publice dānati iter
milites nō sūt recipiēdi.Ait.n.Seneca ad lucil/
lū.Effemiat aios amenitas nimia.Et Valerius
maxim⁹ dicit ꝙ cāpana luxuriosa mulier hāni/
balē iuictū armis suis illecebris amplexata vin
cēdū romano militi tradidit:ecōtra vero de ca/
stitate legit i historijs romāoꝝ ꝙ Corneli⁹ scipio
legionē romanoꝝ:q̄ q̄si defluxerat i hispania re/
parauit abijciēdo oia delicata ꝛ ad libidinē idu
cētia.Ea pp igt saluatoꝛ Lu. 12°.Sint lūbi v̄ri
p̄cicti:vbi Grego.dicit.Lūbos.n.p̄cingim⁹ cū
carnis luxuriā ꝯtinētiā coartam⁹.Et ad Ephe.
6°.ait Paulus.State g° succicti lūbos v̄ros. Y

HAbēt quoqꝫ milites duas ocreas ferreas:te
gētes crura q̄ coralia vulgariter nūcupant
siue arnesie:ꝛ significāt duplicē virtutē sustētantē
spm̄.s.vite actiue ꝛ ꝯtēplatiue:q̄rū q̄libꝫ ē bona
ad salutē aie:vt oñdit Aug⁹.i omelia sup illud
Luce.x°.maria optimā ptē elegit ꝛc.Hn̄t ēt ar/
maturā tibiaꝝ q̄ vulgarit schéneria appellat:ꝛ
significat hūilitatē:qꝛ sicut hec armatura dfēdit
tibias ne icidant:ita hūilitas defendit ꝛ liberat
aiaꝫ ne a demonib⁹ vulneret:iuxta illud psalmi
114.Custodiēs puulos dn̄s:humiliat⁹ sū ꝛ libe/
rauit me.Et iō ad hāc armaturā accipiēdā hoꝛ
tat apl's ad Col.3°.di.Induite vos sicut electi dī
viscera mie:benignitatē:hūilitateꝫ ꝛc.Hn̄t q̄qꝫ
pedes ferreos.i.ferro circundatos p q̄s significat
pmptitudo ad obediēdū ꝛ cōplēdū mādata ce
lestis ipatoris:qꝛ miles qui capitaneo suo i obe/
diēs ē dꝫ capite puniri.l.oē delictū.§.ꝯtumacia
ff.de re mili.De hoc calciamēto pedū ait Pau/
lus ad Ephe.6°.Calciati pedes i p̄paratōe euā
gelij pacis.Itē hn̄t annulū i māu ad significādā
fidelitatē ꝛ sinceritatē:quā hēre debēt deo ꝛ prio
ꝛ de his duob⁹ vltimis dicit dn̄s Jesus āgelis suis
illō Luc.15°.Date ānulū i manu ei⁹ ꝛ calciamē/
ta i pedes ei⁹:hn̄t ēt calcaria aurea ad pūgēduꝫ
equū vt veloci⁹ vadat q̄ sūt tioꝛ iferni ꝛ desideriū
padisi:vt ait btūs Ber.vbi.s.Propterea de am
bob⁹ dꝛ Eccl's.9°.Nemo scit vtꝝ dign⁹ sit amoꝛe
vl odio.Vt ē ꝯsideratio vite breuis ꝛ lōgi itine/
ris.Hn̄t postrēo milites arma offensilia ꝛ defen
silia.p°.enseꝫ vibrantē.i.gladiū spūs qō est v̄bū
dī:vt ait Paul⁹ ad Ephe.6°.ꝛ ad Heb.4°.ideꝫ
dic.Sermo dī ē viu⁹ ꝛ efficax ꝛ penetrabilioꝛ oi
gladio ācipiti.Hoc g° ense dꝫ q̄sqꝫ aiaꝫ suā ꝛ p/
ximi penetrare:vagina h⁹ gladij est memoria.

Cũ hoc ense ꝑcussit xp̃s diabolũ dicẽs Matthei. 4°. Nõ i solo pane viuit homo: sȝ i oi v̄bo qḋ ꝓcedit de ore dei. Uel p gladiũ itelligit̃ cõpassio de passione xp̃i. Luce. 2°. Et tuã ipsi⁹ aiaȝ ptrãsibit gladi⁹. Uel ẽ ille de quo dr̃ Deute. 33°. Gladi⁹ glorie tue de⁹ tuus: faciẽdo sicut agebat ꝓphã dicẽs ps̃°. 15°. Ꝓponebã dñm i cõspectu meo semp qm̃ a dextris est mihi ne cõmouear: gr̃a quoqȝ dei ẽ gladi⁹ amputãs caput diaboli cui dici põt illud Geñ. 3°. Ipsa cõteret caput tuũ. Uel ille de quo ait dñs Matth. x°. Nõ veni pacẽ mittẽ i terrã: sȝ gladiũ. Hñt ẽt siccã siue pugionẽ vł dagaȝ lateri adherẽtẽ: qua significat̃ zelus honoris dei: iuxta illud Joã. 2°. Zelus dom⁹ tue comedit me: quo pugione ꝑcutẽdo diabolũ: fecit eũ xp̃s cadere i abyssum dicẽs vbi supra. Nõ tẽtabis dñm deũ tuũ: hñt quoqȝ bachulũ ferreũ q macia vulgariter noiat̃: ⁊ significat deuotionẽ erga beataȝ virginẽ: qua ꝑcutiunt̃ demones sicut ꝑdictũ fuit Numeri. 24°. vbi dr̃. Cõsurget virga de israel ⁊ ꝑcutiet duces moab. Habẽt ẽt lãceã lõgã: que significat lõgã ꝑseuerãtiã i bono a custodia matutina: vsqȝ ad noctẽ. i. a pueritia vsqȝ ad morteȝ. Qui. n. ꝑseuerauerit vsqȝ ad mõtẽ hic saluꝰ erit. Matthei. x°. p lanceã quoqȝ põt elemosyna designari q̃ a lõge tȝ aduersarios n̄ros ne nobis obesse possint: illosqȝ ipugnat: iuxta illud Ecclesiastici. 29°. Elemosyna sup scutũ potẽtis ⁊ lanceaȝ impugnabit pro te inimicos tuos. Eia igit̃ milites xp̃i. Ecce ꝙ rex n̄r monstraȝ fieri precepit cito ergo adimplete illud apl̃i ad Ephe. 6°. dicentis. Cõfortamini in dñõ: ⁊ i potẽtia v̄tutis eius ⁊ iduite vos armatura dei: vt possitis stare aduersus isidias diaboli: qȝ non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguineȝ. s. sȝ aduersus mũdi rectores tenebraꝝ haꝝ: ꝯtra spũalia neqtie in celestibus. Propterea accipite armaturam dei: vt possitis stare in die malo: ⁊ in oibus perfecti stare: hec ille. Z

Uidete ergo o milites xp̃i: ne vobis aliquid de ꝑdictis armis deficiat ⁊ ne illa alienetis vł amittatis: qȝ vt dr̃ i. l. q cõmeatus. §. arma. ff. de re mili. Arma alienasse graue crimen est. ⁊ in l. desertorẽ. §. miles. eodẽ ti°. scriptũ ẽ. Miles q i bello arma amisit. s. illicite ꝰm glosam: vel alienauit capite punit̃. Sup oia aũt satagite. habere arma v̄ra bene polita ⁊ ornata: ne tanq̄ igna [illegible] ⁊ pusillanimes eijciamini de exercitu celestis iperatoris: pessimũ. n. est signũ militie: qñ nõ curat de armis. vñ Uegeti⁹ in. 2°. li°. de re militari. c°. 13°. ait. Plurimũ terroris hostib⁹ splẽdor armoꝝ iportat. Quis. n. credat militẽ bellicosũ cuius dissimulatiõ e situ: ac rubigine arma fedant̃: hec ille. Talia [illegible] erãt arma nõnulloꝝ i vna ciuitate Italie i qua cũ isurrexisset bellũ: ⁊ ꝯgregarẽtur milites ad describẽdũ. Quidã venerũt portãtes i capite galeã siue celatã totã rubiginosam: ⁊ iterrogati quar̃ eã tenuissent. r̃nderũt ꝙ tenuerãt eã leguminib⁹ plenã. E ꝯtra v̄o magna ẽ gloria militis i armis relucẽtib⁹ ⁊ bñ fruniitis. Accedite ergo o egregij milites ad mõstrã ita optie armati: vt verificet̃ de vestris armaturis illḋ ꝓmi Machabeoꝝ. 6°. c°. Refulsit sol i clypeos aureos ⁊ resplẽduerũt mõtes ab eis: sicut lampades ignis. Ante exercitũ ãt vadũt tubicines cuȝ tubis altisonis: quaꝝ sonit⁹ lõge audit̃ ⁊ audientes ad bellãdũ aiant̃: p quas tubas significat̃ bonũ exẽplũ ⁊ bona fama: q̃ lõge distendit̃ quã hẽre debẽt boni milites xp̃i: iuxta illud. 2ᶜ. ad Cor. 8°. Prouidem⁹. n. bona: nõ solũ corã deo: sȝ etiã corã oib⁹ hoib⁹: p illã nãqȝ alij ad bene opanduȝ icitant̃: nõ iquit saluator Matthei. 5°. Sic luceat lux v̄ra corã hoib⁹: vt videãt v̄ra bona opa: ⁊ glificent patrẽ v̄rm q i cel est. A

Sexto ⁊ vltimo i hac parte est ꝯsiderãda descriptio equoꝝ hui⁹ admirãde militie. Naȝ qlibet miles hui⁹ exercitus eqtat sup cãdidissimũ equũ. Miles. n. cuiuslibȝ eq rõnalis spũs ẽ: equus ãt alb⁹ ẽ inocẽs corp⁹ ei⁹ subditũ rõni qḋ eidẽ rõni p ps̃ᵃᵐ. ait ps̃°. 72°. Ut iumẽtũ factus sum apud te ⁊ ego semp tecũ. s. ad portãdũ onera mãsuetũ: ⁊ cũ ꝑseuerãtia obediẽs ẽt ad seq̃ndum isitictus ipsi⁹ rõnis ⁊ ei⁹ ducatũ. Uñ i ꝑdcõ ps̃°. seqt̃. Tenuisti manũ dexterã meam: ⁊ cum volũtate tua deduxisti me. B

Notãdũ tñ ꝙ i sacra scriptura aliqñ equ⁹ accipit̃ i malã ꝑtẽ: vt i ps̃°. 31°. vbi dr̃. Nolite fieri sicẽ equ⁹ ⁊ mullus qb⁹ ñ ẽ itellect⁹. Ubi dicit q̃dã glo. p equũ supbi: p mullũ pigri accipiunt̃: ⁊ alia glo. dicit. Nolite fieri sicut equ⁹. i. nolite recalcitrare aduersus auctorẽ v̄rm. De talib⁹. n. dr̃ ps̃°. 48°. Hõ [illegible] i honore eẽt. i. ad imagineȝ dei nõ itellexit: ꝯparat⁹ ẽ iumẽtis isipiẽtib⁹ ⁊ filis fact⁹ ẽ illis. Aliqñ v̄o equ⁹ accipit̃ in bonã ꝑtẽ sicut Apoc. 6°. oñdẽs btũs Joãnes resurrectõem xp̃i ait. Uidi: ⁊ ecce equ⁹ alb⁹ quo significat̃ corp⁹ xp̃i gliosuȝ ꝰȝ expositiõeȝ Petri ioãnis: ⁊ q sedebat sup eũ hẽbat arcum. s. crucis vel p arcũ significatur mia ⁊ iustitia xp̃i: iuxta illḋ psalmi. 83. Mia ⁊ v̄itas obuiauer̃t sibi: p chordã. n. q̃ flectit̃. Intelligit̃ mia [illegible] lignũ v̄o iustitia. Ut vero chorda q̃nqȝ attrahit lignũ: p hoc significat̃ ꝙ mia supaltat iudiciũ. Jacobi. 2°. ⁊ data ẽ ei corõa. s. regni ꝰȝ illḋ Mat. vł. Data ẽ mihi oĩs ꝑtãs i celo ⁊ i

terra. Habet aūt iste equus in fronte armaturaȝ qua significatur audacitas ⁊ nobilitas animi: qꝛ bonus miles erubescit turpiter fugere: imo desiderat in fronte prelij persistere ⁊ viriliter decertare: ē.n. magna gloria militis si ī frōte sit vulneratꝰ: qꝛ signū est ꝙ terga hostibus nō vertit. Fugiens aūt ab acie debet capite puniri. l. omne delictuȝ. §. qui in acie. ff. de re mili. Habet insuper habenam ⁊ retinaculū quibus significatꝛ prudentia ⁊ simplicitas quas [illegible] manibus tenere precepit dominus apostolis dicēs Mat. x°. Estote prudentes sunt serpētes: ⁊ simplices sicut colūbe. Debet enim corpus prudēter ꝑ rōnem regi: ne si tanꝗ̄ equus nimis velit ascēdere per nimiū feruorem retro cadat: ⁊ si nimis velit ad sensualitates descē dere: precipitetꝛ in ꝓfundū. Ideo sup illud psalmi. 31. In chamo ⁊ freno maxillas eoꝝ ꝯstringe: ait glosa. Parcius victualia dando voracitateȝ restringe. Et Blasius in quodā ſmone inqt. Sicut equis frena sunt īponēda: ita corpora sunt refrenanda ieiunijs. Bonum ergo frenū habere dꝫ equus militis xp̄i: ⁊ morsū in ore ꝑ quē significatur refrenatio lingue. De hoc aūt loquens Iacobus apostolus sue canonice. 3°. c°. ait. Potest ēt freno circūducere totū corpꝰ: sicut equoꝝ frenos in ora mittimus ad ꝯsentiendum nobis: ⁊ omne corpus illoꝝ circūferimus. Et naues cū magne sint ⁊ a vētis validis minentꝛ: circūferūtur a modico gubernaculo: vbi īpetus dirigētis voluerit. Ita ⁊ lingua modicū quidem membrum est: et magna exaltat: hec ibi. ¶

Sella aūt istius equi que habet duas partes anteriorē videlicet ⁊ posteriorem: significat duas ꝯsideratōes fiendas: ꝑ anteriorem.n. significatꝛ ꝯsideratio nobilitatis aīe ad imaginē ⁊ similitudinē dei. Gen. p°. Per posteriorē vero putredinis carnis: de qua Iob. 17°. dꝛ. Putredini dixi: pater meus es mater mea ⁊ soror mea vermibus. Ait.n. b. Tho. ī cōmento Boetij de ꝯsolatione. li°. p°. prosa. 6ª. Causa maxima morbi hoīs ē seipsum ignorare. ⁊ li°. 2°. prosa. 5ª. ait Boetius. Humane qppe nature ista cōditio est vt tūc tm̄ ceteris rebus cū se cognoscit excellat: eadeȝ tamē infra bestias redigatꝛ: si se noscē desierit. Nā ceteris aīantibus sese ignorare natura est: hoībꝰ aūt vicio venit. Vel ꝑ istas duas ptes intelligitꝛ illud Ecclesiastici. xj°. In die bonoꝝ non īmemor esto malorū. Ista.n. faciunt spiritū sup corpus firmiter residere ⁊ dn̄ari: habet ēt sella duos stapeos: seu duas staffas: vt vulgariter dꝛ: ꝑ dextram significatꝛ māsuetudo ⁊ benignitas: ⁊ despectio sui ipsius in prosperis: iuxta illud Ecclesiastici. 3°. Quanto maior es tanto magis humilia [illegible] in oībus: ⁊ coram deo inuenies grām. Per sinistraȝ vero magnanimitas in aduersis: exēplo apostoli qui de seipso dicit. 2ª. ad Cor. 4°. Tribulationē patimur ⁊ sustinemꝰ: habꝫ quoqꝫ pectorale siue antellā: que est confessio preteritoꝝ peccatorū iuxta illud psalmiste. Cogitatio hoīs ꝯfitebitur tibi: vel significat cōsiderationeȝ misericordie dei: iuxta illud psalmiste. Misericordia eius ꝑueniet me. Quā cōsiderationē facere dꝫ ne forte retrocedat ꝑ desperationē: misericors.n. deus saluos facit sperātes in se: vt inqt Dauid ps°. 16°. idō dicebat psalmo. 25°. In dn̄o spans nō īfirmabor. ¶

Habet etiā postellam que vulgariter post cauda nuncupatꝛ: ⁊ significat cōsiderationē diuine iustitie ⁊ iudicioꝝ eius: ne sella nimis veniat ante ꝑ presūptionē. Horrendū est.n. incidere in manu dei viuentis: vt dꝛ ad Hebre. x°. Per ipsam quoqꝫ significatꝛ memoria mortis ⁊ eterne dānationis ꝗ̄ debetꝛ peccatoribus. De ꝗ̄ dꝛ Ecclesiastici. 7°. Memorare nouissima tua ⁊ ī eternū nō peccabis. Cingulū xo qd̄ sub corpore equū stringit est examinatio ꝯsciētie sue: iuxta illud Osee. 2°. Iudicate mrēm vestrā. i. ꝯsciam. Sit aūt sella de corio mortuoꝝ: per qd̄ designatꝛ cogitatio exēploꝝ preteritorū: qꝛ vt dicitꝛ in cōi ꝓuerbio. Ratio preteriti scire futura facit. ¶

Excomunicatio ãt mior quo ad ecclia3 icurritur pmo p pticipationẽ cũ excõicato maiori excõicatiõe: vt loqndo: comedendo: ⁊ huiusmodi. cº. cũ excõicato. xjª.q.3ª. Scdo cũ qs sacrilegiũ cõmittit. 17ª.q.4ª.cº. maior. ⁊ cº. si qs inẽtus. Aliqñ tñ p sacrilegiũ icurrit maiorẽ: vt siqs iniuriã irroget in psonã ecclesiasticã de sen. exco. cº. nõ dubiũ. vel si incendat vel frãgat ecclesiã. cº. tua nos. ⁊ cº. ꝯquesti. extra eodẽ. Tertio p notoria fornicatiõe. de coha. cle. ⁊ mu. cº. via. Quarto p simonia ẽt occulta in ordine vel bñficio. cº. tãta. de simo. Hodie tñ est excõicatio maior ⁊ papalis: vt p3 p extrauagãtes decretales: maxime martini qnti: vnã que icipit multe. ⁊ aliã q̃ incipit. dãnabile. Et Eugenij quarti q̃ icipit. cũ detestabile. Quinto cũ qs recipit ecclĩã de manu laici. 16ª.q.7ª.cº. si qs deinceps. Arᵐ. ad idẽ in. cº. qsqs de elec. Sexto ꝑm quosdã cũ quis in bello iniusto ꝯtra xpianos exercet artẽ balistarioꝝ. cº. artẽ. d sagi. Septimo cũ quis est mãifestꝰ raptor vel oppssor paupum seu publĩcꝰ vsurariꝰ: vl aliqua est publica meretrix: q large dñr excõicati eo ꝙ eoꝝ oblatiões ad altare dei nõ recipiunẗ: vt ingt Ray. i sũma. Octauo in illis casibꝰ i qbꝰ negaẗ ecclĩastica sepultura. Sicut pro torneamẽtoꝝ quo moriẽs nõ sepeliẗ in sacro. cº. pº. de tornea. Et idẽ de eo q non ꝯfiteẗ semel in anno. cº. oĩs. de pni. ⁊ re. Nono qlibet notorius pctõr. di. 95ª.cº. illd ⁊ de ꝯse. di. 2ª. cº. pro dilectiõe. ⁊ 88ª. di. cº. neque. ⁊ 13ª.q.2ª.cº. p obeuntibꝰ. ⁊ ibi glo. Ab oĩ tamen excomunicatiõe minori põt absoluere ꝓprius sacerdos: vt dĩ in summa confessorum liº.3º.tiº.33º.q.69ª. Et hi omnes casus ponuntur ibidem.

Pars secunda huius sermonis de excomunicationis inflictione. Z

Pro declaratiõe huius ptis sciendu3 ẽ ꝑm oẽs canõistas i. cº. nup de sen. exc. ⁊ theologos i. 4º. di. 18ª. ꝙ duobꝰ modis pricipalibꝰ isligiẗ excõicatio. s. vel p dispositionẽ iuris: vel p ꝯdẽnationẽ iudicis seu hoĩs. Primo ex dispositiõe iuris cõtra: i quo multa pcipiunẗ fieri vel non fieri: sub pena excõicationis ipso fcõ incurrende. Et he excõicationes sunt multe. Nã Host. in ti. de sen. exco. i pncipio numerat triginta excõicationes que hẽntur i decretis ⁊ decretalibus. Ioãnes quoq3 andree i capitulo eos. de sen. exco. liº.6º. in glosa. numerat trigintaduas que hẽntur in eodem libro. Et idẽ in clementina prima de sen. exco. numerat quinquagita que hẽntur i clemẽtinis. Quas omnes vide ibi. Sunt quoq3 multe decretales extrauagãtes diuersoꝝ summoꝝ pontificum: vt bonifacij. 8. Nicolai. 4. Ioãnis. 22. ⁊ aliorum in quibꝰ diuerse excomunicatiões continentur. Inter q̃s est illa Martini. 5. que incipit. Martinus episcopus. ⁊c. In qua ex parte omnipotentis dei patris: ac filij: ⁊ spiritus scti: ⁊ auctoritate beatorum apostolorum Petri ⁊ Pauli: excomunicantur omnes heretici cuiuscunq3 secte ⁊ quocunq3 nomine censeantur: ⁊ omnes fautores: receptores ⁊ defensores eorum. Item imponentes noua pedagia in terris suis: vel prohibita exigentes. Item falsarij bullarum: vel literarum apostolicarum ⁊ pirrate maris. Et ducentes equos: arma ferrũ ligamia: ⁊ alia prohibita saracenis: qui christianos impugnãt. Item impedientes eos qui deferunt victualia: vel alia ad vsum romane curie ⁊ spoliãtes seu detinentes eos: qui pro causis suis

vel vadunt ad sedem apostolicam: vel ab ea recedunt: et omnes iniuriātes vel verberātes romipetas: vel peregrinos q hierusalem ex deuotione accedunt: vel ibi morātur vel inde reuertuntur. Item omnes qui contra eccliam romanam hostiliter insurgunt: aut cōtra terras eius. Omnes etiā qui se ab obediētia romani pontificis ptinaciter subtrahūt: vel quolibet recedere psumunt: et dātes eis auxilium: consilium: vel fauorem in predictis. Et alij multi de quibus in processu curie habetur qui omni anno in cena domini per summum pontificem publice excomunicati denunciātur. Non solum āt incurrunt excomunicationem ipso iure facientes cōtra predictas decretales: sed ēt q contraueniunt similibus constitutionibus factis i concilijs generalibus: que astringunt omnes fideles. Si vero sint constitutiones pvinciales: seu sinodales alicuius diocesis: vel sint facte ab aliquo legato alicuius prouincie: solum ligant in illa diocesi vel prouincia et non extra.

A

Incurritur āt excomunicatio a iudice siue ab homine: quādo aliquis excomunicat̄ ab aliquo habente auctoritatem excomunicādi a iure comuni: vel priuilegio aut delegatione: vel psuetudine: vt dicit Petrus de lignano in tractatu suo de censura ecclesiastica et Ricardus i. 4°. di. 18ª. Inter quos sunt epi: vt hētur in. c°. visis. in fi. 16ª. q. 2ª. vbi ēt dr̄ q excomunicatio ē mucro episcopi: et ideo sicut papa i vniuersali ecclesia: ita ipsi i diocesibus suis: in quibus hēnt ordinariā iurisdictionem possunt excomunicare. c°. corripiantur. 24ª. q. 3ª. Item excomunicare possūt abbates licet nōdum benedicti: dummodo sint confirmati. extra de simonia. c°. sicut tuis. Alij quoqz prelati collegiati vt priores et huiusmodi possūt singlos de collegio suo excomunicare. c°. cum ab ecclesiaruz. de officio ordi. vbi de hoc plene tractatur per doc. et de maio. et obe. c°. cum i ecclesijs. vnde dicit glo. in. c°. nemo episcop⁹. 2ª. q. pª. et in. c°. cum [redacted] cunctis. de elec. q de iure comuni possunt omnes ecclesiaruz prelati excomunicare suos subditos: super quibus habent iurisdictionem: vt [redacted] predictis iuribus. et i. c°. reprehēsibilis. de appl. et de eo qui furti. ord. re. c°. p°. Et hoc etiaz possunt: licet ipsi subsint alteri: puta episcopo. vt de elec. c°. p°. et 93ª. di. c°. legimus. Que tamen limitantur esse vera: nisi contraria cōsuetudo vel dissuetudo repugnet: fm Host. et Goffre. i summa. vt ēt refertur in summa confes. li°. 3°. ti°. 33°. q. 50ª. Archidiaconus quoqz licet nō sit presbyter: potest excomunicare. Argumentuz 25ª. di. c°. perlectis. et extra de offi. archi. c°. p°. nisi consuetudo sit in contrarium. Soli tamen episcopi possunt excomunicare cum illa solemnitate que habetur. xjª. q. 3ª. c°. debent. s. circunstantibus sibi duodecim sacerdotibus cum candellis accensis. Capitulum ēt de consuetudie excomunicare potest et interdicere sede vacante. c°. cum olim. de maio. et obe. et de rescrip. c°. ex parte decani. et de consue. c°. cum inter vos. Si autem queratur vtrum sacerdotes parrochiales possint excomunicare: respondet. b. Tho. in. 4°. di. 18ª. de excomunicatione. ar°. 2°. q. pª. et Ricardus eadē di. ar°. 4°. q. pª. et Joānes de lignano vbi supra q non: nisi vbi est consuetudo approbata: que dat iurisdictionem. 9ª. q. 3ª. c°. conquestus. i tex. et in glo. et extra de arbi. c°. dilecti. vel nisi aliquo iure speciali vel delegatione iurisdictio eis competat. Oportet enim eum qui vult excomunica[redacted] habere iurisdictionem in foro exteriori: et q p̄ tis causa probetur. c°. nemo. xjª. q. 3ª. Quod nō potest facere simplex parrochianus. Dicit tamen Hostien. in summa q licet in occultis que requirunt iudicialem indaginem: nō possint excomunicare de iure comuni: tamen ex quo curam habent hēnt ēt potestatem excomunicandi in notorijs: premissa admonitiōe: et in omnibus his q̄ sine libelli oblatione expediri possunt: extra de clā de. despon. c°. cum inhibitio. Dicit etiam Joannes de legnano vbi supra. q sacerdotes parrochiani possūt excomunicare suos parrochianos in generali dicendo excomunicamus eos vel eū qui talem rem furatus est: nisi infra tot dies restituerit vel concordauerit: et huiusmodi. Et hoc nisi sit contraria consuetudo vel superioris inhibitio: hec ille. Et cum hac limitatione debet etiam intelligi dictum Hostiensis vbi supra: vt habet̄ in summa confes. in dicta. q. 50ª. Mulier autem prelata vt abbatissa: et huiusmodi excomunicare non potest: cum careat clauibus. c°. noua quedam. de peni. et re.

¶ Pars tertia huius sermonis de excōīcationis iustificatione.

B

Pro expeditione huius partis [redacted] sciēdum fm. b. Bonauenturam in. 4°. di. 18ª. parte. 2ª. ar°. p°. q. pª. et Ricardum in ea. di. ar°. 3°. q. pª. et. b. Tho. etiam in predicta di. articulo. p°. q. 2ª. et Alexandrum de ales in secunda parte sūme in tractatu de excomunicationibus: q valde conueniens est aliquos ex rationabili causa per excomunicationem a comunione ecclesie separari: vt. s. illi qui per superbam contumaciaz ecclesie parere recu

sant:de tali confusione erubescētes humiliter ad ecclesiasticam reconciliationem revertantur: et malam vitam suam corrigant flagellis ecclesiasticis castigati. Item excōicatio est utilis alijs non excommunicatis: ut timore illius peccare timeant ne etiam eis idem fiat in eodem crimine labātur. Pena enim unius efficitur metus multorū .l. aut facta ff. de penis. Item illis prodest malos ab eorū communiōe separare:ne illos inficere possint. Jō dicit in .c°. resecāde .24ᵃ. q. 3ᵃ. Resecāde sūt carnes putride: et scabiosa a caulis repellēda ē ouis:ne tota domus:massa: et corpus: ac pecora ardeāt:corrumpantur:putrescant: et intereāt: hec ibi. Quia ergo ut ait cōmentator super pemio Phisicorum. Sicut in naturalib⁹ ita et suo modo debet fieri in spiritualibus. Ideo iudex ecclesiasticus qui est medicus spiritualis: debet servare in curatione infirmi spiritualis per peccatū modum medicine corporalis. Naz discreti et prudentes medici quando per levia remedia et dulcia medicamenta nō possunt expellere infirmitatem ab egroto: utuntur sepe afflictiuis et mordacibus remedijs. Ut incidendo membra putrida: vel igne decoquendo: vel cibaria subtrahēdo: aut amarissimas potationes dando. Quod quidem facere debent prelati ecclesiastici in medicina spirituali: quia scilicet quando non possunt peccatorem a morbo criminis sui per bonas ac humanas exhortationes: et per ministrationem sacramentorum sanare: debent eis mordacia remedia et amara adhibere scilicet increpando: vel sacramēta que eis sic indispositis nocerent subtrahendo: et a cōmunione fideliū eos rebelles et obstinatos separando. Quod pcepit fieri dominus. Matthei. 18°. di. Si ecclesiaz nō audierit sit tibi sicut ethnicus et publican⁹. Que verba exponēs Scotus in .4°. di. 18ᵃ. dicēs q p predicta verba innuit dominus q rebelles preceptis ecclesie: debent excommunicari. Est ergo excommunicatio medicinalis ut dicitur in .c°. cum medicinalis de senten. exco. libro. 6°. Ideo Paulus apostolus .p°. Corin. 5°. iubet quendam fornicatorem maximum excommunicari di. Ego quidem absens corpore presens autem spiritu: iam iudicaui eum qui sic operatus est: in nomine domini nostri Jesu christi congregatis vobis et meo spiritu: cum virtute domini nostri Jesu christi traddere huiusmodi sathane in interitū carnis: ut spūs saluus sit in die domini nři Jesu xpi: hec ille. qui etiā ultio .c°. eiusdem epistole inquit. Si quis non amat dominum nostrum Jesum christum anathema sit. Et ad Galla. p°. iterum ait. Si quis euangelizauerit preter id quod accepistis: anathema sit. Et p°. ad Thi. p°. etiam dicit. Quidam repellentes scientiam circa fidem naufragauerunt: ex qbus est Hymeneus et Alexander quos traddidi sathane: ut discāt nō blasphemare. Ea propter igr Pelagius papa .i. c°. apostolice .24ᵃ. q. 3ᵃ. Apostolice auctoritatis exēplo didicimus: errantium et i errorem mittentium spūs .i. hoīs traddendos esse sathane: ut blasphemare dediscant: hec ille.

Verum qz excommunicatio est quoddā remedium ad conservationem ecclie dei inventū: et ea que a deo sunt: ordinata sunt: ut dr ad Roma. 13°. Ideo oportet ipsam excommunicationem esse iustificatam et ordīatam: maxime triplici ordie. s. materiali: formali: et finali. Quo ad pmum ordiem est sciendum ſm Ricardū i. 4°. di. 18ᵃ. ar°. 3°. q. 2ᵃ. et sanctum Bonaventuram i eadem di. parte .2ᵃ. ar°. 2°. q. 2ᵃ. et Tho. et i predicta di. de excommunicatione. ar°. p°. q. 3ᵃ. q nulla excommunicatio debz fulminari nisi pro peccato mortali illius q aliter non videtur posse corrigi. ut dr in c°. nemo. xjᵃ. q. 3ᵃ. Et idem ponit glosa in. c°. ex parte. de verbo. sig. ná ut dr i dcō. c°. nemo. Anathema est eterne mortꝭ damnatio. Et ideo dicit Panor. in. c°. per venerabilem. extra q. fi. sint legit. q ubicunqz i iure canonico reperitur pena mortꝭ: pro excommunicatōe debz exponi: ut probatur i dcō. c°. per venerabilem. ut eni ait Augustinus i. c°. corripiantur. 24ᵃ. q. 3ᵃ. Nulla est gravior pena i ecclesia dei q̄ excommunicatio. Et iō ut i quit glosa ibidem: non est isligenda pro levibus criminibus.

Concludunt ergo predicti doctores: q iuste aliquis excommunicari potest pro culpa mortali: pro qua iam est a charitate divisus: etiā non excommunicetur. Et quia i damnificando aliquez corporalr: vel i rebus temporalib⁹ aliqs peccat mortalr: et facit contra charitatem. Ideo p damno temporali illato potest excōicari: si tali peccato sit annexa cōtumacia cōtra preceptum ecclie alr non debet excommunicari. c°. absit. xjᵃ. que. 3ᵃ. Quadrupliciter autem ſm predcōs doctores: qs peccatum contumacie incurrit. s. quando sufficienter vocatus ad iudicium non venit: nec remanendi habet causam legitimam. c°. Quoniā extra de lite non contes. et .24ᵃ. q. 3ᵃ. c°. de illicita aut quando veniens respondere cōtemnit: et rōnem reddere quare respondere non debet: et non vult stare iuri. xjᵃ. questiōe. 3ᵃ. c°. certum est. aut quando ante q̄ debeat discedit: ut ibidem dicitur: aut quando offensa eius est manifesta: et ad

iussuz iudicis nō vult emēdare.c°.ex parte.de do. si.nec vult sentētie ipsi9 iudicis obedire.2ª.q. 6ª.c°.quisqȝ ꝓbat9. Illi aūt q ipendit aut procurat fraudulenter ne citatio ad eū ꝑueniat: ꝓ citato haberi dz. Argumētū i.l.generalr.r i.l.q pōt facere.ff.de regu.iu. Ille ēt q veniēs se nō representat iudicii:sz se occultat:reputādus ē q̄si nō venisset. Quia perinde est non facere: ꝛ viciose facere.l.quotiēs ff.qui satis.co. Et q talis impediens citationē:vel se occultans hēaꝛ ꝓ citato : est text9 in c°.q̄ñ frequenter.extra ut lite nō contest. Quia ergo excōicatio nō est ferēda nisi pro peccō mortali:tñō dicit Petr9 de palude i.4°.di.18ª.q cū sententia iuris non sit iniusta:potest homo formare ɔsciām suā:q ubi nō peccat mortalr ꝛ.tn̄ nō icurrit excōicationē iuris.

S Ciendum quoqȝ est ſm Ricardū in.4°.di. 18ª.ar°.3°.q 3ª.ꝛ.4ª. q vxor nō debet excōmunicari pro peccato viri:nec ecōtra:nec filius pro peccato pr̄is:aut dn̄s pro peccato populi:aut ſuus pro peccato dn̄i:nisi ipsi participēt in crimine. Nam.24ª.q.3ª.c°.si habes.§.vt ergo.dr̄ q illicite excōicatur quis pro peccato alterius:neqȝ aliqua ratione vtuntur:qui pro peccato vnius i totā familiā sententiā ferunt excōicationis:ꝛ i.§. his ita respondeꝛ.in fi.ea.q.ꝛ cā scriptū ē. Nō ergo ꝓ peccato alicui9 tota familia excōicanda est. Notandū est etiā ſm Ricardū in predicta di.4. ar°.5°.q.3ª.ꝛ beatū Tho.vbi.s̄. q vniuersitas:siue cōitas: vel collegiū:excōicari non pōt:de quo est textus in.c°.romana ecclesia.§. vltimo de sen. exco.vbi dicit. In vniuersitatē vel collegiū ꝓferri excōicationis sentētiā penitus ꝓhibemus:volentes animarū prohibere periculū:quod ex ide sequi posset cū nō nunq̄ȝ contingeret inoxios:ēt huiusmodi sentētia irretiri:hec ibi. Et ratio huius est q: cū excōicatio nō debeat ferri nisi ꝓ peccato mortali vt supra dictū est:peccatū aūt i actu ɔsistat actus vero nō sit cōitas:sed singulariū ꝑsonaꝝ:ideirco singuli de ciuitatē vel de collegio: actores talis peccati mortalis:vel ɔsentientes excōmunicari possunt:nō aūt ipsa cōmunitas vel collegium. Unde dicit Ricardus vbi supra q si sentētia excōicationis ferreꝛ contra vniuersitatē vel collegiū nō tenet:q: esset data ɔtra intentōez legis ꝛ eā instituentis:ad quā respiciendum est.l. ij.C de legi.

E Xcōicari quoqȝ nō pōt mortuus:q: nō est hō.c°.p°.de sum.tri.ꝛ fi.ca. Excōicari enī nō potest a canone:q: huiusmodi excōicatio nō fertur nisi propter criminē: ꝛ mortuus delinquere nō potest:nec amplius penitere.24ª.q.2ª.c°. dānationis:vbi dr̄. Uiuentes non mortuos soluere possum9: vel ligare. Nō potest ēt excōicari a iudice:q: nō potest moueri nec cōtumax ɔstituit ſm tn̄ Ricardū vbi supra.q.4ª. in aliquibus casibus possunt mortui excōicari.s. heretici:scismatici:ꝛ qui hereticū ɔstituit heredē.24ª.q.2ª.c°.sane ꝓfertur. Et illi qui seipsos volūtarie occidūt. 23ª.q.5ª.c°.placuit. Et hi excōmunicanꝛ:nō q: ista excōicatio sit illis pena vel medicina:sed i detestationē criminis precedētis ꝛ ad terrorē alioꝝ propter quod fit eis negatio sepulture:suffragioꝝ ꝛ huiusmodi. Sciendū est etiā:q si in aliquo excōmunicato apparuerunt signa ɔtritionis pe nitentie:pōt absolui post mortē.c°.a nobis.el.2°. de sen.exco.ꝛ.c°.nec q̄sq̄ȝ.24ª.q.2ª. Et talis absolutio ſm q inqt Gulielmus glosator raimundi valet:ut sepeliaꝛ i loco sacro:vel ut sepult9 nō humeꝛ:ꝛ ut oreꝛ ꝛ celebreꝛ pro eo ut dr̄ in sūma confes.li°.3°.ti°.33°.q.121ª. Est autem notanduz ſm Tho.vbi.s̄.ar°.3°.q 3ª.in solutiōe.scdi argumēti q nullus pōt excōicare seipsū. Cuius rō ē: q: ille q excōicat aliquē hz iurisdictionē ꝛ imperiū super euz. Et per consequens est superior eo quem excomunicat:sed nullus est superior se ipso ergo ꝛc. Uñ si contingat casus q sacerdos aliq̄s excōicet in generali:ut puta:ꝓ furto ꝛ huiusmodi. Quod quidē ipse fecit nō est excōicatus. Si vero denūciaret excōicatos ab alio: ꝛ tn̄ minister episcopi vel eius vicarij vel alterius excomunicantis legeret excomunicationem. bene incideret in excōicationē. Item si ep̄s participat cū aliquo ab ipso excōmunicato:incidit i minorem excomunicationē:etiā si intenderet ꝑ hoc absoluere eū.c°.cum desideres.de sen.exco.ꝛ ibi Panor.quia nō pōt euz tali modo absoluere:ut dicitur in sūma cōfes.vbi.s̄.q.161ª. Papa aūt non potest incurrere excomunicationē nisi ꝓp heresiz: ꝓ qua ꝛ iudicari potest ꝛ deponi.40ª.di.c°.si papa. Nō.n.potest ab homine excomunicari:ut ait Joannes de legnano vbi.s̄.q: est omnibus superior.21ª.di.c°.inferior. Nec a canone quia solut9 est ab eo.§. his ita respondetur.25ª.q.pª. q̄uis ſm canones deceat eū viuere ut ibidem dr̄. Et i c°.iustitie.ea.q.ꝛ cā. Non etiam incurrit minorez excomunicationem participando cum excomunicatis.extra de sen.exco.c°.nulli in glosa sed excomunicationem qua omnes excomunicantur a deo pro peccato mortali bene incurrit. Et tanto grauiorem:quanto alijs omnib9 est dignior. Sciendum quoqȝ est ſm Ricar.vbi.supra.ar°.5°.q 2ª.ꝛ Tho.vbi supra ar°.3°.q.3ª.ꝛ Bona.eadez. di.parte.2ª.ar°.p°.q.4ª. q excomunicatus exco

municari iterum potest:vel eiusdē excommunicationis iteratiōe ad suā maiorē confusionē: vel ēt alia propter noue culpe cōmissionē. vnde dicit in.c°.cum p causa.de sen.exco. q excommunicat⁹ pro vna causa potest iterum excommunicari pro alia. G

Quo ad 3m ordinem iustificantem excommunicationem:q dicitur formalis:dico q excommunicans tria debet seruare quo ad irrogandaz excommunicatiōez. Nam primo debet premittere competētē admonitiōez.vt i.c°.sacro de sen.exco.precipit Innocētius tertius ⁊ itelligitur de trina admonitiōe 3m glosaz:vel de vna pro tribus:datis cōgruis iteruallis ad arbitriū iudicis maxime in notoriis.24ª.q.3ª.c°.de illicita. Alias excommunicator est suspensus ab ingressu ecclesie per vnum mēsez: vt habetur i prefato.c°.sacro. Interuallū autem cōgruū dicitur aliquoz dierum qui debent dari p terminoz:nisi facti necessitas aliter suaserit.c°.cōstitutionez.de sen.exco.libro.6°. Secundo debet excommunicās pferre sententiaz in scriptis:⁊ scripture copiaz dare īfra mēsem regrenti:aliter est suspēsus ab ingressu eccle[illegible] ⁊ ab officiis diuinis per mēsem. Si autē exequatur diuia officia:efficitur irregularis nec potest dispēsari nisi per papaz.c°.cuz medicinalis. eo.ti°.li°.6°. De tamē pene nō tangunt episcopos:cum de ipsis nō fiat expressa mētio sicut requiritur.vt in.c°.quia piculosa. eodem li°. ⁊ ti°. Et hoc etiā dicit Ricardus i.4°.di.18ª. ar°.8°. q.2ª.⁊.3ª.tamē tz ⁊ ligat excōicatio:licet nō seruetur modus supradictus: sed excōicatus de facili absoluitur:⁊ excōicator tenetur ad iteresse dicto c°.cum medicinalis.§.si quis autez.de quo etiaz habetur per Ricarduz i predicta di.articulo. 8°. questio.prima. H

Tertio debet iudex vti cōgruitate verborum. vñ vt habetur in summa cōfes.libro.3°. titulo.33°.q.68ª.sic cōsueuit fieri sentētia excōicationis:propter talem ⁊ talez causaz excommunico te. vel excōicamus in scriptis. Huiusmodi eniz vel aliis equipollētibus verbis dz vti excōicans. Argumētum ad hoc.2ª.q.6ª.§.diffinitiua.vbi dicitur. Diffinitiua sentētia que absolutionē vel condemnatiōez nō cōtinet:pro nulla habetur. vnde dicit Ray.in summa q nō approbat sniam quorūdam simplicium sacerdotuz dicētium. Denūciamus talē excōicatum:⁊ tamē nūq̄ excōicauerunt eum. Et licet talis euitādus sit ab illis: quibus fit denūciatio:quia ipsorum nō est iudicare vtrū sit excōicatus an nō:tamē si de hoc agatur i forma iudicii nō reputabitur excōicatus p huiusmodi verba:nisi alias pbetur excōicatus. Et ad hoc satis facit.c.m.cū medicinalis.de sen.exco. libro.6°. I

Sed ponē q aliquid pcipitur sub pena excōicationis vtrum nō obediens sit excōicatus Rūdet Hostiē. ⁊ Go.ac glosator Raymundi: vt in summa cōfes.reffertur.q si tale pceptuz fiat a canone:pdicta verba solum habēt vim cominationis:vt patet.30ª.di.p totaz. Et hoc ideo quia mitius agitur cuz lege q̄ cū ministro legis. l.si cum dices.ff.de arbi.quādo autez est a iudice: tunc si iudex excommunicare intēdat ⁊ exprimat: hoc quod sic intenderit:pdicta verba habēt vim late snie.ante autē q̄ iudex hoc declarauerit:dicit Hostiē.q putat nō esse excommunicatum illū qui sniam non seruauit:cum probabiliter credere potuerit q cōminatio tātum eēt. Predicta.n. verba de sui natura vidētur tm̄ importare cōminationem vt.C.cōminatiōes.vel epistolas.l.vnica.⁊ notat.extra de sagitta.c°.arcem. Quādo autem verba habeāt vim late sentētie vel ferēde satis diffuse tractat Panor.in.c°.si diligenti.de foro compe. Sed pone q iudex dicat:habeo te pro excōicato:respondet Host.i summa dicens. Nō facio vim vtrū iudex dicat:excōico te vel scias te excōicatum:vel te excommunicatū cognosce:vel hēas [illegible] pro excommunicato:vel reputes te excōicatū vel alia quecunq; verba proferat:dūmodo volūtatē ⁊ consensum suum de presenti exprimat: sicut ⁊ alias simil'r dicitur.extra de spon.c°.si inter viruz.⁊ extra de sponsa.du.c°.p°. Volūtas.n.iudicis spiritualis pro lege seruanda ē.xjª.q.3ª.c°. audi. Uerba nāq; intētioni deseruiunt:⁊ nō ecōuerso.22ª.q.5ª.c°.humane. Et sermo rei nō sermoni res est subiecta.c°.Intelligētia. de verbo. sig. Facit ad hoc illud quod ponit Panor.in. c°. ex parte de sponsa. vbi ait.q vbi actus depēdet ex mera volūtate loquētis: paria sunt dicere: q vult talē hēre pro vxore:vel ciue:⁊ dicere:duco te in vxorē:vel facio te ciuem. Ad hoc ēt faciūt notata p Bar.in.l.si maritus.ff.de adul. ⁊ in.l.is q pro emptore.ff.de vsuca. Et hec quidem habēt locum cum constat de intētione iudicis:vt qz ipse hoc declarauit:vel quia semp in excommunicationibus suis ita solitus est dicere:vt inquit glo. Raymundi in summa. Si autē dubitētur de intentione eius:licz in foro iudiciali talis nominatus non reputetur excommunicatus:tamen in dubio melius ē eligere viam securiorē:vt se reputet excommunicatum ⁊ absolutionem petat. vt dicit ēt Host. vbi supra. Et ibidē hētur in sūma ǝfes. libro.3°.ti°.33°.q.64ª. K

Quo ad tertium ordinē iustificātē excomunicationez qui dicit̄ finalis: ē sciendum ꝙ vt pꝫ ex predictis excomunicatio introducta fuit ad emēdanduꝫ proximū. Et vt ait Augustinꝰ libro. 3°. cōtra epistolaꝫ ꝑmenij nō est inuēta ad eradicandum illum sed ad corrigēdum. vnde in c°. cū medicialis de sen. exco. libro. 6°. dicit̄ ꝙ iudex i excomunicatione proferēda dꝫ se ostēdere prosequi: quod corrigētis est ꝛ medētis. Dꝫ etiaꝫ cauere diligēter ne ad excōicationē cuiuscunqꝫ absqꝫ manifesta ꝛ rationabili cā ꝓcedat: vt dī in c°. sacro. de sen. exco.

Pars quarta huius sermonis de excomunicationis obseruatione. L

Sciendum ē ꝑm sniām Ricardi i. 4°. distictio. 18ª. ar°. 3°. q. 5ª. Et Alexādri de ales in. 4ª. parte summe i tractatu de excomunicatiōibus: ꝙ snīa excōicatiōis tripliciter pōt dici iniusta. vt hētur i. c°. episcopus. §. si ergo. xjª. q. 3ª. Aliquādo eni est iniusta ex causa. quādo. s. nullum oino est delictum in eo qui excōicatur: ꝙ sit excomunicatōe dignū aliquādo vero est iniusta ex aio proferētis: quando. s. iudex nō ꝓfert eam zelo iustitie ꝛ charitatis sed liuore odij: vel precio: aut fauore aduersariorum. Aliquādo etiam ē iniusta ex ordine quando. s. nō seruatur ordo iudicialis in proferēda ipsa sentētia. c°. seruetur. §. item sententia. xjª. q. 3ª. Quocunqꝫ autē modo sentētia excōicationis sit iniusta semp est timēda ꝛ seruanda: nisi in aliquibus casibus: de quibus īfra dicetur. Et talis sic iniuste excomunicatus dꝫ se gerere pro excomunicato: donec per eum qui tulit sniam: vel per aliū habentem auctoritatem fuerit absolutus. vel innocēs declaratus. Et rōnez quare timēda sit sententia ēt iniusta assignat Gregorius in quodā sermone quia. s. ille qui non est in delicto ꝓpter qd̄ est excomunicatus: forte alia ex causa meretur illam sentētiam excomunicationis. Ideo inquit i c°. sentētia. xjª. q. 3ª. Sentētia pastoris siue iusta siue iniusta fuerit timēda est. Et in. c°. quibus dem. questio. ꝛ causa dicit vrbanus papa. valde timenda est sententia episcopi: licet iniuste liget. Ille autē qui excomunicat aliquē iniuste: aut ex animo ꝛ mala itētione: vel odio: aut contra iuris ordinem: aut sine rōnabili causa: scienter ꝛ ex deliberatiōe peccat mortaliter: ꝛ ē dignus pena eterna vt ait Ricardus in predicta distictio. articulo 8°. q. 4ª. quia proximum iniuste ꝛ grauiter ledit in fama contra prohibitionem ecclesie: vt patet per illud quod habet̄ in. c°. si episcopus. xjª. q. 3ª. ꝛ de sen. ꝛ re iudi. c°. cum eterni. in. 6°. ꝛ de sen. exco. c°. cum medicinalis libro. 6°. Mortaliter etiam peccat si hoc faciat ex ignorātia crassa ꝛ supina: ꝗuis nō ita grauiter sicut cū hꝰ agit ex certa malitia. M

Sciendum tamen est ꝑm communiter doctores in. c°. solet ꝛ in. c°. ꝓsenti. de sen. exco. libro. 6°. ꝙ in quibusdam casibus excomunicationis snīa est nulla ipso iure: ꝛ per cōsequēs nec timēda. Primus casus est quādo quis excomunicatur a non suo iudice. c°. ad nostram de consuet. ꝛ. c°. nullus. de parrochijs. ꝛ. C. si a nō compe. iu. l. ij. ꝛ. iij. vbi patet nullam eē sniam datam a non suo iudice. Et idē hētur i. c°. Omnis de peni. ꝛ re. Nō ergo tenet snīa excomunicationis ab eo lata qui super hoc nō habebat potestatem. Secūdus casus ē quādo quis excomunicatur a suo iudice sed excomunicato. vt enim īquit Ricardus ꝛ beatus Tho. in. 4°. di. 18ª. sicut ligatus corporaliter alium ligare nō potest. ita nec ille qui excōicationis vinculo est ligatus excomunicare pōt: cum viculum spirituale sit fortius corporali. Jō 24ª. q. pª. c°. audiuimus dicitur. Excomunicatus: te excomunicare nō potuit. Et eadē. q. ꝛ causa. in. c°. miramur scriptum est ꝙ excomunicati iudices eē non possunt: ergo nec excomunicare valēt. Tertius casus est: quādo quis excomunicatus est ab aliquo iudice ītruso vel suspēso a iurisdictiōe: quia talis excomunicare nō potest. vt dicit Ricardus ꝛ Tho. vbi supra. ꝛ Ray. i summa Et hoc probatur. 12ª. questio. 2ª. c°. alienatiōes. ꝛ. c°. precarie. ꝛ de concel. preben. c°. quia diuersitatem. Si tamen crimen taliuꝫ excomunicatoruꝫ. intrusorum vel suspensorum eēt occultū tollerāda eēt snīa lꝫ nūa: ꝗ diu eoꝝ crimē ē occultū ꝛ ab ecclesia illi in officio tollerātur. Argᵐ. 8ª. q. 4ª. c°. nonne. ꝛ. 3ª. q. 7ª. §. tria. ꝛ de iure patro. c°. cōsultatiōibus. ꝛ. l. barbariꝰ. ff. de offi. ꝓto. N

Quartus casus est quādo quis excomunicatur post legitimaꝫ appellationem. c°. ad nostram presentiam. de appel. ꝛ. c°. per tuas. de sen. exco. ꝛ. c°. solet. ꝛ. c°. venerabilibus. eodem titulo libro. 6°. Quintus casus est quādo snīa excomunicationis cōtinet intollerabilem errorem vt in c°. per. tuas. de sen. exco. ꝛ dicto. c°. solꝫ. ꝛ. c°. venerabilibus eodem titulo libro. 6°. Et dicitur intollerabilem errorem continere: quādo qui excomunicatur: quia facit aliquod bonuꝫ opꝰ: vt dare elemosynaꝫ pauperi: ꝛ huiusmodi. c°. si is qui preest. xjª. q. 3ª. vel quia nō vult facere aliquid īpossibile vt dicit glo. in dicto. c°. ꝑ tuas: vel ꝙ sit expresse contra ordinationes canonū. c°. cū apostolus. ꝛ ibi Panor. de censi. Talis eniꝫ excōica

tio non ligat.clementina pastoralis.§.pisana.de re iudi.et nota.per Innocentium in.c°.fraternitatis.de fri.et male. O

Sextus casus est qñ quis excõicatus est ab eo qui violauit interdictũ.c°.tanta de excess. pla.eius.n.excõicatio est ipso iure irrita et inanis vt ibidẽ dicitur.Septimus casus est cũ quis excomunicat aliquẽ contra sui priuilegij.c°.cũ capella.et.c°.quanto de priui.Octauus casus ẽ cũ quis excõicatur a prelato suo:qz reuelauit statũ ecclesiaru3 vel monasteriorũ suorũ superioribus suis:vel legatis sedis apostolice inquisitionẽ facientibus.c°.quia plerĩqz de offi.iudi.or.lib°.6°. Nonus casus est qñ quis excõicatur a delegato contra voluntatẽ delegãtis.c°.vlt°.de pben. Decimus casus est qñ quis excõicatur a delegato ĩpetrato in casu nõ pmisso.c°.qz plerĩqz de offi.iudi.or.li°.6°.et de rescrip.c°.p°.Eodẽ libro. Sed iste casus cum precedenti:potest ad primũ reduci.Undecimus casus est quando excõicatio profertur generaliter cõtra nõ facientes aliqd pu/ ad restitutionem:vel nõ soluentes:et aliquis non facit quia nõ potest.Non enim ligatur fm Federicum de senis suo cõsilio.93°.Et ratio est fz Panor.in.c°.P.et.G.de officio delegati:quia talia verba debent intelligi ciuili modo.Argumẽtum in.l.si cui.ff.de serui.Duodecimus casus est quãdo sententia excomunicationis profertur:nisi aliquid fiat in certo termino:et terminus prolungatur ab eo cuius solius interest:et cui facere debebat:quia currit excomunicatio:ut tenet Petrus de ancha.in.c°.p°.de loca.Et facit c^m. preterea ð appel.Faciunt etiam notata in simili per Bart. in.l.i.§.et post operis.ff.de noui operis nũ.Et per Joan an.in.c°.quicunqz.ð sen.exco.libro.6°.Et per Bal.in.l.maximum vicium.C.de liber.prete.hec tamen intelliguntur quando prolungatio fit ante elapsum terminum:quia post penam inflictam consensus creditoris superueniens non tolleret eam.Faciunt notata per Barto in.l.i.§. sed si filius.ff.de lega.3°.Tertiusdecimus casus ẽ quando iudex ferens sententiam generaliter:ut dicẽdo.Excomunicamus illos qui tale quid fecerunt:vel sciunt:et nõ reuellant.etc.aliquos nõ intẽdit ligare.Quia enim excomunicatio assumit vires ab intẽtiõe excomunicãtis:fm Panor.in c°.ex parte el primo.de offi.or.Facit quod notat glosa.i.c°.2°.de testi.co.et i.c°.P.et.G.de offi.del. et in.c°.p°.de iudi.Ideo tales nõ incidunt in excomunicatiõem.Quartasdecimus casus ẽ quãdo excomunicatio fertur sub cõditione: et ante conditiõis euẽtum moritur excomunicator:quia sic expirat et nõ ligat post mortem eius:fm Panor.i.c°.cum ad hoc.de cle.nõ resi.Et quelibet ẽt alia talis sententia expirat:ex quo non habuit effectũ in vita sententiantis.Facit.l.si.ff.de pe. P

In omnibus ergo predictis casibus:et in quibuslibet alijs in quibus sententiam excomunicationis constat esse nullam ipso iure:et cõstat notorie de errore:non est talis sentẽtia seruanda nec timenda.Et ita intelligitur illud quod habetur in.c°.certum.§.illicita.24^a.questio.3^a.vbi dicitur.Illicita excomunicatio non ledit eum qui notatur:sed eum a quo notatur.et.xj^a.questio.3^a. c°.cui est illata.scriptum est. Si iniusta est sententia tamẽ curare eam nõ debet:quanto apud deum et eius ecclesia3 neminem potest grauare eius iniqua sententia.Quando vero non cõstat expresse de nullitate sententie:tunc quisqz tenetur eam suare donec rationabiliter sedauerit scãdalum:et notoriã fecerit nullitatem sententie per legitimas causas.Quo facto non tenetur eam seruare:quia tunc non erit amplius scandalum pusillorum sed phariseorum:vt ait Petrus de palude in.4°.sentẽtiarum.distictio.18^a.Interim autem debet se gerere pro excomunicato. Facit capitulũ si episcopus in fi.xj^a.questio.3^a. Aliter faciens et se comunioni fidelium ingerens posset excomunicari iuste propter contemptu3.xj^a.questio.3^a.§.cum ergo.et.§.huic. Nam popter hoc peccaret mortaliter:vt ait glosa i capitulo per tuas.de sentẽ.excomunica.vbi etiam dicit q propter contemptum sentẽtia alias iniusta teneret. Ideo in sũma confessorum libro.3°.ti°.33°.questio.73^a.ad finem dicitur:de mente Hostien. ac Tho.et Ray.q talis excomunicatus debet se excomunicatori psentare:et ostẽdere inocẽtiam suam:et petere absolutionẽ:vel proponere querimoniam coram superiore contra excomunicatorem c°.sacro.de sen.exco.Interim autem talis iniuste excomunicatus vt inquit Alexander de ales.in 4^a.parte summe licet ab hominibus reputetur excomunicatus:tamẽ apud deum non est separatus ab vnione ecclesie quo ad spiritualia charismata:quia sicut homo pictus non ẽ homo fz rei veritatem sed solum fm vocem:sic excomunicatio iniusta non est excomunicatio fm rei veritatem:sed solum fm vocem et apparẽtiam. Nec potest offendere innocentem iniusta et iniqua pastoris snia cu3 ipse talr cõdemnatus habeat bonam coram deo cõsciẽtiam.vt dicit i.c°.quomodo.et.c°.temerariu3.et.c°.quid obest.et capitulo i cunctis.et caplo et si aliud tempus.et caplo custodi. xj^a.questione.3^a. O

Sed hic q̃rit̃ quãdo fit excõicatio: q̄ qlibet sciens quis talẽ rem furatus fuit: teneatur sub pena excõicationis reuellare infra certũ terminũ de qua excõicatione habetur in.c°.a nobis de sen.exco. Nũquid omnes aliquid sciẽtes teneantur reuellare ꝛ cui dicere debeãt. Et respõdet Hosti.in sũma q̄ scientes nõ tenentur reuellare ipsi dãnũ passo:sed prelato ecclesie: vel per eum deputato.35ª.q.6ª.c°.episcopus in sinodo. Sed nec ipsi prelato debet reuellari publice si solus reuellator scit ꝛ probare non potest.2ª.q.7ª.c°.plerũq̃. Et ita tenet glo.in.c°.sacerdos de peni.di.6ª.ꝛ.6ª.q.pª.c°.super omnia ꝛ.q.2ª.c°.placuit.ꝛ.2ª.q.pª.c°.si peccauerit. Facit.cm.si sacerdos de offi.or. Quando ergo dicitur qui scit intelligitur de probabili scientia.l.qui accusare.C.de edẽ.facit.l.nostris.C.de calũ.debet tamen secrete reuellari prelato tanq̃ patri vt possit prouidere.c°.hoc videtur.22ª.q.5ª.

¶ Pars quinta huius sermonis de excomunicationis malignitate.

Primo de excõicationis minoris malignitate tractare volens premittendũ duxi:q̄ participans cũ excõicato minori excõicatione:non contrahit excomunicationẽ vel peccatum:si specifice nõ prohibeatur per habentem auctoritatẽ ꝓhibendi.c°.quoniã multos.xjª.q.3ª. Et ideo dicũt doctores i predicto.c°.q̄ excõicatio maior nõ transit in tertiam personã. Itẽ sciendum est q̄ hec excõicatio vt inquit Ray.i sũma ꝛ habetur in sũma confes.libro.3°.ti°.33°.q.55ª. nõ tantum potest intelligi ab ep̄o sed etiam a quocũq̃ iudice ecclesiastico inferiore.c°.cum ab ecclesiarũ de offi.or. Et hoc siue pro contumacia.5ª.q.2ª.c°.presenti.siue pro alijs culpis. Facit.17ª.q.4ª.c°.miror. Item põt intelligi simpliciter.i.ad tempus indeterminatũ: sicut in.c°.in actione.de peni.di.pª.siue ad tp̄s determinatũ:vt in.c°.tanta.86ª.di.

Prima aũt malignitas huius excõicationis que dicitur separationis est:q̄ excõicatum remouet ꝛ separat a sacramentis ecclesie:ita q̄ si ea pcipiat peccat mortaliter.c°.si celebrat.de cle.exco.mi.nõ tamen incurrit irregularitatẽ etiã si celebret vt in eodem.c°.dicitur. Item peccat conferendo alijs ecclesiastica sacramenta:sed tamen ab eo sic collata nõ carẽt virtutis effectu:vt ibidem dicitur. Secunda malignitas appellatur irritationis:scilicet electionis de ipso facte. Unde quit Gre⁹.nonus i dicto.c°.si celebrat. Si tamẽ scienter talis electus fuerit:eius est electio irritãda:pro eo q̄ ad susceptionem eorum eligitur:a quorum perceptione a sanctis patribus est priuatus. Super que verba inquit glosa.q̄ si excomunicatus minori excomunicatione eligitur ẽt ignoranter nõ valet electio:q: ignorantia eligentium nõ facit ipsum habilem. Et si scienter talẽ eligerent priuarentur iure eligendi.c°.cũ in cõctis.de elec.

Tertia malignitas dicitur ingressiõis. Facit enim excõicatio minor hominem indignũ ingressu ecclesie adeo q̄ inquit Ugo i.c°.si inimicus.xjª.q.3ª.q̄ ab ingressu ecclesie separat:ita q̄ non debet talis excõicatus intrare ecclesiã. Sed Hosti.in sũma dicit:q̄ licet talis tutius faceret non intrando ecclesiã:anteq̃ sit absolutus:si tamen intrauerit causa orandi non videt̃ peccare. Et idem dicit Ray.in sũma addens maxime si ecclesia in quã intrat nõ sit cõsecrata. Et assignat rationem quare possit intrare.s.quia nõ est remotus a sacramẽtis. Unde subdit dicens. Imo forte potest intrare ad horas:dũ tamen nõ ad missas. Sed primũ securius est.s.q̄ prius se faciat absolui. Goffredus etiã in sũma dicit q̄ talis potest audire diuina preter missam:sed securius facit si ex deuotione abstineat.c°.ad eius.5ª.di.glo. vero Ray.dicit. Credo sine preiudicio veri:q̄ et misse poterit interesse:dũtamen ibi nõ comunicet:q: minor excõicatio nõ separat nisi a pceptione sacramẽtorum:que in sola perceptione consistit.c°.si.de cle.exco.mi. Credo tamen q̄ huiusmodi excõicatus:pacem non debet recipere cum alijs post agnus dei:quia osculũ illud succedit loco eucharistie:hec ibi que omnia ponunt̃ in sũma cõfes.eodem libro ꝛ ti°.q.169ª.

Malignitates aũt excomunicationis maioris sunt viginti sex:quarũ prima dicitur sacramentorũ exclusio. Excludit.n.ꝛ separat hominẽ ab oĩbus sacramentis.c°.engeltrudam.3ª.q.4ª. Quãta igitur bona lucratur qui digne suscipit sacramenta:tanta amittit qui excõicatione innodatus est. Unde de gratia que acquiritur per sacramenta inquit Ricardus in.4°.di.pª. Gratia in quantũ per sacramentũ confertur:directe ꝛ immediate ordinatur ad sanandã animã a morbo peccati. Ex quo apparet q̄ excõicatio tollendo talem gratiam aufert sanitatem anime:ꝛ dimittit eam infirmã. Secunda malignitas dicit̃ elongatio diuinorum:quia non potest excomunicatus intra ecclesiam orare cum alijs aliter mortaliter peccat. Et ideo sanctus Ambrosius nõ permisit Theodosium imperatorem intrare ecclesiã quia erat excomunicatus. Non debet etiã excomunicatus extra ecclesiam sic prope stare:q̄ ad

diat diuina.c°.quod [illegible] te.de peni.τ remi.Quā/do autem nō dicuntur diuina potest ecclesiaꝫ so/lus intrare:vbi alij nō sunt:vt ait Joannes de le/gnano in tractatu de censura ecclesiastica.Et po/test interesse p̄dicationi:qua audita statim de/bet exire ecclesiam.c°.responso.de sen.exco.Et ad hoc admittitur vt conuertatur sicut τ infidelis. c°.episcopus.de conse.di.p^a. Tertia malignitas est ꝙ nō potest contrahere matrimonium sine peccato. Dicit tamen Joannes de legnano vbi supra ꝙ licet peccet mortaliter contrahendo:te/net tamen matrimonium contractum: τ reddere tamen debitum debet exigere vero non debet. Sed quidam dicunt ꝙ non peccat mortaliter exigendo. X

Quarta malignitas est ꝙ excōicatus nō po/test ordinare nec ordinari quo ad executio/nem etiaꝫ si ignoret.Unde ordinati ab ipso etiaꝫ ignoranter:indigent dispensatiōe episcopi: quo ad executionem ordinis.c°. ab excōicatis.9^a.q. p^a.Si uero scienter:indigent dispensatiōe pape c°.si.de ordi.ab episcopo qui resi.epis.vel excomu/nicato:quia executionem conferre nō potest qui eam nō habet.p^a.q.p^a.c°.gsa.τ.c°.statuim⁹. Y

Quinta malignitas est ꝙ licet excomunica/tus si est clericus teneatur dicere officiuꝫ: nō potest dicere cum alio:sed debet dicere solus τ sine dominus vobiscum ꝭm Hosti.in sūma:τ habetur in sūma:confes.eodē libro τ ti°.q.174^a. Nō enim teneatur dicere officiuꝫ:probatur per c^m.si quis episcopus cū.c°.se.xj^a.q.3^a.Nam cuꝫ sit obligatus ad hanc seruitutē.c°.p°.de celebra. mis.per excomunicationē non liberatur ab ipa. c°.legi.16^a.q.p^a. Z

Sexta malignitas est vt ponit Ray. in sūma ꝙ talis nō potest suscipi ad religionem nisi prius absoluatur.Tenet tamen receptio τ pro/fessio si fuerit receptus.C.de aposta.l. hi qui san/ctam.Fratres aūt predicatores τ minores possūt absoluere regulares τ seculares volētes ingredi suū ordineꝫ.Et hoc est speciali priuilegio maris magni domini Sixti quarti. A

Septima malignitas est ꝙ talis est suspēsus ab oībus actibus legitimis:ꝭm Ricarduꝫ in.4°.di.18^a.ar°.7°.q.p^a.Cuius ratio est:qꝛ ex/comunicatio ab ecclesia fidelium separat.xj^a.q. 3^a.c°.audi.Sed separatus ab ecclesia nulluꝫ po/test actuꝫ legitimū exercere:qꝛ omnis talis actus requirit cōicationeꝫ cuꝫ aliquo mēbro ecclesie:a qua cōione est separatus excōicatus.Et iō non potest eē index:nec accusator: aut testis.3^a.q.4^a. c°.ↄspiratores.τ.c°.se.Nec valet sententia si vn⁹ de pluribus ferentibus sententiā sit publice exco/municatus:ꝭm Joanneꝫ de legnano vbi supra. Admittitur tamen ꝭm Ricarduꝫ vbi supra ad accusandū crimen heresis:cuius tanta est labes ꝙ ad eius accusationē etiā serui aduersus domi/nuꝫ:τ quilibet criminosi τ īfames aduersus quē/libet admittuntur.2^a.q.7^a.c° .presumunt. Item non potest constitui procurator.c°.post cessioneꝫ de proba.Nec procuratorē constituere quando est actor.c°.fina.de procura.Sed quando est re/us:bene potest constituere procuratorem ad de/fendendum se.c°.intelleximus.de iudicijs.Item constitutiones facte ab ipso vel etiā late ex māda/to eius:sunt irrite ipso iure:τ nūꝗ̄ valebūt.c°.ad/uersus.de īmu.eccle.Dicit tn̄ Ricard⁹ vbi.s̄.i so/lutiōe secūdi argumenti.predicta eē vera.si est excomunicatus publice.c°. ad probanduꝫ.τ ibi glosa de sen.τ [illegible] iudi.Quia facta τ iudicata per occulte excomunicatuꝫ: valent ratione publici officij τ comunis vtilitatis: ꝭm Panor.in.c°. post cessionem de proba.Facit lex barbarius.ff. de offi.preto. Et ideo licet dicatur non valere quod fit ab excomunicato.c°.constitutus.de ap/pel. τ.c°. tanta de exces. prela. tamen quandiu tolleratur: τ est occulte excomunicatus: valet quod fit ab eo eo. Unde [illegible] contulit beneficium vł confirmauit electionem tenere videtur. Argu/mētum ad hoc.8^a.q.4^a.c°.non ne.tutius tamen erit postꝗ̄ detecta fuerit excomunicatio: īpetra/re dispēsationē.Et hanc sniam dicit Rycardus vbi supra eē rationabiliorē.Aliter multi eēnt de suo statu incerti.Et eadē rōne dicunt quidam te/nere absolutionē in foro consciētie:a tali occulto excomunicato factam.Et ad hoc allegant glosaꝫ in.c°.exceptionē.de excep.Et argumētuꝫ ad hoc in.c°.consolationibus.ō iure patro. Nec obstat ꝭm eos.c^m.ad probandum.ō sen.τ re iudi. quia ibi loquiť decretalis:quādo erat publice excomu/nicatus tēpore quo sentēnam tulit. Sed contra hoc ē textus in.c°.audiuimus.24^a.q.p^a.vbi di/citur.Hi qui ꝑe extra ecclesiam sunt: nec ligare possunt:nec soluere:nec reconciliando ecclīastice comunioni reddeř.Non pōt ēt excomnicat⁹ pu/blice:aliquem in iudicio conuenire.c°. cum iter. in fi.ō excep.Quo ꝟo ad contractus priuatos scilicꝫ emptionis τ vēditionis: τ similes licꝫ mul doctores dicant eē nullos:tꝫ tamē Panor.in.c°. si vere.τ.c°.veritatis.de dolo.τ contuma. ꝙ va/lent. B

Octaua malignitas excōicatōis ē:ꝙ exclu/ditur a conuersatione fideliū scilicꝫ in oscu/lo:salutatione in conuiuio τ ceteris ꝗ̄ continenť

in hoc versu. Os orare: vale communio: mensa negatur. Et hoc probatur per. c^m. Sicut. xjª. q. 3ª. Et in. l. Ubi qui sanctã. C. de aposta. Unde dicit Alexander de ales vbi supra z. b. Bonauẽtura in. 4°. di. 18ª. parte. 2ª. ar°. p°. q. pª. q̃ talis excõicatus tenetur euitare alios: vt etiã dicit Panor. in. c°. nulli de sen. exco. Et ꝯtẽnendo euitare totiẽs peccat mortaliter. Facit. c^m. illud de cle. exco. mi. Et. c^m. sicut. xjª. q. 3ª. Unde licet excõicat possint cã humanitatis in sustentationẽ vite etiam nõ expectata extrema necessitate: necessaria vite ministrari: vt alimenta: vestes: z hospitiũ. c°. quoniam z ibi glosa. xjª. q. 3ª. tamen vtensilia z alia instrumenta sine quibus viuere potest: nõ sunt ei ministranda. Solũmodo ergo in casu i quo homo ex precepto charitatis tenetur cõicare cũ eo potest z ipse cũ alijs ꝯuersari ſm theologos in. 4°. di. 18ª. de quo videbimus in sequẽti parte. Magna ergo est pena viuere inter homines z nõ posse cum eis loqui. C

Nona malignitas est q̃ tales excõicati sunt priuati suffragio ecclesie: vt inquit Ricardus in. 4°. di. 18ª. ar°. 7°. q. 2ª. vbi distinguit dicens: q̃ si aliquis est excõicatus pro iniusta causa nõ excluditur a suffragijs z orationibus ecclesie: q2 non est excõicatus quo ad ecclesiam triumphantem nisi sit aliud q̃ obstat. c°. z si ad tps. xjª. q. 3ª. Si aũt sit excommunicatus pro iusta causa: z penitet atq3 diligentissime absolutionẽ suã procurat: paratus facere quicquid in se est: z etiã in isto statu valent sibi orationes ecclesie: q2 peccatũ censetur sibi remissũ: quantũ ad iudicium ecclesie triumphantis. Si aũt nõ penitet: sed i sua obstinatiõe persistit: q̃diu in isto statu est: q̃uis aliquo mõ sibi possint ꝓdesse orõnes ecclie: cũ per orõnes bonoꝝ diuina miĩcordia volũtatẽ penitẽdi multis sceleratis ĩspirauerit: possunt. n. fideles facere orationes: vt deus conuertat excõicatos ab errore suo: vt ait Tho. in. 4°. di. 18ª. tamẽ longe minus prosunt ei q̃ alijs: q2 quantum ex sua parte indignus est vt ei prosint. Ecclesia etiã ad tales excommunicatos sua suffragia non intendit dirigere: sicut ad nõ excommunicatos. xjª. q. 3ª. c°. quicunq3 intra. Oratio aũt ceteris parib9 magis ꝓdest illis ad quos specialius z directius dirigitur: q̃ alijs. Non igitur orat ecclesia pro excommunicatis: vt patet in orationibus que fiunt in die parasceuen: vbi licet oret solẽniter pro diuersis statibus etiam pro hereticis z scismaticis: z ꝓ iudeis ac paganis z infidelib9: nõ orat tamẽ pro excommunicatis. Et per hoc demonstrat q̃ permanentes inexcommunicatione: sunt infidelibus z omnibus peccatoribus deteriores. D

Omnes ergo excomunicati priuãtur ecclesiasticis suffragijs: ex quo incurrunt multa damna. Naz suffragia ecclesie vt inquit magister in. 4°. di. 20ª. valent primo ad augmentum gratie vel ad merendum eis qui non habent. Et quantũ ad hoc dicit magister q̃ gratia dei ꝑ excomunicationem subtrahitur. Secundo valent ad protectionem dei habendam: sicut de se dicebat psalmista. Domin9 protector vite mee a quo trepidabo. Et quantũ ad hoc dicit magister q̃ protectio dei subtrahitur omni excomunicato. Qua videlicet protectione filios ecclesie spiritualiter modo custodit: de quo inquit psalmista. Dominus custodit omnes diligentes se z omnes peccatores disperdet. Ideo dicitur. 24ª. q. 3ª. c°. tam sacerdotes. q̃ excomunicatio a deo separat. Tertio valent ad defendendum ab hostibus. Et quantũ ad hoc dicit magister z Ricardus vbi supra. q̃ diabolo maior potestas seuiendi datur in ipsum corporaliter z spiritualiter. De hoc etiã xjª. q. 3ª. c°. nihil z. xjª. q. 3ª. c°. audi. dicitur q̃ excomunicatio sathane tradit. Excomunicatio etiam est corporis z anime detrimentũ. 2ª. q. pª. c°. de manifesta. xjª. q. 3ª. c°. audi. Et per eaz subuertitur status hominum: quia de ecclesie corpore tradditur sathane. Et est eterne mortis damnatio: ideo timenda est sicut mors. Et excomunicati pro mortuis reputantur. xjª. q. 3ª. c°. nemo episcoporum. Et non participant de bonis operibus z meritis ecclesie de qua participatione inquit psalmista. Particeps ego sum omnium timentium te z custodientium mandata tua. Decima malignitas est illa quam ponit Ricardus in. 4°. di. 18ª. ar°. 7°. q. pª. in corpore questionis circa finem: scilicet q̃ excomunicatus non potest eligere: nec eligi. Et si secus facta fuerit talis electio nulla est ipso iure. c°. cum dilectus. de consue. z. 9ª. q. pª. c°. nos in hominem. z ibi dicit glosa. q̃ si aliqui eligunt simul cum excomunicato viciatur electio. Et addit Ricardus vbi supra in solutione secundi argumenti: q̃ si latenter aliquis excomunicatus interesset electioni: z postea detegeretur eius excomunicatio: ante confirmationem electi: q̃uis propter hoc non irritaretur electio: si electus aliàs hẽat sufficiẽtẽ numeꝝ vocũ tñ vox sua reputabit nulla. Uñ si necessaria fuit ad sufficiẽtẽ numerũ vocũ electio reputabit nulla. Et ſm aliquos excõicatus nõ potest eligi: nõ solũ ad dignitatẽ spiritualẽ: sed nec ad laicalẽ vel secularẽ. Naz nõ potest eligi i regẽ vel iperatorez. c°. ꝓ venerabilẽ de elec. E

Undecimā malignitatē ponit Ricardus ī p̄/ dicta distin.ar°.1°.q.p^a.2^a.τ.3^a.dicēs. Prima φ milites nō tenētur obedire suis principi/ bꝰ publice maiori excōicatiōe excōicatis.15^a.q. 6^a.c°.nos sāctoꝝ.τ.c°.se.τ.c°.grauē.de penis.τ ibi glo. Excōicatio eni3 publica absoluit a iura// mēto fidelitatis. Et hoc cōstitutū est ī detestatio/ nē criminis. vnde vasalli nō tenētur dominis: q̄3 diu durat excomunicatio vt ait Panoꝛ.in.c°. veritatis.de dolo τ cōtu. Si tamen dubium esset vtru3 princeps esset excomunicatus vel nō obe/ dire tenerētur quia ī dubijs superioribus est obe diendum.c°. quid culpatur.23^a.q. prima. τ ibi glosa. F

Secūdo nō tenētur clerici obedire suo episco po manifeste excomunicato maiori excomu nicatiōe.19^a.distin.c°.nulli.τ.16^a.q.vltima.c°.sa ne.cuius ratio est: quia obedire est quoddā cōi/ care. Sed clerici tenētur euitare suū episcopū ex/ comunicatū.c°.miratꝰ.93^a.disti. Ergo nō debēt ei obedire. Et similiter non tenētur monachi o/ bedire suo abbati manifeste excōicato.c°. sacer// dotes.2^a.q.7^a.τ ibi glosa. Imo abbas excōicatꝰ nō solū nō potest precipere: quia est priuatus ac tibus legitimis: sed nec alteri committere vices suas: q̄3 vis si alicui cōmiserit ante excōicationē ipso postea in excōicatione3 īcidēte potestas quā antea cōmiserat nō expiret. Argumētū a simili ī c°.romana.de officio vica.

G

phūm.p°. Phisi.ꝛ.2°.de aīa: ꝛ beatū Gregoriū in quadā omelia. Et iō in primitiua ecclesia adhuc rudib⁹ xp̄icolis ꝯueniēs fuit dari cognitionē spūs sancti per signa visibilia. Sꝫ mō iā innotescente ꝛ publicata fide sufficit cognitio ex inuisibilibus signis q̄ sunt dona grāꝝ mētibus infusa. Et exēplū de hoc videmus in nālibus. Nā plantule dū adhuc tenere sunt ꝛ noue adaquanꝰ: sed postea illis iā ad ꝑfectū deductis: cessat illis fieri adaquatio ꝛ cetera huiusmodi. Secūda rō ē: qꝛ illa signa ꝛ visibiles missiones fuerūt quasi ꝯfirmātes fidei veritatē. Illius aūt cuius ꝓbatio semel legitime facta ē: nō oportet ꝓbationē iterari. Sed ex suppositione prioris ꝓbatōis ꝓcedi. Nā satis demōstrati frustra fit demōstratio. l.i.i.fi.ff. de dote ꝑle. Et iō nō oportet ꝙ ꝑ noua signa mōfides ꝯfirmeꝰ: sed ꝑ ea q̄ facta sunt. In ꝑmitiua aūt ecclesia in qua erāt pauci fideles ꝯparatiue: ꝛ quasi seminaria plātatio totius ecclesie: nec ita veritas erat i apto. Iō indigebāt missione visibili spūs sancti: sicut etiam miraculis quibus ꝯfirmata est fides catholica.

¶ De donatione: siue de donis spiritussancti consideratio quinta. L

Septem sunt dona spūs scti de quibus Isa.xi°.dī. Regescet sup eū spūs dn̄i. Spūs sapiē ꝛ intellectus: spūs cōsilij ꝛ fortitudīs: spūs sciē ꝛ pietatis: ꝛ replebit eum spūs timoris dn̄i. De qbus donis hic breuiter me expediā qꝛ de ipsis aliqua in supioribus declaraui. Sciendū est ergo ꝙ inqt.b.Tho. p°.2°.q.68ª.ar°.2°.ꝙ dona spūs sancti sūt q̄daꝫ hoīs ꝑfectiones qbus hō disponiꝰ ad hoc ꝙ bn̄ sequaꝰ instinctū diuinū. Un̄ i his i qbus nō sufficit instructio rōnis est necessari⁹ instinct⁹ spūs sancti de quo Isa.xi°.dī. Dn̄s apparuit mihi aurē. Ego aūt nō ꝯtradico: retrorsum non abij. Et phūs in li°.de bona fortuna inqt ꝙ his q mouentur ꝑ instinctū diuinū nō expedit ꝯsiliari fm rōnem humanā: Sed debēt seq interiorē instinctū qꝛ mouenꝰ a meliori principio q̄ sit ratio humana. Et facit ad hoc illud dictū apostoli ad Gala. 5°. Si spiritu dei ducimini nō estis sub lege. Inter dona aūt spūs sancti sūmū videꝰ eē sapiētia. Infimuꝫ aūt timor. Utrūqꝫ tamē hoꝝ est necessariū ad salutē: qꝛ de sapīa dicīꝰ Sap.7°. Neminē diligit deus nisi qui cū sapīa inhabitat: ꝛ de timore dicīꝰ Eccli.p°. Qui sine timore est non poterit iustificari. De oībus aūt donis spūs sancti inquit Greg.2°.mora. Spūs sanctus dat sapiam cōtra stulticiā. Intellectū contra hebetudinē: ꝯsiliū cōtra precipitationē. Fortitudinē contra timorem. Scientiam ꝯtra ignorantiā. Pietatē ꝯtra duriciam: ꝛ timorē ꝯtra superbiā. M

Notandū quoqꝫ est ꝙ qn̄ gratia spūs sancti peccatori a deo infunditur: tūc ipse peccator nouiter creari dr̄: fm illud Judith.16°. Dixisti et facta sunt. Misisti spiritū tuū ꝛ creata sunt. Sicut.n.deus a principio septē diebus mūdū creauit. Ita spūaliter minorē mundū: idest hoīem [illegible] septē peccata mortalia ad nihilū redactū: septeꝫ donis quasi septē diebus per spiritū sanctum [illegible] creat: fm illud.p°. Joannis.3°. In hoc apparuit filius dei vt per spūm sanctū dissoluat opa diaboli. Primo ergo die creauit deus lucē. Unde dī Gen̄.p°. Dixit deus fiat lux. Nā nāqꝫ in anima peccatoris sunt tenebre vicioꝝ: iuxta illud Sap. 7°. Una cathena tenebrarūꝫ erant oēs colligati. Quia peccator ꝯnectit de peccato cogitationis: ꝯsensus: delectationis: opationis: ꝯsuetudinis et ꝯtēptus quandā cathenā. Iō spūs sanctus adueniens i aīa nouā lucē creat in ea [illegible] donū timoris. Et sicut lima purgat ferrū: ꝛ splēdidū facit. Sic timor dei purgat aīam [illegible] cognitionē ꝓprie fragilitatis ꝛ vilitatis peccatiꝛ seueritatis iudicij dei. Juxta illud Eccli.p°. Timor dn̄i expellit peccatum: idest superbiam. N

Secundo die creauit deus firmamētū. Gen̄. p°. Nā ergo in aīa pctōris est instabilitas: qua modo deprimiꝰ ꝑ aduersitatē: mō eleuaꝰ [illegible] ꝓsperitatē. Tren̄.p°. Peccatū peccauit hierusalē: ꝓpterea istabilis facta ē. Iō spūs sanctus adueniēs i aīa ipam i bono stabilit ꝛ firmat: ꝛ propterea dī ad Hebre.13°. Optimū ē gr̄a stabilire cor. Et psalmista depcaꝰ di. Confirma hoc deus qd̄ opatus es i nobis. Hec aūt firmitas creaꝰ in nobis ꝑ donū pietatis. Eccli.3°. Ignē ardētē extingit aqua: ꝛ elemosyna resistit peccatis: ꝛ deus ꝓspector eius: ꝛ in tēpore casus sui iueniet firmamentū. Per hoc aūt opus dissoluiꝰ peccatū inuidie que gaudet de alienis malis ꝛ dolet d̄ bonis. Sꝫ pietas subuenit eis. O

Tertio die ꝓduxit deus herbā virētē ꝛ ligna fructifera. Gen̄.p°. Quia ergo aīa pctōris ante aduentū spūs sancti ē quasi arbor mortua ꝛ arida sine humore grē. Un̄ est apta incēdio infernali: iuxta illud Luce.3°. Ois arbor que non facit fructū bonū excideꝰ ꝛ in ignē mitteꝰ. Ideo spūs sctūs adueniēs i aīa reddit ei humorē grē: illāqꝫ fructiferā facit: iuxta illd̄ psalmiste. Ego āt sicut oliua fructifera i domo dei. Oliua.n.i se est pinguis: ꝛ alijs medicinalis. Et sit aīa vinificata a spū sctō ē in se pīguis ꝑ deuotōeꝫ ꝛ alijs medicinalis ꝑ bonoꝝ opum exēplaritatē: ꝛ hāc fru-

edificationē facit spūs sctūs ī aīa p donū scie que docet hoīem gratiose ꝯuersari p mãsuetudinē ꝛ paciētiā cū ꝓximis sic dissoluit pctm̄ ire:q̄ hoīem īpedit ne alijs fructificet p bonū op⁹ ꝯuersatiōez eius odibilē reddēdo:iuxta illud Eccli.18°. Spiritū ad irascēdū facilē q̄s poterit sustinē? Quarto die fecit deus luminaria magna.s.solē:lunam ꝛ stellas. Geñ.p°. Qr ergo ante aduētū spūs scti lz aīa aliqñ bonū ꝓpositū ꝯcipiat:ꝛ aliqua opa de genere bonoꝝ faciat. Tñ statim deficit ꝛ nō perseuerat ī bono. Juxta illud Luce.8°. Ad tps credūt:ꝛ ī tpe tēptatōis recedūt. Jō spūs sanct⁹ adueniēs ī aīa fortificat ꝛ roborat eā ī bono. Añ.b. Petrus post receptionē spūs sancti reputauit leue mori ꝓ xpo:q tñ prius negauerat ipz ad vocē ancille. Hāc aūt pseuerātiā facit spūs sctūs ī aīa p donū fortitudīs. Juxta illud Judicū.5°. Stelle manētes ī ordine ꝛ cursu suo ꝯ̄ sisarā pugnauerunt. Per hoc aūt dissoluit peccatum accidie q̄ eneruat vires hoīs Prouer.15°. In merore animi deiciē spūs:ꝛ.17°.c°.eiusdē libri dī. Spirit⁹ tristis exsicat ossa. P

Quinto die creauit deus ex aq̄ ꝛ terra aues ꝛ pisces. Geñ.p°. Qr ergo ante aduentū spūs sancti ī aīa cor ad terrena deprimit p nimiū amorē:iuxta illud psalmiste. Oculos suos statuerūt declinare in terram. Jdeo spiritus sanctus adueniens in anima eleuat cor a terrenis ad celestia per promptitudinem obedientie mandatoꝝ dei:iuxta illud Job.39°. Ad preceptum tuū eleuabitur aquila:idest cor nobile doctum a spiritu sancto. Hanc autem ꝓmptitudinem facit spiritus sanctus in anima per donum consilij:qđ dicit. Uade ꝛ vende omnia que habes ꝛ da pauperib⁹:ꝛ veni sequere me. Matthei.19°. Per hoc autem dissoluitur peccatum auaricie que ē idolorum seruitus:vt ait. Paulus ad Ephe.5°. et ad Col.3°. Sexto die creauit deus hominē ad imaginem ꝛ similitudinē suam. Geñ.p°. Quia ergo ante aduentum spiritus sancti in anima nihil homo cogitat nec cupit nisi īmundiciam luxurie:vt patuit in principio mundi. Omnis qppe caro corruperat viam suā Geñ.7°. Jdeo spiritus sanctus adueniens in anima eleuat ipsam ad contemplationē eternorum per donum intellectus:quia spiritus omnia scrutatur.p°.ad Corin.2°. Per hoc autem dissoluitur peccatū luxurie. Job.34°. Si direxerit ad deum cor suum: spiritum illius ꝛ flatū ad se trahet:ꝛ deficiet oīs caro:idest carnalitas. Q

Septimo die requieuit de⁹ ab oī ope qđ patrarat. Geñ.p°. Quia ergo ante aduētū spirit⁹ scti ī aīa nō sapiūt ei bona celestia cū hēat palatū ꝛ gustū īfectū ī carnalitatib⁹:iuxta illđ ad Philip.3°. Quoꝝ de⁹ vēter ē. Jō spūs scūs adueniēs in aīa vocat eā ad qetē cōtēplationis diuinoꝝ. Juxta illud Apoc.14°. Amodo.n.iā dicit spūs vt requiescāt a laborib⁹ suis. Et hoc fit p donū sapiē quo ꝑgustat cena beatitudinis eterne:ꝭm illud ad Roma.8°. Qui ꝭm carnē sūt q̄ carnis sūt sapiūt. Qui vo ꝭm spiritū sūt:q̄ sūt spiritus sapiūt p hoc aūt dissoluitur peccatū gule qđ facit hoīez īsensibilē ꝛ ineptū celestibus cōtēplationib⁹.p°.ad Cor.2°. Aīalis hō nō percipit ea q̄ sūt spūs dei. Ex qb⁹ oībus patet q per spiritū sanctū aīa pctōris recreat. Et iō de illa dici pōt illđ Eccl'.p°. ipse creauit illā in spiritu sancto.

¶ De spūs scti opatiōe cōsideratio sexta. R

q Raz sit necessaria ꝛ vtilis spūs sancti gr̄a patere pōt ex his q̄ dixi supra in sermōe.33°.pte.2ª.vbi de gr̄a dei tractat. Pro expeditiōe tñ hui⁹ partis duo ī p̄sentiarū sūt vidēda ad maiorē elucidationē p̄dictoꝝ ꝛ isernis dicēdorū. Primo quō venit spūs scūs ī discipulos. Secūdo ꝓ:q̄d opera fit ei⁹ missio. Quo ad primū dico q venit primo festinanter:qr in epistola hodierna dicitur. Factus est repente ꝛc. Et.n. Sap.7°. dicit. Spūs sanct⁹ omnib⁹ mobilib⁹ mobilior est:quia subito ꝛ in instāti tēporis opat. Nā subito ꝛ repente corda apostoloꝝ diuina charitate pcussa sunt. Jta vt quelibet anima eorum dicere posset illđ Cañ.4°. Uulnerata charitate ego sum. Subito enim tali vulnere īmutauit eos in nouos viros:ꝛ augmentauit in eis habitum fidei.spei ꝛ charitatis. Ex quo tota ecclesia dei letificata est. Unde ꝓpheta inquit ps°.45°. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei ꝛc. De hac etiā subita immutatōe ait Grego. in sermone apostolorum. O qualis ē iste artifex spiritus. Nulla ad discendum mora agitur. Jn omne quod voluerit mox vt tetigerit mētem docet:solumq3 tetigisse docuisse est. Naz humanum cor subito illustrat ꝛ immutat. Abnegat hoc repente quod erat.ꝛ exhibet repēte quod nō erat. Secundo venit spirit⁹ sanct⁹ hodie sup apostolos eleuās eos:ꝛ iō dr̄. Fact⁹ est repēte de celo: vt.s.illos ad celos eueheret:idest ad celestia contemplāda. Jmo vt ipsos efficeret celos ad gloriā suā predicādā. Unde ps°.32°.dī celi enarrāt glīa dei ꝛc.ꝛ Job.26°. scriptū est. Spirit⁹ domini ornauit celos. Ubi dicit Grego. q ornamēta celorū sunt virtutes p̄dicātium apostolorum. Celi enim dicuntur apostoli quib⁹ celestia secreta reuellata sunt. domino attestāte qui Joānis.15°. ait. Que/

cunque audiui a patre meo nota feci vobis. Quod secundum Nicolaum de lira non intelligitur simpliciter. Sed de omnibus pertinentibus ad eorum statum et salutem: et ad fidei ac morum predicationem ecclesieque gubernationem. Tertio venit spiritus sanctus super apostolos intonans. Et ideo dicitur quod factus est de celo sonus. Nam ideo cum tali sono stupefactiuo descendit spiritus sanctus in eos: vt debilitatem creature: et celsitudinem maiestatis sue infunderet in illo armoniaco sono: atque ex tam admiranda suauitate que exprimebatur in illo sono: omnes inseipsis deficerent: ac se in eum totaliter transformarent. Nam sonus iste quattuor proprietates aptas ad fortiter excitandum et sursum agendum transformandum habuisse refertur. Tum quia fuit subitissime incohatus: quia factus est repente: tum quia fuit de sursum missus idest de celo irruens descendens: tum quia fuit rapidissimus: idest cum fortissima rapiditate irruens super eos: quia fuit vehemens vt infra dicetur. Tum quia sperice forme: seu vniuersaliter redundans. Et propterea dicitur totam domum replesse: et hoc enim excitabantur apostoli ad presentiendum: et concipiendum aduentum immense maiestatis diuine: vt resonantem et omni suauitate redundantem atque anime repletiuum. Quarto venit spiritus sanctus visitans. Unde dicitur. Factus est sonus tanquam aduenientis spiritus idest aeris flatus. Et secundum hunc sensum: li tanquam est nota veritatis: nisi forte sonus ille descenderit absque omni corporali motu et flatu: et tunc dicitur descendisse: quia sic fuit a deo factus ac si descenderet de ipso celo. Si vero spiritus summatur hic pro spiritu sancto: li tanquam est nota similitudinis figuralis: quia sonus ille et flatus erat quedam sancti spiritus similitudo: et non spiritus sanctus mistice. Vo visitauit spiritus sanctus discipulos in hac die quemadmodum fluuius currens visitat terram: iuxta illud psalmiste. Fluminis impetus et cetera. Inundatio enim diuinorum carismatum a fonte spiritus sancti emanantium letificauit ciuitatem dei: idest ecclesiam in discipulis Christi fundatam. Quinto venit transportans: idest transuehens mentes discipulorum a terrenis ad celestia. A bono commutabili ad incommutabile: et a seipsis ad deum. Immo in ipsum Christum: vt quilibet eorum dicere posset illud apostoli ad Galatas. secundo. Viuo autem non iam ego. Viuit vero in me Christus. Propterea dicitur sonus spiritus vehementis: idest mentes eleuantis: quia discipulorum mentes ab amore proprio erradicauit: et in spirituales ac diuinos ardores euexit. Sexto venit abundans. Unde subditur. Et repleuit totam domum et cetera. Ut mistice designetur quod sicut repleuit totam domum. Ita totum replere debeat ecclesie corpus: et quod discipuli sic futuri erant deo pleni et carismatibus eius quod omnia mundana et transitoria fastidirent. Scimus enim quod qui post plenitudinem stomaci et plenam saturitatem ad comedendum perueniunt: quelibet oblata et apposita fastidiunt. Additur autem. Ubi erant sedentes: ne tumultus aut strepitus soni illius ex aliquo discipulorum tumultuoso strepitu venisse suspicetur aut ne suauis et armoniaca melodia illius soni per aliquem humanum strepitum impediretur auditu eorum. Septimo venit facundans: quia facundauit eos vt quod intelligebant fari possent. Et ideo subditur: et apparuerunt illis dispertite lingue. Quod factum fuit maxime propter quattuor. Tum in signum quod a verbo patris hoc donum procedebat: quod ad modum lingue mouetur a verbo cordis ad formandum et exprimendum sonum vocis. Tum ad significandum quod intimos gustus diuinorum: vimque gustatiuam ipsorum discipulis dabat. Tum in signum quod facundiam atque linguarum scientiam eis donabat. Tum in signum quod ad predicandam fidem christi eos destinabat. Et notanter dicitur quod apparuerunt lingue dispertite tanquam ignis idest quasi ab aliquo magno igne per quandam partialem diuisionem deriuate. Ad innuendum quod fontalis plenitudo spiritus sancti existens capite nostro christo participatiue in apostolos et in nos deriuatur et quasi partialiter: et sub determinata distribuitur mensura: iuxta illud prime ad Cor. duodecimo. Diuisiones gratiarum sunt. Idem autem spiritus et infra. Hec omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Octauo venit inflammans. Et ideo dicitur. Tanquam ignis: per quod significatum est quod venit ad inflammandum corda eorum et vt ignitis sermonibus ceteros ad diuinum amorem incenderent: verba ignea linguis eorum igneis predicantibus vt inquit glosa super epistolam hodiernam. Nono venit tranquillans. Unde subditur: seditque super singulos eorum: idest quiete pausauit: quia factus est in pace locus eius vt ait psalmista. Non enim erant perturbati propter persecutiones iudeorum: sed stabiles et maturi atque in bono proposito firmi.

Unde per psalmistam dicit ipse spiritus sanctus deo patri. In populo graui laudabo te:idest in populo ipsorum discipulorum. Decimo venit inebrians. Et ideo subditur. Repleti sunt omnes spiritu sancto:idest inebriati amore diuino: de quo predixerat psalmista di. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrente voluptatis tue potabis eos. Sicut enim ebrij non curant de obprobrijs et irrisionibus: nec de periculis aut damnis rerum. Sic etiam de apostolis amore diuino ebrijs dicitur Actuum quinto. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati etcetera. Unde taliter ebrius Paulus clamabat ad Romanos octauo. Quis ergo nos separabit a charitate christi? Tribulatio an angustia an persecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius. Sicut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die. Extimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Et certus sum quia neque mors: neque vita et cetera. Et sequitur concludens: poterit nos separare a charitate dei que est in christo Jesu domino nostro. Et ad predicta potest dari exemplum illius qui in montem flascono inebriatus. postea pergens per viam obdormiuit in ipsa: et superuenientem nocte descendit magna altitudo niuis. Sed vsque ad quatuor brachia circa ipsum ebrium nihil erat niuis quia ex flatu illius in aquam protinus conuertebatur. Aliud quoque simile exemplum legitur de alio qui ebrius existens perrexit in fluuium: et ab aquis sepe submersus est et agitatus: sed tandem euasit incolumis. Et interrogatus quo potuisset viuere et stare sub aquis. Respondit. Tantum vinum erat intus quod aqua non potuit intrare. Hoc est vinum dulcissimum. Ecclesiasti. 24° Spiritus meus super mel dulcis et cetera. Ad quod inuitamur Canticorum quinto. Bibite amici mei: et inebriamini carissimi. Sed vinum dulce non debet dari opilatis. Unde oportet habere venas largas pietatis et non strictas tenacitatis si iocundari volumus hoc vino mellifluo. Et ideo hortatur Paulus secunde ad Corinteorum sexto dicens. Cor nostrum dilatatum est: dilatamini et nos. Undecimo venit redundans scilicet per feruentem predicationem: quia: ut dicitur. Mathei duodecimo. Ex abundantia cordis os loquitur. Et ideo subditur. Et ceperunt loqui varijs linguis. Unde dicunt doctores quod per spiritus sancti donum receperunt apostoli scientiam omnium linguarum et idiomatum: et habilitatem atque promptitudinem ad proferendum expedite ac perfecte voces et dictiones cuiuslibet linguagij. Quando autem predicabant vbi erant diuerse nationes: virtute spiritus sancti eorum verba singulis auditoribus videbantur esse sui linguagij. Unde in hodierna epistola dicebant greci: et latini ac alij diuersarum linguarum de apostolis. Non ne hi omnes hebrei sunt. Et quomodo nos omnes audiuimus linguam nostram in qua nati sumus? Et hanc gratiam habuit sanctus Antonius noster de padua qui cum rome predicaret: ab omnibus nationibus intelligebatur: et singulis videbatur loqui in lingua sua. Ideo autem dedit spiritus sanctus apostolis omnium genera linguarum ut ostenderet quod per eos volebat constituere ecclesiam catholicam: ex omnibus gentibus et nationibus adunandam. Duodecimo venit cooperans scilicet ad loquendum. Et ideo subditur. Prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et de hoc predixerat David psalmo. 144°. Dicens deo patri. Memoriam abundantie suauitatis tue eructabunt: et in iusticia tua exultabunt. Gloriam regni tui dicent: et potentiam tuam loquentur. Ut notam faciant filijs hominum potentiam tuam: et gloriam magnificentie regni tui. Ideo etiam dicitur. Prout spiritus sanctus dabat eloqui illis: quia ipsos instruebat continue: quis: quibus: vbi: quando et quomodo loqui deberent. Unde verificatum est hodierna die illud psalmi. 71. Suscipiant montes pacem populo: et colles iusticiam. Quia apostoli tanquam montes excelsi omnibus in sanctitate eminentiores susceperunt spiritum pacis ad suam: et populi salutem: per quos postea omnes colles: idest alij credentes iustificati sunt.

RR

Quo ad secundum in hac parte videndum dico quod munificentissimus omnium bonorum dator spiritus sanctus omnibus personarum generibus diuersa influit dona. Et primo peccatoribus influit longanimitatem: illos diu ad penitentiam expectando. Unde Sapientie primo dicitur. Benignus est spiritus sapientie. Et Ambrosius in quodam sermone ait. Copiositas longanimitatis dei est non ad horam: sed longa: et per multa expectans tempora. Et quantum? Certe vsque in senectam et senium. Et nos nec sero conuertimur. Sed expectantem dominum contemnimus qui nos blandicijs

attrahere nititur. De hoc etiam inquit Paulus ad Roma. 2°. di. Diuicias bonitatis eius et pacientie et longanimitatis contemnis: ignorās quod benignitas dei ad penitentiam te adducit. Secundum duriciam autem tuam et impenitēs cor thesaurizas tibi iram in die ire. Secundo influit eis mūdationē ab imūdicia peccati. de quo dī Tre. p°. Sordes eius in pedibus eius. Nā spūs scūs aias abluit. Et ideo igitur glosa sup Isa. 4°. c°. Nō i merito post lachrymas spūs scūs purificat alas quas risus imoderate delectationis inquinauerat. Et de hac mūdicia ait Chriso. super illud Matthei. 5°. Faciē tuam laua. Facies anime conscientia est. Quia sicut in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra. Sic in conspectu dei speciosa est conscientia munda. Tertio influit renouationem: quā efflagitabat Dauid ps°. 50. di. Cor mundū crea in me deus: et spiritum rectum in noua in visceribus meis: et ps°. 103°. Emitte spiritum tuū et creabuntur et renouabis faciem terre. Notandum est autem quod propheta volens petere gratiā spiritus sancti in preallegato ps°. 50. Primo petit sibi dari quoddam ante eius aduentuz scilicet cordis mundiciam cum dicit. Cor mundum crea i me deus. Secūdo aliquid in eius aduentu. s. cordis innouationem: et ideo ait. Et spiritū etc. Tertio aliquid post eius aduētum. s. gratie confirmationem: et ideo dicit. Et spiritū principali confirma me. Primo ergo petit cordis mundiciaz quā necessaria ē volenti recipere spiritum scm̄. Quia ipse spiritus sanctus est columba celestis. Luce. 3°. Descendit spiritus sanctus sicut columba in eum. Et ideō non habitat in corde lutuoso: et per peccatum mortale inquinato. Sicut nec colūba ponit pedem in luto. Quod significatum fuit. Geñ. 8°. Ubi cum Noe columba emisisset: cum adhuc tota terra paludosa esset non inueniēs ip[illegible] columba vbi requiesceret pes eius: reuersa est [illegible] archam. Item est hospes honorabilis. Et idō requirit bonum hospicium. Sap. 18°. Solem sine lesura boni hospicij prestitisti. Non enim vult habitare in hospicio pulueribus peccatorū asp[er]so. Et ideo inquit Gre. Tergat ergo sordes praui operis qui deo preparat domum mentis. Itē est amicus dulcis. Sap. 7°. Infinitus est thesaurus hominibus quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitie dei. Et ideo vult habitare i loco florido: idest ameno per variarum virtutum adornationem. Unde sponsa dicit Cañ. p°. Lectulus noster floridus est. Itez ē balsami liquor suauis Eccl. 24°. Quasi balsamum non mixtum odor meus. Et ideo vult reponi in vase solido per perseuerantiam: et precioso per charitatez veram. Eccl. 50. Quasi vas auri solidum: ornatum omni lapide precioso. In corde igitur inquinato nō habitat spiritus sanctus: sed fugit ab eo. Sap. p°. In maliuolam animam non introibit Sapiētia Nec habitabit in corpore subdito peccatis. scilicet mortalibus. In corde vero puluere peccatorum venialium asperso habitat: sed nō libenter: quia quodāmodo a multitudine venialium contristatur. Et ideo ait Paulus ad Ephesi. 4°. Nolite contristare spiritum sanctum. In corde autē florido et puro habitat delectabiliter Prouer. 8°. Delicie mee esse cum filijs hominum. In corde vero solido et firmo habitat perseueranter. Joannis. 14°. Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.

Secundo petit propheta in aduentu spiritus sancti cordis innouationem. Spiritus enim sanctus est ignis dei quem saluator hodierna die misit interram sicut ipse predixerat Luce. 12°. Et ideo per ipsum renouatur homo instar argenti deponendo scoriam peccati. Isa. p°. Excoquam ad purum scoriam tuam. Item est fons dei. psalmista dicente ipsi deo. Quia apud te est fons vite. Et ideo per eum renouamur ad instar aquile et cerui. Aquila nāqz exusta radio solari se in aquam proijcit: et vetustatem deponit. Et ceruus pugnās cū serpēte: austo veneno Vontē se proijcit et venenū abijcit: et postmodū iuuenescit. Et similiter anima i fonte spiritus sancti renouatur sicut aquila nouam conuersationem assumendo. Unde psalmista ait ps°. 102°. Renouabitur vt aquile iuuentus tua. Et instar cerui venenum abijciendo peccati iuxta illud psalmiste. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus etc. Item est auster dei. Can. 4°. Surge aquilo: et veni auster. Et ideo per eum renouamur instar accipitris: deponendo plūmas vetustas viciorum: et induendo nouas plummas virtutum. Job. 39°. Nunquid [illegible] sapientiam tuam plumescit accipiter alas suas expandens ad austrum? Item facit nos habitare in foraminibus petre: idest in Christi vulneribus. Cañ. 2°. Surge: propterea amica mea: colūba mea: et veni in foraminibus petre: in cauerna macerie. Et ideo per eum renouamur instar serpentis: qui transiens per foramen angustum deponit vetustam pellem. Et similiter anima habitans in Christi vulneribus per deuotam meditationem deponit vetustam conuersationem. Ad Ephe. 4°. Deponite fm pristinam cōuersationē veterem hominem.

Tertio petit propheta post spiritus sancti adventum gratie confirmationem dicens. Et spiritu principali confirma me. Sed sciendum est quod spiritus sanctus conseruatur multipliciter. Primo enim quia est aqua diuina Joannis 4°. Aqua quam ego dabo ei etc. Ideo sicut aqua conseruatur [illegible] decursum. Ita spiritus sancti gratia per bonorum operum exercitium. Propter quod ait Apostolus 2° ad Cor. 6°. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis etc. Secundo quia est sicut pupilla que habet hominem dirigere et illuminare propheta dicente deo. Ps° 142°. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Ideo sicut pupilla conseruatur per palpebre appositionem. Sic spiritus sancti gratia per elemosynarum largitionem. Ecclesiastici 29°. Elemosyna viri quasi sacculus cum eo et gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Tertio est sicut flamma siue ignis habens animam inflammare ad amorem. Ideo sicut ignis conseruatur per appositionem lignorum. Sic spiritus sanctus per feruorem sanctorum desideriorum. Eccl. 28°. Secundum ligna silue: sic ignis exardescet. Item quia est sicut lucerna illuminans [illegible] que sunt in domo anime. Ideo sicut lucerna conseruatur per olei appositionem. Sic gratia spiritus sancti per deuotionem que quidem per oleum significatur: quia facit animam rebus mundi supernatare et in celum ascendere. Joannis 4°. Fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. O igitur peccator qui imaginem dei in te fedasti: curre ad renouatorem tuum spiritum sanctum ut verificetur in te illud Pauli ad Thi. 3°. Per renouationem spiritus sancti etc. Hanc enim reformationem ac renouationem non potest aliquis peccator per se facere. Sed illo indiget auxilio de quo inquit Ambro. in quodam sermone. Non potest seipsam imago reformare: sed veniente spiritu sancto cunctorum reformatore: omnia deformata reformantur. De ipsa quoque renouatione a spiritu sancto impetranda ait Paulus ad Ephe. 4°. Renouamini spiritu mentis vestre. Quarto: spiritus sanctus influit super peccatores viuificationem a peccato in quo erant mortui: quia ut dicitur Joannis 6°. Spiritus est qui viuificat. Ideo Eze. 37°. ait propheta. A quattuor plagis veni spiritus et insuffla super interfectos istos: ut reuiuiscant. Quattuor enim mundi plage sunt aquilo: auster: oriens et occidens. Primo namque venit spiritus sanctus ab aquilone in mentem peccatoris dando ei de culpa sua cognitionem et dolorem: et ad hoc applicari potest illud Jere. primo. Ab aquilone pandetur omne malum: et hinc est quod aquilo quasi in turbine surgit. Secundo venit ab austro: iuxta illud psalmiste. Dominus ab austro veniet: et sanctus de monte pharan. Et mittit gaudium de venia. Et ideo auster venit in flatu suauissimo. Et hos ventos sponsa desiderabat Can. 4° di. Surge aquilo et veni auster. Tertio spiritus sanctus venit ab oriente: dando spem eternorum: quia sic sol cum oritur terram illuminat. Sic spiritus sanctus mentem clarificat. Et ideo habens spiritum sanctum potest dicere illud primo Joannis 2°. Tenebre transierunt: et lumen verum iam lucet. Quarto venit ab occidente dum imprimit eterne pene pro peccatis debite memoriam et recordationem: dicens illud Ecclesiastici 18°. Memento ire in die consumationis. Et his quattuor ventis flantibus peccatoris mens viuificatur.

Secundo principaliter spiritus sanctus influit in iustos. Et primo stabilitionem in bono. Eze. 2°. Ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi: et statuit me supra pedes meos. Ubi Gre. inquit. Spiritus sanctus nos implet et leuat et supra pedes statuit ut qui prius in penitentia pro culpa iacuimus: pro bono opere postmodum stemus. Et hanc stabilitionem desiderabat David dicens. Ps° 50. Et spiritu principali confirma me. Secundo influit in eis fructificationem in bonis operibus et virtutibus. Unde de fructibus spiritus sancti ait Apostolus ad Gala. 5° Fructus autem spiritus est charitas: gaudium: pax: patientia: longanimitas: bonitas: benignitas: mansuetudo: fides: modestia: continentia et castitas. Sicut ergo fructus est effectus arboris. Sic opera nostra grata deo sunt effectus spiritus sancti operantis in nobis. Quem obnixe rogare debemus cum Augustino in quadam epistola dicentes. In me spira o spiritus ut te cogitem. Compelle ut faciam. Suade ut diligam. Confirma me ut te teneam. Custodi me ne te perdam. Tertio influit in eos illuminationem ad intelligendum omnia necessaria ad salutem. Unde sciendum est quod in sacra scriptura per celos aliquando intelliguntur sancti et iusti. Et ideo Ecclesiastici 24°. dicit spiritus sanctus. Ego feci in celis ut oriretur lumen indeficiens. De his etiam celis scriptum est Job 26°. Spiritus domini ornauit celos: et Prouer. 30. Stabiliuit celos prudentia. Spiritus enim sanctus sanctorum animas omnibus ornat virtutibus: atque in seruitio dei stabiles facit: ac in fide constantes ut eam publice confiteri non timeant. Unde illa verba saluatoris dicentis de spiritu sancto. Ille testimonium perhibebit de me: et vos testimonium perhibebitis. Joannis 16°. exponit Aug. Ille testimonium perhibebit de me in cordibus vestris: et vos in vocibus vestris. Ille inspirando: et vos insonando. Adeo enim facti sunt stabiles et fortes ad testificandum de christo quod qui prius timebant testificari in vna lingua: postea testificati sunt in omnibus linguis. Et qui prius in vno angulo non audebant testificari postea testificati sunt in toto mundo: et qui prius timebant confiteri voce postea testificati sunt etiam morte. Quod patuit in Petro qui

prius ad vocem vilissime mulieris negauit xp̄m. Nam. s̄m Gregorium fuit persona vilis quātum ad sexum: quia nō vir sed femina. Vilior quantū ad conditionem: quia non libera sed ancilla: et vilissima quo ad officium: q̄ non thesauraria s₃ hostiaria fuit. Qualiter autem postea per spiritum sāctum fortis sit factus: ostēdit idem Gre. di. Contemnit Petrus flagella cedentium qui paulo ante timuerat verba regrentiū: et q̄ ancille voces requisitus expauit: postea vires principū cesus nō timuit: hec ille. Sicut enim vas terreum est fragile: sed igne decoctum efficitur solidum. Si et apostoli ante aduentum spiritus sancti erant fragiles et tanq̄ molis terra siue cera. Sed igne spiritus sancti excocti facti sūt sicut terra fortis. Unde ante aduentum spiritus sancti poterat dicere quilibet eorum cum psalmista. Factum est cor meum sicut cera liquescens. Sed post eius receptionem. Aruit tanq̄ testa virtus mea. Et iō de ipsis apostolis dr̄ Act. 4°. Uirtute magna reddebāt apostoli testimoniū resurrectionis Jesu christi. Et quādo flagellabantur dicebant Act. 5°. Obedire oportet deo magis q̄ hominibus. Nec mirum: si erāt sic stabiles. Ait enim Aug. Talis ē gratia spiritus sci q̄ si tristiciā iuenit dissoluit. Si desideriū pniciosū cōsumit si vero trepidationem abijcit. Quarto influit in iustos filiationē: quia eos facit filios dei. Ad Roma. 8°. Qui spiritu dei agūtur hi filij dei sūt: q̄ si filij: et heredes. Quinto influit in eos transfigurationē. Quia per spiritū sanctū deo configuramur: et p̄ ipsum ad bene operandum habiles reddimur: et per eundē ad beatitudinem nobis via parat̄. Que tria ap̄ls insinuat. 2ᵉ. ad Cor. p°. di. Unxit nos deus et signauit: et dedit pignus spūs in cordibus nostris. Et ad Ephe. p°. inquit. Signati estis spiritu promissionis sancto: q̄ est pignus hereditatis nostre. De qua etiam transfiguratione loquitur idem apostolus. 2ᵉ. ad Cor. 3°. di. Nos aūt reuelata facie gloriā domini speculantes in eandē imaginem transformamur a claritate in claritatē tanq̄ a domini spiritu. X


Sexto īfluit in iustos consolationem et iubilationem quam d̄siderabat Dauid ps̄°. 50. di. Redde mihi leticiā salutaris tui. Justi enim pleni spiritu sancto adeo sunt consolati vt videatur eis iam habere arrā paradisi: de quo ad Roma. 14° dicitur. Regnum dei est iustitia et pax et gaudiū in spiritu sancto. Et ideo dicere possunt cū apostolo ad Philip. 3°. Nostra conuersatio in celis est. Septimo influit in iustos sanctificationem. de qua ps̄°. 45°. dicitur. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: sanctificauit tabernaculum suum al-tissimus. X


Tertio principaliter influit spiritus sanctus inaduentores scientiarū et artium nō solum fideles: sed etiā infideles oium enim est artifex. Sap. 7°. Nā ut ait beatus Tho. 2ᵃ. 2ᵉ. q. 172ᵃ. ar°. 6°. Prophete demonum non semper loquūtur ex reuelatione demonum: sed interdum ex inspiratione diuina: sicut manifeste legitur de balaam Numeri. 21°. Cui locutus est deus licet propheta esset demonum. Quia deus vtitur etiā malis ad vtilitatem bonorum. Unde etiā sibille multa vera predixerunt de Christo. Quotiens ergo aliquod verum dicitur. Illud est a spiritu sancto etiam si sit a demonibus dictum: ut ait Augu. 2°. super Geñ. ad litteram: et Ambro. in quodam sermone inquit. Ueritas a quocunq̄ dicatur a spiritu sancto est. Hic est ergo ille spiritus qui p̄mo docuit Moysen adinuentionem litterarum apd̄ Hebreos: et abraham apud Siros et Caldeos: et Isim reginam apd̄ egyptios: et qui Phenices docuit litteras grecas. Unde Lucanus ait. Phenices primi magno si creditur ausu. Mansuram rudibus vocem signare figuris. Hic est ille spūs sanctus quo suggerente Dyonisius lontius sillabarum nomen singulasq̄ formas apertissimas fecit: et ob id statua honoratus est. Hic est ille spiritus quo docente partes orationis primus Aristotiles duas tradidit nomen et verbum: deinde donatus octo diffiniuit. Hic est ille spiritus cuius virtute studium carminum et metrorum Moyses apud hebreos adinuenit. Achate suis apud grecos. Fericides apud Siros. Hic est ille spiritus quo docente fabulas Alcinon cretoniensis primus adinuenit que fabule ficta narratione ad veri significationem deducunt. Hic est ille spiritus quo suggerente historiam que memoriam tribuit rerum gestarum primus Moyses apud hebreos conscripsit. Apud gētiles vero dares phrigius de grecis et troianis historiam edidit. Apud grecos autem erodotus. Hic est ille spiritus cuius inspiratione rethorica a grecis inuēta est videlicet gorgia. Aristotile et hermagora. Translata vero in latinum a Tulio Quintiliano et Titiano. Hic est ille spiritus quo docente dialeticam ad regulas quasdam et argumenta primus Aristotiles perduxit. Demum eam varro ī octo libris diffiniuit. Hic est ille spiritus quo suggerente phisicam apud grecos perscrutatus est primus tales milesius vnus ex septem sapientibus qui ante alios celi causas atq̄ viam rerum naturalium contemplatus est. Quam quidem physicam postmodum Plato in quattuor diffi

nitiões distribuit. Hic ē ille spūs quo docēte ethi
cam ad corrigendos componēdosqꝫ mores atqꝫ
ad bene viuendi studiū Socrates instituit. Hic
est ille spiritus quo inspirante Arismeticā prim⁹
apud grecos pictagoras conscripsit. Deinde ni/
chomachus diffusius disposuit. Apud latinos
vero Apuleius ꝛ Boetius transtulerunt. Hic
est ille spiritus cuius illuminatione geometricā
disciplinam primo egyptij inuenerunt. Initiūqꝫ
terre diuidende per lineas ꝛ mensuras. Hic est
ille spiritus quo docente musicam tubal qui fuit
de stirpe caim primus reperit ante diluuium: vt
Moyses testatur Geñ.4°. Greci vero pictago
ram dicunt huius artis inuenisse primordia ex
metallorū sonitu ꝛ cordarū extensarum percussu
ra. Alij linum thebeum ꝛ zethum ꝛ amphion in
musica arte primos ferunt. Hic ē ille spiritus cu
ius virtute astrologiam ꝛ natiuitatis obseruan/
tiā caldei primo docuerunt. Astronomiam vo
primus abrahā egyptos docuit vt Josephus te/
statur gentiles vero dicunt hanc artē ab athlāte
prius excogitatā. Ideoqꝫ dictus est sustinuisse ce
lum. Potholomeus aūt rex alexandrie apud gre
cos precipuus habetur. Hic est ille spiritus quo
docente medicinā primus apud grecos apollo i/
uenit. Quā filius eius Esculapius ampliauit.
Sed postqꝫ fulminis ictu Esculapius interijt: i
terdicta fertur medendi cura: ꝛ ars simul cū au/
ctore defecit: latuitqꝫ per annos fere quingentos
vsqꝫ ad tempus arthaxersis regis persarum. Et
tunc eā reuocauit in lucē hypocras ab Asclepio
patre genitus in insula choo. Hic ē ille spiritus
quo suggerēte cronicā apud grecos primus Eu
sebius cesariensis episcopus edidit. Et Hierony
mus presbyter in latinā linguam ꝯuertit. Hic ē
ille spiritus cuius virtute Moyses genti hebrai
ce primus diuinas leges tradidit. Phoroneus
vero rex primus grecis leges ꝯstituit. Mercuri/
us aūt trimegistus egyptijs: ac Solon athenien
sibus: ꝛ Licurgus lacedemonibus. Nūma pō/
pilius vero qui Romulo successit in regno pm⁹
romanis leges dedit. Hic est ille spiritus qui ape
ruit os asine cui insedebat Balaam: eiqꝫ loquel/
lam dedit numeri.22°. Hic est ille spiritus quo in
spiratus Adā oībus rebus noīa imposuit. Geñ.
2°. Hic est ille spiritus quo dictante Noe fabri/
cauit archam in qua saluatus est genus huma/
num. Geñ.6°.ꝛ.7°. De quo etiā fit mētio Sap.
14°. Et descendētes de Noe artem nauigandi in
uenerunt exēplo ipsius arche que ferebat super
aquas. Geñ.7°. Hic est ille spiritus quo sugge
rente Joseph exposuit somniū pharonis. Geñ.
41°. Hic est ille spiritus qui pcedebat Moysen
ꝛ filios israel in columna nubis per diem: ꝛ in co
lumna ignis per noctem. Exodi.13°. Hic est ille
spiritus qui confortauit gedeonem: de quo dicit
Judicum.6°. Spiritus domini repleuit gedeon
di. Uade in hac fortitudine tua: ꝛ liberab. israel
de manu madian. Hic est ille spiritus qui dedit
Sansoni fortitudinē in septem capillis: de quo
dicitur Judicū.14°. Cepit spiritus domini esse
cum eo ꝛc. Hic est ille spiritus qui omnes pro/
phetas constituit. De quo inquit Gre. in sermōe
apostolorum. Libet oculos fidei in virtute opifi
cis huius atollere: atqꝫ sparsim patres noui ac
veteris testamenti considerare. Et apertis oculis
fidei: Dauid amos: Danielem: Petrum: Pau
lum: ꝛ Matheum intueor: ac sanctus iste spiri
tus qualis sit artifex considerare volo: sed in ipa
mea consideratione deficio. Implet namqꝫ citha
redum puerum ꝛ psalmistam facit. Implet pa/
storem armentarium sicomoros vellicantem et
prophetam facit. Implet abstinentem puerum
ꝛ iudicem senum facit. Implet piscatorem ꝛ pre
dicatorem facit. Implet persecutorem ꝛ doctorē
gentium facit. Implet publicanum ꝛ euangeli/
stam facit: hec ille. Hic est ille spiritus de quo ait
abdias propheta ad Heliam. Cum recessero a
te spiritus domini asportabit te in locum quem
ignoro tertij Regum.18°. Hic est ille spiritus he
lisei de quo dicitur Ecclesiastici.48°. qꝫ eius
corpus mortuum prophetauit. Hic est ille spi/
ritus qui Jeremiam in ventre matris sanctifica
uit ꝛ in puericia pphetare docuit. Jeremie.p°.
Hic est ille spiritus qui dedit Danieli intelligen
tiam omnium visionum ꝛ somniorum. Unde
ipse ait sui libri.c°.2°. Est deus in celis reuelans
misteria. Hic ē ille spiritus quo afflatus esdras
scriba reparauit incensam legem cum iudei fu/
issent regressi in hierusalem post captiuitatem
babilonicam. secundi Esdre vl. Quo etiam spi/
ritu Jesus filius Sirach renouauit sapientiam
de corde suo. Ecclesiastici.50. Quo docente pri/
mus librorum copiam rome aduexit Paulus
Emilius deuicto per se rege macedonum. Quo
etiam suggerente greci ꝛ tusci primum ferro in
ceris scripserant. Et chartarum vsum primo
egyptus ministrauit ceptum apud memphitam
vrbem egypti. Iuxta illud Lucani. Conficitur
bibula memphiticus charta papirus. Quo etiā
instigante pergamene reges cū charta indigerēt
mēbranas pmi excogitauerūt. Et Moyses pon

dera ac mẽsuras pmus apud hebreos inuenit. Argiuus aũt ponderũ rõnem primus in grecia constituit. Et Esiodus agriculturã apud grecos apud romanos vero Cato primus instituit. Saturnus tamen dicit primus in italia agriculturã docuisse. Hoc spiritu instigante prima ceres cepit vti frugibus in grecia: et habere segetes translatis aliunde seminibus. De quo meminit Ouidius di. Prima ceres vnco glebam dimouit aratro. Prima dedit fruges: alimentaqz mitia terris. Noe vero primus vitis plantationẽ adinuenit. Gen. 9°. Greci vero inuentorẽ vitis liberũ appellant. Hic est spũs quo docente ferrariã artem Tubalchaim primus inuenit: et res bellicas exercuit: sculpturasqz opere fabricauit. Gen. 4°. In fabrorũ autem arte gentiles Vulcanũ auctorem dicũt. Hic est ille spũs quo docente fabricãdi domos artẽ apud grecos Dedalus prim9 adinuenit. Et picturã egyptij primũ excogitauerũt vmbra hoĩs lineis circũducta. Carpentariã vero artem ac serre: circiniqz vsuz quidã adolescẽs Perdicen primus inuenit. Noema autez soror Tubalchaim inuenit artẽ varie texture. Apud gentiles do minerua. Hoc quoqz spiritu instigante cerdoniã artẽ Romulus primus reperit: et nẽbroth artez venandi. Gen. x°. Hec ẽ illa virtus que exibat a xpo qñ mulier tetigit fimbriam vestimenti eius Mat. 9°. XX

PRopter predictos aũt effectus et multos spiritus sancti dr Sap. 7°. Est.n. in illa .s. diuinitate spũs intelligentie. Sanctus vnicus multiplex: subtilis: mobilis: disertus: incoinquinatus: certus: suauis: amans bonũ actum: qui nullum vetat benefacere: humanus: benignus: stabilis: securus: oẽm habens virtutem et oia pspiciens. Dicitur.n. spũs intelligentie: qz oibus dat intelligentiã. Job. 27°. Inspiratio oipotentis dat intelligentiam. Dicit aũt vnicus: qz licet sit spũs pris et filij: tñ est vnus solus spũs. Vel qz licet pater sit spiritus: et filius sit spũs: et similiter spũs sanctus tamen in diuinitate nõ est nisi vnus spũs: Quis tertia in trinitate persona pticulari rõne appelletur spũs. Vel ideo sic dr: quia fideles suos vnitos facit in fide spe et charitate: sicut erant credentes in primitiua ecclesia post receptionẽ spũs sancti: vt patet Actuũ. 4°. De qua vnione etiã tãgit apostolus ad Ephe. 4°. di. Solliciti seruare vnitatez spũs in vinculo pacis &c. Vel quia vnit eos sibi p°. ad Cor. 6°. Qui adheret deo vnus spũs ẽ cũ eo. Dicit quoqz certus: qz nec fallit nec fallitur: vt dicit glosa super predicta verba. Vel qz certificat hoĩem de sua salute: sicut certificauit paulũ vt patet ad Roma. 8°. Vel qz remouet nubẽ dubitationis et erroris ab intellectu. Itẽ dicit incoinquinatus: qz [redacted] sine macula vt dicit glosa ibidem. Vel qz remouet maculã ab intentione et affectu. Vel qz in presenti nos a pctis preteritis lauat: et a futuris pseruat. Itẽ dicit mũdus ppter nature sue oimodã mundiciaz. Vel qz in futuro nos mundabit ab omni miseria per gloriaz. Dicitur quoqz humanus qz ẽ oibus cõis dicit glosa ibidem. Hoc est sine personarum acceptione. Dicitur etiã benignus nature benignitate vt dicit glosa vbi supra. Vel benignus ab ignita bonitate. Vel nos benignos et mãsuetos facit. Et similiter dicit amãs bonum nõ tantũ ipse: sed etiam qz nos facit bonum amare in affectu et effectu: iuxta illud ad Roma. 12°. Dilectio sine simulatiõe &c. Dicitur quoqz subtilis et acutus: tñ qz penetrat cordiũ occultissima: sz apostolũ. p°. ad Cor. 2°. Tũ qz facit nos acutos [redacted] zelũ iustitie ꝯ pctis. Sicut.n. i mathematicis dr acut9 angul9 et i lfis acut9 accẽtus: et in naturalibus vel naturis acutum ingeniũ. Sic in moralibus dicitur aliquis acutus p zelũ iustitie iuxta illud Isa. 49°. Posuit os meũ quasi gladiũ acutũ. Et iste est gladi9 spiritus qui est penetrabilior omni gladio ancipiti. Ad Hebre. 4°. De quo gladio dicitur Apoc. p°. Ex ore eius procedebat gladius ex vtraqz pte acutus. i. spũs sanctus a patre et filio procedẽs qui admodum gladij diuidit et separat ab omni carnali affectione. Et facit spiritũ quẽ penetrat subtilẽ in intellectu et cognitione atqz cõtẽplatione celestiũ. Item dicit stabilis et mobilis. Stabilis in natura sua: et mobilis in nos. Quia [redacted] ait Boe. in 3°. de ꝯso. Stabilisqz manens dat cũcta moueri. Dicitur.n. mobilis qz facit sanctos viriliter operari: ac in bono opere proficere. Stabi[redacted] vero qz facit eos in sanctitate perseuerare. Et fortes in aduersis et arduis quibuscũqz psistere. Et ad mundi delitias nec modicũ flecti. Vnde i laudem Ioãnis baptiste inquit saluator Mat. xj°. Quid existis in desertũ videre? Arundinem vento agitataz? Et [redacted] Hebre. 13°. ait apostolus. Optimũ est gratia stabilire cor. Cuius exẽplum patuit in sancta Lucia quã tanto pondere fixit spũs sanctus vt mile paria boũ nõ possent [redacted] mouere. Itẽ dicit suauis: qz hoĩem suauẽ et pium facit atqz misericordem tribulatis. Sap. 12°. O qz bonus et suauis est dñe spũs tuus. Dicit etiaz securus: qz tantã fiduciã tribuit vt nõ valeat ille qui eo plenus est nec cõminationibus nec penis terribilibus prerreri. Imo [redacted] dicit Prouer. 28°. Quasi leo ꝯfidens absqz terrore permanet. Vñ





BERN. DE BUSTIS.
ROSARIUM
SERMONUM.

1498